ſe abſentare ſine licentia epiſcopi: tenet, quòd non. dicit Ho
ſtien. quòd propter neceſsitatem ſubitò occurrere poſsit:
quia plerũq; nec locus, nec tempus patitur &c. ff. de exerci.
l.1.quod concedi poteſt, ſi in breui reuertatur.ff. de diuor.l.
3.in fi.ſecundùm Ioan. And. ¶ Vltima glo.quærit, quod erit
congruum tempus, quò iſti abſentes debent expectari. dic,
vt in ea.& de varijs temporibus ſuper iſta expectatione vi-
de ſ̃. vt lite non conteſta.c.quoniam.§. ſi verò.in prin. ma-
gnæ glo.

*S V M M AE.*

1 *Fraus ſemper præſumitur in clerico abſente.*
2 *Abſentantes ſe per fraudem ſunt citandi tribus edictis.*
3 *Requirentes, ſi requiſitus non venerit, an poſsint procedere ad electionem ſine licentia ſuperioris.*
4 *Electus ad dignitatem ſi habet eccleſiam pro derelicta, quid iuris.*
5 *Cardinalis an poſsit degradare.*
6 *Conſuetudo an poſsit inducere, quòd ſine iuſta cauſa vagetur.*
7 *Prælatus an poſsit dare licentiam vagandi: & ſi dederit, an ipſemet poſsit reuocare.*
8 *Delictum vagationis ſufficit ad priuationem beneficij.*
9 *Deponens an poſsit reſtituere depoſitum.*
10 *Prælatus monitus, vt redeat, ſi non redit infra certum tempus in termino, ſed poſtea, & re integra, an debebit priuari.*

EX tuæ. Si neſcitur, vbi eſt clericus abſens,
tribus publicis edictis citabitur
apud eccleſiam: & ſi primò expectatus per ſex mẽ
ſes non veniat, ea priuabitur. Secunda ibi [contra eos] reſpi
cit titulum. ¶ No. primò formam citandi eos, qui fraudem
committunt, ne poſsit ad eos citatio peruenire. & loquitur
iſte tex.quò ad priuationem à beneficijs, vbi ſufficit citatio
contra latitantes ea forma, de qua hic: in reliquis verò cau-
ſis an iſta forma, vel alia citabuntur, qui per fraudem ſe ab-
ſentant. dic, vt not.in l.1.cum l.ſeq.ff.quod vi aut clam. vbi
per Bart.facit.ff.ex quibus cau.maio.l.hoc autem.& l.Fulci-
nius.de bonis auctorita. iudicis poſsiden. & de iſtis, qui re-
quiſiti nequeunt reperiri, dic vt l.ſi dies quæ.in §.ait.ff.de dã
no infec. vbi etiam per Bart.quando ſufficiat citatio ad do-
mum, vel non.& l.in illa ſtipula.ſi Calendis. de verb. oblig.
1 qualiter autem conſtabit de iſta fraude.† dic, quòd in cleri-
co abſente præſumitur, cum ſemper debeat in beneficio de-
ſeruire: vnde cum ſit magna culpa, iuſtè comparatur frau-
di.ff.man.l.ſi fideiuſſor. in prin. & depoſiti. l. quod Nerua.
¶ Secundò not.ſecundùm Hoſtiẽ. ꝙ iſta citatio in prædicta
forma, de qua in tex. habet locum, cum neſcitur, vbi clericus
ſit: ſi autem ſcitur: vel poteſt de facili inueniri, ſemper debet
eſſe citatio perſonalis.ſed vtrùm tantũ intra prouinciam, vel
etiam extra.dicit Ioan.And.quòd extra poterit intimari, &
fortè etiam citari, per c. Romana.§. contrahentes. de foro
compe.lib.6.Iudex tamen ad hoc non cogitur. de procura.
c.dilectus.de hoc an citatio fieri poſsit extra territorium, le-
giſtæ ponunt in l.omnis.§.ſi verò apparitor.de epi.& cle.de
intimatione, quam fecit par pari.de qua.ſ̃.c. ex parte. nõ eſt
dubium, quòd põt fieri vbiq;. quia poteſtas hominis priuati
non arctatur ad territorium, vt dicimus in teſtatore, qui dat
tutorem filijs.nam talis datio extenditur ad totum patrimo-
nium vbicunq;: non ita ſi detur à iudice. vt l. non ſolùm.§.
2 qui teſtamento.de excu.tu.cum ſi. ¶ Tertiò no. † quòd iſti
ſe per fraudem abſentantes ſunt citandi tribus edictis. vtrũ
ergo ſufficeret vnum peremptorium pro omnibus: videtur,
ꝙ ſic, quia eundem habet effectum peremptoria, quem tres
citationes, vt l.tres denunciationes.C.quomodo, & quando
iudex.



iudex.& hoc tenebat dominus Io.Cal.do.Io. And. cum hæc
quæſtio eſſet de facto in quodam clerico, qui peremptoriè
vna citatione citatus priuatus fuit beneficio, quia non venit.
conſuluit contrarium propter formam hic traditam non ſer
uatam.quod dic per eum in Spec.hoc eo.tit.ſuper rub.in ad
ditio. ¶Quartò not.quòd iſti nõ redeuntes, elapſo termino,
poterunt ſpoliari. Ideò autem dicit, ſpoliari, non priuari, qa
non fertur ſnĩa, ſed datur beneficium quaſi vacans.& ſic ab-
ſens ſpoliari videtur.ĩ.c.1.referente.& dic vt ſ̃. eo. c. quali-
ter.dicunt etiam quidam, ꝙ ex quo abeſt ſine iuſta cauſa, po
terit conferri alteri eccleſia ſine alia citatione: & ſine ſupe-
3 rioris auctoritate.tu dic poſt Inn.& Hoſti.contrarium. † nã
quãtumcunq; requiſitus non venerit, non poſſunt requiren-
tes procedere ad electionem, niſi obtenta licentia à ſuperio
re.quod dic, vt ſ̃.c.qualiter.ſecundùm Hoſti.qui dicit, quòd
licèt iſte abſens monitus reuertatur, punietur ex eo, quòd ab
ſens fuit diebus feſtiuis, & alijs.7.q.1.c.ſi quis.50.diſt.c.con
4 tinuatis. ¶Incidenter quæritur, † quid iuris, ſi certum eſt, ꝙ
iſte habet eccleſiam pro derelicta, quia fecit actum contra-
rium clericatui: puta effectus eſt miles: accepit vxorem: egit
ſolemniter pęnitentiam: vel ſecundam eccleſiam. dic, quod
poteſt ei auferre beneficium.de hoc ĩ.e.c.vlt.in gl. 2. Tutius
tamen eſt beneficium non conferri: niſi peius de facto ſentẽ
tialiter aduocetur.de conceſ. præben.c.cum noſtris. & c. li-
teras.& patet.ſ̃.tit.1.c.1.& 3.ſecundùm Io. And. ¶ Quintò
no.plura remedia prodita contra non reſidentem, & grada-
tim.poſt ſuſpicionem enim à temporalibus poſſunt excom-
municari, & ſuſpendi. & per hoc, quod dicit, excommuni-
cari, no. Abb ꝙ nolens ordinari, poteſt excommunicari: li-
cèt enim pœna non reſidentis ſit priuatio beneficij, vt per to
tum illud c.tamen excõmunicatur, vt hic: ſic licet eadem ſit
pœna nolentis ordinari.de eta. & quali.quæris.tamen excõ
municari poterit ratione prædicta: & hoc dicebam ſ̃. eo. c.
qualiter. ꝙ eſt in ſuperioris poteſtate clericum deſertorem,
vel cogere in ad reſidentiam, vel beneficio ſpoliare. ¶Sextò
5 innuit iſta litera.† ꝙ Cardinalis poteſt epiſcopum degrada-
re.loquitur enim iſte tex.in epiſcopo abſente, & monito, &
in alijs prælatis, dum dicit [adminiſtratione.& quibus præ-
ſunt] &c.præeſſe enim dicitur habens iuriſdictionem. vt l. ꝗ
iuriſd.ff.de iuriſ.omnium iudi.l.1.In quantum tamẽ de epi-
ſcopis intelligas.dic, ꝙ degradari poſſet de ſpeciali manda-
to Papæ, quod hic voluit committere: quia non erat cõgruũ,
vt presbyter Cardinalis degradaret epiſcopum, qui ordine
maior eſt: Papa tamẽ ſæpe concedit talibus epiſcopalia. 22.
diſt.c.peruenit.vel dic, quòd erat incongruum, ꝙ pronuncia
ret degradandum.quia per epiſcopos prouinciæ exequitur:
ſicut dicitur de electo confirmato.de elec.c.noſti. quod dic,
vt ibi no. ¶ Opp.patet ex ordine literæ, quòd iſte fuit primò
excommunicatus, deinde creſcente contumacia mandat ip-
ſum ab adminiſtratione ſpiritualium amoueri. Sed contra,
quia per excommunicationem erant priuati adminiſtratio-
ne ſpiritualium, & etiam temporalium.da app. c. paſtoralis.
ergo iſta admonitio eſt ſuperflua.ſo. maioris eſt effectus pri
uatio ab adminiſtratione per iſtam ſententiam ſecundam:
quàm per excommunicationem primam. Nam priuati ad-
miniſtratione per excommunicationem ipſam recuperãt ip
ſo iure, abſolutione ſequuta: ſed poſtquàm fuerint admoti,
licèt millies abſoluantur ab excommunicatio.adminiſtratio
nem tñ non recuperant.ad hoc facit, quod no. Io. And. ĩ.de
fal.c.dura.in prin. Alij dicunt, quòd propter excommunica-
tionem non perdit quis adminiſtrationem ſpiritualium, ſed
poterit ipſam per alium exercere. quod non credo, per cap.
Romana. de offi.vica.lib.6.nam ſi poſſet, concurreret ſibi tẽ
pus Lateranẽ.concilij. quod eſt contra c.quia diuerſitatis. de
conceſ. præben.credo ergo, ꝙ excommunicatio non priuat,
ſed ſuſpendit. facit, quod not. & dixi ſ̃. de coha.cle.& mu.c.
ſicut. ¶ Quærit Ioan.And.certum eſt, quòd etiam ex cauſa
probabili non licet abeſſe ſine licentia prælati, vt no. Io.An.
6 ſ̃.eo.c.relatum.niſi hoc permittat conſuetudo, vt ibi. † Sed
nunquid poteſt conſuetudo inducere, ꝙ ſine iuſta cauſa va-
getur: dicit, quòd non. quia eſſet eccleſijs oneroſa. vnde non
7 valet de conſue.c.1.† nec prælatus poteſt dare licentiam va
gandi: quam ſi dederit, ipſemet poterit reuocare. nam cum
vagari ſonet in peccatum, ipſemet poterit venire contra iu-
ra, no. in c.diuerſis fallacijs.de cle.coniu.& de iureiur.c.ſicut.
8 dicunt etiam Hoſti.& Io. And. † ꝙ delictum vagationis ſuf-
ficit ad priuationem beneficij.7.q.1.c.non oportet. & c.ſeq.
propter quod dicunt Doct.locum habere, quò ad delictum
vagationis, etiam in beneficijs non requirentibus reſidentiã.
9 quod no. ¶ Quærit glo.† vtrũ ille, qui depoſuit, poſsit reſti-
tuere depoſitum. dic, vt in ea Io.And.dicit, quòd ſolemniter
degradatum ſolus Papa reſtituit: depoſitum verbotenus re-
ſtituere poteſt, qui depoſuit.ita no.2.q.6.c.ideo.ad hoc.ĩ.de
elec.c.ex eo clerici.alibi tamen Io. diſtinxit inter depoſitum
pro crimine, & cõtumacia.7.q.1.c.ſi quis presbyter. de hoc
plenè in Spec.c.2.§ nunc oſtendendum.verſi.9.& ſ̃. de elec.
10 c.innotuit. ¶ Quęrit glo.† ſi prælatus monitus, vt redeat in-
tra certum tempus, non redit in termino, ſed poſtea, & re in-
tegra: nunquid debebit priuari? dicit glo.quòd ſic.nam poſt
diem præfixum à iudice non habet locum purgatio moræ,
vt l.Celſus.ff.de ar. contrarium eſt verũ per c. ſi tibi abſenti.
de præben.lib.6.& l.mancipiorum.de ope.le.& l.ſi.C.de re-
pu.here. hoc verũ, niſi priuatio facta eſſet in citatorio. quia
tunc purgatio non haberet locum. de hac materia purgatio-
nis moræ tractat plenisſimè Bar.in l.ſi inſulam. de verborũ
oblig.& l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio.

*S V M M AE.*

1 *Priuilegiatus, quòd abſens in ſtudio fructus præbendæ percipiat: ſtudens in ſtudio particulari priuilegio non vtetur.*
2 *Abſentes gratia ſtudiorum non percipiunt fructus in abſentia: niſi èx priuilegio hoc eis concedatur.*
3 *Studij appellatione non intelligitur de ſtudijs in villis, & caſtris.*
4 *Studium generale quid dicatur.*
5 *Studens ad hoc, vt habeat priuilegium, requiritur, quòd in ſtudio ſit exercitium literarum.*
6 *Exercitium verbum quid denotet.*
7 *Priuilegium habens commorandi in ſtudio, non debet illuc accedere ſine licentia ſuorum prælatorum.*

1 TVę †Priuilegiatus, quòd abſens in ſtudio fru
ctus præbendæ percipiat, ſtudens in ſtu-
dio particulari priuilegio non vtetur. & ſunt duæ
partes, quæſtio, & reſponſio. ſecunda ibi [ad quod.] ¶ Not.
2 primò † quòd abſentes gratia ſtudiorum non percipiunt fru-
ctus in abſentia: niſi ex priuilegio iuris, vt ſtudentes in theo-
logia. de magi. c. ſuper Specula. ſola ergo licentia epiſcopi
quò ad perceptionem fructuum non ſufficit.no.Arch.35.diſ.
c.de quibuſdam.in fi.hoc verũ: nec ſtudium eſſet in hoc pri-
uilegiatum, vt Bononiæ, ſed quò ad mulctam: tamen ſtuden-
tes habent priuilegia de iure communi, vt in Aut. habita C.
ne fi.pro patre. & l.ſed reprobari.§.vlt. de ex. tuto. nam qui
ſtudet, habetur pro præſente.vt l. Seiæ. §. Pamphilæ. de fun.
3 inſtruc. ¶ Secundò no.† ꝙ appellatione ſtudij non intelligi-
tur de ſtudijs in villis, & caſtris. & ſic verba debent intelligi
in perfecto ſignificato, & ciuiliter, vt l. ſi cui.ff. de ſerui. & l.
3.§ condemnatis.de damn.infect.& de fideicom.lib.6.cum
verò.§.ſubuentum.& l.non putauit.§.non quæuis.de contra-
ta.intellige ergo ſtudium ſimpliciter prolatum de generali,
4 non particulari. † & generale a eſt, vbi legitur ius diuinum,
a ſacri canones, leges, & aliæ liberales artes dicit tamen Hoſt.
hoc ad arbitrium iudicis reducendum. 37.diſt.c.ſi quis grã-
maticam. de excu.tu.l.ſi duas.§. grãmatici. & §. philoſophi.
ego credo, quòd debeat appellatio ſtudij intelligi, cum quis
ſtudet

ſtudet in ciuitate, quæ habet ſtudium approbatum ex priui
legio. vt Bonien. Peruſinum. Senen. vel ex conſuetudine an-
tiquiſsima: vt ſtudium Paduanum. & hoc patet: quia Impe-
rator quibuſdam ciuitatibus ſpecialiter hoc conceſsit: vt ci-
uitati Beritenſium, & Alexandriæ. debent enim doceri iura
in ciuitatibus regijs: & in his, quibus ex priuilegio eſt con-
ceſſum, vt patet in prima conſtitutione Dig. ad fin. nam qui-
dam iuriſtæ, vt Ric. Malũ. dicunt, quòd iura doceri poſsint
in qualibet ciuitate: pro quo facit hæc litera, dum prohibet
in caſtris, & villis. tamen veritas eſt, quod dixit, vt no. Bar. in
dicta conſtitutione ad fi. & hoc verũ, niſi ex cauſa neceſsita-
tis: puta quando propter guerram, vel peſtem in ſolemni ſtu
dio eſſe non poſſunt. tunc enim ſi ſe transferant ad alia loca
non priuilegiata, habebunt priuilegium. Idem ſi occaſione
vnius famoſi doctoris idem faciunt, ſecundùm Ioannẽ And.
& propter hoc bene dicit Hoſt. hoc ad arbitrium iudicis re-
5 ducendum. ¶ Tertiò no. † ꝙ ad hoc vt ſtudens habeat pri-
uilegium: requiritur, ꝙ in ſtudio ſit exercitium literarum.
6 † & per verbum exercitium denotatur, ꝙ ibi ſint ſcholares,
cum quibus conferat. & ſic requiritur, ꝙ actu & habitu vi-
geat ibi ſtudium: ſicut dixi in eccleſia curata s̃. c. quia non-
7 nulli. ¶ Quartò not. † ꝙ habens priuilegium commorandi
in ſtudio non debet illuc accedere ſine licentia ſuorum præ-
latorum: quid ergo, ſi petita licentia non potuit obtinere?
videtur, ꝙ ſua auctoritate poſsit accedere. de reg. c. licèt. dic
contra. ſ. ꝙ non poſsit ire: ſed debet de hoc conqueri coram
ſuperiore. j̃. de iure pat. c. nullus. Non obſt. c. licet. quia illud
ſpeciale fauore religionis. facit quod no. Hoſt. de Magi. in fi.
¶ Vtrũ autem priuilegia ſtudij habeant, qui morantur, & nõ
ſtudent: vel perperam. vide quod no. in ſalutatione Cle. vbi
de hoc plenè dixi.

ADDITIO.

a ¶ Et generale. Adde, quòd ſtudium generale ſit priuilegio Papæ, vel Im
peratoris, vel conſuetudine. Card. in cle. 2. §. fi. de magiſt.

*SVMMAE.*

1 *Iurans in eccleſia reſidere pro negotijs eccleſiæ licitè ſe abſentat.*
2 *Promiſsio, etiam iuramento vallata, comprehendit caſum ſecundũ*
*fictionem, non ſecundùm veritatem.*
3 *Verbum, reſidere, in eccleſia quomodo accipiatur.*
4 *Continuè, dictio adiecta verbo, reſidere, an importet aliquid plus.*
5 *Teſtis, qui dixit ſe vidiſſe Titium 10. annis continuè poſsidere: an*
*probet.*

1 EX parte. † Qui iurauit in aeccleſia reſi-
dere, pro negotijs eccleſiæ li-
citè ſe abſentat. communis diuiſio. Secũda ibi [po
ſtulationis.] ¶ Not. primò, ꝙ tempore, quo iſte recepit præ
poſituram, promiſit cum iuramento reſidere. ſim. j̃. titu. 1. c.
ſignificatum. quomodo autem in receptione beneficij poſsit
quis aliquid promittere abſque vitio ſimoniæ, præſertim cũ
2 iuramento. dic, vt s̃. de elec. c. ſignificaſti. ¶ Secundò not. † ꝙ
promiſsio, etiam iuramento vallata, comprehendit caſum ſe
cundùm fictionem, non ſecundùm veritatem. ſecũdùm veri
tatem. n. ille, qui abeſt quacunq; de cauſa, nõ eſt præſens, ſed
quia præſens eſſe fingitur ſub generali promiſsione reſiden-
tiæ. qui abeſt ex iuſta cauſa fingitur reſidere, & præſens eſſe,
cum præſens non ſit: ſed cenſetur eſſe, vt dicit glo. 1. cui con
cor. C. de proxi. ſa. ſcri. l. hac lege. & de agri. & cenſi. l. cum ſci
mus. & de fun. inſtruc. l. prædio. §. 1. plus ergo in hoc poteſt
iuramentum, quàm ſtatutum: quia non complectitur caſum
ſecundũ fictionem, vt l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. tangã.
j̃. e. c. ad audientiam. & l. fin. ff. qui ſatiſda. cog. de leg. 3. l. ſer-
uis vrbanis. & l. teſtamento. de ali. & ci. le. ¶ Quærit Io. And.
3 † quomodo accipitur iſtud verbum [in eccleſia reſidere] &c.
dicit ipſe poſt Vin. ꝙ ver. reſidentiæ, non eſt ita amarè ſumẽ
a dum, quòd nunquàm de eccleſia diſcedat. a ff. de ædil. edic
l. ſi quid venditor. & quod no. 36. diſtin. c. quibuſdam. in fi. de
conſecra. diſt. 5. c. ſint tibi. & hoc eſt verũ in conſtitutis in di-
gnitate. s̃. de offi. archi. c. 1. & 2. & in his, qui habent diuerſa
beneficia. puta aliud intitulatum: aliud commendatum. de
elect. c. dudum. & in his, qui habent beneficia prætendentia
ad præbendas. j̃. tit. 1. c. extirpandæ. & c. expoſuiſti. quãdoq;
verò verbum, reſidere, accipitur ſtrictius, vbi præbenda ha-
bet onus annexum. j̃. tit. 1. c. ſignificatum. Item vbi eccleſia
habet vnum miniſtrum ſolũ. 5. diſt. c. teſtamentum. latius ve-
rò accipitur, vbi ſunt plures miniſtri, qui ſeruiunt per ſepti-
manas. 54. diſt. c. conſuluit. 4. q. 1. c. illud. varijs igitur modis,
& ſecundũ ſubiectam materiam accipitur ver. reſidentiæ. cal
lida autem interpretatio nunquàm eſt facienda, ſed talis, vt
ceſſent fraudes, & negligentiæ. de offi. archi. c. ea quæ. & hæc
4 de ver. reſidere ſimpliciter prolato. † ſed quid ſi adijcitur di
ctio, continuè. an hæc dictio, continuum, plus importet. dicit
Vin. ꝙ etiam continuum dicitur, quod habet interpollatio-
nem. & ſic intelligitur, quod dicitur de cohabitatione per
triennium continuum. de frigi. & ma. c. fi. ad hoc. ff. de here.
inſti. l. ex facto. §. rerum autem. Item ſtillicidium non ſemp
cadens habet cauſam continuam. ff. de ſerui. vrba. præd. l. fo-
ramen. ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. quotidiana. ad prædicta
facit 50. diſt. c. ſi quis voluntariè. de verb. obl. l. continuus. in
prin. de condi. & demonſt. l. ſi quis ita legauerit. & de an. le. l.
Mæuia. Iſta ſunt iura hic allegata in nouella plenius recolle-
cta, quàm alibi legerim ſuper interpretatione iſtorum ver-
borum, reſidere, & continuè: quæ faciunt ad q. no. per Bart.
5 & alios in l. 1. ff. ſo. ma. † de teſte, qui dixit ſe vidiſſe Titium
10. annis continuè poſsidere, an probet: videtur, quòd non:
cum ſaltem tempore, quo dormiebat, non potuerit hoc vi-
dere, vt no. in l. 1. & ibi per Dy. ff. de iti. actuq; priua. per præ
dicta contrarium eſt dicendum, & ſic tenet Dy. in d. l. 1. fa-
cit, quod no. in l. 1. §. in popularibus. ff. de iureiur. & Bart. in
d. l. 1. ſol. ma. & l. ſi quis ita legauerit. & l. Mæuia. præalleg. &
s̃. de offi. archi. c. 1.

ADDITIO.

a ¶ Nunquam de eccleſia diſcedat. Adde Car. poſt glo. in Cle. 1. in 2. q. de
foro comp. Panor. in c. cum ad hoc. nu. 5. de cler. non reſiden.

*SVMMAE.*

1 *Familiaris Papæ, non obſtante contraria conſtitutione, præbendæ ſuæ*
*fructus in abſentia percipit.*
2 *Conſtitutione inferioris familiares Papæ etiam ibi canonici non li-*
*gantur.*
3 *Familiares Papæ obſequiales ſe exhibent vniuerſis. & ſic publica*
*poteſt in eis dici vtilitas.*
4 *Familiares legati, qui cum eo reſident, quod priuilegium habeant.*
5 *Conſtitutio extenditur ad caſum diuerſum, ſi habet ſimilem, vel ma-*
*iorem rationem, quàm in ſtatuto deductam.*
6 *Tabelliones curiæ Romanæ, & conducticij, an habeant priuilegium*
*familiarium Papæ.*

1 CVm dilectus. † Familiaris Pa-
pæ, non obſtante
conſtitutione contraria, præbendæ ſuæ fructus
in abſentia percipit. & ſunt duæ partes. primò ponitur dictũ.
ſecundò eius ratio, ibi [cum familiares.] ¶ No. primò, quòd
dicit [inter vos] &c. loquitur enim Capitulum, vt patet ex ſu
pra ſcriptione: ex quo patet, quòd Capitulum ſine epiſcopo
poteſt facere conſtitutiones ſuper reſidentia. ſuper quo facit
2 quod no. Io. And. de conſti. c. cum omnis. ¶ Secundò no. † ꝙ
conſtitutione inferioris familiares Papæ etiam ibi canonici
non ligantur. quod eſt verũ in caſu iſtius Decre. cum mora-
tur in curia: ſecus ſi in eccleſia: tunc enim ligantur, ſicut alij:
licèt magis debeant honorari, vt c. per tuas. de ma. & obe.
3 ¶ Tertiò no. † ꝙ familiares Papæ ſe obſequiales exhibẽt vni
uerſis: & ſic publica poteſt dici in eis vtilitas, quæ includit vti
litatem,



litatem, etiam iſtius eccleſiæ, & illius &c. cum prodeſſe ibi
etiam eccleſiæ ſuę poſsint, pro præſentibus ſunt habendi.
4 Quid † de familiaribus legati, qui cum eo reſident. dic, quòd
habent priuilegium quò ad prouinciam ſibi commiſſam. di-
citur enim legatus eſſe particeps illius iuris, cuius eſt epiſco-
pus in hoc caſu, vt s̃. c. de cetero. Si verò quis reſideat cũ Car
dinali, dicit Ioã. And. quòd ſuper hoc ſingulis Cardinalibus
priuilegia conceduntur: ſi autem reſideat ſubditus epiſcopi
cum archiepiſcopo, non habebit hoc priuilegium. de offi. or.
5 c. paſtoralis. & c. duo. ¶ Quartò no. † ꝙ conſtitutio extendi-
tur ad caſum diuerſum, ſi habet ſimilem, vel maiorem ratio
nem, quàm in ſtatuto deductam. vtilitas enim eccleſiæ eſt
cauſa conſtitutionis ſuper reſidentia facienda. ſi ergo quis
non reſidet in eccleſia, ſed alibi, (ſi ibi maior eccleſiæ vtilitas
procuratur) fingitur reſidere, & in eo conſtitutio locum ha-
bet. hoc autem, an ſit verũ, ſ. quòd conſtitutio, vel ſtatutum
trahatur ad diuerſum caſum habentem ſimilem, vel maiorẽ
rationem ſtatuendi, dic, vt in l. 2. C. de lon. conſue. per Cyn.
6 ¶ Quærit Io. An. hic † Papa concedit priuilegium ſuper per-
ceptione fructuum in abſentia: an tabelliones curiæ Roma-
næ, & conducticij habebunt idem priuilegium? dicit, quòd
non, vt patet hic, dum dicit [circa nos] &c. quaſi nobis aſsi-
ſtentes, vt capellani, & ſimiles. tabelliones enim, & alij debẽt
eſſe contenti ſuis lucris. dicit Hoſt. ꝙ omnes illi, qui ibi morã
tur ex præcepto Papæ, habebunt hoc priuilegium, etiam ſi
ſcriptores ſint: ſecus ſi morantur voluntate propria. ff. ex q.
cau. ma. l. ſed ſi per prætorem. §. fin. in fi. & l. inter eos. & l. ſcri
niarios. C. de teſta. mili. facit, quod not. in ſimi. in ſalutatione
clem. & s̃. de loca. c. 1.

*SVMMAE.*

1 *Canonici duo abſentes cum epiſcopo fructus præbendarum perci-*
*piunt, non obſtante contraria conſuetudine.*
2 *Statuto generali ſi aliqui caſus ſunt excepti in eo: ſi ius commune*
*alios excipiat, pro exceptis habentur etiam illi.*
3 *Exceptio non facit comprehendi ſub regula, quæ ſub ea non com-*
*prehenduntur.*
4 *Conſtitutio, etiam iuramento vallata, debet intelligi etiam de his,*
*quæ verè ſunt præſentes: ſed etiam de præſentibus fictè, & iu-*
*ris fictione.*
5 *Conſtituito recipit intellectum à iure communi.*
6 *Infirmi reputantur pro præſentibus vigore conſtitutionis.*
7 *Conſtitutio facta à Capitulo, quòd abſentes nihil percipiant, an*
*valeat.*
8 *Epiſcopus an poſsit cogere vltra duos, vt vadant pro ſeruitio ſuo.*

1 AD audientiam. † Duo cano-
nici abſentes
cum epiſcopo fructus præbendarum percipiũt,
non obſtante conſtitutione contraria. forma conſtitutionis:
declaratio dubitationis. & ſunt duæ partes. Secunda ibi. [de-
cernimus.] ¶ No. primò, quòd conſtitutio quandoq; fulci-
tur iuramento, & confirmatione Papæ: quo caſu, an eam ca-
nonici poterunt reuocare, dic, vt no. j̃. de præben. c. dilecto.
2 per Inno. & Doct. ¶ Secundò no. † ꝙ ſi à ſtatuto generali ali
qui caſus ſunt excepti: in eo ſi ius commune alios excipiat,
pro exceptis habentur etiam illi. nã in iſto tit. ſunt multi ca-
ſus, in quibus abſentes pro præſentibus ſunt habendi, vt s̃. e.
c. dilectus. cum ſi. Si ergo de talibus conſtitutio excipit duos
tantũ: videbatur regula in alijs confirmari. contrarium pa-
tet. ad quod vide, quod tangit Bar. in l. quæſitum. §. denique.
3 ff. de fun. inſt. vbi dicit, ꝙ exceptio † non facit comprehendi
ſub regula, quæ ſub ea non includuntur. ad hoc l. generali-
4 ter. §. vxores. de vſu. le. ¶ Tertiò no. ꝙ † conſtitutio etiã iu-
ramento vallata debet intelligi non ſolùm de his, qui verè
ſunt præſentes: ſed etiam de præſentibus fictè, & iuris fictio
5 ne. † & ſic conſtitutio recipit intellectum à iure communi. vt
l. 2. C. de noxa. & quod not. in l. fin. §. in computatione. C. de
iure deliberandi. licèt alibi dicamus, quòd ſtatuta ſicut ex-
tenduntur ad caſum fictum, nec recipiunt fictionem, vel in-
terpretationem extenſiuam. quod dic, vt no. Bart. in l. omnes
populi. de iuſti. & iure. & l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt.
6 ¶ Quartò no. † ꝙ vigore conſtitutionis infirmi pro præſen
tibus reputantur. concor. de ſtatuli. l. 4. §. Stichus. & intellige
hunc tex. cum infirmitas eſt proxima, & immediata cauſa
abſentiæ. ſi autem in abſentia quis infirmus eſſet (& ſic non
reſidebat tempore infirmitatis) dicta infirmitas non conce-
dit ſibi hoc priuilegium. Iura enim reſpiciunt proximã cau-
ſam, non remotam. ff. rerum amota. ¶ Quintò no. ꝙ tex. tri-
buit priuilegium canonicis eccleſiæ exiſtentibus in ſeruitio
epiſcopi. Idem dicas de alijs non canonicis, & clericis alia-
rum eccleſiarum. de conſe. diſtin. 1. c. iubemus. 2. q. 7. c. cum
paſtoralis. facit, quod notatur 58. diſt. c. 1. & hoc tenet Egi.
s̃. eo. c. de cetero. Gui. ibi refert contrarium fuiſſe determi-
natum Bononiæ. quia non eſt tanta communis vtilitas. de te-
ſtam. c. requiſiſti. poteſt dici, ꝙ in alijs neceſſaria eſt diſpen-
ſatio ipſius epiſcopi, in proprijs non. & ita ſeruatur ſecundũ
7 Io. An. ¶ Quæro † an iſta conſtitutio facta à Capitulo, ꝙ ab
ſentes nihil percipiant, valeat. dicit prima gloſ. ꝙ ſic. & idem
continet, quod ius commune, vt vides in ea. Io. And. dicit, ꝙ
aut canonici fecerunt illam conſtitutionem ad eorum pri-
uatum commodum, aut ad commodum eccleſiæ. primo ca-
ſu non valet, ſecundo ſic. ſed quomodo hoc agnoſcetur, ꝙ
fecerint ad commodum eccleſiæ, vel ad proprium. dic, ꝙ ſi
tales redditus ſtatuerunt in ſuum vſum conuerti, videntur fe
ciſſe ad proprium commodum: quòd ſi tales debent conuer
ti in vtilitatem eccleſiæ, tunc neceſſe eſt ſtatuiſſe bono zelo.
8 ¶ Secundò † quærit glo. fin. vtrũ epiſcopus poſsit cogere vl-
tra duos, vt vadant pro ſuo ſeruitio. tenet, quòd non. Idem
intellige de his, qui ſunt in ſeruitio Papæ, vel ſtudio theolo-
giæ, ſ. ꝙ debent eſſe duo tantũ. Sed pone, ꝙ duo ſunt in ſer-
uitio epiſcopi, duo in ſtudio theologiæ, duo in ſeruitio Pa-
pæ. dicit Hoſti. j̃. c. prox. quòd reuocari debet. nam ſecundũ
eum numerus quò ad hoc eſt arbitrarius: quo arbitrio dicit
vtendum potius in reſtringendo, quàm in laxando. de deci.
cap. 1. de cenſi. c. ex parte.

*SVMMAE.*

1 *Beneficia eccleſiaſtica ſunt deputata, ut inde clerici honeſtè vi-*
*uant.*
2 *Apoſtolica indulgentia poteſt quis ſe à beneficio abſentare.*
3 *Eccleſia ſi patitur miniſtrorum defectum, non prodeſt indulgentia*
*Papæ ſuper non reſidentia eam habenti.*
4 *Licentia data alicui per prælatum ſuper abſentia expirat per mortẽ*
*prælati.*
5 *Aſsiſij debent facere reſidentiam in eccleſia.*
6 *Fructus abſentium à beneficijs minus iuſtè in quo ſint conuertendi.*

CVm ad hoc. Si patitur eccleſia mi
niſtrorum defectũ,
priuilegiati ſuper beneficia per ſubtractionem
prouentuum redire cogentur. & primò narrat factum. ſecũ-
1 dò prouidet. ibi [vitandum.] ¶ Nota primò, † ꝙ eccleſiaſti-
ca beneficia ſunt deputata, vt inde clerici honeſtè viuant: &
vt non percipiat, qui non ſeruit. s̃. de vi. ho. cle. c. cum ab om-
2 ni. ¶ Secundò nota, † ꝙ ex apoſtolica indulgentia poteſt
quis ſe à beneficio abſentare: hodie reuocatæ ſunt, per c. fin.
3 j̃. de reſcrip. lib. 6. dic, vt ibi. ¶ Tertiò no. † ꝙ ſi ex indulgen-
tia Papæ ſuper non reſidentia, eccleſia patitur miniſtrorum
defectum, non prodeſt habenti. ſic nec iuramentum eſt ſer-
uandum, quod incipit eſſe eccleſiæ damnoſum. de his, quæ
fi. à ma. par. ca. c. 1. multò ergo minus priuilegium. de deci.
c. ſuggeſtum. ff. de vul. ſub. l. ex facto. Nam Papa in præiudi-
cium eccleſiæ à principio non concederet, vt l. quoties. C. de
præci.

præci. Impera.offe.ergo nec conceſſum durat, ſi deuenit ad
eum caſum:à quo non poſſet incipere. vt l. Vrannius.§. ſed
cum duo. de fideiuſ. & hoc tenet hic Egi.ſ. ꝙ ſi tempore in-
a dulgentiæ eccleſia patiebatur defectum miniſtrorum, [a] non
valuit à principio in enorme præiudicium diuini cultus. de
conſti.c.ex parte. Intellige igitur hunc tex.quando à princi-
pio indulgentiæ eccleſia non patiebatur defectum, vel ſi pa-
tiebatur, fuit expreſſum in indulgentia. ¶ Quartò no. ſecũ-
4 dùm glo. † ꝙ licentia data alicui per prælatnm ſuper abſen-
tia expirat per mortem prælati. allegat ad hoc Ioan. And. ff.
de pen.l.fi.& not.de intellectu iſtius ver. licentia:an expiret
morte. de ver.beneplacito.& ſimi.dic, vt c. ſi gratioſæ. c. de
reſcrip.lib.6.& l.centeſimis.§.fina.de verbo.oblig.per Bart.
¶ Quintò no. ꝙ legatus renunciauit iſtos abſentes ad reſidẽ
tiam contra apoſtolicam indulgentiam, quod intellige iure
legationis, vel de ſpeciali licentia Papæ, & vide circa hoc, qđ
no.Ioan.And. de elec.c.cum ex eo.lib.6.in glo.no.in ſepten-
5 nio. & Archid.15.q.2.c. deceſſorum. ¶ Sextò nota, † quòd
Aſsiſij debent facere reſidentiam.& qui ſint iſti, dic, vt in gl.
& vnde dicantur, expone, vt hic in nouella: qui iocosè loqui-
tur. ¶ Oppo.glo.fi.& videtur, quòd iſti non redeuntes patiã
tur pœnam perpetuæ priuationis. Sol. vt in ea, quæ vult, ꝙ,
creſcente contumacia, poſsint priuari: & contradicere vide
tur in gl.2.vbi intelligas de priuilegiatis à prædeceſſoribus,
non à Papa. illos enim priuare non poteſt, ex quo ſpeciali-
ter non committit: aliàs ſi delinquerent, poſſet illos priua-
6 re. ſecundùm Hoſt. ¶ Vltimò not. † quid erit de fructibus
abſentium à beneficijs minùs iuſtè. ſunt enim in vtilitatem
eccleſiæ conuertendi. vide, quod no.in Cle. 2.de vi.& ho.cle.
ſuper ver.ſuſpenſus.ibi de fructibus, & quotidianis diſtribu
tionibus abſentium quid fiendum.

ADDITIO.

a ¶ Defectum miniſtrornm. Adde Rom. conſi.166. & Panor. hic.

*SVMMAE.*

1 *Clericus non reſidens, ſi monitus, iuſta cauſa ceſſante, non redeat, priuatur beneficio.*
2 *Clericus habens beneficium, quod requirit reſidentiam, non poteſt morandi cauſa ad aliam diœceſim ſe transferre.*
3 *Beneficia an ſint aliqua, quæ reſidentiam non requirant.*
4 *Intitulati etiam in ſimplicibus beneficijs habent locum in electionibus, & communibus tractatibus: niſi ſit contraria conſuetudo.*
5 *Beneficia plura in caſu quis poteſt retinere.*
6 *Canonici ſi eligunt aliquem ad præbendam vacantem, qui in aliena eccleſia tenetur reſidere: ſi ille non vult dimittere primum beneficium, quid iuris.*
7 *Epiſcopus, & Capitulum poſſunt creare canonicum clericum alienum, & alij eccleſiæ alligatum.*

1 CLericos. † Priuatur beneficio clericus
non reſidens: ſi monitus, iu-
2 ſta cauſa ceſſante, non redeat. ¶ Nota † primò, ꝙ
clericus habens beneficium, quod requirit reſidentiam, non
poteſt morandi cauſa ad aliam diœceſim ſe transferre. nec
debet eum ille recipere. s̃.c.fraternitati. ¶ Quærunt hic Ioã.
3 An.& Doct. hic dicitur, † quòd reſidentiam requirant, quaſi
aliqua ſint, quæ reſidentiam non requirant. quæro an iſtud
ſit verũ: videtur, quòd non. quia qui non ſeruit altari, nõ de-
bet viuere de altari. j̃.tit.1.c.cum ſecundum. à contrario ſen
ſu, cum propter officium detur beneficium. vt c.vltimo.de re
ſcrip.lib.6. Reſpon.dicit Ho.poſt Goff. quòd beneficia pro
titulo aſsignata, etiam ſint vicariæ, vel modicæ æſtimationis
puta.20.ſed requirunt reſidentiam.vt d.c.ſanctorum.de of-
fic.iu.c.ex parte. s̃.e.c.conquerente.& idem tenet Inn. ſecus
in penſionibus, vel ſtipendijs aſsignatis aliquibus quaſi be-
ne meritis. 16.q.1.c.poſſeſsiones. & q.6.cap. illud. vel cauſa
pietatis. 33.diſt.c.quia tua. vnde ſi debilitato ad ſuſtentatio-
nem confertur beneficium, percipiet, etiam ſi non ſeruiat.
nec poteſt conqueri eccleſia de hoc, quòd quidquid habet,
deputatum eſt pietati. 54.diſt. c. multos. 12.q.2.c.aurum.cũ
4 ſimi.& differunt iſti inter ſe. † nam intitulati, etiam in ſimpli
cibus beneficijs, habent vocem in electionibus, & commu-
nibus tractatibus, niſi ſit contraria conſuetudo, ſecundùm
Inno. ſecus credo in prædictis, quibus intuitu pietatis, vel vt
bene meritis dicta beneficia ſimplicia conferuntur. facit qđ
no. s̃.de conſti.c.cum M.Ferrari. ¶ De Aſsiſsijs, an debeant
reſidere, & vocem habeant. dſc, vt s̃.c.prox.& hæc ſunt vera
de iure communi: ſed de conſuetudine, priuilegio, & ſtatu-
tis eccleſiæ poteſt ſuper reſidentia facienda, vel non, in ſim-
plicibus beneficijs aliter diſponi. vt s̃.de conſtit. c.cum om-
nis.& s̃.c.ad audientiam. & c.ex parte. & hoc caſu non po-
teſt epiſcopus cogere beneficiatos tales ad reſidentiam fa-
5 ciendam.ar.7.q.1.c.quia frater. † Item de talibus poteſt in-
telligi, quòd poteſt quis plura beneficia retinere. de except.
c.apoſtolicæ. Non ob. quòd iſte non poteſt duabus eccleſijs
deſeruire. 26.diſt.c.acutius. quia omnes eccleſię ſunt vna 21.
diſt.c.quamuis. nam poteſt quis principaliter alteri, etiam
in abſentia, deſeruire. ff.de ope.lib.l.antepe. tenet tamen In-
no. in iſtis beneficijs, quæ non requirunt reſidentiam ex pri-
uilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, quòd vbi ſubſit vtilitas, vel
neceſsitas eccleſiæ de nouo ſuborta, potuerint cogi ad reſi-
dentiam ſecundùm eum. arg. s̃.c.cum ad hoc. ¶ Querit etiã
6 Ioan.And. † pone canonici eligunt vnum ad præbendã va-
cantem, qui in alia eccleſia tenetur ratione beneficij reſide-
re. Item in eccleſia, vbi electus eſt, tenentur canonici reſide-
re: iſte electus non vult dimittere præbendam, ſed cum ea
vult etiam ſecundam. quæritur, vtrũ poſsit: videtur, quòd nõ;
quia diuiſus in duo non habet ſui poteſtatem s̃. de cle. con-
iu.c.diuerſis fallacijs.& dicto c.acutius. Sol. diſtingue. aut ca
nonici elegerunt talem ſcienter, aut ignoranter: ſi ſcienter, vi
dentur tacitè renunciare priuilegio, vel ſtatuto, quod habe-
bant de reſidentia. s̃.de conſtitu.c.cum acceſsiſſent.& c.ſeq.
epiſcopus tamẽ non cogitur confirmare, vel inſtituere talẽ.
quia ſine eius auctoritate non potuerunt canonici tollere ſta
tutum eccleſiæ, vel conſuetudi. ſupra de conſuetu.c.cum con
ſuetudo. poterit tamen confirmare, ſi volet: quo caſu habe-
bit canonicatum, ſiue præbendam. nam licèt epiſcopus, &
Capitulum poterunt cum eo diſpenſare contra conſuetudi-
nem, & ſtatutum: non tamẽ contra ius commune, qđ vult, vt
præbenda non debeatur niſi illi, qui ſeruit. 21.q.1.per totũ.
immò plus, ſecũdũ Hoſt. canonici poterunt venire contra fa
ctum ſuum, quod vergit in eccleſiæ præiudicium. j̃. titu. 1.c.
cum non ignores. multò ergo magis poterunt illum exclu-
dere, ſi tempore electionis ignorabant eum alij eccleſiæ alli-
7 gatum, ſecundùm eos. Tenent ergo Doct. hic † ꝙ epiſco-
pus, & Capitulum poſſunt creare canonicum clericum alie-
num, & alij eccleſiæ alligatum. ad hoc 70.diſt.c. ſanctorum.
vbi dicitur, quòd ex diſpenſatione epiſcopi non poteſt quis
eſſe canonicus, & præbendarius in pluribus eccleſijs: quaſi
innuat, ꝙ canonicus vnius eccleſiæ poſsit habere canonica-
tum in alia eccleſia, non in præbenda.& quare magis plures
canonicatus, quàm plures præbendas: dic, quòd in plurali-
tate prębendarum deprehenditur cupiditas, & præiudicium
plurimorum: non ita in canonicatibus, in quibus eccleſiæ
non grauantur. immò intereſt plura intereſſe in concilijs, &
tractatibus ſuis, vt c.prudentia.de offi.deleg.cum ſim. Sed an
in receptione in canonicum requireretur auctoritas ſui epi-
ſcopi, videtur, quòd ſic. s̃.e.c.fraternitati. 61.diſt.per totum.
dic per Hoſt.de clę.peregri.c.1. ¶ Vltimò aduertendum ad
varias conſuetudines ſuper reſidentia facienda: quædam.n.
exigit continuam reſidentiam: quædam temporalem: quæ-
dam eſt, quòd non percipiat beneficium, niſi reſideat. ſecun
dùm primam eo ipſo, quod recipit ſecundam, quæ ſimiliter
reſiden-



reſidentiam requirit, vacat prima. in ſecunda, vbi eſt reſiden
tia temporalis, recipiendo ſecundã, nõ vacat prima, ſi vtrũq;
facere poteſt, ſ. per diuerſa ſtatuta tempora reſidere in vtra-
que arg. ff.ad muni.l.aſſumptio.§. iuris prudentibus. de re-
ſcrip.c.dilectus. 2.in tertio caſu non videtur renunciare pri-
mæ, cum conſuetudo hoc non habeat. quaſi ſatis ſit, quòd à
beneficio abſtineat, ſecundùm Innoc. Hoſt. in his remittit ad
not. j̃.tit.1.c.ſuper. & in ſumma huius.tit.§.1.& 2.& de prę
ben.§.fin.ſub illo.§.illud remittendum. Iſta ſunt dicta dom.
Ioan.And. hic clarius, & ordinatius recitata, &c.

# De præbendis, & dignitat.

DICTVM eſt ſupra de vita, & hon.cle. Sed qa
clerici ad hoc, vt honeſtè viuant, & à nego-
tijs ſecularium ſe abſtineant, debent habe-
re præbendas, ne in cleri opprobrium men
dicare cogantur. ideo &c. ¶ Quid ſit præ-
benda, not. ſupra de conſti.cũ M.Ferrarien
a ſis. Quid ſit dignitas, [a] no. s̃.ti.1.c.3. & j̃.e.c.de mulcta. per
Io. And. habetur de materia. 21.q.1.& 2.per totum. 70.diſt.
ſanctorum. 16.q.7.c.nullus. repetitur in 6.& cle. & conuenit
dictum c.cum M. & c.cum omnes. & de reſcrip. c. cũ adeo.
& c.conſtitutus.de elec.c.dudum.de æta. & quali. c. eam te.
& c.accepimus.de ſciſma.c.1.& 2.de cle.ex.mi. c.poſtulaſti.
& c.ſeq.& lib.6.in multis locis.

ADDITIO.

a ¶ Quid ſit dignitas. vide Panor. in c de mulcta j̃.eo. dominos de Rora deciſi.173.incip. De theſauraria. in nouis.

*SVMMAE.*

1 *Succeſsio hereditaria non habet locum in bonis eccleſiarum.*
2 *Clerus & populus ſunt diuerſa.*
3 *Clerici an intelligãtur appellatione populi. Et an in fauoribus. nu.4.*
5 *Beneficia, & dignitates eccleſiaſticæ non tranſeunt ad heredes.*
6 *Ius patronatus tranſit ad heredes.*

1 VT nullus. † Nota, quòd in bonis ec-
cleſiarum non habet locũ
hereditaria ſucceſsio. & ratio, quia prælati ſunt
adminiſtratores, & officiales, uon domini, vt in c.2.de dona.
ſed officia, & adminiſtrationes non tranſeunt ad heredes, vt
l.is cuius. ff.de cura.furio. ¶ Secũdò not. quod dicit de clero,
2 ſiue populo, † ꝙ clerus, & populus ſunt diuerſa. ad hoc j̃.de
3 ſent. ex.c.ſi ſententia.lib. 6. † licèt ergo appellatione populi
includantur patritij, nobiles, & plebei, vt Inſti. de iure nat.§.
plebiſcitum: non tamen clerici, quia duo ſunt genera Chri-
4 ſtianorum. 12.q.2.ca.duo. ¶ † Vtrum ergo contineantur in
priuilegijs, & fauoribus. puta conceſſum eſt omnibus Vene-
tis priuilegium per Papam, vel populo Venetiarum: an cleri
ci gaudebunt iſto priuilegio? dic, vt s̃.de foro compe.c. dile-
5 cti. conclude ergo, † quòd beneficia, & dignitates eccleſia-
ſticæ non tranſeunt ad heredes, ſicut alia bona priuata.
6 ¶ † Quid ergo de iure patronatus, quod eſt cõpoſitum, ſiue
miſtum. quia participat de temporalitate, & ſpiritualitate.
dic, quòd tranſit. j̃.de iure patro.c.1.& 17.q.7. c. filijs. Re-
gna verò an deferãtur iure ſucceſsionis: dic, vt not. s̃.de elec.
c.venerabilis.& 8.q.1.Moyſes. quædam ſunt ẽt iura, quæ trã
ſeunt ad filios, & non ad extraneos heredes, vt l. iureiur. de
ope.liber. per Bar.& l.liberti, libertæq;. C.de bo.lib.

*SVMMAE.*

1 *Ordinari nemo debet ſine titulo.*
2 *Alimonia, verbum quid importet.*
3 *Epiſcopus etiam minores ordines non debet conferre ſine titulo.*

1 NOn liceat. Nota † primò, quòd non
debet aliquis ordinari ſi
ne titulo: ſicut nec fundari eccleſia ſine dote ꝑ
duobus ad minus. de conſec.diſt.1.c.nemo. ſpiritualia enim
non ſunt ſine temporalibus conferenda; quia debilia ſunt 1.
q.4.c. ſi quis obiecerit. officiũ enim, & beneficium ſunt cõ-
nexa. vnde vno collato ſine reliquo, eſt diuidere vnitatẽ, &
2 indiuiduum. quod eſſe non debet. ¶ Secundò no. † ꝙ verbũ,
alimonia, importat, quòd quis viuere poſsit: ſimiliter & ap-
pellatione alimentorum venient lecti, domus, medicinæ, &
ſi. vt ff.de ali.& ci.le.l. legatis. & l. verbo victus. de verbo ſi.
3 ¶ Tertiò innuit litera † quòd etiam minores ordines nõ de-
bet conferre ſine titulo, dum dicit [clericos.] nam appella-
tione clericorum in minoribus, & maioribus ordinibus con
tinentur, vt dicit glo. quæ ſubdit, ꝙ eccleſia non conſueuit co
gere ordinantes, niſi pro conſtitutis in ſacris: alij enim à ſta-
tu clericali recedere poſſunt j̃.de elec.c.cũ ex eo.lib.6.& vi-
de, quod no.70.diſt.§.1. ¶ Quartò not. quòd ideò cogit epi-
ſcopum, vt habeat ordinatus, vnde viuere poſsit. Si ergo ordi
nati habent hoc à ſe, non tenetur prælatus, ſecundùm Hoſt.
de hoc j̃.e.c.epiſcopus.

*SVMMAE.*

1 *Commune quod eſt, non eſt ſingulorum.*
2 *Poſſeſsio præbendæ non dicitur vacare per mortem canonici.*

1 RAtio. Nota † primò, quia quod eſt cõmu
ne, non eſt ſingulorũ: nec debet ſin-
gulorum vſibus applicari. concor. 12.q.1.c.qui
manumittitur.& hinc eſt, quòd ſinguli de eccleſia poſſunt ꝓ
eccleſia ferre teſtimonium, quia non in re propria, ſed com-
muni, vt vniuerſitate. facit, quod no. ff.quod cuiuſq;. vni.no.l.
ſicut.& plures bonas differentias inter ius, quod eſt commu
ne pluribus, vt vniuerſitati, & vt ſingulis. vide per Io. And. j̃.
de iure patro.c.quoniã.& ad idem. s̃.de conſtitu. c.cum oẽs.
nullus enim debet dicere proprium, quod eſt cõmune. 16.
q.1.c.fina. & C. de aquæ duc.l. diligenter.lib.11.& loquitur
iſtud ca. cum aliquod eſt cõmune, vt vniuerſitati, ſiue vt colle
gio: ſi autem eſt commune, vt ſingulis, an quod cõmune eſt,
meũ ſit. dic, vt l.ſerui electione.§.1.ff.de leg.1.§.1. vbi Bart.
diſtinguit, quòd aut eſt commune pluribus, vt vniuerſis, &
quod cõmune eſt, meum non eſt. vt d.c.qui manumittitur. &
l.in tantũ. cum limitatione not.in d.l. ſicut. aut eſt commu-
ne pluribus, vt ſingulis, & tunc aut quæritur, an ſit meũ quò
ad diſpoſitionem partis meæ. & dico, quòd ſic. vt l.2.de con-
dit.inſti.& l.1.C.qui te.face.poſ. aut quò ad diſpoſitionẽ par
tis ſocij, & tunc non eſt meum. vt l.falsò. C.de communi re-
rum ali. aut quò ad diſpoſitionem ſuper toto, & tunc aut res
erat ad hoc deſtinata. & dicitur meũ. ff.communi di. l. ædes:
aut non erat deſtinata ad hoc, & non dicitur meũ, vt l. Sabi.
ff.cõi diui. fallit in multis caſibus, quos ipſe enumerat in di-
cto §.1. ¶ Oppo. quia bona eccleſiarum diuiduntur per præ
bendas. ergo ſingulorum vſibus applicantur contra iſtud c.
2 So. illa diuiſio non facit eccleſiam deſinere poſsidere, † vndę
per mortem canonici non dicitur vacare poſſeſsio præben-
dæ, ſed per eccleſiam poſsidentur. facit, quod not. s̃. de pro-
ba.c.ex literis.& de cau.poſ.& proprie. cum ſuper.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus non debet aliquem promouere ſine titulo.*
2 *Ordinans aliquem ſine titulo tenetur ſibi prouidere de ſuo, ſiue per ſe, ſiue per alium ordinauerit. Et an teneatur ad medicinas. num.5.*
3 *Epiſcopus an poſsit ordinare ſubditum ad titulum ſui patrimonij.*
4 *Clericus habens ſufficiens patrimonium, an teneatur de eo viuere, vel poſsit viuere de redditibus eccleſiæ.*

EPiſcopus. Qui ordinauit ad ſacros ſine titulo non habentem de ſuo vnde viuat, de ſuo prouidere tenetur, donec aliquem tit. fuerit aſſecutus, primò dictũ, & eius exceptũ, ibi:
1 [niſi] ¶No.† primò, ꝙ ſine titulo non debet epiſcopus aliquem promouere.& expone titulũ.i. beneficium. accipit.n.
2 titulus multis modis.ſ̃. de elec.c.dudum. ¶Secundò not.†ꝙ ordinans aliquem ſine titulo, tenetur ſibi prouidere de ſuo, ſiue per ſe, ſiue p aliũ ordinauerit.vt j̃.eo. c.ſi epiſcopus cui. lib.6.& ſi ignorant,& aſsignent,qđ non pñt, tenentur aliud aſsignare.j̃.e.c.inter cetera. ¶Tertiò no.ꝙ ita demũ ad prædicta vitæ neceſſaria tenetur eps ordinato ſine titulo, ſi non habet de pāimonio ſuo:aliàs in dubio præſumitur ordinatus ad tit.ſui pāimonij,et ſi hoc nõ exprimatur.j̃.e.c.ſi eps.lib.6.
3 in 4.gloſſ. † vtrũ aũt eps ſubditũ alienum poſsit ordinare ad tit.ſui pāimonij,dicit Io.An.ꝙ nõ; quia nõ licet ei cõferre ordines, ſicut nec alia ſacramenta. 71.diſt. c.primatus. de tẽp. or.c.nullus.lib.6.¶Quartò no.ꝙ clerici appellãtur milites.
4 j̃.tit.1.c.1.¶Quærit Io.And.†nunquid clericus habens ſufficiens patrimoniũ teneatur de eo viuere, vel poſsit viuere de redditibus eccleſiæ.vr̃,ꝙ de ſuis.1.q.2.c.clericos.Ioan.And. tenet poſt Inn.ꝙ bona patrimonialia poſſunt ſeruare heredibus,& bona eccleſiarum expendere.12.q.4.c.1. vbi de hoc. Non ob.c.clericos.ibi enim ſolũ prohibet bona patrimonalia theſaurizare,& bona eccleſiarum expendere. vel intelligitur de illo, qui non ſeruit eccleſiæ, & percipit beneficium augens patrimonium, ſecundũ Hoſti. qui remittit ad not.de teſtamentis.c.tua nos.de reſcrip.c.poſtulaſti.& per Inno. ne prela.vi.ſuas.c.3.¶ Quærit glo.dicitur hic,quòd epiſcopus debet dare vitę neceſſaria. quęro, quę erunt iſta vitę ne-
5 ceſſaria.dic,ꝙ penſatis illis,quę ponuntur in glo.† Sed quę-
a rò,an tenebitur ad medicinas,[a] remiſi ad Bar.ſ̃.cap.2.& hic diſtingue,ꝙ quando debentur alimenta alicui propter operas,vt maritus,qui vtitur operis,ſecundùm dom.Cal.& tunc impenſæ medicinarum(ſi ſunt paruæ)debẽtur, vt l.diuortio. §.impendia.ff.ſo.ma.& l.omnino.& l.2.de impen.quandoq; alicui debentur alimenta ex legato,& tunc medicinæ continentur.7.q.1.c.niſi.& l.non omnis. de penu le.& eſt tex.ſingularis in c.ex parte. de celeb.miſ.& l.ſi cum dotis.§. ſi autẽ in ſæuiſsimo.ff.ſolu. mat. quandoq; debentur cibaria, vt debet poteſtas officialibus ſuis, vel dominus familiari. & tunc tenetur ſolum ad illa, quæ pertinent ad cibum infirmorum, vt ad pullos,& ſi.ſed ad medicinas,& ſyrupos,quæ ſiunt potius ad liberandum, & vacuandum corpus, quàm ad aliud nutrimentum,& ad ſalaria medicorum, & non tenentur, vt ludiarijs.de ali. & ci. lega.

ADDITIO.

a ¶ Ad medicinas. Adde Bar.in l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſsimo. in ſi.ſo.ma.in l.legatis.in 1 q.& in l libertis.la 2.§.1.ff.de ali. & ciba lega. Floria.in l.ſicut impendia.ff.de vſufr.Ang.& Alex.in d. §. ſinautem. cum alijs concor.ibi ſignatis.

SVMMAE.

1 *Epiſcopi non debent permittere aliquem habere plures eccleſias.*
2 *Ambitio reprobatur, & quid ſit ambitio.*
3 *Vagatio,& diſſolutio procedit à nimia abundantia.*

1 QVia in tantum, †Epiſcopi nõ permittant aliquem habere plures eccleſias.h.d.¶Not.primò,
2 † quòd ambitio reprobatur. & eſt ambitio aſpiratio ad dignitatem procedens ad actum. ambitioſus enim non reſpicit,vnde venerit, ſed quò tendit. nec ſibi tam iucundum eſt multos poſt ſe videre, quàm graue aliquem ante ſe (ait Seneca,) & reprobatur ambitio non ſolum in eccleſiaſticis dignitatibus,ſed etiam in ſecularibus,vt C. ad l. Iul. de ambi. per totum. ¶ Secundò. not. quòd præcepit Papa epiſcopis, vt corrigant, quia ad ipſos ſpectat cura omnium eccleſiarum. 10.q.1.c.regenda.nõ debent ergo negligere correctionem, poſtquàm Papa hoc eis præcipit. 24.q. 1. quod præcipitur.
3 ¶Tertiò no. † quòd vagatio, & diſſolutio procedit à nimia abundantia.vnde philoſophus. Et adipe procedit iniquitas. & hoc clarè patet,quòd tenere plures eccleſias eſt peccatũ, dum dicit[periculum animarum.] ¶Quærit glo.ſi quis habet plures eccleſias ex diſpenſatione, an vocabitur ad capitulum vtriuſque?tenet,quòd ſic, quia ſicut in principali, ita in acceſſorijs videtur diſpenſatum. facit, quod no.7.q.1.c.ſi quis in clero:niſi ſit conſuetudo contraria.dicit gloſ. & probatur.j̃.de elec.c.cum in eccleſijs.lib.6.& an in vtraq; intelligatur habere domicilium, & poſsit in vna diœceſi conueniri pro debitis alterius.dic,vt in gloſſ.& facit j̃.de tem.or.c. cum nullus.1.Reſpon.lib.6.Aduerte ad id,quod dicit gloſſ. ſi. quòd cum diſpenſatione retinet quis ſine peccato plura beneficia.quod intellige verum, ſi diſpenſatio eſt rationabilis:aliàs ſecũdũ B. Bona.diſpenſatio debet dici. & ſic nõ eſt tutus quò ad Deum.vt no.glo.in ſi.in c.non eſt voti. de voto. vbi diſtinxi inter diſpenſationem Papæ factam ſine cauſa cõtra ius diuinum.

SVMMAE.

1 *Prouidere quis non tenetur ad mandatum Papæ ei, qui beneficium ſuum in literis ſuis tacuit.*
2 *Propter ſcandalum vitandum receditur à iure communi.*

1 CVm teneamur. †Ad mandatum Papæ qs prouidere non tenetur ei, qui beneficium ſuum in l.t.ris ſuis tacuit, vel cui ſine ſcandalo prouidere non poteſt.non diuiditur. ¶ Nota primò duas exceptiones contra literas ad beneficia. prima,quòd impetrans non facit mentionem de alio beneficio,quod habebat.quod glo. intelligit, quantumcunq; modicum,& bene.& probatur hodie.j̃. ca.ſi motu proprio.lib.6.immò plus; quia ſi eſt beneficio ſpoliatus,tenetur in impetratione alterius beneficij de illo facere mentionem,aliàs aperta eſſet via fraudibus.ad hoc facit, qđ not.Ioan.And.infra c.de mulcta.ſuper ver.habebat. cum.n. ſpoliatus habeat actionem ad recipiendum beneficium, ipſum beneficium habere videtur.ff.de reg. iur. l. qui actus. & de reſti.in integ.l.nemo.& ſ̃.de reſcrip.c.in noſtra.¶Secun-
2 dò no.† quòd propter ſcandalum vitandum receditur à iure communi.& reſcriptum apoſtolicum non mandatur executioni.& per hoc exemplifica.c.ſi quando.de reſcrip. quod loquitur in genere, iſtud in ſpecie.facit j̃.e. c. cum nõ ignores. & de iure patro.c.3.& de cler.coniu.c.cum olim.

SVMMAE.

1 *Habens plures eccleſias, alteram eligere,& alteram dimittere compellitur.*
2 *Appellatio interpoſita ad iudicem incompetentem, non impedit curſus appellationis interponendæ, vel proſequendæ coram iudice competenti.*
3 *Contumax an poſsit mulctari ſine alia citatione.*

1 REferente. †Habens plures eccleſias, alteram eligere, & alteram dimittere compellet ur. & ſunt duæ partes. prima impetrantis conqueſtio. Secunda ipſius abſolutio, & cauſæ commiſsio. ibi. [nos autem.] ¶Nota primò, quòd archidiaconus ſpoliauit iſtum altera. & quo iure hoc facere poſsit inferior ab epiſcopo, dic, vt cap. ordinarij, de offi.ord.lib.6.in gloſſ.2. ¶Secundò nota,quòd archiepiſcopus irritauit factum archid. & rectè, ſecundùm In-

noc.



noc.quia non ſeruauit ordinem iudiciarium,cum non ſpoliauerit per ſententiam.quod ſi feciſſet,tranſiuiſſet ſententia in rem iudicatam, non obſtan. appellatione ad archiepiſcopũ
2 interiecta: † quia appellatio interpoſita ad iudicem incompetentem, non impedit curſus appel. interponendæ,vel pro ſequendæ coram iudice cõpeten.vt l.accuſaturus.ff. de adul. & l.ſi pater.C.ne ſta.defunct.cum ſimi. Item quia non dedit iſti electionem,quod facere tenebatur, vt j̃.patet. ¶ Tertiò not.quòd iſte archid. excommunicauit iſtum, quia vocatus venire contempſit, & ſic contumaci poteſt infligi pœna excommunicationis,etiam non comminata ſine alia citatione.
3 quod an ſit verum, ſcilicet † quòd contumax poſsit mulctari ſine alia citatione,dic,vt no. Bar.in l. 1.ff.de re mili.& colligę etiam hic, quòd coram iudice à quo vocatus ob aliam cauſam teneor accedere allegaturus ſaltem priuilegium appellationis.de appel.c.ſi duobus.& c.cum parati. ¶Quartò nota,quòd Papa audiuit iſtum. Item ſuper querela iniuſta excommunicationis,& ſpoliationis, & hoc quando ſit verũ, quòd excommunicator debeat audiri,& in quo,dic, vt j̃.de ſen.excom.c.per tuas.& c.ſolet.eo.titu.lib.6. ¶Quintò not. quòd Papa dat iſti electionem,quam ex prędictis duabus velit retinere.& aduerte, quia iura videntur in hoc variare. nã c.quia nonnulli.ſ̃.eodem irritat collationem ſecundi. iſtud ca.cõcedit electionem,quòd maluerit retinere.c. de mulcta. dicit primum vacare per adeptionem ſecundi curati. & ſi cõtendit retinere primum, vtroq; carebit.dicit hic Ioã. And.ꝙ iſtud poteſt intelligi de collatis ante idẽ concilium Lateranẽ. vel loquitur,quando quis habebat duas,quarum vtraq; erat inſufficiens,ſed modò vtraq; eſt opulenta:vel diſtingue,contenderit,vel non,vt in c.de mulcta. Ita dicit ipſe. Ego dico, quòd aut poteſt in beneficio notari ambitio, & nõ valet collatio vltimi.& ſic intelligo c.quia nonnulli . vbi irritatur,qñ habens plures eccleſias prius alias obtinet.arg. j̃.eod.c. cum iamdudum.& de offi.or.c.ordinarij.in ſin.lib. 6. aut non põt notari ambitio.puta habenti vnam alia cõfertur.& tunc aut conſequitur ſuo facto,& diſtingue.aut non contendit retinere primam cum ſecunda,aut contendit.vt j̃.c.de mulcta. aut conſequitur alieno facto,& tunc habet electionem,et c.gratia.de reſcrip.lib.6.& idem dico , quotieſcunq; ex prouiſione ſuperioris alterum ex beneficijs adeptus cogitur relaxare,vt ſibi dicto caſu optio reſeruetur, vt patet exemplũ ex ſecunda ſolutio. Idem dicas in acquiſitis, vt ſi ſine ſuo facto vnum ex pluribus obtinere ſibi optio concedatur, vt c.ſi pluribus.de præben,lib.6. ¶Oppo.hic fuit appellatum ab archidiacono ad archiepiſcopum,omiſſo epiſcopo . Sed cõtra de c.dilecti filij prior.ſolue, vt in gloſſ. & dicit,quòd ita erat de conſuetudine. quod tenet etiã Hoſt. qui dicit ſe ſcire, ꝙ epiſcopus Remenſis talibus conſuetudinibus vtitur. alleg.de appellatio.c.Romana.lib.6.

SVMMAE.

1 *Maius,& minus non ſunt cauſa ſtatuendi ius diuerſum.*
2 *Beneficia, quæ dicantur maiora,& quæ minora.*
3 *Ius vnius præbendæ an poſsit eſſe circa duos.*
4 *Canonicatu vno vacante, ſi duo eligantur, an valeat electio.*

MAioribus. Prohibetur diuiſio præbendarum, & permutatio dignitatum,& prohibitionis cauſam præmit
1 tit. Secundò prohibet.ibi[idcirco.]¶No.primò,†ꝙ maius, & minus non ſunt cauſa ſtatuendi ius diuerſum , ſed idem in minimis, quod in magnis.concor.C.de appel.l.& in maioribus.& c.de appellationibus.ſ̃.de appel.hinc dicitur. ita magnum iudicabis,vt paruum.ſ̃.de iudi. c. nouit. & hæc regula habet locũ quò ad conſtitutionẽ cõionem, vt hic. & 4. diſt. c.erit.quò ad furtũ,fornicationẽ,& iudicij æquitatem , vt in iuribus allegatis in glo. quò ad ſcãdali euitationem,de ope. noui nunc.c.2.quò ad animæ ſalutationem,in Aut.de moñ.§. hinc autem nobis.ſecus in reſcriptis.ſ̃.de reſcrip.cap.ſedes.
2 ¶Secundo no.† ꝙ aliqua beneficia ſunt minora,aliqua maiora.& quæ dicantur maiora,& minora.dicit Io.And. ꝙ maiora,ſiue maxima ſunt epiſcopatus, quæ ſunt immutabilia., niſi aliud fiat auctoritate propria.de tranſla.c.1.abbatiæ, & perſonatus poſſunt dici media, præbendæ verò minora . ad hoc j̃.c.ſi.& c.ſuper.& de filijs presby.c.ſin.¶Opponitur,& videtur,ꝙ præbendæ poſsint diuidi,vt ſ̃.e.c.vacante.& ſ̃. de conſti.c.cũ M.vbi Papa mandat coęquari præbendas: hic dicitur contra.quare malè.Sol. vna præbenda,vnitate ſeruata, (hoc eſt ꝙ vna ſit)non põt diuidi in duas:hoc eſt, vt duo, vel plures canonici alligentur ad eam , ſed de vna bene poſſunt fieri duæ,vt in d.c.vacante. ſed hæc non videtur bona ſo. qa in c.cum M.vnitate præbendæ ſeruata,diuidebantur fructus inter plures.quid ergo dicendum. pro hac declaratione aduerte,ꝙ reperitur canonicus ſine præbenda . vt in vltranume
a rarijs.j̃.e.c.dilecto.Itẽ reperiuntur præbendarij [a] non canonici. 16.q.1.c.poſſeſsiones. Item reperiuntur canonici præbendati.vt in toto illo tit.& hoc modo ſumendo ius præbendale eſt nomen iuris,& venit in conſequentiam ad canoniã, occaſione cuius canoniæ debentur prouentus ; quia præbenda à præbeo,præbes.quaſi illud ius ſpirituale canoniæ habet annexa tẽporalia,ſine quibus ſpiritualia diu durare nõ poſſunt,vt in c.ſi quis obiecerit.1.q.4.& hoc ſentit Inn.dum dicit.pbenda eſt nomen iuris,qđ non conſtituitur tantũ ex poſſeſsionibus,ſed ex iure canonico,cui annectitur:quæ tñ ſine redditu nõ poſſunt conſtitui, quia non eſſet quid pbendario
3 præbeatur.1.q.4.c.ſi quis obiecerit.† ita dicit ipſe.ad propoſitum ergo vna pbenda nõ recipit diuiſionem,hoc eſt, vt idẽ ius pbendale poſsit eſſe duorũ canonicorũ,ſed fructus,remanente titulo,penes vnum bene poſſunt pro parte alteri ex cã aſsignari.& ſic loquitur c.cum M.nã & in maioribus beneficijs qñq; , remanente titulo penes vnum,certa quantitas fructuum dicti beneficij alteri debetur,vt annua penſio.ſ̃.tit.1. c.conquerente.nec mirũ, ꝙ aliud ſtatuatur in fructibus,q̃ in re,vñ percipiuntur.nã alibi hoc contingit. vt patet ex not.j̃. de deci.c.quàm ſit graue.¶Sed cõtra pdicta ſic oppo. tu dixiſti,ꝙ de vna pbenda pñt fieri duæ.vt j̃.e.c. vacante. ergo ſi duo canonici eligũtur ad eã,tacitè videntur canonici diuiſiſſe in duas:cũ pr̃s fa.hoc eſt canonicorũ deſtinatione poſsint diuidi,& vniri,vt dicimus in ſimili.ff.de leg. 1.l.qđ in rerũ. ergo nũquàm erit diuiſio reprobãda.cuius cõtrariũ vult illud c.ad id facit,qa q vult conſequens,vr̃ etiã velle añs,ſine quo ad illud cõſequens peruenire nõ põt,vt l.2.ff.de iuriſ. om. iu. & c.pterea.de offi.dele.& de acqui.her.l. illud. hoc et cõfir-
4 mat:† quia ſi,vacante vno canonicatu , duo eliguntur , valet electio.& videntur canonici auxiſſe numerũ canonicorũ,& à cõſueto numero receſsiſſe.de conſti.cũ M.j̃.e.c. dilectus. & c.dilecto. quare ergo non ita videantur diuiſiſſe pbendã,non videtur rõ rddi poſſe.ſo. dicit Innoc.pbenda non conſiſtit in iure,ſed in redditibus, & facto . vñ oportet eã facto deſtrui, & expſsè ſi deſtrui debet.vt ar.dicti c.cũ M.Illa.n. quæ in facto cõſiſtunt,ad deſtructionẽ cõtrariũ factum exigunt.vt in reg.nihil tã naturale.& probatur in d.l.qđ in rerũ.vbi patet, ꝙ ad hoc,vt fiant duo fundi de vno,requiritur factũ.& ſic nõ ſufficit ſimplex animi deſtinatio.& idem patet in domo. Sed ius canoniæ,& canonicatus cõſiſtũt in iure . & ideo ſi ad vnã canoniam vacantẽ duo eligãtur(eſto,ꝙ ſit diſtinctus numerus) tenet electio.quaſi eligentes renunctient canonicorũ numero.vt d.c.cũ M.j̃.e.c.dilecto. ex prædictis inſero et ſecũdũ Inn.ꝙ in eccleſijs,vbi ſunt 12.canonici nõ poteſt cõſtitui num. 10.præbendarũ : quia oporteret vnã pbendã inter plures diuidi,ſed benè poſſet cõſtitui certus numerus paucorũ canonicorũ,q̃ ſint præſentes canonici,& pbendæ.ius enim canonicatus benè remanet penes illos,ꝙ ſunt ſupra numerum,& moritur cum eis,j̃.eod. c.dilecto.iſta vide-

tur mihi dicta Io. And.poſt Inno.alio ſtylo relata per domi-
num Io. de Lig.& alio per me,vt patet ſ.

ADDITIO.

a ¶ Prebendarij. No.quòd præbendarius poſsidens naturaliter, & ciuili-
ter, facit fructus ſuos,& habetur loco domini.Bald.in l. litigator.C.de
fructibus,& lit.expen.in ver.quæro in præbendario.

*SVMMAE.*

1 *Recipi quis poteſt in canonicum ſub expectatione præbendæ.*
2 *Recepto in canonicum præbendam primò vacaturam debet epiſco-*
*pus aſsignare.*
3 *Collatio beneficij appellatur liberalitas.*
4 *Receptus à Capitulo motu proprio an poſsit ſe opponere contra im-*
*petrantem à Papa,qui petit præbendam,vel canoniam.*
5 *Recepti ſi ſunt plures in eccleſia auctoritate Papæ, ſed primi impe-*
*trantis præſentatio eſt incerta, an prius, vel poſtea præſentauit,*
*an debeat obtinere.*
6 *Habens ius in prima vacatura, ſi nõ vult illam,ſed ſequentem(quia*
*fortè illam habere non poteſt ſine lite)an poſsit.*
7 *Præbenda proximè vacatura ſi collata eſt impetranti, tãdem poſtea*
*ipſam perdit,an poterit redire ad aliam alteri collatam.*

RElatum. Receptus in canonicum,quã
do facultas ſe offert, debet
habere præbendam inter caſus mãdati,quas po-
1 nit principium,& finis interſerit mandatum.¶†No.primò,
quòd poteſt quis recipi in canonicum ſub expectatione præ
bendæ,& effectum iſtius receptionis.tex.iſte ſubiungit, quia
debet ad iura,quæ competũt ratione canoniæ recipi ſtatim,
vt ad communes tractatus in electionibus,ad ſtallum in cho
ro,& alijs,& de hoc no.ſ.de conſti.c.cum M.¶Secundò no.
2 † ꝙ recepto in canonicum præbendam primò vacaturã de-
bet epiſcopus aſsignare. dico, quòd non habet aliquod ius
in ea,vnde valeret collatio facta alteri poſterius recepto, &
eſt expreſſum de recepto poſterius auctoritate Papæ, quòd
præferatur recepto primò auctoritate epiſcopi. j. eod. c. hi
qui auctoritate.lib.6. & quòd non habeat ius in præbenda
receptus in canonicum auctoritate epiſcopi, & Capituli,no.
3 j.eo.c.inter cetera.per Inno.¶Tertiò no.† ꝙ collatio bene-
ficij appellatur liberalitas.quod declara, vt in glo. ex qua ha
bes,quòd quandoq; ex parte vnius eſt titulus lucratiuus, ex
alia oneroſus: vt dicimus in dote filiæ conſtituta pro patre.
ff. de priuile.credi.l.ſi patri.¶Venio ad dicta Doct. per quæ
4 ſtiones. & primò quæro, † nunquid contra impetrantem à
Papa,qui petit præbendam,vel canoniam,poſsit ſe oppone-
re receptus à Capitulo motu proprio.remittit Inno. ad not.
per eum ſ.de reſcrip.c.mandatum.& ibi videtur velle,quòd
non poſsit ſe opponere receptioni. Ille enim auditur oppo-
nens,cuius intereſt. vt c.cum nobis olim.& cap.inter.R.ſ.de
elec. ſed electi à Capitulo non intereſt,quòd ille non recipia
tur in canonicum: cum per eũ non impediatur ſua receptio:
ſimiliter non intereſt, quòd non recipiatur ad præbendam,
cum in ea nullum ius habeat.ſubdit tamen Innoc. quòd po-
teſt dicere ſubreptitas literas impetrantis, quia ſi Papa ſci-
uiſſet Capitulum recepiſſe illum,cui,cum ſe facultas obtule-
rit,Capitulum prouidere tenetur, vt hic, non conceſsiſſet ta
les literas.ar.ſ.de off.deleg.c.ex parte.1.C.communia l. nec
autem,cum multis alijs. per quæ patet,quòd Papa non inten
dit per ſuum reſcriptum alteri præiudicare. & hoc dicit,
quòd poſsit opponere excep.ſubreptionis,antequàm in ca-
nonicum ſit receptus, non poſtea: tunc enim non ex literis,
ſed ex receptione ſe iuuat. dicta enim receptio in canoni-
cum auctoritate Papæ tribuit ius ad præbendam, ſecun-
dùm eum,vt c.hi qui auctoritate. & c. eum cui. de præbend.
Hoſtien.reprobat iſtam opin.& primò, quia eſt contra opi.
communem,quæ habet,quòd exceptio ſubreptionis litera-
rum ad beneficia reddat literas ipſo iure nullas. vt ſ. de re-
ſcrip.c.ad audientiam 2. quare non eſt bona diſtinctio,oppo
natur ante, vel poſt concludit, quòd impetrans à Papa non
tenetur facere mentionem de receptione in canonicum,
quam feciſſet ante impetrationem epiſcopus, vel Capitu-
lum,nec literæ hoc reſpectu poſsint dici ſubreptitiæ. ad hoc
facit j.cap.ſi à ſede. lib.6.ceteris paribus præfertur ille, qui
habet auctoritatem à Papa. Item per dictum Innocen.da-
retur via deludendi mandatis Papæ, cum in receptione ca-
nonici præueniret impetrationem. quod eſſe non debet. j.
de diuor.c.quanto. Non obſtat, quòd iſti recepto præiudi-
cium generetur exceptione impetrantis. Nam ſua rece-
ptio, inquantum reſpicit vacaturam, fuit contra ius, licèt
de benignitate ſibi, cum ſe facultas obtulerit, prouideatur.
tu potes dicere, quòd Innocen. intellexit de alia ſubreptio-
ne, quàm prædicta, quam poſsit receptus à Capitulo op-
ponere, quia cum ſubreptio reddat nullas literas ad bene-
ficia(vt prædixi,)iſtam exceptionem,quæ eſt excluſiua iuris
agentis,ipſo iure poteſt iſte opponere,vt not.in l.cum ſeruũ.
de ſeruis fugi. per Cyn. nec poteſt negari iſtius intereſſe il-
lum non recipi.cum faciat locum ſibi illo excluſo. ¶ Secun-
5 dò quæro † pone,quòd plures in eccleſia ſunt recepti aucto
ritate Papæ, ſed primi impetrantis præſentatio eſt incerta,
vtrùm prius, vel poſtea præſentauit,an debeat obtinere.ad-
uerte,iſta quæſtio præſupponit, quòd in literis ad beneficia
ſtemus præſentationi. quod eſt falſum,quia ſtamus datæ. vt
ca.tibi qui gratiam. de reſcrip.lib. 6. & infra eodem c. eum
cui.eo.lib.hanc tamen quæſt.Innocen. ad aliud ſcilicet,cum
qui nititur ex prioritate temporis, an debeat tempus limi-
tatè probare. dic, quòd ſic, ſiue agendo,ſiue excipiendo ex
prioritate, vel poſterioritate nitatur, vt not.Bart.in l.non ſo-
lum.§.ſi vt probari.de oper.noui nunc. & Hoſtien.j.de ſpõ.
duo.in rub. & quod not. in c.literis.de reſcrip.in cle.¶Ter-
6 tiò quæro.pone, † quòd habens ius in prima vacatura non
vult illam, ſed ſequentem(quia fortè primam ſine lite habe-
re non poteſt) videtur quòd non, quia peteret illam, in qua
nullum ius habet,cum pro ſecunda non ſit ſcriptum.ergo nõ
poteſt eam petere, pro qua ſcriptum non eſt. Impetratio-
nes enim(quia odioſæ) nituntur ex ſcriptura, nec maioritas
rationis ad caſum non comprehenſum facit eas extendi, vt
c.cui de non ſacerdotali.eo.tit.lib.6.& ca. ſuſceptum. de re-
ſcrip. Item ſi diceremus, quòd poſſet petere etiam ſecundã,
iam habet ius in duabus,ſcilicet prima, & ſecunda contra in
tentionem Papæ, non expedit inſiſtere in iſta q. quia deciſa
7 eſt j.eo.c.ſi clericus.lib.6.dic,vt ibi no.¶Quartò quæro† ec
ce collata eſt præbenda proximè vacatura impetranti: tan-
dem poſtea ipſam perdit. an poſsit redire ad aliam alteri
collatam,quæ ſibi debebatur, ſi illam non acceptaſſet.vide-
tur,quòd non; quia licèt non teneat collatio ſibi facta,tamẽ
perdidit ius ſuum,ar.ff.de acquir.poſ.l.quod meo.§.ſi furio-
ſo.& l.ſi me in vacuam. Item ſi reſigno beneficium, & non
tenet, tamen perdo ius meũ, vt c.quod in dubijs.de renunc.
pro hoc c.cum inter.R.de elec. vbi, & renuncians perdit ius
ſuum, licèt non habeat, quod ſperauit: ita hic videtur renun
ciaſſe literis, licèt non valuerit collatio ſibi facta.tu dic, ꝙ
quandoq; aufertur ſibi beneficium illud de iure (quia alteri
debebatur)& tunc videtur,quòd eius gratia non ſit extincta
per collationem beneficij inutiliter ſibi factam, ſicut nec
actio, cum res non traditur,prout debet. vt l.3.§. ſi reddita.
ff.commo.& l.libera.C.de ſen. quandoq; beneficium ſibi au
fertur de facto, & tunc cum tenuit collatio ſibi facta, vetus
actio extincta non reuiuiſcit, licèt iſte à poſſeſsione cecide-
rit,quia iniuria à iudice,vel priuato illata nõ reſtituit actio-
nem extinctã.vt d.c.cũ inter R.facit l.cum mora.C.de trãſa.
facit ad prædictã quæſt.quod no.Cy.in ſi.Inno.ſ.de offi. de
leg.c.in literis.& quod dixi.& c.quærenti.ſi poſt factã execu
tione inueſtitus ſpolietur,vel turbetur,an noua actio, vel ex
ſententia, quæ fuit mandata executioni, iterum poſsit agi.

*SVM-*



*SVMMAE.*

1 *Religioſi redditus clericorum capellarum ſuarum minuere non poſ-*
*ſunt, nec parochias diuidere.*
2 *Auaritia appellatur idolorum ſeruitus.*
3 *Religioſi non poſſunt redditus prioratuum ſuis vſibus applicare,*
*nec minorare portiones, quæ intitulatis debentur. Et an poſsint*
*facere cum conſenſu Capituli.num.4. Et an requiratur conſenſus*
*clericorum ipſius eccleſiæ.num.5.*

1 AVaritiæ. † Religioſi redditus clerico-
rum capellarum ſuarum mi-
nuere non poſſunt, nec parochias diuidere. &
ſunt duæ partes: religioſorum auara peruerſio, peruerſionis
2 correctio. ſecunda ibi[ideoq;.] ¶Not. primò, † ꝙ auaritia
appellatur idolorum ſeruitus. quod eſt verbum Apoſtoli ad
Coloſſen. 3. & contra auaros dicit canon. Auarus cui mi-
nus, quàm Deo, reuerentiam exhibet. 1.q.1.cum omnes.&
Eccle.14. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in con-
ſcientia. & hoc vitium, cum alia in ſenectute ſeneſcant: ſola
a auaritia iuueneſcit. a tales redarguit Seneca in lib. de mori-
bus. Quid enim ſtultius, quàm,via deficiente, viaticum au-
gere? & Tullius lib. 2. de officijs. Nullum vitium deterius
auaritia, præſertim in principibus, & rempublicam guber-
3 nantibus.¶Secundò no. † quòd religioſi non poſſunt red-
ditus prioratuum ſuis vſibus applicare, nec minorare por-
tiones, quæ intitulatis debentur, vel penſiones eis debitas
augere. & hoc ſpectat ad officium epiſcopi, vt in hoc eas
corrigat. ſi contra fecerint, etiam ſi ſint exempti. infra de
ſupplen. negli.præla.c.quia regulare. 2.reſponſo.in Clemen.
¶ Tertiò not.in percipiendo beneficio conſuetudinem at-
tendendam. de conceſ. præben. c. ex parte. ¶ Quartò not.
quòd improuidè fecerunt iſti religioſi, per eos mandat Pa-
pa reuocari. & ſic poſſunt venire contra factum ſuum, de
quo dixi ſupra de cleri. coniuga.c.diuerſis fallacijs. de filijs
4 præsby.cap.veniens. ¶Quærit gloſſ.† vtrùm cum conſenſu
epiſcopi poſsint iſti religioſi facere iſtas diminutiones.tenet
quòd ſic, iuſta cauſa ſubſiſtente. de hoc 10.diſtin.c.1.Si au-
tem diœceſanus nolit conſentire, habebitur recurſus ad ſu-
5 periorem.de iure patro.c.nullus. ¶ † Sed nunquid require-
tur conſenſus clericorum ipſius eccleſiæ? quidam, quòd ſic:
aliàs non valet, quod agitur.de eccle.ædi. c. ad audientiam.
51.diſtin.c.ſatis. & ſi nollet conſentire, & iuſta cauſa ſubeſt,
compelletur per ſuperiorem.infra de his,quæ fiunt à maio-
ri parte Capi.c.fina. ſecundùm Ala. & Vincen.Goffre.dicit,
quòd clericis inuitis ex iuſta cauſa poterit fieri diuiſio paro
chiæ, dummodo ipſi congruam ſuſtentationem habeant.in-
fra de eccle.ædi.c.3.præbenda autem, clerico contradicen-
te, non poterit diuidi: licèt,quod ſibi ſupereſt, teneatur in
pias cauſas expendere, ſecundùm Vincen.& Ala.

ADDITIO.

a ¶ Auaritia iuueneſcit. Vide tex.in c. cum in iuuentute. de præſumpt.
Car.in Clemen. in pleriſque.in 6.q.de elect.& in Clemen. 1.in princ. de
regula.

*SVMMAE.*

1 *Prælatus, & Capitulum poſſunt præbendæ vacanti honeſtum onus*
*imponere, ad quod præbendarius teneatur.*
2 *Conuentiones, & pacta poſſunt interuenire cum illo, qui eligitur ad*
*beneficium vacans.*
3 *Illicita ſi deducuntur in aliqua conuentione, illis irritatis, in reliquis*
*compoſitio ſalua manet.*
4 *Miſſæ peculiares licèt ex deuotione poſsint audiri, non tamen licet*
*propter illas omittere feriales.*
5 *Pactum factum, vt pro certa pecunia ſacerdos teneatur dicere tot*
*miſſas, non valet.*
6 *Clericus licèt non poſsit locare diuinas operas, poteſt tamen tempo-*
*rales.*
7 *Anniuerſarium vt fiat, an ſit licitum dare ceteros redditus.*

1 SIgnificatum. † Poſſunt prælatus, &
Capitulũ præbendæ va
canti honeſtum onus imponere, ad quod præbenda-
rius teneatur. In prima tria ponuntur, & petitur confirma-
tio.In ſecunda petitum,prout conuenit,confirmatur.¶No.
primò, quòd præpoſitus, & Capitulum contulerunt iſti p-
bendam. & ſic in inferioribus eccleſijs ſpectat miniſtrorum
electio ad Capitulum illius eccleſiæ, non ad epiſcopum. qđ
dic, vt ſupra de electio.c.cum eccleſia Vulterana. ¶ Secun-
2 dò not. † quòd cum illo,qui eligitur ad beneficium vacans,
poſſunt interuenire conuentiones, & pacta. de quo in gloſſ.
¶Tertiò not. quòd ſacerdos locat hic operas ſuas ſpiritua-
les. promittit enim dicere die quolibet Miſſam ſanctæ Ma-
riæ,& recipit præbendam, quod quomodo eſſe poſsit ſine
3 vitio ſimoniæ,dicam j.poſt glo.¶Quartò nota,† quòd ſi in
conuentione aliqua illicita deducuntur, illis irritatis in alijs
compoſitio ſalua manet. ſimiliter & ſententia iudicis à quo.
vt c.Raynutius.& c.Raynaldus.de teſta.¶Quintò no.quòd
ſicut ſententiarum petitur confirmatio à Papa, ita etiam cõ
uentionum maximè initarum ſuper ſpiritualibus.vt ſ. de pa
ctis c.cum pridem. & ſ.de confir. vtili, vel inutili. c.2. & 3.
per Innoc.¶ Sextò not. quòd pactum iſtud fuit per Papam
modificatum, & interpretatum in tribus. & primo inquan-
tum in pacto de Miſſa beatæ Mariæ quotidie celebranda Pa
4 pa dicit[Miſſarum ſolemnia.] † Licèt enim Miſſæ peculia-
res ex deuotione poſsint audiri, non tamen licet propter il-
las omittere feriales,infra de celebratione miſſa. c. quædã.
Secundò dictum fuit in pacto,quòd quotidie celebraret: Pa
pa interpretatur,& moderatur,quòd dicat quantò frequen-
tius poteſt,ſalua &c.non enim liceret celebrare cum vilibus
veſtimentis,vel cum calice æreo,ſecundùm Inno.Tertiò mo
deratur in eo,quòd dicit,ꝙ non liceret eccleſiam dimittere.
debet enim intelligi cauſa voluntatis, vel ſe ad aliam eccle-
ſiam transferendo.in caſibus ergo, in quibus licitum eſt ec-
cleſiam dimittere,vt in ſeruitium epiſcopi,vel propter inimi
citias,& in ſimilibus licitè ſe abſentabit, nõ obſtante pacto.
Ius enim, & conſuetudo informant pacta, & ſecundùm ius
commune,& conſuetudinem recipiunt intellectum,vt l.quæ
ro.§.inter locatorem.ff.locati. & patet in iſto caſu. verbum
enim,aſsiduè, verbum,non dimittere, verbum,quotidie ce-
lebrare, interpretatur Papa, vt hic videtis, & de interpreta-
tione iſtius verbi, aſsiduè,dic,vt ſ.de offic.archipresby.c.1.
¶ Oppo. hic fuerunt appoſitæ portiones in collatione ſpiri-
tualium.contra.1.q.2.c.quàm pio.& ſup.de pactis.c.vlt.So-
lu. dicit glo.hoc onus fuit appoſitum rei, hoc eſt præbendæ.
vt quicunque illam obtineret. ad iſta teneretur. & hoc onus
ſubiret.ad hoc facit infra de mag.con.in glo.vlt.& hanc vide
tur approbare Ioan.And. poſt Hoſt.in quæſt.de anniuerſa-
5 rio.vbi dicit,† quòd paciſci, vt pro certa pecunia ſacerdos
teneatur dicere tot miſſas,non valet, ſecus quando onus an-
nectitur rei ſpirituale,vel temporale,vt hic.quia tunc res trã
ſit cum onere.infra de deci.c.paſtoralis. de dona.c.cum di-
lectus. & quòd hic fuerit onus reale, patet ex illis verbis
[præbendæ illius anniuerſarium]&c. & ſic onus anniuerſa-
rij fuit adiectum præbendæ. Ego dubito in hoc dicto, nam
quia res ſunt inanimatæ,& non ſentiunt, nõ poſſunt propriè
dici onera realia.quæ ipſe res non ſunt aptæ ſuſcipere,ſed p-
ſonæ,vt miſſæ diuinum officium,& ſimilia.Res enim ipſæ hu
ius miniſterij non ſunt capaces.vnde licèt verba oneris diri-
gantur ad res(vt res iſtæ habeant illud onus)tamen officium
dirigitur ad perſonam,vt quòd talis dicat officium.nõ enim
inſpiciendum eſt,cum quo quis loquatur,ſed in quem volun
tatis intentio dirigatur, dicit tex.ff.de lega.2.l.cum pater.§.
donationis. præterea non dicitur onus reale, ſi perſona re-
cipit à re, ſed quando res à re.& ideò differt vſusfructus ab
alijs ſeruitutibus. quia vſusfructus dicitur ſeruitus perſo-
nalis: aliæ reales. facit, quod not. in l. Caius.ff. de annuis

lega.& de ſeruitu.l.vt pomum.& l. certo generi.ff. de annuis
leg.Præterea ſecundũ dictam opinionem facile eſt,ſi exclu-
ditur ſe monitum,c. imponendo ſcilicet onus rei, & dicẽdo
[quicunque voluerit hos decem florenos, vel tot redditus
fundi mei, dicat tot miſſas ] Saluando tamen dicta Docto.
poſſes dicere, ꝙ quandoq; transfertur proprietas rei in ec-
cleſiam cum prædicto onere,& valet,cum talis conditio, vel
modus ſpiritualis,ſit. ad hoc infra de rerũ permu.c.ad quæ-
ſtiones. quandoq; priuatus retinet ſibi rem, & deſtinat fru-
ctus illi,qui dixerit tot miſſas: & non valet. quia non eſt res
effecta ſancta ſanctorum.ſed primo caſu ſic,vnde poſtquàm
res eſt intra eccleſiam, magis licet adijcere onera illis, qui
poſtea intitulantur in ea, cum res ſpiritualis commodè cũ
ſpirituali opera permutatur. & de iſta materia, an in colla-
tione beneficij, vel promotione poſsint adijci conditiones,
& modi: dic, vt ſ.de elec.c. ſignificãdi.& 8.q.3.c.in ſynodo.
¶ Secundò opponitur. innuitur hic, ꝙ iſte ſacerdos locauit
operas ſuas ſpirituales. ſed contra.infra de ſimo.c.cum in ec
cleſiæ corpore. Solu.glo.diſtinguit. aut habet beneficium ec
cleſiaſticum, vnde poteſt viuere,& locare non poteſt operas
ſuas ſpirituales,vt in cõtrario.& 23.diſtin.c.his igitur.& 21.
q.2.cap.vltimò.aliàs poteſt locare, vt hic. quod eſt verum,
niſi celebret illa intentione, vt pecuniam recipiat:tunc enim
grauiter peccaret, licèt ſimoniam non committeret, ſecun-
dùm Tancre.Ioan.And. remittit ad not.de cleri. non reſidẽ.
c.vno.lib.6.in penult.glo.Innoc. & Hoſtien.de illo arg. ple-
nè tractant.infra ne præla. vices ſuas.c. 3: vbi dicunt, quòd
intitulatus non poteſt locare operas parochianis, etiam ob-
tentu ſumptuum ſine vitio ſimoniæ infra de ſimo. c. ſuam. ſi
tamen eget, coguntur parochiani ſibi aſsignare,vnde ſuſten
tari poſsit. 18.q.1. ca. ſtatuimus.2.de parochi. c.vt domini-
a cis. [a] per Ioan. And. Si verò extra parochiam locet, & eſt
6 omnino pauper: in hoc dicit hic, † ꝙ quamuis non ſit lici-
tum locare diuinas operas:poteſt tamen locare corporales.
ideſt poteſt ſe aſtringere ad morandum cum aliquo, & non
ad tempus,& ſeruiendum ſibi in licitis: puta ſcribere, pue-
ros informare, illum aſſociare: quæ poſſunt fieri, ſalua or-
dinis honeſtate,de ſimo.c.Dei. & erit tutius ab hac promiſ
ſione excipere operas ſpirituales,vel ſeorſum ab illo contra
ctu locationis operæ corporalis promittere gratis hanc ope
ram ſpirituale, vt ſic contractus inuicem non commiſcean-
tur. infra de rerum permuta .c.ad quæſtiones. & hic Innoc.
confirmat, & addit, quòd prædicto modo non ſolùm pau-
per, ſed diues locare poterit, vt prouiſionem, quam facit in
eccleſia,vel alijs ſeruitijs, vel in recompenſatione damnorũ,
quæ ſuſtinet occaſione illius moræ, pro diuinis officijs reci-
piat pretium. Iſta ſunt verba Ioan.And.poſt Innoc.& Ho-
ſtien. ex quibus patet, quòd ſacerdos non debet in mente
gerere, nedum verbis exprimere,quòd locet operas ſpiritua
les pro illa mercede,quam recipit. ſed remanet difficultas.
pone enim, quòd operam ſuam corporalem de aſſociando,
ſcribendo, pueros docendo, & ſimilibus, non conduceret
quis pro decem, quia ad hoc non eſt aptus, ſed quia exper-
tus eſt in officio diuino, quis conducit eum pro 30. aliàs nõ
conducturus pro 10. vt dixi. & hoc ipſorum quilibet bene
nouit: nonne conſcientia hunc remordebit,licèt verbis ali-
ter actum appareat inter eos? certe ſic. Deus enim interro-
gat cor,non verba.quid ergo erit.credo in hoc caſu differre
pauperem à diuite ſic locante. diues in hoc peccat, plus lo-
cando pro opera ſua ſpirituali, quàm corporalis opera me-
reatur. pauper verò poſsit: qui poſsit quærere ſibi victum
ex honeſto artificio.91.diſtin. c.clericus victum. [ & qui ſe-
minat ſpiritualia: non eſt magnum ]&c. vt c. cum ex officij.
de præſcrip.pro hoc optimè facit, quod dictum eſt de iſtis
Aſsiſijs,ſiue manſionarijs ſup. titu. 1.c.ad hoc. illi enim me-
rè temporalia percipiunt de eccleſia pro diuino officio, qđ
impendunt ibi. ¶ Incidenter ſubijcit quæſt.Ioan.And.de an
7 niuerſario: † an ſit licitum pro eo dare certos redditus, vt
de illis fiat anniuerſarium. Innocen.quòd non. quia eſt of-
ficium ſpirituale. Non obſtat iſtud c. quia hic conſtituerũt
certos redditus per illos, qui debent facere anniuerſarium,
& poterant hoc facere: ſed conuenire da nobis tantùm, & fa
ciemus anniuerſarium, eſt omnino illicitum: donator ergo
reddituum licèt poſſet apponere modum, & conditionem
rei donatæ,non tamen, quæ ſapiat ſpiritualitatem, ſecundũ
eum.hoc reprobat Hoſtien. nam ſecundùm hoc infiniti eſ-
ſent ſimoniaci, & multæ eccleſiæ pro hoc laquearentur: cũ
quotidie ſic poſſeſsiones pro anniuerſarijs relinquantur. di-
cit ergo Hoſtien. quòd non eſt licitum conuenire per pa-
ctum,vt tot denarij dentur pro certo numero miſſarum:ſed
quando onus adijcitur rei ſpirituale, vel temporale,bene li-
cet,& erit tutius, ſecundùm Hoſtien. ita verba concipere.
relinquo tali eccleſiæ decem libras annuas ſuper tali domo,
vel ducentas libras ad emendum decem libras annuas in an
niuerſario meo.& inter illos tantùm,qui intererunt, & offi-
ciauerint diuidendas ſecundùm conſuetudinem eccleſiæ. &
rogo prælatum,& Capitulum illius eccleſię: vt anniuerſariũ
meum faciant, ſicut decet: iſta ſunt verba ſua,quibus poſſet
opponi fortiter, vt vidiſtis ſupra in prima oppoſi.dic,vt ibi.
¶ Tertiò opponitur.hic partes conuenerunt, & tamen Papa
pacta priuatorum aliter moderatur. ſed contra. contractus
legem accipiunt ex conuentione,vt l.1.§.ſi conuenerit.ff.de
poſiti.& ex eis oritur obligatio naturalis.ff. de pact. l.1.quã
naturalem obligationem non videtur,quòd Papa poſsit tol-
lere,vt not.Innocen.ſup.de conſtitu.cap.quæ in eccleſiarum.
nec quod alicui quæritur ex ſua prouiſione,eſt auferendum:
immò prouiſio hominis tollit prouiſionẽ.l.in illo caſu,vt ple
nè in l.ſi cum dotem. in princip.ff.ſolu.matri. malè ergo vi-
detur hic Papa reformare conuentionem inter partes. Solu.
aliud eſt reformare pacta licita: & hoc non licet Papæ ſine
cauſa,vt in contrarijs. & infra de votis c.non eſt voti. aliud
eſt interpretari, & hoc licet.vel aliter.aut pacta reſpiciunt re
ligionem tantùm:& poſſunt mutari per Papam,vt hic. etiam
ſi ſint licita: aut reſpiciunt temporale commodum, & non
eſt licitum Papæ ipſa mutare, poſtquàm ſunt inita,auctori-
zante eccleſiaſtico iudice: ad quem ſpectat executio vltima
rum voluntatum.de teſtam.nos quidem. & comminutio vo-
torum. de voto.c.1.ſaluo,quod habes in Clemen. quia con-
tingit. de relig. domi. ¶ Quærit gloſſ. quid ſi conditio eſſet
illicita: dicit, quòd,conditione fracta,tenet conſtitutio:de-
bet dicere inſtitutio, ſecundùm Ioan. And. qui remittit de
hoc ad dictum c.ſi.de condi.appo.

ADDITIO.

a ¶ Vt dominicis. Vide latè dominum Ioan. de Guſchis in repeti.huius. c.vt dominicis.

*SVMMAE.*

1 *Monachi poſſunt habere eccleſias parochiales ſub ſe, & præſentato ad eas tenentur portionem aſsignare congruam. & num. 4.*
2 *Portio,quæ eſt aſsignanda vicarijs,qualis eſſe debeat.*
3 *Monachi licèt habeant eccleſias parochiales in vſus proprios, tenentur tamen eas in bono ſtatu conſeruare, & de iuribus epiſcopalibus reſpondere epiſcopo.*
4 *Eccleſiæ quot modis poſsint ſpectare ad religioſos.*
5 *Epiſcopus an poſsit concedere eccleſiam ſine cura monachis,vt habeant in vſus proprios, eiectis clericis,qui ſunt ibi.Et quid ſi donat eccleſias parochiales.num. 7.*
6 *Monachi, quando obtinent eccleſias ex earum fundatione, quod ius habent in eis.*
7 *Monaſterium quando ædificat eccleſiam,an liceat ei inſtituere, quòd eam habeat pro grangia, monaſterio, vel prioratu.*

De



DE monachis. Ad præſentationem
religioſorum in ipſo
rum eccleſijs nullus inſtituet,niſi prius ei cõgrua
portio prouẽtuum aſsignetur.non diuiditur. ¶ Nota primò
1 † ꝙ monachi habent eccleſias parochiales ſub ſe,& præſen-
tato ad eas tenentur portionem aſsignare congruam. & ſic
patet,quòd reſiduum fructuum poſsint ſibi applicare.quod
quando ſit verum, ĩ.dicam.& habet iſtud c.locum quò ad il
lam compulſionem monachorũ nõ ſolum in monachis,ſed
in quibuſcunq; religioſis.ĩ.eo.c.in lateranen. Item ſiue ſint
exempti,ſiue non,& conſuetudo cõtraria reprobatur. infra
eo.c.1.lib.6.Vtrùm autem iſti per monachos præſentati ſint
perpetui,vel poſsint ad nutũ remoueri.dic vt infra de capel.
2 monach.c.1.lib.6.¶ Secundò nota,† quòd portio aſsignan-
a da iſtis vicarijs [a] debet eſſe ſufficiens ad ſuſtẽtationem ipſius:
& ad alia,quæ incumbunt,maximè ad hoſpitalitatem, ad q̃
tenentur clerici.dicit glo.quòd intelligit Io.An.ſolito, & cõ
gruenti modo. quia non poſſet omnes recipere. & pro hoc
dicit Philip. ſupra de electi.c. dudũ.quòd illa eccleſia eſt te
nuis,quæ non poterat honeſtè procurare prælatũ, nec hoſpi
tes recipere,vt hic.& ꝑ hoc cõcludit,quòd eccleſia debebat
eſſe ditiſsima.cum omnes hoſpites indiſtĩctè recipere tenea
tur.42.diſtin.c.quieſcamus. & domus clericorum debent eſ
ſe communes. 16.q.1.c.vlti.¶ In cõtrarium arguit ſufficere,
quòd habeat neceſſaria, quæ neceſsitas reſtringitur ad vi-
ctum,& veſtitum. 12. quęſt. 1. epiſcopus. Soluit ipſe omnia
hic conſiderãda,ſecundum qualitatem perſonæ,& ſitum ec-
cleſiæ.probatur primum.41.diſt.c. non cogantur.de ſecun-
do exemplificat plus indigere eccleſiam, quæ eſt in via,& lo
co patenti,quàm illa,quæ eſt extra viã,& in ſyluis.& conſue
tudo maximè eſt conſideranda.4.diſt.c.erit. & quòd no.Io.
An.infra eo.c.cum ſcđm ſuper ver.quantitatis.¶ Tertiò not.
3 † ꝙ licèt monachi habeant eccleſias parochiales in vſus pro
prios, tamen tenentur eas in bono ſtatu conſeruare. & de iu
ribus epiſcopalibus reſpondere epiſcopo,quę iura conſiſtũt
in procuratione debita epiſcopo viſitanti in cathedratico,&
ſimilibus,de quibus ſup.de offi.ordi.c.conquerente.¶ Quar
tò nota remedium proditum contra iſtos religioſos,qui vi-
carijs aſsignare nolunt congruam portionem: non enim te-
nentur ad ipſorum præſentationem vicarios recipere.hodie
plenius eſt prouiſum.ſtatuet enim diœceſanus terminum ad
hanc aſsignationem faciendam:infra quem ſi non fiat,præ-
ſentatum admittet.& poſtea faciet hanc aſsignationem,in
qua taxanda pluri,vel minori non debet excedere.quod dic
vt in Clem.1.de iurepatr.& vide Clem.1.de ſupplen.negligẽ.
præla.& c.1.infra eodem.lib.6.¶ Quæro poſt glo.& docto.
4 qñ ſit verum,quod hic dicitur,hoc eſt,† ꝙ religioſi cõſtituãt
portionem fructuum vicarijs eccleſiarum parochialiũ, & re
ſiduum applicent ſibi.glo.magna de hoc quærit ibi. quo er-
5 go caſu locũ habet,qđ dicit &c.† Ad cuius euidentiã præmit
tit,quot modis poſsint eccleſiæ ſpectare ad iſtos religioſos.
& dic,ꝙ tribus modis.primo ex laicorũ cõceſsione.ſcđo ex
epõrũ donatione.tertio ex ipſorũ religioſorũ fundatione,&
ex quolibet prædictorũ modorũ variũ ius ſibi vendicant reli
gioſi in ipſis eccleſijs,altero ex prædictis modis ad eos perti
nentibus,vt latè hic proſequitur Io.An.poſt Bernar. Innoc.
Hoſt.& alios.Primo caſu quando ad eos ſpectat ex cõceſsio
ne laici,quid in eis habeãt.dic,vt in glo.quæ inquantũ dicit,
ꝙ non valet conceſsio laicis facta,epiſcopi nõ accedẽte con
ſenſu,non benè dicit,vt infra de iure patro.c.1.li.6.Secundo
caſu cũ ad eos ſpectat ex epõrum donatione.& diſtingue,ꝙ
aut epõs donat religioſis eccleſias non habentes populum,aut
eccleſias parochiales.primo caſu cum donat eccleſias popu
lum non habentes in proprios vſus, & tunc quid ex illa con
ceſſione religioſi cõſequantur:dicas,quia aut iſtę eccleſię do
natæ in vſus proprios non ſunt collegiatæ. aut ſunt collegia-
tæ.Si non ſunt collegiatę,dic,ꝙ monachi ad libitum ſine epõ
ponent,& reuocabunt vicariũ.& ſic intelligitur infra de do-
nati.c.& conſultationibus. & monaſteriũ intelligitur præla-
tus eccleſiæ:& illa eccleſia intelligitur locus priuatus, vel ad
miniſtratio,vel grangia monaſterij.de confir.vtili,vel inutili.
c.porrecta.de cenſi.c.ſi.per quam dicit Hoſt.ꝙ nec procura
tionem habet.aliàs debet.fatetur tñ Hoſt.cum Inno.ꝙ illam
eccleſiam debẽt monachi cõſeruare in ſuo ſtatu. vt ſ.ibi ſint
tot clerici numero,quot eſſe conſueuerant. licèt non perpe-
tui,ꝙ cultus diuinus,&c.de conſti.c.fin.nec ſtatus eccleſiarũ
&c.de ſup.negligen.præla.c.2.Itẽ ſacerdos,qui ibi fuerit,de
bet de ſpiritualibus epõ reſpondere. Item monachi,ꝙ vltra
vitæ neceſſaria clericorũ de redditibus eccleſiæ ſuperfuerit,
ſibi poterunt retinere,ſecundùm Inno.¶ Sed incidẽter quæ
6 ritur.† an epõs ſic poſsit concedere talem eccleſiam ſine cura
monachis, vt habeant in vſus proprios, eiectis clericis,qui
ſunt ibi.quidam,ꝙ ſic.alij contra, cum id non proſpiciat me
liora.de his,quæ fiunt à præla.c.tua.dicit Hoſt. ꝙ prima opi
nio vera eſt,cum ſubeſt iuſta cauſa (puta paupertas religio-
ſorum) 93.diſt.c.diaconi.vel vt labores impiorum iuſti edãt
ne cleri.vel mona.c.relatum.ſecunda opinio vera eſt, cũ non
ſubeſt iuſta cauſa.& hæc vera(vt dixi) in eccleſia nõ curata,
& non collegiata in proprios vſus conceſſa.Si enim talis ec-
cleſia eſſet collegiata,non poſſet abbas prælatum,& clericos
exiſtentes ibi pro libito remouere ſine iuſta cauſa. de ſtatu
mona.c.2.ſed deberẽt eſſe perpetui,vt ibi:quinimmò ſi lin-
querent in hoc iuriſdictionẽ concedendã abbati,licèt denũ
tiare poſsit epiſcopo.nã nec minor iudex immò nec epiſco-
pus ſolus examinat cauſas criminales clericorum.15.q.7.c.
epiſcopus.de hoc infra de officio ordina.c.quãto.& hoc de
primo membro.cum epiſcopus donat in proprios vſus reli-
7 gioſis eccleſias non habentes populum.† Si autem donat ec-
cleſias parochiales:& tunc aut in proprios vſus, aut pleno iu
re.ſi in proprios vſus,& tunc niſi aliud dictum ſit, neceſſe ha
bet abbas inſtituere in ea rectorem: vel ad minus vicarium
perpetuum:qui nec exinde ſine auctoritate epiſcopi poterit
remoueri.de ſup.negli.præl.c.2.& infra eodẽ c.extirpandæ.
& de priuileg.c.paſtoralis. vbi de hoc. & hoc eſt verum,etiã
ſi Papa concedat.ſecundo caſu cum concedit tales eccleſias
pleno iure:tunc abbas(quaſi vicarius epiſcopi) ponet in tali
etiam vicarium,& committet ſibi curam animarũ, & ipſum
propter malam adminiſtrationem poterit remouere.de ac-
cuſa.c. qualiter. 2. ſi criminaliter accuſatur per epiſcopum,
audietur.& ſic intelligitur.16.q.2.c.viſis. vbi dicitur, ꝙ pia-
cula ſacerdotum per epiſcopum puniẽtur. Item omnia,quæ
ſunt epiſcopalis ordinis(ſicut eſt altarium conſecratio,colla
tio ordinum,& ſimilia)per epiſcopũ ibi fient,ſecundũ Inno.
ꝙ dic,vt no.de reſcrip.c.veniens. Item ſecundũ quoſdã epi-
ſcopus poterit dictam eccleſiam viſitare,de cenſi.c. cum ve-
nerabilis.& c.venerabili.nam licèt ſpiritualia conceſſerit ab
bati, videtur tñ ſibi viſitationem reſeruaſſe.quod dic, vt not.
de donatio.c.paſtoralis.vel dic,quòd vterq; habet viſitatio-
nem,qui ſi ſimul concurrant,præferetur epiſcopus, tanquã
maior,niſi aliud obtineat de cõſuetudine ſpeciali. ſicut in ar
chidiacono,& alijs prælatis,qui ſubſunt epõ in hoc etiã caſu
presbyter abbati in ſpiritualibus reſpõdebit. ſi quæras qua
re prædicta remaneant epõ,cũ tranſtulerit eccleſiam pleno
iure in abbatẽ etiã exemptum.dicit Inno.ex eo,ꝙ abbas pre
dictorũ iurium eſt capax.infra de conſec.eccl.vel al.c. a qua
vnde cum in generali conceſsione non veniant, æquum eſt,
vt remaneant penes concedentem: & non ab extraneo epi-
ſcopo abbas prædicta quærat,ſed ab eo,à quo grãm meruit
arg.infra de teſtamẽ.c. cum in officijs.& infert prædicta ra-
tio,qđ ſi epiſcopus tali modo (ſ.pleno iure)donaret eccleſiã
alij epõ,ꝙ etiam prædicta,quæ ſunt ordinis,& dignitatis epi
ſcopalis,videantur tranſlata, cũ ſit capax prædictorũ iuriũ,
& hoc eſt verum,dummodo donatio facta ſit ſecundùm ca-
noñ.ſanctiões, omnibus ritè ſeruatis. ĩ. de his, quæ fiunt à

prela. c. tua nos.& c.paſtoralis. Eſt & tertiũ membrum,qñ
epiſcopus donat eccleſiam monachis,non pleno iure,nec in
proprios vſus,ſed vt eis aliter ſit ſubiecta,& obtinet, qđ no.
j̃.de dona.c.paſtoralis.& hoc de ſecundo articulo principa-
li, cum ſ. religioſi obtinent eccleſias ex epiſcoporum dona-
tione.¶†Tertius,& vltimus articulus principalis eſt, cũ mo
nachi obtinent eccleſias ex ipſorum fundatione. & de hoc
no.16.q.2.in ſumma.In his quidem eccleſiis, quod ius hñt
religioſi ex ipſa fundatione. Io.An. poſt Doct.explicat vnũ
8 membrum tantùm, quando ſ.in ipſa fundatione ſibi retinue
runt dominium rerum eccleſiæ.quo caſu ſi eccleſia ſit funda
ta,& non ſit parochialis dicit ipſe,poſt eos,ꝙ abbas ponet,
& remouebit ad velle ibi presbyterum,vel monachum.j̃.de
ſtatu mona.c.cum ad mona.§.tales.de priuil.ca. 1.ad finem.
li.6.vtrũ ergo presbyter poſitus ibi ab abbate reſpondebit
epiſcopo de ſpiritualibus:dicunt,ꝙ ſic licèt non habeat pa-
rochiã, nec ſit perpetuus.quæret enim ab eo epiſcopus, qua
liter celebret,officiet,& ornet eccleſiam, & his ſimilia.puta
vt presbytero,& familiæ, quam ibi habent, prouideat eps,
vel prouideri faciat de eccleſiaſticis ſacramentis, vt pœnitẽ
tia,euchariſtia,& ſi.ar. 10.q.1.c. 1.& 2.& per totum. & hoc
quandoq; eſt neceſſarium, quando ſcilicet nec ſacerdos hẽt
curam familiæ exiſtentis ibi,nec alius de ipſo ſacerdote, pu
ta quando dicta eccleſia ſic fundata non eſt in antiqua paro
chia.& ideò prouidere debet eis epiſcopus, vt prædixi. qñ
verò eccleſia fundata per monachos habet populum, quid
iuris conſequantur ex fundatione,& quod ius in ea hẽat epi
ſcopus,& quid iuris quò ad ipſos,epiſcopum, & religioſos
(ſi eccleſia ſic fundata ſit collegiata.)non declarant Doc.ſed
poſſet dici,ꝙ ex fundatione ſic ſimpliciter facta,aliquo non
retento,non plus iuris conſequantur,quàm laici ſic fundan-
tes, qui ex fundatione acquirunt iura in eccleſiis ſic funda-
tis.de quibus j̃.de iure pat.in rub.& c.nobis.& vltra illa ha-
bent cuſtodiam ipſarum eccleſiarum vacantium. de appell.
c.bonæ.de of.ord.c.cum nos.ſecundùm Innoc.¶Incidenter
circa prædicta quærit Ioan.An.†vtrũ quando monaſterium
ædificat eccleſiam liceat ei inſtituere, ꝙ eam habeat ꝓ gran
gia,monaſterio,vel prioratu,vel ꝙ ea,quæ dabunt ei, ad ꝓ-
prietatem monaſterii deuoluantur,tenet ipſe, ꝙ hoc non li-
9 cet,quia proteſtetur,vel non: non eſt licitum ædificatori iu-
ra tertii minuere,quæ cum res in eſſe producitur, eis oritur,
vt epõ iura epiſcopalia.de quibus ſ̃.de of.ord. c.conqueren
te.ſed vbi eſſet grangia,prioratus, vel monaſterium mona-
chorum,minueretur ius epiſcopale, cum ſibi non ſubſint lo
ca prædicta quò ad legem diœceſan.16.q.1.c.cum pro vti-
litate.de cenſi.c.fin. debet ergo Capitulum ſic conſentire de
voluntate epiſcopi,qui,ſi conſentire noluerit, nec iuſtã cãm
habeat contradicendi, erit ſuperior adeundus. ſ̃.de iur.pat.
c.nullus.ſcđm Inno. cuius ſunt iſta dicta in effectu,ſecũdùm
Io.And.aliter ordinata per me, vt apparet ex ordine eorũ-
dem,& meo.Reſtat ergo declarare,quod primò quæſiui, in
quibus caſibus monachi de eccleſiis ſibi ſubiectis recipiant
certam portionem reddituum,vel recipiunt omnes, reſerua
ta congrua portione vicario, vel recipiant certum cenſum.
dicatis,vt in gl.ſuper qua dicit Io.An. ꝙ aut religioſi habent
ius patronatus in capella,aut ſolam inſtitutionem quò ad re
gimen eccleſiæ,aut plenum ius inſtituendi etiam quò ad cu
ram populi,aut ſolent hæc onera ſupportare,& in his caſib.
non habet locum hæc Decre.de primo,& ſecundo caſu pa-
tet,cum ſolum ſint patroni, vel cum ad alterius præſentatio
nem ſolùm inſtituunt,nil debent habere de redditibus eccle
ſiæ,niſi fortè certus cenſus inſtitutus eſſet à fundatione.j̃.de
iurepatro.c.præterea.& c.Eleutherius.23.q.2.ca.nec mirũ.
quia nec epiſcopus dicto caſu quicunq; perciperet.j̃.eod.c.
extirpandæ.multò ergo minus abbas.10.q.3. c.quia cogno
uimus.& c.ſeq.de tertio caſu,quando religioſi habent plenũ
ius inſtituendi,planum eſt,ꝙ non loquitur iſta Decret. quia
hoc caſu non fit aliqua præſentatio epiſcopo. De quarto in
Cle.vlti.§.ſanè. de iure patro. habet ergo locum illa Decre.
in duobus caſibus. primo,cum monachi habent eccleſiã ple
no iure quò ad temporalia, aut etiam quò ad ſpiritualia, &
regimen eccleſiæ committendum, ſed non regimen populi.
vnde ad illud regimen recipiendum præſentauit illum epi-
ſcopo,& in his duobus caſibus poteſt habere locum hoc ca.
¶Vltimò dominus Ioan.de Lig. circa iſtam portionem per
monachos vicario aſſignandã, contraria conſuetudine non
obſtante j̃.eo.c.1.lib.6.quærit aliqua, quæ examinantur in
clem.1.de iure patron.& ibi melius cadunt.ſed ſi vis hic ad-
dere,ibi recurre.

ADDITIO.

a ¶Iſtis vicariis.Vicarius an,& quando dicatur habere curã aĩarum. vide Car.in cle. j.de of.vi.& in c.ſuper eo.de præb.in 6.

*SVMMAE.*

2 *Beneficia plura vnum poſſidere,eſt contrarium omni rationi.*
1 *Dignitatem,canoniam,& præbendam an quis poſſit ſimul habere.*

AD hoc. Plures dignitates, vel perſo-
natus in vna, vel diuerſis ec-
cleſiis quis habere nõ poteſt. ponit dictũ,cuius
1 rationem ſubdit.ibi[cum ſingula.]No.j.†ꝙ vnum poſſide-
a re plura beneficia a,eſt cõtrarium omni rationi.& quare di-
cat,omni: dicas, quia eſt contra naturam congruæ locutio-
nis.quia dicere, compellerer de canonico, qui plures tenet
canonias.Petrus canonici venit. & ſic contra rationem re-
cti ſermonis,vt l.Plautius.de auro,& arg.leg.Item cõtra ra-
tionem iuris humani primæui.quod vult,vt vnus vnam con-
iugem habeat carnalem,ergo & ſpirituale.arguẽdo de car-
nali ad ſpirituale,vt 7.q.j.ca.ſicut.eſt ẽt contra rationẽ iuris
canonici,& ciuilis.quo cauetur,vt vnus non poſſit eſſe ĩ dua
bus militiis.C.qui mili.non poſſ.l. 1.§.in poſterum.nec plu-
res habere honores.ff.ad municip.l.libertus. §. præſcriptio.
nec gerere vicem duarum perſonarum. de pact.ca.ſi plures.
nec in duabus ſocietatibus.de colle.illi.l.1.§.fi.nec ſimul aſ-
ſeſſor,& aduocatus,vt l.nemo.de of. aſſeſſ. & de hoc ẽt ple-
nè.89.di.c.ſingula.& alia ſimilia,vide per glo.in ſeq.c.& hic
eadem in gl.2.¶Scđò no.ꝙ iſte tex.prohibet pluralitatẽ di-
2 gnitatum,& perſonatuũ. †Vtrũ ergo poſſit quis ſimul habe
re dignitatem,canoniam,& præbendam:dic,ꝙ ſic, ſi hoc ha
bet conſuetudo.j̃.de conſue.c.1.lib.6. de plurib.præbendis
idem,quod in ꝑſonatibus,ſaluo quod no.Io.An.ſ̃.tit.1.c.3.
¶Oppo.Io.An.& videtur,ꝙ poſſit quis habere duo officia,
cum poſſit vtrique ſeruire, ſicut libertus ſeruit duobus do-
minis in eadem domo.ergo ſimiliter duo officia in eadẽ ec-
cleſia,ſed illa quò ad officia non aduerſa,nec ſe impediẽtia,
ſecundùm Hoſt.

ADDITIO.

a ¶Plura beneficia. An quis poſſit habere plura beneficia, aut officia in eccleſia,& an ſit abſolutè illicitum.vide Ioan.de Tur. Crema. in c. domini.89. diſtin.

*SVMMAE.*

1 *Habens plures dignitates alteram eligere, & alteram dimittere cõpelletur.*
2 *Canonicus regularis an poſſit fieri archidiaconus.*
1

PRæterea. † Habens plures dignitates
alteram eligere,& alteram di
2 mittere compelletur,& narrat caſum,quem corri-
gi mandat,ibi [mandamus.]colligit gl.arg.ex iſto c. †ꝙ ca-
nonicus regularis poſſit fieri archidiaconus.de hoc not.58.
diſt.c.2.& 83.diſt.c.quorundam.& 16.q.7.c.in noua.Goffr.
dicit,ꝙ iſtud ar.non colligitur hic. nã licèt ambæ iſtæ eccle-
ſiæ



ſiæ ſunt ſæculares,tñ debet exponi,regulariter eſt profeſſus,
ideſt canonicè.3.di.c.canon.promittendo prælatis ſuis obe
dientiam,vt debuit.Ho.dicit,ꝙ ambæ iſtę eccleſiæ ſunt regu
lares.& ſic non ſumitur ar.ꝙ regulares poſſunt eſſe in eccle
ſia ſæculari. Archi. facit quod no.in cle. 1.de ele.& ſ̃.de vi.&
hon.cler.c.Deus qui.vbi etiam de hoc. ¶Scđò not.ꝙ datur
optio habenti plura beneficia incompaſſibilia,qđ ex eis ma
luerit retinere,quod non habet locum in religioſis,q nõ hñt
velle,vel nolle.12.q.1.c.non dicatis. ¶Sed opp.& vr̃,ꝙ de-
beat retinere vltimum,& præcisè dimittere primũ.j̃. e.c.de
mulcta.dicit Io.An.ꝙ ſtandũ eſt contrario,& qđ hic dr̃, fuit
de gratia.21.q.2.c.ſi quis iam tranſlatus. In caſu tñ ſpeciali
ẽt hodie habet locum optio.j̃.de reſcr.c.gratia.lib.6. poſſet
etiam habere locum,cum ſcđm beneficium eſt minus, & vi-
lius ſcđm Ho.qui dicit æquum in ſcholis. fatetur tñ in iudi-
ciis,& in curia ſimpliciter teneri Decr. de mulcta.& ibi etiã
de hoc ſuper j.gl.in fi.

*SVMMAE.*

1 *Electus ad ſecundam eccleſiam ſi nolit dimittere primam, eligentes poterunt reſilire.*
2 *Titulum, ſiue locum regulariter nemo poteſt habere in duabus eccleſiis.*
3 *Conſentiens in vnum poteſt poſtea reſilire.*
4 *Inueſtigatio,an plures habeant curam animarum inſolidum, ad quid ſit vtilis.*
5 *Committere curam quid dicatur.*
6 *Pluribus inſolidum curam populi competere non eſt abſonum.*

1 CVm non ignores. † Si ele-
ctus ad
ſecundam eccleſiam dimittere nolit primã, eligẽ
tes poterunt reſilire.& ꝓ exordio ponit cãm mandati.ſecun
dò mandatum,ibi[cum igitur.]tertiò ſoluit obſtaculum.ibi
[ꝙ ſi.] ¶ Not.j. ꝙ iſte intendebat habere locum in duabus
eccleſiis.& intelligas locũ ꝓ p̃benda.dicit,ꝙ requirebant re
2 ſidentiã.de quo dic, vt eod.ti.j.c.fi.¶Scđò no.†ꝙ in duabus
eccleſiis non poteſt quis habere titulum, ſiue locum, & hoc
regulariter:caſualiter verò poteſt in caſibus.no. de ele. c.du
dum.2.per Ber.& hic per Inn.per Goff.de æta.& qua.c.eam
3 te.¶Tertiò no.†ꝙ qui conſenſit in vnum, poteſt poſtea reſi
lire:contraria ſunt in glo.¶Oppo.& vr̃,ꝙ non liceat reſilire
iſtis clericis,poſtquam ſemel conſenſerunt in eum. de elec.
c.cum inter canon.8.q.2.c.dilectiſſimi,cum ſimi.alle.in glo.
Sol.vt in ea.vel dic,ꝙ conſenſerunt verbis exprimendo con
ſenſum,non tamen elegerunt, & ſic nullum contrarium,vt
c.cum ſit.de elect.vel ſecundũ Inno.à principio iſte presby-
ter noluit conſentire, niſi haberet vtrãq;,poſtea mutato ꝓ-
poſito volebat,ſed illi nolebant,& non coguntur,ar. ff.de iu
reiur.l.4.ſiue 3. vel ſecundũ Ho. poterant electores reſilire.
quia ſuperior illius prælati à prima eccleſia nolebat eũ ab-
ſoluere,& licuit eis contra factum ſuum venire,qa tale erat,
in quo diſpenſare non poterant, nec id ſine peccato ſerua-
re,iuxta no.in c.diuerſis fallaciis.de cle.coniug.& per Ioan.
And.de conceſ.præb.ca.cum ſuper.in glo.ex confeſſione.
¶Scđò op.dicitur hic,ꝙ vna eccleſia debet eſſe vnius ſacer-
dotis.contra primò videtur, ꝙ in vna eccleſia poſſint eẽ plu
res ſacerdotes inſolidum curam gerentes, vt in Paduana, &
multis aliis eccleſiis parochialibus,cathedralibus, & conuẽ
tualibus,& in diffuſis parochiis.Sol.dicit Io.An. hoc non ob
ſtat.quia in talibus reperitur ſuperior epiſcopus, qui præeſt
talibus ſacerdotibus,vel Capitulum,ſiue collegiũ, ad cuius
eſſe non requiritur,ꝙ habeat prælatum. ff.quod cuiuſq; vni.
l.1.ergo ſemper reperietur prælatus eccleſiæ,ſaltẽ eccleſia,
ſaltem Papa,qui ſuper omnes.10.q.3. c.cuncta per mundũ.
& c.per principalem.Papa ergo,epiſcopus, vel collegiũ erit
prælatus illius eccleſiæ,vbi plures ſacerdotes gerunt curam,
& inſolidum.nam & collegium corrigit exceſſus ſingulorũ.
de of.ordi.c.irrefragabili.§.exceſſus.& quandoq; ipſum col
legium committit curam animarum,quibus vult,& quando
vult ad tempus ipſos etiam remouendo, & alios ad id præfi-
ciendo,quando placet.Sed tunc oppones.ſi ita eſt, ergo tex.
iſte non habebit vnquam locum, ſi dicas ſemper in vna ec-
cleſia poſſe plures ſacerdotes gerere curam animarum inſo
lidum,cũ tamen iſtud c.velit,ꝙ ſit vnius ſacerdotis. So.aliud
eſt in eccleſia plures eſſe, aliud eccleſiam plurium eſſe inſo-
lidum,vt no.de hoc in ſi.j̃.de præb.c.1.in cle.pluribus.n.mo
rari in eccleſia eſt permiſſum,vt dixi,ſed eſſe plurium prohi
betur vna eccleſia,ſicut & vna præbenda. ſ̃.eo.c.maiorib.&
ſicut vna vxor plurium virorum.vt 21.q.2. c. ſicut vna.& c.
in apibus.7.q.1.tunc ergo dicetur,quis eſt curatus in eccle-
ſia,quando datur in perpetuum à Capitulo, vel à quocunq;
alio,vel etiam hoc ipſum de conſuetudine, ꝙ quicunque ſa-
cerdos eſt in eccleſia,habet curam populi, nec poteſt ab il-
la ſine cauſa remoueri,& tunc videtur, ſcđm Inn.talẽ ſacer-
dotem cenſendum iure ſacerdotis curam animarum haben
tis,ſiue dicatur rector.de dona.c.conſultationibus. ſiue vica
rius.de of.vic.c.ad hoc.ſiue dicatur perſona.de reſcrip.c.ex
parte.ad hoc de eman.l.1.C.& ſecundũ Ho. adde quod not.
de reſti.in inte.c.cum ex literis j.rñ.¶Sed pro clariori intel-
4 ligentia prędictorum quæro, †ad quid eſt vtilis iſta inueſti-
a gatio,plures habeant curam animarum a inſolidum mõ pri
mo,de quo ſ̃.vel vnus ſit perpetuus,vt ſ̃.prox.dixi. ſentiunt
hic Docto.ꝙ quando ſunt plures ſacerdotes in eccleſia mo-
annuā pēſionē, dicatur beneficiatus, ita ꝙ de ipſa debeat fa-
cere mētionē in literis, quas impetraret ad beneficia. dic, vt
5 ſ̃. de reſcr. c. in nr̄a. & c. ad audientiam. ¶†Septimò no. ꝙ ex
compoſitione nō obligatur dignitas, ſed perſona prioris, &
Capituli. vna ratio redditur in tex. ne ceſſio prioratus. Alia
eſt rō in prioratu, quia tpe compoſitionis nullus erat ibi re-
ctor, & ſic prioratus vacans non potuit obligari: quia nec a-
gere, nec conueniri, niſi certa forma ſeruata. j̃. de reb. ec. nō
alie. c. 1. li. 6. Item agebat de iure perſonæ, non dignitatis. de
arb. c. per tuas. j̃. prox. c. 2. & ff. de pac. l. contra iuris. §. pen.
6 †Capitulum [a] verò potuit obligari pro bono concordiæ, &
pacis, quamuis reſtitui poſſet, ſi læſum eſſet, ſm̄ Innoc. ꝙ nō,
ſentit. n. ꝙ Capitulo, ſi lædatur in iuribus ſuis propriis, nō ec
cleſiæ, competat reſtitutio, ꝙ tñ eſt dubium in ciuitatibus, &
in vniuerſitatibus, ſi lædantur, an poſſint reſtitui. dic, vt l. res
publica. C. ex qui. cau. ma. ¶Oppo. & videtur, ꝙ iſtud arbi-
trium contineat manifeſtā iniquitatem, inquantum cōtinet
dationem annuæ penſionis. nam aut iſti (ꝗ eam recipit) debe
tur prioratus, aut non p̄t percipere ſalua conſcientia penſio
nem. ſi prioratus debetur, dimittendo ipſum per pecuniam,
ſimoniam committit, & ſic vtroq; caſu malè percipit. impoſ
ſibile. n. eſt, ꝙ ambo iſti ius habeāt in prioratu, nam duę ele-
ctiones ad idē beneficiū non ſolum de diuerſis, ſed de vno
non valent. vt c. vt quis duas. de ele. li. 6. ad hoc l. non ſolum.
§. ſi is. ff. de procur. ex his liquidè patet, ꝙ cū ius vni tm̄ com
petere poſſit in dicto prioratu, ꝗcquid alter percipit, inde-
bitè extorquet. Sol. dicit glo. 2. iſti non fuerunt arbitri, ſed
arbitratores, qui poſſunt de iure vnius dare alteri, vt l. ſi de
meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. & c. Quintauallis. de iureiurand.
per Innoc. arbitramenta enim ſunt tranſactiones. vt in Aut.
vt diffe. iud. §. 1. in tranſactionibus autem, etiam ſi non com
petat tranſigenti ius, licitè aliquid recipitur, vt à lite diſceda
tur: nec eſt quęrendum, habuit tranſigens ius, vel non, vt l. 2.
C. de tranſact. ſaluo quod no. in l. in ſumma. ff. de cond. inde.
Item iſtis interrogationibus (aut habebas ius in prioratu,
aut non) tenetur, qui compoſuit, reſpondere, cum ſapiat de-
lictum, iuxta no. in l. qui iuraſſe. §. 2. ff. de iureiur. & l. Marcel
lus. ff. rerum amot. præterea interceſſit hic auctoritas ſupe-
rioris, quæ excludit præſumptionem fraudis, & doli. vt l. iu-
ſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſion. hic in 3. glo. ¶Sed in-
7 cidenter circa hoc quærit glo. 2. pone quòd per iſtam †com
poſitionem traditus eſt prioratus illi, qui nullum ius habe-
bat, an licitè poſſideat. dicit glo. ꝙ non, quia arbitrium, ſiue
compoſitio non tribuit iuſtum titulum in beneficio, ſed ca-
nonica inſtitutio, vt c. 1. de reg. iu. lib. 6. & intellige, ſanè glo.
quando conſtat, ꝙ vigore arbitrii ipſum tenet. vt gl. dicit, nā
ſi ex poteſtate delegata ferret ſentētiam pro illo, qui ius nō
habebat, diſtingue: nam aut is, pro quo talis ſententia lata
eſt, hoc ſciebat, aut ignorabat: ſi ſciebat, tunc ſententia non
excludit malam fidem ipſius in iſtis ſpiritualibus, & ideo ſi-
bi non prodeſt. ſecus fortè ſi ſuper rebus prophanis, & in fo
ro ciuili feratur ſententia. vt l. generaliter. de nox. & l. Iul. de
cond. inde. facit c. cum inhibitio. j̃. qui ma. acc. poſſ. facit qđ
no. Inn. in c. pleriq;. de immu. ecc. & de præſcr. c. fina. Si aūt
habebat bonam conſcientiam, & ignorabat defectum titul.
tunc tutus eſt iuris auctoritate, & iuſtè poſſidet, qui præto-
rum auctoritate poſſidet, vt d. l. iuſtè. de acq. poſſ. & ſ̃. de re-
ſcrip. c. paſtoralis. primo reſpon. vbi de hoc, ſecundùm Hoſ.
qui aliter videtur dixiſſe j̃. de conceſſ. præbend. c. 2. vbi per
Ioan. And. ſuper glo. 2. ¶Secundò oppo. & videtur, quòd il-
lud ca. doceat quomodo litigatores ſuper beneficiis ſemper
tranſigant, & fingant lites, qui ius non habent, vt ſic ad com
poſitionem deueniant annuæ penſionis, & ſic per indirectā
viam datur materia malignandi, contra c. quantò. de diuor.
& l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſact. ſimile dicimus de frau
dulento munere. 1. quæſtio. 1. c. ſi quis neque. ſolu. dicit glo.
quòd iudicis auctoritas fraudis præſumptionem excludit,
nec iudicis auctoritas ſuffeciſſet, niſi Papa toleraſſet, ſecun-
dùm glo. quod an ſit verum, dubito propter not. ſ̃. de tran-
ſacti. c. ſuper eo. ꝙ in multis aliis c. ibi, in quibus patet, quòd
ſola iudicis auctoritas quò ad hoc, vt perſona, non beneficia
obligentur ad annuam penſionem, videtur ſufficere pro bo-
no pacis. & quia ab omnibus & recepta, &c. & ſic non poſ-
ſunt conuenire. de arb. c. per tuas. ¶Tertiò oppo. & iſte erat
prioratus. & ſic iſti erant monachi, vel canonici regulares.
ergo non videtur, quòd alteri poſſit deberi ad vitam annua
penſio. vt c. non dicatis. 12. q. 1. de ſta. mona. c. cum ad mona.
Solu. dicit, quòd iſte erat prioratus ſęcularis, non religioſo-
rum, & hoc placet Ho. quia hic dicitur Capitulum, non con-
uentus: vel dic, quòd etiam ſi religioſi fuiſſent, iſte habebit
hos redditus, non vt propriū, vt eos dare, vel relinquere poſ
ſit, ſed vt diſpenſator, & obedientiarius, quos abbas poſſet
tollere, & minuere. dicit tamen Hoſtien. quòd Papa religio-
ſus ſimplici de facili non confirmaret annuam penſionē. cir-
ca quod remittit Ioan. And. ad no. per eum j̃. qui cle. vel vo.
c. inſinuante. ſuper glo. ergo non erant. ¶Querit Ioan. And.
poſt Innoc. dicitur hic, quòd, priore defuncto, ſucceſſor non
8 tenetur. †ſed pone, quòd iſte prior renunciat prioratui, &
poſtea eligitur, an teneatur. videtur, quòd non. quia cenſe-
tur ſucceſſor ſui ipſius per nouam electionem. In contrariū
facit præſumptio fraudis, poſtquàm ille, qui renunciauit, in
poſſeſſione bonorum deprehenditur, vt ff. de acqui. hæredi.
l. ſi quis mihi bona. & ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſi-
cut, §. ſuperuacuum. eſt enim eadem res, eadem perſona, &
eadem cauſa petendi, vt ff. de exceptio. rei iudi. l. cum quæri-
tur. nec videtur renunciaſſe, qui ſtatim eſt reaſſumptus, vt l.
1. §. verſum. ff. de in rem verſo. & c. officii. de election. & hoc
eſt verum. ſcilicet quòd præſumitur contra eum, niſi ꝓbēt,
quòd ex legitima cauſa eam renunciauit. puta quia habebat
ingreſſum vitioſum, vel ſuberat alia latens cauſa, & ſimiliter
dicas præſumi fraudem, ſi ipſe renunciet, & nepoti ſuo, vel
conſanguineo conferatur, vt elidat ſolutionis penſionem. ar.
ff. de his, quæ in frau. cred. l. qui autem. §. ſimiliter. & l. ait ꝓ-
tor.



tor. §. ſi mulier. & l. Lucius. eo. ti. dicit tñ Hoſt. ꝙ tot ſunt frau
des, & malitiæ hominum, ꝙ non de facili poterit omnibus
obuiari, nec probari, ſi iſte, qui remanſit in beneficio, nolue-
rit hunc excludere à perceptione huius annuæ penſionis, vt ĩ
Auth. de nup. §. mitiores. ſcđm Io. An. poſt Ho. Sentiunt er-
go iſti Doct. ꝙ quocunq; modo iſte, ꝗ compoſuit, prioratu
priuetur, iſta obligatio nō ſequatur eum. qđ tñ tex. nō dicit,
ſed bñ dicit, ꝙ eo mortuo, non ſequitur ſucceſſorē in priora
tu. de illo verò, ꝗ compoſuit, an trāſlatus, vel eo mortuo, ſuc-
ceſſor eius teneatur: tex. nō dicit, ſed ꝙ teneatur ipſe, & eius
hæredes, ſi erat prior ſæcularis, vr̄ probari à ſimili. arg. no. ſ̃.
eo. c. cum ſm̄ Apoſtolum. inter quem caſum, & iſtum non vr̄
dr̄ia aſſignari poſſe. Item cum iſta obligatio non concernat
prioratum, ſed perſonam, vt dicit litera, quo iure poſſet dici
dictam obligationem extingui morte, vel trāſlatione ipſius:
non video, cogitabis.

ADDITIO.

a ¶Capitulum. Not. ꝙ capitulum intelligitur ſemper cum ep̄o in omni actu. vide Ral. in l. j. in prima oppo. C. de contrata. & in ca. 2. de accu. in 6. per Arch. & Doct.

*SVMMAE.*

1 *Papa ſi ſcribit ordinario, vt prouideat tali: an talis prouiſio dicatur facta auctoritate Papæ.*
2 *Mandatum continens alterum ex connexis, includit etiam alterum connexorum.*
3 *Partes debent citari, antequàm gratiæ executioni mandentur.*
4 *Negligentibus illis, qui mandatum apoſtolicum adimplere tenētur, deuoluitur exequendi poteſtas ad executorem deputatum.*
5 *Exceptio numeri non obſtat impetranti, vbi per canonicos ventū ſit contra numerum.*
6 *Impugnans teſtamentum non pōt petere legatum, nec inſtrumentum impugnans poteſt ex eo niti.*
7 *Numerus eſt legitima exceptio, ſi canonici ſeruant indulgentiā numeri.*
8 *Pronomina, meus, tuus, ſuus, propriè denotant dominium.*
9 *Forma[facias prouideri, aut facias aſſignari]qualiter differant.*
10 *Excommunicati non poſſunt eligere.*
11 *Receptio canonicorum habetur pro collatione.*
12 *Snīa lata ſine cauſæ cognitione irritatur, licèt teneat.*
13 *Clauſula generali[contradictores eccleſiaſtica diſtrictione] &c. qui ligentur.*
14 *Mandatum, quòd ſententiæ nemo cōtradicat, quanto tempore duret, an in perpetuum.*
15 *Clauſula[mittas in poſſeſſionem, & defendas inductum] ſi fuerit in reſcripto, poterit executor (etiam poſtquàm tradiderit poſſeſſionem) ipſum defendere, ſi moleſtetur.*
16 *Canonici ſi recipiunt aliquem vltra numerum auctoritate Papæ, an perdant eorum priuilegium.*
17 *Legatus de latere licèt poſſit conferre beneficia vacantia, non tamē vacatura.*

PRo illorum. Canonici priuilegiati à
Papa ſuper certo nume
ro, ſi ſpontè receperunt aliquē ſ̃. numerùm contra
impetrantes à Papa, exceptione numeri vti nō pn̄t. duę ſunt
partes. in prima facti narratio. in ſcđa cauſę cōmiſſio. ibi[ve
rò,]prima continet executoris mandatū, exceptionē, inue-
1 ſtiturā, & excōicationē. ¶†Not. j. ꝙ Papa qn̄q; ſcribit ordi-
nario, vt prouideat tali. an aūt tunc dēat dicere ꝓuiſio facta
auctoritate Papæ, an verò ordinaria ptāte: vr̄, ꝙ ordinaria,
cū de hoc. ſ. ad ꝓuidendū vacanti eccleſiæ teneat, vt ſ̃. e. c. re
latū. ergo Papa vr̄ eius officiū excitaſſe, vt ſ̃. de of. or. licèt cō
trariū credo. ſ. ꝙ iſte cenſeāt auctoritate Papæ receptus. qa
ptās ordinarii ad iſtū, ꝓ quo ſcribit, coarctat, vbi aliàs erat
larga iſti, vel illi. ergo ſub alia forma cōmittit, ꝗ ipſi ep̄o cō-
petat. & per conſequens non ſuo iure contuliſſe videtur, arg.
no. j̃. e. tit. c. hi qui auctoritate lib. 6. & l. ius ciuile. de iuſti. &
iure. & c. cum aliquibus de reſcrip. lib. 6. ¶ Secundò no. iſtá
formam mandati[vt ei faceret aſſignari competens benefi-
cium contradictores.]&c. ſub iſta enim forma includit ne-
dum collatio præbendę, ſed canonicatus, quando non ſit prę
benda ſine titulo conferenda. † & ſic mandatum cōtinens al
2 terum ex connexis includit etiam alterum connexorum, vt
c. præterea. ſ̃. de offi. dele. & l. illud. ff. de acqui. here. nā qn̄q;
propter celeritatem actuū coniungendorū actus medius oc
cultatur. dicit tex. in l. 3. ff. de dona. inter vi. & vxorem. & ad-
uerte, quia appellatione beneficij venit canonicatus, & præ-
bēda in eccleſia cathedrali, vt erat iſta Sāton. qđ qn̄ ſit verū,
& an idē ſi mandaret prouideri ſimpliciter de eccleſia, vel in
eccleſia. dicā j̃. c. ſi. & j̃. e. c. q̃uis. lib. 6. ¶Tertiò no. ꝙ contra
executorē grarū opponūt exceptiones per illos, cōtra quos
exequitur. † & ſic debent citari, anteq̃ exequantur partes. an
3 autem teneantur iuris ordinem obſeruare. dic, vt in c. ſi. ſ̃. de
præſum. per Inn. ¶†Quartò no. ꝙ negligentibus illis, ꝗ man
4 datū apoſtolicū adimplere tenentur, deuoluīt exequendi po
teſtas ad executorē deputatū, ſicut alibi ꝑꝑ negligentiam de
uoluitur ad alium executio, vt l. cum quidam. de le. 2. & de
adul. l. 1. §. ſi. extraneus. & ſ̃. de elec. c. ne per defectu. Sed ad
executorem Papæ an deuoluatur, tex. iſte facit, ꝙ ſic: ſi dici-
mus hunc archiepiſcopū de iure proceſſiſſe ad prouiſionem.
ꝙ tamē glo. negat, vt j̃. dicā. ¶Quintò not. † quòd exceptio
5 numeri non obſtat impetranti, vbi per canonicos ventum ſit
contra numerum. Ille enim, qui nititur ex indulgentia, con-
tractu, vel alia diſpoſitione, non debet illā impugnare. aliàs
non poteſt ex ea ſe fundare. † vnde impugnans teſtm̄ nō pōt
6 petere legatū. impugnans inſtrumentū, nō pōt ex eo niti, nec
ex confeſſione aduerſarij, quam nixus eſt impugnare. qđ dic
vt ff. de his, ꝗ vt indi. l. poſt legatū. & ſ̃. de excep. c. cum vene-
ra. per Inno. & in Spec. de depoſi. §. octauo. & c. intelleximus
de adult. vbi plenè de hoc. & collige, † quòd ſi iſti ſeruaſſent
7 indulgentiam numeri, numerus iſte eſſet legitima exceptio
ad excluſionem impetrantis, ſi de eo non feciſſent mentionē
ſ̃. de reſcrip. c. conſtitutus. ¶Sextò no. ad ſi. ꝙ Papa mandat
iſtum recipi in canonicum, & in fratrē, & tñ archiepiſcopus
inueſtiuit eum, & ſic inueſtitio non habet vim receptionis,
immò poſt inueſtitionem debet ſequi traditio corporalis. qd
ergo vltra titulum collatum inueſtitio operetur: dic per Dy.
in reg. prima. j̃. de reg. iur. lib. 6. & c. auctoritate. j̃. de Inſti. &
fortè poſſet dici ex eo, quòd Papa mandat iſtum recipi, in-
ueſtitio archiepiſcopi fuit nulla, quia ad hoc mandatum nō
habebat, ſed vt faceret aſſignari, vt dicit gloſ. ¶Septimò no.
qnòd iſti canonici erant excommunicati, & tamē Papa vult,
quòd illum recipiant in canonicum, & præbendam aſſignēt:
quomodo autem excommunicatus, antequàm abſoluatur,
poſſit illa agere. dicam j̃. ¶Octauò no. in ſi. quę ſunt iura ca
noniæ, de quibus etiam ſ̃. eo. c. dilectus. & de conſtitutio. cū
M. Ferrariē. & aduerte, quòd hic fuit ruptus numerus canoni
corum, nunc tñ intelligitur ruptus numerus præbendarum,
vt dicit glo. ſi. ¶Venio ad contraria gloſ. & Docto. & deinde
ad quæſtionē. & primò opp. hic Papa mandauit archiepiſco
po, quòd prouideret in aliqua eccleſiarum ſuarum, & ipſe
prouidit in eccleſia Santoñ. quæ non erat ſua, ſed cathedra-
lis. ergo prouiſio facta contra formam mandati debuit de-
clarari nulla, vt ſupra de reſcri. c. cum dilecta. Papa autem
hoc confirmauit, quod facit, ergo malè. ſolu. dicit gloſſ. iſta
ſub iſta appellatione, ſuarum, comprehenduntur omnes con
ſiſtentes in ſua prouincia, in quibus aliquod habet ius, pro-
ut habet in tota prouincia quædam iura. de quibus ſupra de
offic. ordin. cap. paſtoralis. ſi autem in quibuſdam non ha-
beret aliquod ius, non veniret ſub appellatione ſuarum. ni-
ſi dictum eſſet [prouideas in aliqua eccleſia tuæ prouinciæ:]
tunc enim prouidere poſſet etiam in exemptis. quia licèt
exemptæ deſinant eſſe ſuæ, non tamen de prouincia, vt no.

Pau.in clemen.abbates.de reſcrip. & in cap. ſi eo tempore,
8 de reſcr.in nouella.colligitur ergo, †ꝙ licèt de natura iſtorũ
pronominum,meus,tuus,ſuus,ſit denotare dominium [a],vt l.
Quintus.§.argento.ff.de auro,& arg. largè tamen intellige,
vt ſuum dicatur,cum habet aliquod ius in re,vt l.ſuos. ff.de
leg.3.& quod no.in l.2.ff.de orig.iu.& l.qui tabernam. ff.de
contrah.emp.licèt ergo collatio non ſpectet ad ditionem il-
lius iuris,tamen ſua cenſetur,vt d.l.qui tabernam . & in iſto
c.quidam tamen dixerunt,ꝙ per dictam formam [in aliqua
eccleſiarum ſuarum.]&c. non habebat poteſtatem prouidẽ
di,niſi in eccleſiis,quarum collatio ad eum ſpectat. quaſi Pa
pa videatur ſuum officium excitare, maximè ſi ſcribat pro
ſubdito ipſius archiepiſcopi paupere , non habente aliquod
beneficium.hanc opinio.recitat Compo.s̃.de reſcr. c.Capi-
tulum.in gl.magna circa medium.quam opi. non approbat
Archi.j̃.c.ſi pro clericis.Ego credo hoc verũ,ſi clericus pau
per de archiepiſcopo ſit conqueſtus Papæ, & Papa ita ſcri-
bat.tunc enim Papa videtur excitare archiepm̃ ad admini-
ſtrationem debitæ iuſtitiæ,ſicut cum mãdat epiſcopo, vt mi
niſtret iuſtitiam ſubdito,non.n.videtur tunc eum facere de-
legatum ſuum,ſed eius officium excitare,vt d.c.licèt. de off.
ordin.& adde ad prædicta,quod no.Bar.in rubr.de ope.no.
nunc.vbi de genitiuis,an denotent dominium. vtrùm etiam
per iſtam clauſulam,ſuarum,comprehendãtur eccleſiæ,qua
rum collatio ſpectat communiter ad eum, & ad alium . dic,
vt j̃.eo.c.vlt.li.6.facit l.j.ff.ad Sille. ¶Secundò op. Papa hic
confirmat factum archiepiſcopi,dum dicit[ꝓuidere factũ.]
&c.ſed videtur,ꝙ minus prouidè fecerit.quia mandatum ſi-
bi fuit,vt faceret aſſignari,& ipſe aſſignauit.& ſic cõtra for-
mam mandati.s̃.de reſcri.c.cum dilecta.ſol.glo.quę incipit,
per talem &c.format iſtud contrarium, & fatetur, ꝙ archi-
epiſcopus malè fecit,ſed obſtat litera [prouidè factum eſt.]
&c.Sed dicit,ꝙ non ob.quia Papa ſic voluit de facto, dũ di-
cit[volumus.]&c.& ſibi ſufficit pro ratione voluntas,vt In-
ſtit.de iure natu.gen.& ci.§.ſed quod principi.Inno.dicit, ꝙ
archiepiſcopus inueſtiuit illum de conſenſu epiſcopi Sãton.
& hoc colligitur ex litera regiſtri.quod Hoſt.non placet.q̃a
pauci libri illam habent.præterea quid operaretur cõſenſus
epiſcopi,cum ad eum non ſpectaret collatio,ſed ad Capitu-
lum,vt patet in tex.Rurſus ſi ſpectaſſet ad eum, debuiſſet ip
ſe conferre,non conſentire.Inno.ſaluando tex. quòd inueſti
tio archiepiſcopi iuridicè facta fuerit,diſtinguit inter formã
9 †[facias prouideri.]& formam[facias aſſignari.]quaſi pri-
ma forma contineat,quòd faciat ius conferri:ſecũda, quòd
ius cõferat,& faciat factum aſſignari.& ita loquitur hic, vbi
archiepiſcopus contulit iſti ius in præbendam,& ca nonica-
tum.& iſtam iuris collationem mandat Papa quò ad execu
tionem facti per Capitulum exequendam. & ſic non ob.con
trarium de c.abbate.s̃.de reſcrip.vbi de iſtis formis.& hanc
opinio.tenet hic Ioan.de Lig.non video tamen,quo iure iu-
uetur iſta differentia inter verbum,prouidere, & aſſignare,
ſi vtriq; adiiciatur verbum,facias. ¶Tertiò opp.innuit iſte
text.ꝙ quia iſti ſemel,& bis fecerunt contra indulgentiam,
perdant eam.contra,quia priuilegia per actum contrarium
non perduntur ita de facili,vt j̃.de priuileg.c.accedentibus.
& c.ſi de terra.ſol.vt no.s̃.de conſtitu.c.cum acceſſiſſent.&
per Cyn.C.de excu.tuto.l.voluntas. ¶Quartò oppon.Papa
hic mandat,ꝙ iſti tandiu excommunicati ſint , donec reci-
piant, & ſic innuit , ꝙ in excommunicatione manentes poſ-
10 ſunt recipere aliquos in canonicos,& conferre †præbẽdas .
Sed contra,excommunicati non poſſunt eligere.s̃.de cõſue.
c.cum dilectus.& de elect.c.cum inter R. ergo multò minus
conferre.Solu.gl.penul.ſoluit illud contrarium duobus mo-
dis.primo , quòd onus in excommunicatione manentes re-
cipiunt,quia recipere eſt onus,& ab onere non debet excõ-
municatio releuare excommunicatum.quia ſic pœna tribue
ret immunitatem,quod eſſe non debet,vt l.relegatorum. in
fin.ff.de interdi.& relega.& s̃.de iudic.c.intelleximus. vnde
& iurare,& iudicare cogitur, vt in glo. quæ non aduertit ad
id,quod dixit s̃.gl.proxima.ſcilicet quòd archiepiſcopi in-
11 ueſtitura non tenuit:quod ſi ita eſt , †ergo receptio canoni-
corum habetur pro collatione.infra de reſcrip. ca.cum ali-
quibus. lib.6.& de electio.c.cum in eccleſiis.eodem lib.ſed
excommunicati conferre non poſſunt, vt ſupra dixi . tranſit
ergo glo.ad aliam ſolutionem,exponendo tex.ibi[donec ſę
pe dictum.]&c.ideſt cautionem præſtant de ſtando iuri.ſed
iſta non videtur bona.quia hic offenſa,& contumacia cano-
nicorum erat manifeſta. & ita abſolutionem debebat ſatiſ-
factio præcedere,nec ſufficit cautio,vt j̃.de verbor.ſignific.
c.ex parte.glo.videtur hoc fateri,& ſic reſidere in hoc, vide
licet,ꝙ receptio debeat abſolutionem præcedere.quod In-
nocen.non approbat,& dicit,quod c.ex parte,non habet lo
cum in ſpiritualibus , nunquam enim excommunicatus ( ex
eo ꝙ recuſauerat ordinari)ordinabitur,antequàm abſolua-
tur.de ordin.ab epiſcopo.c.2.& de ſen.excom. c.cum illo-
rum.& facit de conuer.coniug.c. ex publico.tenet ergo In-
nocen.quòd abſolutio debet præcedere iſtam receptionem
canonicorum.Ioa.An.dicit,ꝙ receptionem facti poſſunt fa-
cere excommunicati.& de tali poteſt intelligi iſta Decr. ſed
oportet tunc fateri,quòd factum archiepiſcopi de inueſtitu
ra tituli collatoria fuerit efficax.Nec ob. c.cum in eccleſiis.
& c.cum aliquibus præal.¶Quintò op.hic dr̃,ꝙ debent ca
nonici iſtum recipere,& aſſignare illa, de quibus in fi.c.non
obſtante exceptione numeri , cui vñr renunciaſſe s̃. numerũ
eligendo:ſi ita eſt,ergo vr̃, ꝙ ſibi debeãt etiam aſſignare p̃-
bendam , vt ſicut eſt receptus quò ad numerum canonico-
rum,& portionum,ita & quò ad numerum præbendarũ;cũ
eadem ratio videatur,ergo & idem ius.de tranſl. c.inter cor
poralia.& l.illud.ad leg.Aquil. ſol.glo.fi.ſentit iſtud contra-
rium.nec aliter ſoluit, niſi quia negat fractionem numeri ca
nonicorum inferre fractionem numeri præbendarum.& bñ
dicit.quia eſt caſus hic,& s̃.ca.cum dilectus . vbi de ratione
diuerſitatis.nam præbenda non vacans non poteſt aſſigna-
ri,nec de ea diſponi,vel diuidi.non mirum ergo,ſi non videt
numerum præbendarum rumpere,cum non poſſint, anteq̃
vacent,ſed canonicos vltra numerũ pñt eligere de p̃ſenti, &
vñr electi ad quoddam ius de nouo creatũ ſola animi deſti-
natione,quod põt fieri,vt j̃.e.c.dilecto.ſed non ſola aĩ deſti-
natione pñt præbeudæ diuidi,q̃ in facto conſiſtunt, ſicut do
mus,fundus,& ſi.vt no.s̃.e.c.tuæ. ideò contrarium factũ exi
gunt.& iſta eſt bona rõ diuerſitatis.¶Sextò extra gl.op.iſtẽ
archieps̃ inueſtiuit , & tulit ſñiam excõicationis in cõtradi-
ctores,& rebelles:ſed vr̃,ꝙ tales ſñias ferre non debeant. cũ
hæc reſpiciant tractũ ſuũ tẽporis,q nõ pertinet ad iudicẽ.ff.
de vſu.l.j.So.vt no.s̃.de procu.c.auditis.& j̃.de homi. lib.6.
¶Septimò op.& vr̃,ꝙ etiam alia ratione non teneat talis ſen
tentia,quia ſic dicere, excõico omnes , qui contradicerent,
eſt facere conſtitutionẽ,ſicut cũ excõicantur oẽs , q furtum
fecerunt,vt j̃.de conſti.c.fi.lib.6.ſo.dicunt Doc.ideò iſta nõ
põt dici conſtitutio,quia non hẽt illa,quæ requiruntur ad eẽ
conſtitutionis.de quibus.4.di.3.c.erit. debet ergo dici ſñia,
q̃a fertur cã cognita contra reluctantes,vt patet in tex.& la
12 ta ſine cauſæ cognitione†irritaretur,licèt teneat.11.q.3.ca.
1.licèt alia ſententia eſſet nulla,puta ſi ſub pœna iudex man
det,ꝙ tales obediant tali,vel ẽt,ſm̃ Hoſt.ſub pœna excõica-
tionis:tales.n. ſñiæ ſine cauſæ cognitione prolatæ nõ tenẽt,
vt no.s̃.de reſtitu.in integ.c.2.per Inno.& C.commi.vel epi.
per totum.cum cauſæ verò cognitione latæ tenent , vt s̃. de
appella.c.præterea. ¶Venio ad quæſtiones,quæ eliciuntur
13 ex glo.ex dictis Docto.†primo circa illam clauſulam ſic ge
b neralem [b],[contradictores. ]&c. qui ligentur iſta clauſula ,
an ſolum partes,vel ẽt extranei . glo. prima parua, quæ fuit
additio,dicit,ꝙ ligant partes,& extranei,qui de facto,& nõ
de iure ſñiæ ſe opponunt.& hoc placet Inn.& Ho.ꝓ quibus
s̃.de



s̃.de reſcrip.c.petitio. niſi aliud appareat ex forma reſcrip.
de quo remittit Hoſt.s̃.de off.deleg.c.ex parte 2. in illos.n.q
de iure contradicunt, iuriſdictionem non habent,& eſt illud
ſimile, quod no.Ioã.And. de reſcrip. c.cum contingat.& de
cle.excom.c.propoſuit.ſuper ver.fautorem. & quod ipſe no.
de conceſ.præben.c.quia cunctis.lib.6.in glo.dicit hic Hoſt.
& benefacit de his,quæ vt indi.l.pen.& quod no.Bar.in l.ſti-
pulatio iſta.habere licere.de verb.oblig. ¶ Secundò quæro.
14 iſta ſententia[contradi cente.]&c.† quanto tempore duret,
an in perpetuum.dicatur,quòd aut mandatum non eſt exe-
cutioni mandatum,nec ſortitum plenum effectum, & dura-
bit ſemper, donec ſortiatur.& hoc in caſibus,in quibus ſen-
tentia non fertur . Si verò ſit tale negocium , in quo feratur
ſententia,non põt (poſtquàm eam tulit)aliquid vltra agere,
tanquàm officio ſuo functus.de offi.deleg.c.in literis.& c.q̃-
renti. Inno. dicit etiam,quòd vbi fertur ſententia,poterit cõ
peſcere contradictor,poſtquàm eam tulit,vſque ad annum,
per dictum c.quærenti . Sed in caſibus, in quibus non fertur
ſententia,tenet,quòd perpetuò,donec mandatum ſortiatur
effectum,poſtea verò non.Hoſtien.dicit in caſibus,in quibus
fertur ſententia: tunc eſt vera opinio Inno.ſ.ꝙ non poteſt vl
tra annum aliquid agere,niſi tempore inueſtituræ excõmu-
nicauerit contradictores.nam tunc etiam poſt annũ contra-
dicens ligabitur ſententia,niſi prius ſententiæ paruiſſet, quo
caſu contra ipſum ceſſat poteſtas executionis,etiam ſi de no
uo moleſtet.quod an ſit verum,dixi in d.c.quærenti. Io. An.
15 dicit audiuiſſe , ꝙ curia tenet, † ꝙ ſi in reſcripto eſt clauſula
[mittas in poſſeſsionem,& defendas inductum] poterit exe
cutor ( etiam poſtquàm tradidit poſſeſsionem) ipſum defen
dere,ſi moleſtetur,quaſi talis ſit conſeruator,cuius officium
durat,vt dicitur de offi.dele.c.fin.§.officium.lib.6.& facit j̃.
de ſimo.c.querelam.in fi.& quod ibi per Io.And. poſt Inno.
nam ſi contrarium diceremus,dicta clauſula nihil operare-
tur.quod eſſet abſurdum,& contra mentem concedentis.de
priui.c.in his.& eodem c.ſi Papa. lib.6. Non obſtat Decret.
quærenti.quia non loquitur de tali , qui in literis habeat di-
ctam clauſulam,ſecundũ Archi.qui poſuit illam glo.j̃. eo.c.
ſi cui.lib.6.addunt, quod no.de reſcrip.c.ad hoc.in fi.ſecun-
dæ glo.& ſubdit ibi,ꝙ aliquibus videtur idem de illa clauſu-
la[defendas inductum]quod dictum eſt.s̃.de clauſula[con-
tradictores ] &c. ne nimium derogetur ordinariæ poteſtati.
11.q.1.peruenit.de offic.ord. c.licèt.de maio. & obe. c. per
tuas.& ſecundũ hoc dicit , ꝙ lapſo anno defenſio ſpectaret
ad ordinarium,cuius intereſt ſubditos ex moleſtijs defende
re.ita dicit Io.And.ſuper verbo,contradictores. Tertiò quæ
ro.dicitur hic,ꝙ eligendo vltra numerum , videtur numero
16 renunciare. † pone ergo,ꝙ recipiant aliquem vltra numerũ
auctoritate Papæ. dicit glo.& ita &c.ꝙ tunc non habet locũ,
quod hic dicitur,quia tunc recipiũt ex neceſsitate:ergo ſub-
ueniendum,vt d.l.poſt legatis.ſecus ſi reciperent auctorita-
te legati: nam cum tunc recipiant voluntariè,renunciant nu
mero:cum ad hoc neceſſariò non teneantur.ita dicit glo. Ex
17 quo no.ſecundũ Hoſt. † ꝙ licèt legatus de latere cõferre poſ
ſit beneficia vacantia,non tamen vacatura.licèt illa reſerua-
re poſsit.vnde non poſſet facere recipi aliquem vltra nume-
rum, multò minus contra iuramentum.fatetur tamen,quòd
confert beneficia in eccleſijs non habentibus numerum : qđ
intellige, ſi ſufficiant facultates.& vide s̃.de vita,& hon. cle.
c.quoniam. in fi.primæ glo.& quod no.de conceſ.præben.c.
vlt.lib.6. in glo.nunquid. in fine.

ADDITIONES.

a ¶ Denotare dominium. vide Bar.in l. Quintus.§. argento hic alle.eundem in l.certum.§.1.ff.de confeſ. & in Aut.ſacramenta.C.ſi aduer.vendi Bal.in l.fi.C.de ædicto di.Adri.Tol.& omnino Bal. in rub.C. de verbo. ſignifi.

b ¶ Clauſulam ſic generalem. No.talem clauſulam intelligi de contradictoribus facti,non iuris. Vide Card.in Cle.2.§ contradictores.de relig. do.Feli.in c.ſuper eo.in ver.ſecundo fallit.de offi.deleg.

*SVMMAE.*

*1 Promoueri quis poteſt ad ſacros ordines ad titulum ſui patrimonij.*
*2 Patrimonium aſsignatum ſuccedit loco beneficij.*
*3 Promotus ſine beneficio an teneatur ad horas.*
*4 Patrimonium promoti, ſi perit caſmate, an epiſcopus teneatur promoto prouidere.*
*5 Promotus ad titulum patrimonij an teneatur de ipſo ſoluere decimas. Et an poſſit tranſire ad aliam eccleſiam.num.6.*
*Et an poſſit vendere patrimonium pro titulo aſsignatum.nu.7.*

TVIS. Non beneficiatus habens ſufficiens pa-
trimoniũ ad ſacros licitè promouetur.
& ponit dictum, cuius vnam determinationem in-
1 terſerit.ibi [dummodo.] ¶ † No. primò , quòd poteſt quis
promoueri ad ſacros ad titulum ſui patrimonij, & ſic patri-
2 monium † aſsignatum ſuccedit loco beneficij.nec aliud po-
teſt petere ab epiſcopo,& peccaret petendo ſecundùm glo.
quod non approbat Io.And.qui remittit ad not. per eum s̃.
c.epiſcopus de illa quæſt.an diues de patrimonio poſsit viue
re de bonis eccleſiæ,ſalua conſcientia.intellige tamen glo.ꝙ
non poſsit petere tali petitione: qua cogatur epiſcopus iux-
ta formam c.cum ſecundũ Apoſtolum.¶Secundò no.quòd
quandoq; eſt habilis ex vna cauſa,& inhabilis ex alia ad ex-
cluſionem ab ordinibus,vt l.& ſi non lex.ff.de hered.inſti. &
quid poteſt obſtare huic promouendo.dic , vt 51.diſtin.qui
3 in aliquo.& 23.diſt.c.Marcus.¶†Tertiò no. ꝙ promouetur
quis quandoquè ſine beneficio,& an iſte teneatur ad horas .
dic,ꝙ ſic,ſed non tenetur certam eccleſiam officiare.de hoc
92.diſt.c.fi.& quod no.Io.An.de cleri.mini.c.1.ſuper glo.ſi.
4 ¶ † Quæro, ſi tale petrimoniũ perit caſmate , an epiſcopus
teneatur iſti prouidere.tenet,ꝙ ſic.& idem,ſi euincatur , ſed
dices,quomodo poteſt euinci.nam ſeruus, ſi ordinatur, non
reuocatur in ſeruitutem : licèt appareat , ꝙ fuerit alienus.s̃.
de ſeruis non ordinan.c.miramur.ergo idem videtur dicen-
dum in patrimonio pro titulo aſsignato. dicit Ioan. And. ꝙ
faciliùs reuocatur tranſlatio patrimonij in eccleſiam, quàm
tranſlatio perſonæ.Nam reuocatio perſonæ cederet in vitu-
perium Dei,& Eccleſiæ , non ſic de rebus.& eſt ſimile s̃. de
tranſlatio.c.fi.& ex hoc infert Io.An.ꝙ debet attendere epi-
ſcopus, vt ſi patrimonium ſit ſeruilis conditionis , dominus
huic intitulationi conſentiat:aliàs , patrimonio per dominũ
reuocato , tenebitur prouidere epiſcopus ordinato . ſicut ſi
patrimonium periret caſmate,prout glo.dicit. ¶†Secundò
quæro,an iſte promotus ad titulũ patrimonij,de ipſo tenea-
tur ſoluere decimas. Vincen.ꝙ ſic.Idem Ioan.& Goff.Hoſt.
contra. ¶ Tertiò quæro†an iſte poſsit tranſire ad aliam ec-
cleſiam.dicit,ꝙ non, per c. priuatus . quia nec laicus poſſet,
vt ibi,& non tantùm rõne rei, quantum ratione ordinis, pro
pter quem eſt ei obligatus, ſecundùm Ioan.Goff.& Hoſtien.
5 ¶ † Quartò quærit glo.an talis poſsit vendere tale patrimo
nium pro titulo aſsignatum. Vincen.ꝙ non.ad idem Ioan.&
Goffr.qui tamen fatetur, ꝙ non eſt illi patrimonio ius ſpiri-
tuale in tantum adhærens , ꝙ non tranſeat ad heredes . nam
morte clerici ille titu.eſt extinctus,quia,finita cauſa princi-
pali,finitur priuilegium , vt l. Titia.§. vſuras. de lega.2. & c.
ſuggeſtum.de decimis.& eſt ſi. in fundo dotali , qui non po-
teſt alienari,& tamen tranſit ad heredes.de dote poſt diuor.
reſtituen. per noſtras . Tan. in quæſtione prædicta tenet , ꝙ
poſsit ipſum vendere : quia pretium ſuccedit loco rei . Ho-
ſtien.diſtinguit , an patrimonium fuerit pro titulo aſsigna-
tum , vel non . vt primo caſu non poſsit ipſum alienare ſine
conſenſu epiſcopi, ſecundo ſic.Nec obſt.ratio Tan. quia fa-
ciliùs conſumitur pretium, quàm res.

*SVMMAE.*

*1 Beneficium poteſt conferri abſenti.*

2 *Procurator, quando recipit nomine abſentis, ſub qua forma ſint verba concipienda.*
3 *Inueſtitura poteſt peti per procuratorem, & qualiter fiat.*
4 *Inueſtiri an quis poſsit de beneficio per laicum. & nu. 8.*
5 *Inueſtitura ſi facta fuerit, & non appareat, quid in animo geſſerit inueſtiens, aut procurator recipiens, quid dicendum in dubio.*
6 *Dominium non quæritur per procuratorem generalem, ſed bene per ſpecialem.*
7 *Actiones perſonales quare non quærantur regulariter per procuratorem ſine ceſsione.*
8 *Habens gratiam cum beneficio acceptandi, an poſsit ad hoc conſtituere procuratorem laicum.*

1 ACcedens. † Not. primò, ꝙ abſenti poteſt conferri beneficium. & ſic abſenti quæritur per alium. quod eſt
regulare, interueniente nuncio, vel epiſtola, vt l. conſenſu. de
act. & oblig. ¶ Secundò no. ꝙ dicit [per alium, vel alius ma-
2 gis pro eo] &c. † docet enim, ſub qua forma ſint verba conci
pienda, cum procu. recipit nomine abſentis, poteſt enim di-
cere. trado domino tuo per te, vel trado tibi recipienti nomi
ne domini tui, vel pro domino tuo. & iſta eſt melior, vt hic
patet, tamen vtroque caſu procu. præſtat nudum miniſteriũ.
quia directo domino quæritur, non autem primo procura-
tori: poſtea domino, vt l. quod meo. §. ſi procura. ff. de acqui
3 ren. poſ. ¶ † Tertiò no. quòd per procuratorem poteſt peti
a inueſtitura. a & iſta inueſtitura fit per traditionem annuli, &
bireti. nec per eam quæritur poſſeſsio beneficij. vt no. ſ. c. ꝓ
illorum. & per Dy. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. quomodo autem
iſti actus, qui requirunt certos actus ſolemnes (vt abſolutio
ab excommunicatione, collatio baptiſmi.) dic, vt no. Io. An.
in c. poteſt quis. de regu. iur. lib. 6. & per Bar. in l. Gallus. de
lib. & poſth. vbi de illis, quæ non poſſunt per alium explica-
ri propter formã, quæ exigit præſentiam principalis, & qñ-
que alia ratione, vt l. Paulus. de acqui. hered. & l. mulier. §. ex
aſſe. ad Trebel. ¶ Quartò not. ꝙ dicit [per alium.] quod ver-
bum poteſt adaptari ad procuratorem, ad negociorum ge-
ſtorem, ad coniunctam perſonã, & ſic credo, ꝙ etiam in ne-
gociorum geſtore, & in coniuncta perſona habeat locũ, qđ
hic dicitur de iſta acquiſitione fienda abſenti. & hoc ratiha-
bitione ſecuta, ſicut per eos poſt ratihabitionem quæritur
dominium, & poſſeſ. vt l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & l. ſeruus com
munis. §. 1. de acquir. poſ. ¶ Quintò pondera idem verbum
[per alium] &c. propter cuius generalitatem videtur com-
4 plecti omnes clericos, & laicos. † vt ſic etiam per laicũ poſ-
ſit quis de beneficio inueſtiri. nam etiam poteſt eſſe procu-
ra. in cauſis ſpiritualibus, vt in c. 1. de procu. lib. 6. ſed non ita
iudex. vt ſ. de iudic. c. decreuimus. dicam j. poſt Ioan. And.
¶ Opponitur. dicitur hic, ꝙ quæritur abſenti. contra ꝑ pro-
curatorem non quæritur dominium, nec poſſeſsio. vt in iuri-
bus alleg. in glo. ergo nec inueſtitura. Sol. dicit glo. quòd aut
dans, vel accipiens intendit, & in mente gerit quærere ab-
ſenti, & ſibi quærit, aut neuter hoc gerit in mente. & ſibi non
quæritur, vt in glo. quæ ſentit, ꝙ ſufficit alterum hoc in men
te gerere, ꝙ abſenti quæratur. ſi ergo tradens hoc intendat
quærere abſenti, accipiens verò ſibi: quæreretur abſenti. &
idem ſi accipiens intendat quærere abſenti, tradens verò ali
cui, idem erit. primum dictum, quòd accipientis animus nõ
curetur, eſt verum, per l. qui mihi donatum. ff. de dona. ſecun
dũ dictum, quòd tradentis animus nõn curetur, ſi accipiens
intendat quærere abſenti, non eſt verũ, quia quod noſtrum
eſt, ſine facto noſtro, &c. vt l. id, quod noſtrum. ff. de reg. iur.
pro hoc l. ſi tibi dederim. de dona. nã ſemper inſpicitur ani-
mus mei tradentis, vt no. Bar. in d. l. qui mihi donatio. Vbi q̃-
5 rit † quid in dubio, ſi non apparet, quid in animo geſſerit: qa
traditio fuit facta ſimpliciter. & diſtinguit, nam aut contra-
ctus eſt celebratus à domino, traditio verò fit procuratori,
& tunc in dubio videtur agi, vt domino quæratur, vt l. qui ſa-
xum. §. planè. de dona. quandoq; contractus fuit celebratus
cum procuratore, & procurator traditur, & tunc aut procu-
rator non exprimit ſe facere procuratorio nomine domini
(puta mandato meo emit rem à te, te hoc ignorante.) & tunc
in dubio neuter videtur agere, quud mihi quæratur, ſed ipſi
procuratori. & hic eſt caſus in l. res ex mandato. ff. de acqui-
ren. re. domi. quæ loquitur in caſu dubij. ff. de vſuca. l. pigno-
ri. §. ſi. quandoq; in contractu, & traditione poſſeſsionis ex-
primitur, ꝙ facit procurator nomine domini, & tunc vterq;
videtur agere, vt domino quæratur, vt l. ſi procurator meus.
de acqui. re. do. aut contractus fuit celebratus procuratorio
nomine domini, & traditio non fuit facta ſimpliciter, tunc ſi
incontinenti poſt contractum, intelligitur repetitus procu-
ratorio nomine domini. de verbo. oblig. l. Titia. §. idem reſpõ
dit. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. de verbo. oblig. aut ex
interuallo, & tunc non intelligitur hoc agi, & domino non
quæritur, ſed ei, cui eſt traditum. vt C. ſi quis alteri, vel ſibi.
l. multum. vbi eſt expreſſum. & hæc ſunt verba Bart. in dicta
l. qui mihi donatio. vbi reprobatur, quod hic tenent Doct. ſ.
6 † ꝙ per procuratorem generalẽ non quæratur dominium,
ſed per ſpecialẽ ſic. tenet enim ibi, ꝙ quæritur per generalẽ,
ſicut per ſpecialẽ, vt l. rem. ff. de vſuca. & ibi poſt glo. diſtin-
guit ſuper hoc. & idem no. in l. 1. §. per procurato. ff. de acq.
7 poſſ. ¶ Circa hoc incidenter quæritur † quare magis poſſeſ-
ſio, & dominium quæritur recta via per procuratorem, & in
eis præbet procurator nudũ miniſterium, vt d. l. quod meo.
& actiones perſonales non quæruntur per procura. regulari
ter ſine ceſsione. dic, ꝙ rationem differentiæ reddit tex. in l.
ea quæ ciuiliter. de acqui. poſ. per quam differentiam infert,
ꝙ quando tractamus de dominio quærendo per procurato-
rem vigore pacti adiectionis in diem, & l. commiſſoriæ. in q
bus retransfertur dominium ipſo iure, ꝙ non transfertur, ſi
pactum, & conuentio talis fuerit facta per procuratorem, vt
l. 1. C. per quas perſo. nobis acqui. & ibi per Doct. ¶ Ad ma-
8 teriam c. redeundo. quæro † vtrùm laicus poſsit nomine ab-
ſentis recipere inueſtiturã beneficij, vel talis debeat eſſe cle-
ricus. dominus Io. And. iſtam quæſtionẽ mouet hic, & vide-
tur, ꝙ poſsit eſſe laicus, vt in c. 1. de procura. lib. 6. tutius tñ
eſt, ꝙ ſit clericus. & ſic ſeruatur. & tenet hic Egi. & Gui. di-
cens, ꝙ hoc relatiuum, alius, facit poſitionem ad nomen, cle
ricus. contra quem facit, quod no. Ioan. An. de illa dictione,
9 alius. ſ. de reſcrip. c. ſedes. † Subiungit ipſe hic quæſtionẽ de
illo, qui habet gratiam cum beneficio acceptandi, an poſsit
ad hoc conſtituere procuratorem laicum. remittit primò ad
argumenta, quæ poſſunt elici pro, & contra. ex not. in regu-
la, quod alicui. in mercu. & hic primò arguit, ꝙ non poſsit.
quia ſuo nomine non põt tractare ſpiritualia. de iudic. c. 2.
96. diſtin. c. benè quidem. ergo nec alieno. 16. q. 7. c. in noua.
ſicut in Iudęo, qui non põt præeſſe Chriſtianis ſuo nomine.
47. diſt. c. mancipia. de iudę. c. 2. ſic nec alieno. 100. diſtin. c.
nulla. & eo. titu. c. cum ſit. patet ſimi. de hæreti. c. ſecundo. nã
ſicut hæreticus non acquirit ſibi beneficium, ita nec alteri.
& ſicut excommunicatus pro ſe nõ agit, ita nec pro altero.
de proba. c. poſt ceſsionem. ad hoc cle. de æta. & qua. vt hi q.
& de procura. c. ſi religioſus. in cle de reg. c. 1. & de reſcript.
c. ſtatutum. §. in nullo. ad idem, quod not. C. de fideiuſ. l. eam
quam. vbi non capax non acquirit hereditatem, vt reſtituat
capaci. & ibi de hoc argum. pro, & contra. In contrarium fa
cit dicta Decre. 1. de procura. lib. 6. & quod de ſeruo, & libe
ro dicitur. C. ſi per vim, vel alio modo. l. 1. & de in ius voc. l.
quæſitum. Item ex contrario ſequerentur multæ abſurdita-
tes. ſ. ꝙ clericus non habilis ad dignitatem quacunq; de cau
ſa, non poſſet dari procurator ad dignitatem acceptandam.
Item ꝙ laicus vxoratus non poſſet dari procura. ad matri-
monium contrahendum. Item monachus, vel ſeruus, qui nõ
poſſunt acquirere ſibi, non acquirent monaſterio, vel domi-
no.



no. facit, quod no. in cle. vna. de renun. quid dicendum. dicit
Io. And. tutius eſt omni caſu clericum conſtituere: tamen ſi
procu. datus eſt purè ad acceptandum certum beneficium
vacans: quæſtio non videtur dubia: cum tunc nudus miniſter
ſit, declarans domini voluntatem. facit C. ſi quis alteri, vel ſi-
bi. l. multis. immò, & ſic conſtituendo, videtur acceptaſſe: ſi-
cut & dominus per procuratorem hereditatem adiuiſſe. ſed
ſi datus eſt procurator ad certum beneficium acceptandũ, ſi
ſibi videtur vel incertum, cum vacabit, vel vacaturum ſecũ-
dùm formam. c. ne captandæ. de conceſ. præben. lib. 6. dicit
Ioan. And. conſtitutionem valere ſecundũ communẽ obſer-
uantiam, quæ ſic viget. & minimè ſunt mutanda, &c. l. mini-
mè. de legibus. pro hoc facit æquitas, quia in loco fortè acce
ptationis fiendæ non habet clericum, de quo confidat, & ta-
lia non ſunt omnibus committenda. facit de procura. & nõ
habere procuratorem in loco eſt periculoſum, vt in clemen.
vna. de conceſ. præben. Item per talem acceptationem nihil
quæritur procuratori, ſed domino, recta via, ſiue ceſſet, quæ
ritur ius in re in ipſo beneficio. ſicut cum traditur res pro-
phana, vt ſ. dixi. facit de præben. c. P. & de conceſsio. præbẽ.
c. vlt. ¶ Ad contraria reſponde, vt colligitur ex notatis per
Ioan. And. in reg. quod alicui. de regu. iur. cuius ſunt dicta, &
opinio. contra quam poſſes inſtare. nam quando procurator
ſtipulationem, vel promiſsionem pro domino recipit, non
quæritur domino directè ſine ceſsio. vt plenè no. in c. quam-
quàm. de vſur. lib. 6. ſed cum in his ſpiritualibus non cadit ti
tulus, nec ius in laicum, quomodo recta via quæratur domi-
no: dicas, ꝙ iſtis iuribus inſeparabilibus à perſona procura
tor præbet nudum miniſterium, nec quæritur, vel directa, vt
l. poſſeſsio. §. poſſeſsio quoque. ff. de acquir. poſſ. per Bar. vñ
licèt actio iudicati per procura. quæſita tranſeat in dominũ,
requiritur ceſsio. vt l. in cauſę. & l. procurator. ff. de procura-
to. dicemus ne ſic eſſe, ſi procurator interuenit in cauſa ſpiri
tuali. quod poteſt j. de procura. c. 1. lib. 6. quòd ſit neceſſaria
ceſsio, certè non, ſimiliter nec ſi contraxit matrimoniũ car-
nale nomine alieno aliquid ſibi quæritur, ſed nudum prębet
miniſteriũ, ſicut in acquiſitione poſſeſsionis, vt l. quod meo.
ff. de acquir. poſſeſ. & collige ex prædictis, quòd poteſt quis
per ſe eligere. quod dic, vt not. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus fue-
rim illud. ff. de verb. oblig.

ADDITIO.

a ¶ Peti inueſtitura. Adde Bal. in c. 1. quo tempore miles. & in c. 1. §. ſin. per quos fiat inueſti. Bar. Cæp. in c. 1. in 6. differentia. de cogni. feud. Bar. in l. ab emptione. ff. de pactis.

SVMMÆ.

1 *Legati de latere poſſunt conferre beneficia.*
2 *Renunciatio beneficij poteſt fieri in manibus legati.*
3 *Prælatus poteſt conferre beneficia conſanguineis, ſi ſunt idonei: aliàs ſecus.*
4 *Poſſeſſor beneficij quando agitur contra eum, debet non tantùm probare poſſeſsionem beneficij, ſed etiam titulum.*
5 *Capitulum, abſente epiſcopo, non poteſt conferre præbendas vacantes, nec procurator generalis epiſcopi poteſt approbare.*
6 *Canonicus non præſumitur quis, niſi probet titulum in poſſeſsione, quamuis agat omnia, vt canonicus.*
7 *Patientia coniuncta cum actu illius, qui poſſet de nouo conferre, non operatur collationem beneficij, nec tribuit titulum poſſeſſori.*
8 *Canonicatu vno vacante, ſi duo eliguntur, non valet electio.*
9 *Capitulum augendo numerum videtur creare nouum ius ſpirituale, quod extinguitur cum creato.*
10 *Numerus certus canonicorum ſi eſt in aliqua eccleſia, ſi vnus moritur, non valent literæ impetratæ ſuper illius canonicatu alteri conferendo.*
11 *Poteſtas libera poteſt coarctari per iuramentum.*
12 *Decretum irritans in quibus caſibus poteſt apponi.*
13 *Sententia lata contra ordinationem per inſufficientiam, non videtur præiudicare ordinatori.*
14 *Canonicis quare eſt magis permiſſum vltra numerum eligere, quàm præbendas diuidere, eligendo duos ad vnam.*
15 *Canonici ſi iurauerunt non eligere vltra certum numerum, an valeat receptio contra iuramentum.*

DIlecto. Si ad vnum canonicatum, & prębendam vacantẽ in eccleſia duo canonici ſint recepti, non tenet receptio, etiam
ſi auctoritas legati ſedis apoſtolicæ interuenerit. & diuide in
quattuor. primò ponit quattuor, quæ faciunt ꝓ cellario. in
ſecunda, quæ faciunt contra ipſum. in tertia diffinit. in quar-
ta proteſtatur, vel tacitæ quæſtioni reſpõdet. ſecunda ibi pro
cura. tertia ibi [vnde dictum.] quarta ibi [itaq;.] ¶ Pro ap-
ta, & recta poſitione caſus in iſto c. eſt primò quærendũ, qs
agebat in iſto cap. an epiſcopus, an cellarius. gloſſella ſuper
ver. moleſtatione, dicit, ꝙ cellarius agebat contra epiſcopũ
interdicto vti poſsi. ſed obſtat forma ſententiæ, qua cellarius
condemnatur ad reſtitutionem eorum &c. & ſibi imponitur
ſilentium ſuper præbenda. & ſic non eſſet conformis libello.
Item in interdicto obtinuiſſet, probata poſſeſsione, vt l. vti
poſ. Item in interdicto. licèt conſtet agentem carere titulo,
non videtur ex hoc ad reſtitutionem, ſi ad eam non eſt actũ.
vt c. cum dilectus. de or. cog. Hoſtien. dicit, ꝙ procura. epiſco
pi petebat à cellario fructus præbendæ, quam tenebat. & qđ
ei imponeretur ſilentium ſuper ea, & ſic forma ſententiæ cõ-
cordat, quaſi cum iſta petitione. Sed ob. ver. propter ꝙ pe-
tit &c. dicit Io. And. ꝙ petijt, non porrigendo libellum, ſed
ex vi iuris, vel etiam libellũ porrigendo. quia in talibus vter-
que actor, & reus. de reſcrip. c. ceterum. & c. ſi. ſecundùm Ho
ſtien. vel poteſt dici ſecundũ Ioan. An. ꝙ epiſcopus agebat,
quaſi negatoria contra clericum. vel clericus contra epiſco-
pum, quaſi confeſſoria. nam ep̃s eum moleſtabat in poſſeſ-
ſione iuris canonici, & eum in canonicum nõ tractabat. ſub-
dit poſt Hoſt. ꝙ de nomine actionis non eſt curandũ. ¶ No.
primò, ꝙ erat quæſtio cum epiſcopo, ad quem ſpectat iniu-
ſtos detentores à beneficijs remouere. & ab eis petere, vt oſtẽ
dant titulum ſui canonicatus, vt in c. ordinarij. j. de offi. ord.
lib. 6. ipſe tamen, cum dicit, clericum minus iuſtè beneficiũ
poſsidere, non cognoſcit de hoc, ſed ſuperior, vt hic patet. &
eſt ratio hic; quia iſte nitebatur ex collatione legati. & ſic in-
ferior non videtur, ꝙ poſsit ſe intromittere, fuerit iuſta ſupe
rioris collatio, necne. ar. c. cum veniſſet. ſ. de indi. ¶ Secũdò
1 no. † ꝙ legati poſſunt conferre beneficia. quod eſt verũ in le
a gatis de latere. a Alij verò non. j. de offi. leg. c. 1. lib. 6. Iſte er-
go erat legatus de latere, & poſtea archiepiſcopus. quia for-
tè erat de loco, & præelegit archiepiſcopalem, & ſic deſcen-
dere, quia nulla eſt maior dignitas (vltra Papalem) quàm di
gnitas Cardinalatus. vt no. Io. And. ſ. eo. c. dilectus. vbi de il-
2 lo archiepiſcopo. ¶ Tertiò not. † ꝙ põt fieri renunciatio in
manibus legati, ratio, quia poſſet conferre, & inſtituere. &
in manu talis eſt renunciatio facienda. vt ſ. de renun. c. quod
3 in dubijs. ¶ Quartò no. † ꝙ legatus contulit nepoti ſuo iſtã
præbendam. & ſic poteſt prælatus conferre beneficia cõſan
guineis. quod intellige, ſi ſunt digni: aliàs ſecus, vt j. ca. gra-
uẽ. nam & eis, ſi ſunt pauperes, poteſt de rebus eccleſiæ ſub-
uenire, vt ſ. de cohabi. cleri. & mulie. c. 1. ¶ Quintò no. ꝙ le-
gatus, & Capitulum inſtituit iſtos in canonicos, & præben-
dam diuiſit cõiter inter eos. & tñ neutrum tenuit. contra no.
ſ. eo. c. dilectus. vbi ſaltẽ collatio canonicatus debuit eſſe ef-
ficax. dicam j. ¶ Sextò not. ꝙ iſte cellarius allegabat titulũ,
& quaſi poſſeſsionem canonicatus. & tñ erat in poſſeſsione.
4 ex quo collige, † ꝙ poſſeſſor beneficij cum agitur contra eũ,
non ſufficit ſibi probare poſſeſsionem beneficij, ſed debet et.
probare titulum, ſine quo beneficium non poteſt canonicè
poſsideri, vt in reg. beneficium. ſecus eſt in rebus prophanis.
in qui-

in quibus non cogitur poſſeſſor oſtendere titulum ſuæ poſ-
ſeſsionis,vt l.cogi.C.de peti.here.vide tamen,quod no. Inn.
5 in c.innotuit.de eo,qui fur.ordi.ſuſ.¶Septimò no.†ꝙ Capi-
tulum abſente epiſcopo,non poteſt conferre præbendas va
cantes,nec procura. generalis epiſcopi approbare. & hinc
ſumpta occaſione,quærũt quidam, an vicarius generalis epi
ſcopi poſsit conferre beneficia.quod dic,vt not.j̃.de offi.vi-
ca.c.vlt.lib.6.in glo.pen.¶Octauò not.ꝙ ex multis reſultat
quaſi poſſeſsio canonicatus.& quidam actus ita propriè ad-
aptantur ad quaſi poſſeſsionem certę rei, quod non ad aliã.
& quando eſt ita,debet ita limitatè deduci,& probari,vt fa-
cit iſte cellarius de domo, & oſculo conſuetis canonicis, &
non alijs, vt in tex.ad hoc vide,quod no.Ioan.And.s̃.de offi.
archid.c.vt noſtrum. & collige ex hoc, quòd quaſi poſſeſsio
iuris incorporalis acquiritur per apprehenſionem alicuius
rei corporalis,& per eam demonſtratur.quod dic,vt no.In-
6 nocen.s̃.de reſtitu.ſpol.c.in literis. ¶Nonò not. ꝙ ille,† qui
agit omnia, vt canonicus, non ex hoc præſumitur canoni-
cus, niſi probet titulum in poſſeſsionem, & dominium rerũ
priuatarum. ille,qui agit omnia,tanquàm dominus, præſu-
mitur dominus.vt l.Titia.ff.de ſolu.& l.quidam.de condi.in-
ſtitu.& vtrobique de hoc.& eſt ratio differentiæ. quia benefi
cia non poſſunt poſsidendo poſsideri de iure communi ſine
titulo. res prophanæ ſic.vt no.in ſimili.j̃.de præſcr. c. 1. lib.
6.& quod no.Bart.in l.ſi prius.ff.de ope.no.nunc.facit l.He-
rennius.ff.de decu. ¶Decimò not.in verſic.tu quoque.& ſe.
7 †ꝙ ſola patientia coniuncta cum actu illius, qui poſſet de
nouo conferre,non operatur collationem beneficij, nec tri-
buit titulum poſſeſſori.& loquitur iſte tex. de patientia bien
nali.longior verò patientia(puta 10.nnnorum)an confirmet
titulum à principio inefficacem,vt erat titulus iſtius.argum.
ꝙ ſic.C.de fideiuſ.l.1.vbi inutilis diſpoſitio,aliquo actu inter
ueniente indicante conſenſu,roboratur.argum. contra C.de
pac.l.ſi certis annis. quod dic, vt ibi.& l.cum de in rem ver-
ſo.de vſur.per Bart.& circa hoc vide,quod not. in d. c.inno-
tuit. facit C.quando, & qui. quarta pars debe.l.1.vbi à pri-
mordio tituli poſterior formatur euentus. & l.tutor.ff. de fi-
deiuſſ.¶ Vndecimò nota in verſicu.[a]procura. quòd vacante
vno canonicatu,& præbenda, electio duorum ad illum ca-
nonicatum,& præbendam eſt inualida.nam talis electio (ſi-
uè intelligatur ſimul,ſiuè ordine ſucceſsiuo) per concilia re-
8 probatur,vt dixi s̃.eod c.tuæ.& innuit iſte tex.† quòd vacã-
te vno canonicatu, ſi duo eligantur, non valet electio.quia
præſumuntur electi ad vnum ius ſpirituale, vt ſic talia ſint
ſubiecta,qualia prædicata demonſtrunt.in contrarium facit
facultas creandi de nouo ius ſpirituale, hoc eſt canonicatũ.
quod poſſunt facere canonici,& feciſſe præſumuntur. vt ſic
magis res valeat &c.hic ergo non tenuit, quia legato non li-
cuit rumpere numerum canonicorum iuramento, & aucto-
9 ritate apoſtolica roboratis.vt j̃.dicam. ¶†Duodecimò no.
quòd Capitulum augendo numerum,videtur creare nouum
ius ſpirituale,quod extinguitur cum creato,vt hic, dum di-
cit[naſcitur,& deſinit cum defuncto. ]Si ergo canonico tali
fuiſſet cauſa commiſſa,eo mortuo nõ cognoſceret alius ſub-
rogatus. Item nec poſſet agere de contemptu,& iniuria præ
mortuo illata,per rationem iſtam.quia naſcitur, & extingui
tur cum perſona.facit,quod no.s̃.de elect.c. quòd ſicut.& in
10 fert hoc Inno.ad aliud.† videlicet,quòd ſi in eccleſia, vbi nõ
eſt certus numerus,ſunt plures canonici,& vnus moritur,nõ
valent literæ,ſi impetrentur ſuper illius canonicatu alteri cõ
ferendo, antequàm vacet: quia non vacat,ſed deſinit,vt hic
dicit. vbi verò eſt certus numerus, non deſinit,ſed vacat. fa-
cit ad prædicta.C.de proxi.ſac.ſcri.l.comperimus.lib.12. &
C.de ſacroſanc.eccl.& l.non plures. & de aduoca. diuer.iu-
di.l.ad petitionem.Aliud enim eſt extingui, aliud ceſſare. ſi-
cut aliud extinctum eſſe, aliud in ſuſpenſo manere, vt l. illa
quæſtio.§.fi.ff.de here.inſtitu.& l.2.de verbo.oblig. vbi not.

11 ¶Decimotertiò not. †ꝙ per iuramentum poteſt coarctari
libera poteſtas,& permiſſa de iure variatio impediri. facere
enim,& mutare conſtitutiones, pendet à voluntate ſtatuen-
tium,vt l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.& tamẽ iuramẽ-
to poſſunt ſe aſtringere ad non mutandum. Item per varias
clauſulas variationem annullare.ſicut eſt in mutatione teſta-
menti libera, quæ certis formis poteſt limitari:& an iuramẽ
to.dic, vt no. in l. ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.
12 ¶Decimoquarto no.†ꝙ ſuæ prohibitioni Papa addit decre
tum.in legibus autẽ aliquid prohibentibus non expedit hoc
decretum,quia ſine eo,quod in contrarium agitur, eſt nul-
lum.vt C.de legi.l.non dubium. quod an ſit verum, cũ con-
ſtitutio eſt pœnalis.vt ſcilicet pœnæ appoſitio, & ſolutio nõ
confirmetur,quod geritur contra legis prohibitionem. dic,
vt no.in l.prætor ait.ff.de ope.no.nunc. per Bar.idem autem
decretum an poſsint ponere inferiores iudices ( puta mãdat
mihi ne alienem fundum,& decernit irritum,ſi fuerit contra
factum)dicit Hoſtien.ꝙ ſuper his,quæ ſpectant ad ſuã iuriſ-
dictionem,quilibet iudex poteſt,vt l. properandum. §. ſi au-
reus abſuerit.C.de iudi.& in arbitro, an poſsit. eſt caſus, ꝙ
non in c.Ray.j̃.de teſta.priuatæ verò perſonæ,an in ſuis di-
poſitionibus poſsint apponere iſta decret.dicit Hoſt. ꝙ ſic,
vt l.ſi quis.in princ.teſtamenti. & l.quintum.de lega. 3.facit,
quod no.Bar.in l.ſi quis ita promiſerit.§. ea lege.ff. de verb.
oblig. ¶Decimoquintò no.formam ſententiæ, condemna-
tur enim iſte ad reſtitutionem præbendæ eorum,&c. in fru-
ctibus autem non condemnatur pro eo,quod poſsidebat cu
titulo,& bona fide,ſecundùm Egi.quod non placet de eo, ꝙ
dicit iſtum bonæ fidei:nam errabat in iura: ergo malam fi-
dem habere præſumitur.vt in reg.qui contra iura. talis tamẽ
error iuris excuſat à fructuũ reſtitutione,vt no.in l.in vſuca.
ff. de vſuc.& l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.here. ¶Decimoſe
xtò no.in fi.ꝙ licèt ſit eadem cauſa irritandi collationẽ duo-
bus factam, & eadem ſit defenſio vtriuſque, & connexitas
inter eos: tamen ſententia contra vnum lata non præiudicat
13 abſenti, contra quem non fuit actum. † vnde ſententia lata
contra ordinationem propter inſufficientiam nõ videtur ꝓ-
iudicare ordinationi, nec ſententia lata contra mandantem
præiudicat mandatario.de quibus exemplis, & alijs ſimili-
bus vide s̃.de re iudi.c.quamuis,& tanquàm. ſtatim poſt gl.
¶Venio ad op.glo.& Doct.& primò op.hic dicitur,ꝙ gene
ralis procura. epiſcopi confirmauit. ergo videtur,ꝙ epiſco-
pus non potuerit venire contra,vt in iuribus alleg.in gloſſ.2.
quæ ſoluit,ꝙ in generali mandato non venit,ꝙ illicita atten-
tet,& indebita.vt ff.de condi.indebi.l.ſi procu.vbi non vide-
tur mandatum procuratori, ꝙ ſoluat indebitum. ad hoc l.ſi
is cui.ff.de ſol.Sed illicitum eſt aliquid approbare, quod ge-
ſtum ſit contra concilium,vt hic erat. præterea non videtur
epiſcopus mandaſſe,quod ipſe facere non poterit, vt contra
concilium diſpenſare,ſecundùm Inno.& Hoſtiẽ. ¶Secundò
opp.hic dicit, ꝙ epiſcopus recepit eum ad oſculum.ergo vi-
detur conſentire inſtitutioni ipſius. vt hic in iuribus alleg.in
glo.per hoc videbatur.&c. Sol.vt in ea Inn. dixi s̃.ſcilicet, ꝙ
epiſcopus expreſsè non potuiſſet eius inſtitutionem attẽta-
tam contra concilium approbare.ergo nec eius taciturnitas
operatur confirmationem,quia nõ poteſt plus tacitũ, quàm
expreſſum.præterea recipere ad oſculum eſt actus incidens.
ergo non inducit diſpoſitionem, ſic nec verba enunciatiua,
vt in cle.ſi Romanus.de ſen.excom. Item poterat epiſcopus
ignorare,eſſet ſua inſtitutio canonica, necnè.ergo eius patiẽ
b tia[b] non inducit collationem tit.quia eſt difformis,& neceſ-
ſariò non infert in actu,vt l.nec natales.C.de probat.¶Ter-
tiò opp.dicitur hic,quòd ſi Papa confirmauit numerũ cum
decreto, non poſſunt canonici eligere vltra numerũ. contra
hoc opponitur, & videtur, ſiuè ſit decretum, ſiuè non, poſ-
ſunt ſemper conuenire, cum tale priuilegium in fauorem ip
ſorum fuerit conceſſum, vt l. quod fauore.C.de legi.Sol.di-
cit glo.



cit glo.immò &c.ꝙ poſſunt, ſi non eſt appoſita dicta clau-
ſula, aliàs ſecus:ſed per hoc non tollitur contrarium de l.qđ
fauore.dicit Io.And.hic fuiſſe ſtatutum de nouo in fauorem
eccleſiarum ad canonicorum inſtãtiã confundendam,& ele-
ctorum infinitatem vitandam.de reſcrip.cap.cum in multis.
Nam plerumq; per preces,vel minas conſueuerunt canoni-
ci violare ſtatutum.j̃.de verb.ſigni.c.cum olim.2. vel dic, ꝙ
vbi eſt decretum(licèt in canonicorum fauorem)tamen pro
ꝑter virtutem clauſulæ non poſſunt canonici renunciare di-
cto fauori. & eſt ſi.j̃.e.cui de non.lib.6.& quod no.Io.And.
de conſti.c.cum acceſsiſſent.&c.¶Quartò op.dicitur hic,ꝙ
ſententia lata contra cellarium non præiudicat G.contra im
mò videtur,ꝙ præiudicat propter connexitatem, vt in iuri-
bus alle. in gl.fin.quæ ſolu. vt in ea habes. & not. etiam. 76.
diſt.c.tantis Daniel.& eſt ratio, quare non pręiudicat, quia
aliam potuiſſet habere defenſionem iſte G. puta diſpenſatio
nem Papæ. ad hoc benè facit l. denunciaſſe.§.vlt.ff.de adul.
vbi condemnatio adulteri non nocet adulteræ. quia ille po-
tuiſſet falſis teſtibus inimicitijs à præſide grauari,mulier re-
ligioſum iudicem ſortiri, qui pudicitiam ſuam defendit: vel
aliter obtinere gratia,vel legis auxilio.& inducit gloſſ. hunc
finem ad quæſt.de qua in fine glo.quam vide in Spec.de ſen.
prola.§.nunc de effectu. ver. ſed pone hoc dictum Hoſtiẽ.in
materia hic diſtinguit tria membra, & minus plenè. ego re-
mitto vos ad verſi.plenè.s̃.de re iudi.c.quamuis. & per Bar.
in l.cum filius.de verbo.oblig.& quod no.Cy.in l.2.de aduo
catis diuer.iudi.&c. ¶ Quintò opponitur, & videtur,ꝙ va-
leat duorum electio: quia poſſunt canonici augere numerũ,
vt s̃.eo.c.dilectus.& c.relatum.Solu.vt in glo.hic fuit &c.In-
nocen.dicit,quòd vacante vna præbenda, plures poſſunt eli
gi in canonicos,hoc expreſſo, quòd vnus habeat præbendã
integram,& alij prouideatur,cum ſe facultas obtulerit:ſed ſi
ſimpliciter recipiuntur, vno iure vacante, non valet electio:
quia intelliguntur electi ad vnam præbendam,nec intelligũ
tur electi eo modo, quo licet: de quo modo ſupra. & ſatis
hoc videbitur probari per illum tex.contra quem poſſet op-
poni.quòd vitiari debeat tantùm electio vltimò nominati,&
non primi,iuxta no.in ſimili.s̃.eod.c.dilectus.dic, vt ibi no.
14 ¶Sed hic incidenter quæro de ratione diuerſitatis. † quare
magis eſt permiſſum canonicis vltra numerum eligere, non
præbendas diuidere, eligendo duos ad vnam.dicit Innocen.
quia primum cenſetur de iure priuato, cui poteſt renuncia-
ri: ſecundũ de iure publico,cui renunciari non poteſt. de fo-
ro compe. c.ſi diligenti. Item per primum fit melior condi-
tio eccleſiæ. quia vbi multa conſilia,ibi ſalus.de offic.deleg.
c. prudentiam.per ſecundũ verò poſſet induci mendicitas in
clericis,& eccleſię vituperium. & hęc eſt etiam ratio, quare
canonici,eligendo vltra numerum, rumpunt numerum ca-
nonicorum,& non præbendarum.nam electio plurium cano
nicorum non reprobatur,ſed electio ad præbendam,quę nõ
vacat, eſt nulla per Conci. Turonen. vnde cum non teneat
electio, non rumpitur numerus. & quare tenet in canonijs,
& non in præbendis,eſt, quia ſic ſtatutum eſt in præbendis.
vt s̃.eo.c.in maioribus.ſed non ita in canonijs reperitur ſta-
tutum ſecundũ Ioan. An. ¶Quærit Ioan. And. poſt Innoc.
15 † canonici iurauerunt non eligere vltra certum numerũ: an
valeat receptio contra iuramentum.& idem poteſt quæri, ſi
iuraui non vendere librum, vel non mutare teſtamentum, &
poſtea vendo,vel muto,& videtur, ꝙ non teneat electio con
tra iuramentum attentata,vt hic. Item recipiendo,ſunt per-
iuri,& ſic infames, & per conſequens repellendi à legitimis
actibus. nam, cum attentat facere contra iuramentum, eſt
periurus,vt ſic concurrentes ſimul actio, & periurium,periu
rium fingatur præceſsiſſe,& penetrabilius ſit. vt dicit Innoc.
in c.appel.s̃.de appel.& hæc opi.placet Archidia.j̃.eo.lib.6.
Alij dicunt,ꝙ receptio facta contra iuramentum tenet. Non
obſtat verſic. niſi fortè.quia iſta eſt allegatio partis ius non
continens, ſed dices immò,quia ex ea fertur ſententia. Sed
reſpõde,quòd Papa non mouetur ex illis allegationibus ad
ſententiandum,ſed ex illis,quæ caſum contingunt, quæ ap-
parent in prima concluſione,ſecundũ Io.An. qui concludit,
quòd valeat facta receptio contra iuramentum, licèt illi ſint
periuri: ſicut tenet matrimonium contractum contra iura-
mentum, licèt contrahens ſit periurus.de ſpon.c.ſicut. & qđ
ipſe no.in c.quod ſemel.de regu.iur.lib.6.in mercu.& maxi-
mè hoc verũ,ſecundùm eum, ſi poſt iuramentum ſunt auctæ
facultates eccleſiæ: poteſt enim tunc recedi à numero per
Papam decreto ſecundùm Io. And.ſuper glo.immò ad hoc
s̃.de conſtitutionibus.c.cum M.

### ADDITIONES.

a ¶ In legatis de latere. Qui non poſſunt conferre beneficium patrona-
tum laici habentis ius præſentandi ex patronatu. ſecus ſi habet ius præ-
ſentandi ſine patronatu.Car.in cle.2 in 3.q.de præben Fed.de Senis.cõ-
ſil.65.tenet contrarium. Vide Abb.in c. dilectus.de offi.delega.
b ¶ Eius patientia. No.quòd prælatus, qui diu tolerauit ſubditum in be
neficio ſuo,non poteſt eum compellere ad oſtendendum titulum bene-
ficij, vt vult hic Panor.

### *SVMMAE.*

*1 Epiſcopus poteſt vnam præbendam diuidere in duas tempore vaca-
tionis.nu.7.*
*2 Status eccleſiæ vacantis poteſt mutari, ſed non iura ſua diminui,niſi
certa forma ſeruata.*
*3 Creatio canonicorum,& collatio præbendarum de conſenſu Capituli
ſpectat ad epiſcopum.*
*4 Canonici de nouo creati poſſunt agere contra epiſcopum, qui eorum
præbendas ſine iuſta cauſa minuit, vt redintegret ipſas.*
*5 Præbenda ſi diuiditur in duas, & ad eas duo canonici aſſumantur,
non reſcinditur diuiſio,& receptio iniuſtè attentata,ſed qui ma-
lè diuiſit,& recipit,quod deficit, vtrique ſupplere tenetur.*
*6 Iura incorporalia,maximè ſpiritualia,non de facili,poſtquàm crea-
ta fuerint,diſſoluuntur.*
*8 Epiſcopo,& Capitulo an liceat,quotieſcunquè voluerint, creare ca
nonicos.*

VAcante. De vna præbenda vacãte poſ
ſunt fieri duæ, ſi ſuppetant fa-
cultates: aliàs diuidens re integra tenetur.com-
1 munis diuiſio.ſecunda ibi[ſuper quo.]¶No.primò,† ꝙ vnã
præbendam poteſt epiſcopus diuidere in duas, & hoc tem-
2 pore vacationis.† ſi ergo ſtatus eccleſiæ vacantis poteſt mu
tari,& non iura ſui dominij, niſi certa forma ſeruata.in cle-
men.ſumma.de rebus eccle.non alienan.ita & ſtatus præben
darum. hæc autem diuiſio ( ſicut & vnio) ſpectat ad epiſco-
pum,vt hic.& j̃.de exceſsi.pra la.cap.ſicut vnire. ¶Secundò
3 not.† ꝙ ad epiſcopum ſpectat creatio canonicorum,& col-
latio præbendarum de conſenſu Capituli. non ergo pariter
ad vtrumq;. ꝙ an ſit verum,ſub iudice lis eſt,vt patet ex no.
4 s̃.de electio.c.cum eccleſia Vulterana. ¶ Tertiò not.†quòd
canonici de nouo creati poſſunt agere contra epiſcopũ, qui
præbendas eorum ſine iuſta cauſa minuit, vt redintegret ip-
ſas. non poteſt ergo canonicus rem præbendæ ſuæ malè alie-
natam per epiſcopum reuocare,ſed agere ad intereſſe, ſcili-
cet ad redintegrationem ex his, quæ vacabũt poſtea.& ſic vi
detur,quòd vacans præbenda poſtea debeat ſcindi pro alia
integranda.quod intellige ſecundùm Hoſtien.ſi vacabit præ
benda pinguis,quòd ſuperexcedit,aſsignabitur iſti ꝓ redin
5 tegratione.¶†Quartò no.ꝙ ſi vna præbenda ſine cauſa di-
uiditur in duas,& ad eas duo canonici aſſumantur, non re-
ſcinditur diuiſio, & receptio iniuſtè attentata, ſed qui malè
diuiſit,& recepit,quod vtrique deficit, ſupplere tenetur: ſic
eſt in ordinato ſine titulo, cui epiſcopus ( licèt malè fecerit)
6 prouidere tenetur,vt s̃.eo.c.cum ſecundũ Apoſtolum,† Iura
enim incorporalia,maximè ſpiritualia, non de facili, poſt-
quam creata fuerint, diſſoluuntur. licèt ille, qui ineſſe ipſa
produxit,

produxit, puniatur, vt c.vel non eſt compos.de tempo.ord.
7 &c.inter corporalia. de tranſla. ¶ † Quintò no.quòd ex iu
ſta cauſa epiſcopus vnam præbendam diuidit in duas. & iu-
ſta cauſa eſt, ſi pauci ſunt canonici.ſ.de elec.c.cum eccleſia.
vel cauſa neceſsitatis,vel vtilitatis.j.e.c.expoſuiſti.vel pieta-
tis,& eleemoſynæ.86.diſt.c.non ſatis.& no.j.e.c. ſuper inor
dinata. ¶ Opp.dicitur hic,quòd tenetur integrare præben-
dam iſtis canonicis ſic receptis.contra,quia ipſorum electió
ad vna præbendam non tenuit,vt ſ. c. proxi. ergo tanquam
non canonici non debuerunt audiri ſuper integratione . ta-
men ex narratis per eos appareat non competere eis ius , &
ſine actione experiri,vt no.in l.vbi pactum.C. de tranſac. &
c. 1.de offi.iudi.per Inno.ſol.tribus modis:dic , vt in gloſſ. 1.
vltima placet Inno.& Hoſtien.qui plenius in hac materia ſic
8 diſtinguit.† cum quæritur,vtrum liceat epiſcopo,& Capitu-
lo creare canonicos,quotieſcunque voluerit. diſtingue, quia
aut in eccleſia non eſt numerus certus canonicorum, aut eſt
numerus limitatus.primò caſu poteſt recipi canonicus , quã
do placet . quia nouum ius cum eo creatur, & deſinit cũ eo-
dem.vt ſ.c.proxi. ſecundo caſu quando eſt certus numerus,
& tunc aut eſt iuramento firmatus , vel cõfirmatus cum clau
ſula, quòd quicunq; &c.& non poteſt aliquis vltra recipi,vt
ſ.c.proxi.niſi in duobus caſibus. primò quando fructus ex-
creuerunt, vt ſ.c.proxi. vel niſi fieret auctoritate Papæ , qui
conſtitutionibus non arctatur,vt j.de conceſ.præben. c.pro
poſuit.& ſic intelligitur.j.de verbo.ſignifi.c.fina.aut non eſt
appoſita dicta clauſula,& tunc aut eliguntur plures canonici
vltra numerum,& tunc,licèt fieri non debeat,valet tamen re
ceptio,& rumpitur numerus canonicorum , ſed non præben
darum,vt ſ.c.pro illorum.in fine. & c.dilectus. præiudicant
enim canonici ſibi in numero vltra numerum eligendo vo-
luntariè , ſecus ſi coactè, puta mandato Papæ,vt no.ſ.c.pro
illorum. quod intellige, ſi contra literas Papæ eis non com-
petebat aliqua exceptio,ſed ſi competeret,& opponere omi
ſiſſet, videntur voluntariè recepiſſe , & ideò ſibi in numero
præiudicaſſe,vt ſ.c.pro illorum.& de conſt.c.cum M. & hoc
cum canonici recipiuntur ſimpliciter,non per reſpectum ad
præbendas. ſi autem plures canonici eliguntur per reſpectũ
ad præbendas , & tunc aut eſt æqualis numerus vtriuſque.ſ.
canonicorum,& præbendarum, & non eſt dubium,quòd va
let vtriuſque receptio. aut plures canonici eliguntur ad vnã
præbendam vacantem, & tunc diſtingue formas, & modos
talis electionis:aut enim dicunt, eligimus nos duos ad vnam
præbendam,& neutrum valet,vt ſ.c. proxi.aut illa vna præ-
benda prius in duas diuiditur,& poſtea ad eas duo canonici
aſſumuntur,& tunc aut non fuit efficax talis diuiſio(puta qa
facta fuit ſine cauſa)& valet canonicorum receptio, non di-
uiſio,quia redintegrare tenetur.aut diuiſio fuit valida ( quia
facta cum cauſa)& tũc valet ceſsio,& receptio,vt hic.ad hoc
autem,vt ſit valida talis diuiſio, quattuor requirũtur. primũ
animi deſtinatio, quæ præſumitur , ſi primò diuidatur:ſecũ-
dò,ꝙ duos eligat,vt hic. ſed non ita, ſi duos ad vnam eligat,
vt ſ.c.proxi. ſecundùm , quòd fiat de cõi conſenſu illorum,
ad quos ſpectat.ſ.epiſcopi,& Capituli,vt hic.& de rebus ec-
cle.non alie.c.1.tertiũ,ꝙ fiat ex cauſa rationabili . quartum,
ꝙ ſint duo ſufficientes vtrique , vt hic , quorũ vnũ ſi deficiat,
ſaltem ſeſsio non valebit,vt hic ſecundũ Hoſt.¶Secundò op
ponitur extra glo.dicitur hic,ꝙ ſi diuiſio fuit facta indebitè,
poſſunt canonici agere,vt redintegrẽtur de alijs , cum vaca-
bunt.contra immò videtur,ꝙ epiſcopus , qui malè fecit, te-
neatur redintegrare de ſuo.ar.j.c.proxi.& c.cũ ſecũdũ. ſaltẽ
quandiu uiuet . ſed eo mortuo delictum ſuum extinguitur.
23.diſtin.c.quorundam.præterea ſi dicamus,ꝙ de alijs,quæ
uacabũt, fiat redintegratio,ut vult,cũ delictum perſonæ no-
cebit eccleſiæ, vel alij.quod eſſe non debet,vt in reg.delictũ.
& l.ſancimus.C.de pœnis.& hoc videtur tenere Hoſt. ut hic
uideas in nouella.

*S V M M Æ.*

1 *Papa ſi mandat ei, ad quem ſpectat, quòd beneficium alteri conferat, collatio per eum alteri facta tenet : ipſe tamen ex transgreſsione punitur.*
2 *Ius quæritur per monitorias epiſtolas.*
3 *Receptio in canonicum facta auctoritate Papæ afficit præbendã poſt vacantem.*
4 *Præſentatio literarum non afficit præbendam, ita quòd reddat nullam collationem alteri factam. & quid tunc operetur.*
5 *Pena, quæ ſit Capituli, & canonicorum, qui non recipiunt aliquem ad mandatum Papæ.*
6 *Tempus receptionis literarum an ſit inſpiciendum , an verò tempus datæ.*
7 *Iudex ſi tempore impetrati reſcripti ſit excommunicatus, & tempore receptionis abſolutus. quod tempus inſpiciatur.*
8 *Literas monitorias obtinens , an detineat aliquod ius ad petendam præbendam vacantem.*
9 *Receptus ſi eſt aliquis in canonicum auctoritate Papæ (ita quòd præbenda ſibi, & non alteri ſit conferenda ) ſi Capitulum ipſam alteri contulit, an recta via poſsit agere iſte in canonicum receptus, vt eam petat ab ipſo detentore.*
10 *Collator an poſsit aſsiſtere, & defendere factum ſuum, ſi collationẽ per eum factam tertius vult reuocare.*

1 Dilectus. † Si Papa mandat ei, ad quem
ſpectat, ꝙ beneficium alicui
conferat, collatio per eum alteri facta tenet.ipſe
tamen ex tranſgreſsione punitur . & prima pars querelã de-
ciſam continet.ſecunda dat iudices,ibi[ fraternitati.] ¶ No.
primò, ꝙ iſte clericus(quia eum ad mandatum Papæ Capi-
2 tulum non recepit) conqueſtus fuit Papæ.ex quo collige,† ꝙ
habens monitorias tantũ de inobedientia conqueritur.& ſic
per eas ius quæritur, vt j. dicam. ¶ Secundò nota formam
mandati,quæ fuit,vt iſtum G.reciperent in canonicum, &c.
& ſic Papa non contulit ſibi canonicatum . quod ſi feciſſet ,
collatio præbendæ poſtea facta alteri nõ valeret,vt c.ſi poſt-
quàm. j.eodem lib.6.& idem dicas,ſi eo recepto in canoni-
cum, præbendam poſteà alteri contuliſſent: non enim vale-
3 ret.† quia receptio in canonicum facta auctoritate Papæ af-
ficit præbendam poſt vacantem. j.de reſcriptis. cap.tibi qui.
lib.6.& j.dicam. Collige ergo , ꝙ aliud eſt conferre , aliud
mandatum de conferendo,ſicut aliud eſt emere , aliud eme-
re velle,vt no.in l.in ementis. de contrahen. empt. non enim
qui mandat rem vendi,abdicat à ſe dominium, niſi venditio
ne,& traditione ſequuta.ad hoc ff.de actio.emptio.l.in teſte.
¶ Tertiò no. ꝙ ſufficit præbendam vacare tẽpore receptio-
nis literarum. & hoc ideò, quia ſic mandatum fuit . vt patet
in tex. [ſi qua tunc vacaret]&c. circa hoc dicit Phi. ꝙ ſi im-
petrans dixit beneficium vacare,non ſufficit,ꝙ vacet tempo
re præſentationis,ſi non vacabat.tempore impetrationis,ſi-
ue datę ad hoc. l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa. ex iu-
re enim ſuperuenienti non poteſt , niſi impetrans : ſicut nec
actor,qui ſine actione egit, non obtinet , ſi poſtea actio ſibi
competere incipiat,vt l.non põt videri.ff.de iudi. Sed ſi Pa-
pa proprio motu mandat alicui conferri eccleſiam,vel præ-
bendam,ſi vacat,ſatis eſt , quòd vacet tempore receptionis:
licèt non vacet tempore datæ, vt hic ſecundùm eum.quod di
ctum eſt contra naturã diſpoſitionis conditionalis. nam cõ-
ditio de præſenti, aut ſtatim reddit diſpoſitionẽ puram,ſi eſt
vera , aut reddit ipſam nullam , ſi eſt falſa,vt l.cum ad præ-
ſens.ff.ſi cer.pe. Non ob.iſte tex. quia hic fuit mandatum de
canonicatu , ꝙ apertius patet Papæ voluntas de conferenda
4 præbenda quandocũq; vacante,ſecundũ Io.An. ¶ † Quartò
not. ꝙ præſentatio literarum non afficit præbendam ; ita qd
reddat nullam collationem alteri factam. operatur tamẽ ef-
fectum ; quia canonici contrarium facientes puniuntur , vt
hi c. &



hic.& idem intellige , ſcilicet quòd canonici puniatur, ſi ali
ter,quàm per præſentationem, ſciuerunt illud mandatũ , vt
5 ſ. de app.c.meminimus.& c.ſuggeſtum.¶ † Quintò no.pœ-
nam Capituli,& canonicorum, qui nõ recipiunt aliquem ad
mandatum papæ.tenentur enim ſtatim recipere, & redditus
aſsignare,&c.vt in tex.& hoc fit in pœnam canonicorũ , qui
nullam excuſationem habentes,obedire mandato apoſtoli-
co contempſerunt,ar.de reſcrip.c.ſi quando.& c. cum olim.
ideò nulla poſſet eſſe conuenientior pœna:quàm vt punian-
tur in eo,in quo deliquerunt.de tempo.ordinan.c.literas.ſe-
cundùm Ioan.And. qui ſentit ex hoc, quòd ſi non fuiſſent in
culpa , non debuiſſent aſtringi iſti canonici ad recipiendum
iſtum in canonicum.nec ad aſsignãdum ſibi redditus , ante-
quàm præbenda vacaret . & ſic ſi Papa mandat recipi in ca-
nonicum,& aſsignari præbendam,cum vacabit: non poterit
executor huic impetranti conferre canonicatum ante vaca-
tionem præbendæ,arg.contra,quia iſta ſunt diuerſa. implea
tur ergo vnum,quod poteſt,remanente reliquo in pendenti.
argum.c.dilecti.de dolo,& contu.& hoc ſentit glo. 1.quia cõ
ditio adiecta præbendæ, ſi vacat,&c. non intelligitur repeti-
ta in canonicatu,arg.ff.de fun. inſtru.l.Seio.§.Gaio.Nam cõ
ditio adiecta in altero ex connexis,& copulatiuè collatis,vi-
detur in reliquo repetita: ſecus in non connexis,etiam ſi cõ-
iunctim ſit vtrique prouiſum,vt l.Iul.Paulus. de conditio. &
demonſtratio. ¶ Venio ad glo. & primò opponitur : dicitur
6 hic, † quòd inſpicitur tempus receptionis literarum. contra
a de multis iuribus,quæ diſponunt inſpici tempus datæ,[a] vt in
glo. ſecunda.ex qua non poteſt in illa varietate elici certa do
ctrina. Sed dominus Ioan.An.poſt Pet.de Sa.plenius ſic di-
ſtinguit.quandoq; conſideratur actio , quæ competit ex re-
ſcripto:& ex illo oritur,vt ſ.de reſcrip.c.eam te. & tunc attẽ
ditur data,vt ibi.& c.literas.de reſcrip.in cle.quãdoq; actio,
quæ nõ oritur ex reſcripto.licèt ſuper illo impetretur. & tũc
etiam conſideratur data,vt ſ.de reſcrip.c.ſi. quandoq; valor
ipſius reſcripti,valeat vel non(puta ex veritate tacita,vel ex-
preſſa falſitate.(vt ſ.de reſcrip.c.ſuper literis. & tunc conſi-
deratur data, vt eodem tit.c.conſtitutus. Quandoq; attendi
tur obligatio,quæ contrahitur ex mora,vel culpa illius, con-
tra quem impetratur,vt hic.& ſ.de reſcrip.c.capitulũ. & tũc
attenditur receptio. vt hic patet.Quandoq; negligentia iudi-
cis ratione præſcriptionis, quæ currit contra iuriſdictionem
(quia cauſa eſt fortè cõmiſſa decidenda intra diem.) & tunc
attenditur poſsibilitas agendi.de reſcrip.c.ſi autem.& c.ple-
runq; . Quandoq; odium impetrantis:& tũc ſpectatur tem-
pus agendi.de offi.dele.c. prudentiã.de vſur. c.quia fruſtra .
Quandoq; iuriſdictionis perpetuatio:& tunc attenditur cita
tio.de offi.dele.c.gratũ.de hoc in Spec.de reſcrip.c.præſenta
ta.in fi.& hæc diſtinctio põt applicari ad quæſtionem gloſſ.
7 † ſi iudex tempore impetrati reſcripti ſit excõmunicatus,&
tẽpore receptionis abſolutus,quod tempus inſpiciatur. & vi
detur, ꝙ tempus receptionis, vt hic . contrarium tenet gl.nã
cum ſint ab initio nullæ,non poſſunt cõualeſcere: licèt ceſſet
cauſa nullitatis,vt in reg. non firmatur.& c. 1 .de reſcrip.lib.
6.& hanc opinio.gl.tenet Spe.tit. 1.§.vlt.in prin.Io.An. poſt
Io.de Deo.in ſuis quæſtionibus ſic diſtinguit . aut erat publi
cè excõmunicatus , tunc indiſtinctè non valent literæ . de re
iudi.c.ad probandum. de poſtu.c. 1 .aut occultè:ſed nunc op
ponitur: & tunc ſubdiſtingue.aut hoc ſciuit impetrans,& nõ
valet reſcriptum.de reſcrip.c.ſuper literis . aut ignorauit , &
tunc de æquitate debet valere, vbi iuſtitia aduerſarij non pe
rijt.de procura.c.ex inſinuatione. ſi autem tempore præſen-
tationis erat excõmunicatus occultè : nunc abſolutus pote-
rit procedere.quia media tempora non nocent,vt l. ſed ſi in
conditio.§.ſolemus.de hære.inſti. & hæc materia adaptatur
ad alias . ſi aliquis eſt vſurarius manifeſtus tempore conditi
teſtamenti,ſed tempore mortis non, vel econuerſo . vel me-
dio tempore tantùm inter teſtamentum,& mortem efficitur
vſurarius manifeſtus.& an valeat teſtamentum. dic per Bar.
in l. filio præterito . de iniuſto teſtamento in materia noſtra
beneficiali, ſi inter tempus datæ , & præſentationis variatur
qualitas beneficij (quia de non curato efficitur curatum)vel
econuerſo , vel efficitur dignitas poſt datam , an veniat ſub
gratia.dic, vt in cle.literas.de reſcrip.vbi glo.magiſtra.ſicut
in iudicijs quandoque actio competit à principio , ſed deſi-
nit lite pendente . quandoque pendente iudicio ſuperuenit.
quod dic,vt in c.abbate ſanè. de re iudic. lib.6. & l. non po-
teſt videri.de iudic.& in materia delictorum variatur inter-
dum conditio delinquentis poſt delictum commiſſum.quod
dic,vt l. 1.ff.de pœn.& c. 1.ſ.de oblig.ad rati.facit l.ſi aliena.
§.in extraneis.de hęre.inſti. ¶ Secũdò opp.& videtur,quòd
collatio facta à Capitulo contra mandatum Papæ non te-
neat: ſicut non valet, quod agitur contra legem,vt l. non du
bium . de lega. immò durius agitur cum inſtrumento legis,
quàm cum lege,vt l.Celſus.de arbi. Item videtur Papa ad ſe
negocium reuocaſſe : vnde quod agit ordinarius ſcienter in
contrarium non debet valere, ſicut non teneret eius proceſ-
ſus, ſi ſciat Papam de eadem cauſa cognoſcere , vt c. ſi duo-
bus.de app.& per Inn.in c.cum M.Ferrarien.ſicut enim inti-
matio facta per executorem ordinario,ne cõferat, ligat eius
manus: ita videtur,ſi ipſe eidem executori deputato Papa in
timet, ꝙ alicui conferat,vt c.tibi qui gratiam.de reſcrip.lib.
6.Sol.iſta contraria gl.3.multum ſubtiliter,& ſic nititur ſub-
tiliter ſoluere.dic,vt in ea.& plenius de materia in c.ſi ſoli.de
conceſ.præben.lib.6.in magna diſtinctio. ¶ Venio ad appa-
8 ratum Io.An.poſt Doct.per quæſtiones.& primò quęro † an
iſte , qui literas monitorias obtinuit , habeat aliquod ius ad
petendam præbendam vacantem: videtur , ꝙ non: quia non
põt eam petere alij iam collatam, vt hic. & patet in eo,quod
legitur,& notatur.ſ.de reſcrip.c.Capitulum. & c.cõſtitutus.
ar.contra ſ.de reſcrip.c.literis. vbi ſucceſſor dando executo
rias,dicitur exequi factum prędeceſſoris , qui conceſsit mo-
nitorias.ergo ex eis erat aliquod ius quæſitum.pro hoc facit
hæc litera,vbi dicitur fieri incluſionem mandati apoſtolici,ſi
alij confertur. & pro hoc, ſcilicet ꝙ ſola impetratio tribuat
ius.facit ſ.de of.deleg. c. ex parte. probatur ratione. ſi enim
præſentatio per patronum clericum facta tribuit ius incom
mutabile.j.de iure patro.c.cum autem.multò magis præſen
tatio literarum Papæ. 14.q. 1.c.quod præcipitur.& infert il-
la ratio, ꝙ collatio facta alteri non deberet valere: ſicut nec
collatio epiſcopi facta alteri,quàm præſentato,ſed dic, ꝙ va
let , quia ante collationem nõ habet ius in prębenda:licèt.n.
malè fecerit alteri conferendo: non tamen ſequitur, ꝙ colla
tio nulla ſit: ſicut malè facit, ſi vni vendit.ſecundò vendit al-
teri,& tradat.tenetur enim crimine ſtellion̄. tñ venditio ſecũ
da tenet,vt l.quoties.C.de rei ven.& glo.ponit exemplũ in ſa
cerdote peccatore,qui ſe maculat celebrando,& in domo vi
tioſa,vt in ea patet.& etiam in ſponſalibus de futuro:quę ſol
uuntur, ſi de præſenti cum alia contrahatur.& tñ ille peccat,
rumpendo fidem præſtitam.vt j.de ſpon.c.ſicut.& c.ſi inter
virum.§.fina. & hæc omnia ideo ſtatuta ſunt, quia ex ſolo
titulo non acquiritur ius in re : licèt perſona ſit perſonali-
ter obligata ad implendum . talis tamen obligatio perſo-
nam ſequitur, non rem ipſam . quia perſonalis obligatio
non ſequitur fundum , vt l. prima §. ſi hęres.ff. ad Trebell.
accedat illud generale . multa fieri prohibentur , quæ fa-
cta tenent . ſupra de iureiurando.c.quemadmodum.§.quod
ſi poſt hæc . Et ratione huius perſonalis obligationis con-
tractæ per præſentationem factam Capitulo eſt dicendum
Capitulum obligatum eſſe ad receptionem in canonicum,
& de redditibus prouidendum . quod tamen Doctores re-
uocant hic in dubium : an ſcilicet conditione ex hac decre.
poſsit iſte, qui præſentauit literas , nec receptus fuit , con-
ſequi , quæ hic dicuntur . quidam,quòd ſic,vt hic patet.pri-
mò plus dicunt , quòd Capitulum , quod ſine cauſa recuſa-

uit iſtum recipere,tenetur crimine ſtellionatus, & poteſt cri
minaliter accuſari,& etiam ciuiliter nunciare. & ſic conclu-
dunt,quòd literis monitorijs (vt erant iſtæ) ſemper ſit obe-
diendum,ſicut & præceptorijs.Non ob.ꝙ monitoriæ ſonant
in conſilium,& conſilium non obligat,vt l.1.ff.man. quia il-
lud de conſilio,quod præbetur in fauorem eius, cui conſuli-
tur: ſecus in conſilio,quod datur in fauorem illius, pro quo
ſcribitur,vt hic.Alij dicunt,quòd illud, quod hic dicitur,fuit
de gratia: non quòd iſta,ad quæ Capitulum cogere vult, hic
debeantur,ſecundùm Innoc.glo.tamen 3.ſonat, quòd de ne
ceſsitate teneantur, propter contemptum. & credo verius.
9 vt ſit deluſio hac pœna condigna. & quòd nulla alia pęna pu
niantur,vt dixi ſupra in quinto nota.¶Secundò quæro †rece
ptus eſt aliquis in canonicum auctoritate Papæ: ita ꝙ præbē
da poſtea vacans eſt ſibi,& non alij conferenda,vt c.ſi poſt-
quam.de præben.lib.6.pone ergo,quòd Capitulum ipſam al
teri contulit. an recta via poſsit iſte in canonicum recipi, &
cui erat debita præbenda,ipſam petere recta via ab ipſo de-
tentore. quidam quòd non.alij quòd ſic: cum habeat ius in
re ex receptione in canonicum.& in iſtis ſpiritualibus(poſt-
quàm ſunt debita)quæritur dominiũ ſine traditione, vt not.
Innocen.s̃.eod.c. inter cetera.& c. ſi tibi abſenti.de præben.
lib.6.Iura enim canonicatus, & præbendæ ſunt connexa.ar-
gum.s̃.c.relato.& de conſti.c. tranſlato. & ex hoc infert Ioã.
And. ſi pluribus in canonicos iam receptis executor illius,
qui primò receptus eſt iuſtè mandatum dirigit ſuper colla-
tione: & ei eſt obtemperandum, & non alijs, qui pro alijs
idem mandant. primò ſententia pœnalis, vel cenſuræ lata
per eos,eſſet ipſo iure nulla contra canonicos recuſantes im
plere mandatum ſecundum, vel tertium: quod implere non
tenentur, ſed primum argumentum not. ſup. c. pro illorum.
illi enim,qui iuſtè ſe opponunt, executorum excommuni-
cationibus non ligantur,vt patet ibi, in prima glo. conclude
ergo, quòd ſi facta eſt ſecundo, vel tertio præbendæ colla-
tio: primus receptus in canonicum recta via poteſt agere cõ
tra eum. facit s̃.de re iud.c.cum Bertoldus poteſt etiam pri-
mus agere contra collatorem, qui male contulit, actione in
factum,vel de dolo ad expenſas.vt ff.de dolo.l. 1. ſecundùm
Innocen.facit,quod no.ſupra de renunc.c.ſanè. & c. veniẽs.
& quod not. Ioan.And.j̃.de conceſsio.præben.cap. quia. in
10 glo.quarta.& s̃.de appel.c.cũ ſpeciali. in glo.argue.¶†Ter-
tiò quæro, ſi collationem præbendæ factam per illum, ad
quem ſpectat,vult tertius reuocare,& dicere nullam: an col-
lator poſsit aſsiſtere, & defendere factum ſuum. dic, quòd
ſic. ſicut venditor aſsiſtit emptori: à quo res empta vendica
tur, vt l. venditor ff. de iudi. teneretur enim ſibi collator de
euictione,vt no.s̃.e.ver.inter cetera, & c. cum ſecundum. &
j̃.de iure patro.c. paſtoralis.§.fina.& intellige, quòd colla-
tor non defendit principaliter cauſam.quia nec ab eo poteſt
præcisè præbenda peti, ſed ab eo tantùm,cui contulit, vt pa
tet ex præmiſsis.ſecus eſt in electoribus, quia illi bene poſ-
ſunt principaliter proſequi electionem, vt patet in eo, quod
legitur,& notatur ſup.de elect.ſup.eod.& c.dudum.& de iu-
di. c. exhibita. Ratio diuerſitatis eſt; quia ex quo collatio
eſt, ius acquiritur.& ex quò facta eſt, perfecta eſt: electio ve
rò perfecta non eſt,donec fuerit confirmata.& vide ſupra de
reſtitu.in integ.c.2.in glo.per monachos.ver. electio. & ſup.
de elec.c.publicato.& ideò electores ante confirma. proſe-
quuntur,& defendunt tanquàm factum proprium, ſecundũ
Inno.& ex iſta ratione infertur, quòd ſi electionem ſequuta
eſt confirmatio,& agitur ad depoſitionem confirmati, agen
dum eſt cùm confirmato tantũ, nec de cetero canonici ſunt
vocandi: quia ex quò confirmatio eſt facta quantùm ad ele-
ctionem per ipſos factam pertinet: iam ſunt functi officio
ſuo,ſecundũ Inn.ar.s̃.de offi.dele.c.in literis. collatio ergo,
& confirmatio in hoc caſu(quantum ad hoc) æquiparantur,
ſecũdũ Io.An.cuius ſunt hæc verba poſt Inno.

ADDITIO.

a ¶ Tempus datæ. Adde Fed.de Senis conſi. 290. vbi latè examinat hanc materiam.

*SVMMAE.*

1 *Parochialis eccleſia,quæ dicatur quò ad pęnam huius conſtitutionis.*
2 *Vniuerſitas ſcholarium licèt peſte, vel bello ſuperueniente in totum ſpargatur: tamen priuilegia ſtudij conceſſa loco propter ſcholares non diſſoluuntur.*
3 *Beneficium primum vacat ipſo iure per adeptionem ſecundi.*
4 *Collator poteſt conferre beneficium,quo poſſeſſor eſt ipſo iure priuatus.& num.5.*
6 *Extortũ ab epiſcopo in pœnam negligẽtiæ,cedit lucro eccleſiæ, quam offendit.*
7 *Iura,quæ loquuntur in eccleſijs parochialibus,& dignitatibus,habent locum in perſonatibus.*
8 *In diſpenſationibus magis habetur ratio literaturæ, & nobilitatis, quàm bonitatis.*
9 *Papa tunc diſpenſat, cum ſubeſt iuſta cauſa diſpenſandi: aliàs non diſpenſatio, ſed diſsipatio dici debet.*
10 *Habens beneficium curatum,ſi recipit ſecundum non curatum (quod tamen requirit reſidentiam) an poſt habitam pacificam poſſeſsionem iſtius ſecundi, vacet ipſo iure primum.*
11 *Confirmatus ad parochialem eccleſiam, qui presbyter non eſt, vel ad abbatiam, qui benedictus non eſt: vel archidiaconatum, qui diaconus non eſt, ſtatim ex quo habent poſſeſsionem talium dignitatum &c.vacant priora beneficia.*
12 *Confirmatus in epiſcopum, qui gratiam habet quinquennalem ſuper differenda ſua conſecratione, an ſub eadem dilatione priora beneficia retinebit.*
13 *Diſpenſatio eſt quędam commenſuratio communis ad ſingulá.*
14 *Diſpenſatus debet habere intuitum rationis, & boni vniuerſi, & cauſæ,propter quam diſpenſat.*
15 *Cauſa diſpenſandi eſt triplex.*
16 *Habens præbendam,ſi obtinet curatum beneficium, an habebit locũ iſta conſtitutio quò ad priuationem primi beneficij, vel etiam vtriuſque vbi contendat.*
17 *Cura animarum qualiter accipiatur in iſta conſtitutione.*
18 *Vacante eccleſia epiſcopali,præpoſitus gerit vices archiepiſcopi, vel eo deficiente, decanus &c.an ex hoc præpoſitus,vel decanus dicatur habere curam animarum.*
19 *Dignitas,perſonatus,& officium qualiter differant.*

a DE multa. a Habens perſonatum, vel
beneficium curatũ, ſi ſecũ
dũ tale recipiat,vacat primũ.quod ſi retinere cõ
tenderit,ẽt ſecundo priuabitur.Is,ad quẽ ſpectat prioris col
latio,ſi intra ſex menſes nõ conferat,duplici pœna punitur.
cum ſublimioribus tñ perſonis ſuper taliũ pluralitate Papa
diſpenſat.h.d.diuiditur in quattuor partes. In prima conſti-
tutionis cauſa.In ſecunda conſtitutio. In tertia quædam pro
teſtatio.ſecũda ibi[preſenti]tertia ibi[cura.]pro conſtitutio
nis cauſa Lateraũ.conciliũ repetit,& ipſius tranſgreſsionem
punit.Secũda pars,quæ ponit cõſtitutionẽ,ſubdiuidit in ſex.
In prima priuat habentẽ beneficiũ curatũ ipſo beneficio: ſi
recepit ſecundũ tale.ſecunda ibi[& ſi forte.] in contempto-
rẽ pęnam aggrauat.tertia ibi: [is quoq;.] collatorem primi
monet,vt eum conferat.quartò eum punit,ſi nõ cõferat. ibi:
[& ſi vltra]quinta ibi[hoc idem]ad perſonatus cõſtitutionẽ
prorogat.ſexta ibi[addẽtes.] addit de pluribus pſonatibus,
etiam non curatis,in vna eccleſia non habẽdis. ¶No.primò
ꝙ Papa cõmendat conciliũ de multa prouidentia circa pro-
hibitã beneficiorum pluralitatẽ,& verè fuit multa. quia ſi in
ſingulis beneficijs ſinguli ſint rectores: melius eccleſiæ deſer
uitur:pauperibus clericis ſubuenitur:animarũ periculis ob-
uiatur:auaritiæ vitium extirpatur: hoſpitalitas debita nõ ſer
uatur. & alias rationes addit extrauagans execrabilis. dic,
vt ibi. ¶ Secundò not. quòd concilium ſtatuit in digni-
tate,



tate,& eccleſiijs parochialibus, vt s̃. de cle. non reſi. c. quia
1 non nulli.& ſecundùm Hoſt. † intellige quò ad pœnam hu-
ius conſtitutionis illam dici parochialem, quæ habeat curã
habitu,& actu,vt no.in d.c.nonnulli.& quòd no. in c.licèt ca
non.in gl.[ſed nunquid.]de elec.lib.6.Sed Inno. & Abb. te-
nent contrarium,ſcilicet quòd dicatur cura ſolo habitu, ſiue
actu: ne ſine cauſa perdat eccleſia iura ſua: quod regulari-
ter non contingit.de regu.iur. c. ſine culpa. lib.6. nec extin-
guit ius curæ, licèt populus deficiat: quinimo ſecundùm Iò.
de Lig. ſi tota eccleſia caderet, remaneret cura. facit quod
no.ff.quod cuiuſq; vniuer.nomi.l.ſicut.& s̃.de poſtul.c.gra-
tum.nam & ex hoc ſequitur, ꝙ ſi homines illuc redirent ad
habitandum,diceretur habere eandem curam,quæ non fuit
2 extincta. † ſimile videmus in vniuerſitate ſcholarium, quæ
ſæpe peſte,vel guerra ſuperueniente in totum ſpargitur: ta-
men priuilegia ſtudij conceſſa loco propter ſcholares, non
diſſoluuntur. quod dic,vt dixi infra de ope. no. nun. c.2.Idẽ
enim iuris cenſetur eſſe de eo,quod eſt in potentia, & de eo,
quod eſt in actu. arg.j̃. de app. c. non ſolum.lib.5.& l.fora-
men.de ſeru.vrb.præd.& l.Labeo.de ſta.li.vbi verbum [no-
cet] in aqua pluuia arcenda exponitur, ideſt nocere poteſt.
3 ¶Tertiò no.† quòd per adeptionem ſecundi beneficij vacat
primum ipſo iure.& pondera verbum[recipiens]& verbum,
[habeat]& ſic inducitur talis variatio ipſo iure,poſtquàm ha
buerit poſſeſsionem ſecundi beneficij,vel per eum ſtetit,quo
minus poſſeſsionem habuit,vt j̃.de elec.c. commiſſa. ſi ergo
litigat ſuper ſecundo beneficio nondum apprehenſo,non va
cat primum, ſecus ſi poſt apprehenſam poſſeſsionem ſecun-
di ſuper eo litigium patiatur, vel etiam,euincatur. nam pri-
mum retinere non poterit: primò ſibi imputet, qui non in-
quiſiuit diligenter de hoc s̃.de reſcrip. c. in noſtra. dicit ta-
men Io.And.quòd bene faceret prælatus primi primum ſi-
bi commendare,donec litigat ſuper ſecundo. & eſt iuſta cau
ſa commendæ.j̃. de accu.c. ſi conſtiterit. remittit ad not.de
hoc plenius per eum.de conceſ.præben.c.cum noſtris.Et ad
uertendum,quòd ſicut ipſo iure vacat primum. ita ſi primũ
non poſsidet, ſed habet in eo ius in re, vel ad rem, vt c. gra-
tiæ.de reſcrip.lib.6.Item intellige ſi recepit ſecundum iuſtè:
nam tunc etiam vacat primum.vt cap.eum qui. j̃. eod.lib.6.
¶Quartò not. pœnam tranſgreſsionis iſtius conſtitutionis,
quam qui contẽnit,vtroque priuatur. hodie iſta pœna eſt au
cta per extrauagantem.execrabilis.vbi dicitur,quòd ſi reci-
piens ſecundum,primum, quo priuatus eſt ipſo iure abſque
moræ diſpendio verbo,& facto in manibus ordinarij ſub te-
ſtimonio publico non dimittit:priuatus eſt ſecundo,& inha-
bilis ad ſacros ordines,& beneficia, vt ibi in §. qui verò.ad-
uerte igitur,qũo ſucceſsiuè circa iſtam pluralitatem prohibi
tam proceſſerunt iura:huiuſmodi enim iura ante concilium,
quæ tribuũt electionem habenti plura beneficia, quod ma-
luerit retinere. vt s̃. c.referente.deinde emanauit conciliũ.
[quia nonnulli]aliter diſponens,vt ibi: tertiò iſta cõſtitutio,
quæ prouidet, vt videtis. demum emanauit extrauagans.
execrabilis. Io.22.diſponens,vt ſupra dixi. ad interpretatio
nem autem,& ſuppletionem huius conſtitutionis, & conci-
lij, quo loquũtur in dignitatibus, & curatis ſæcularibus ema
nauerunt alia iura, quibus cauetur, ꝙ idem ſit in dignitati-
bus regularibus,vt j̃.c.cum ſingula.lib.6.& quia poterat eſ-
ſe dubium,an in regularibus manualibus emanauit cle.quia
regulariter.de ſupplen.neg.pręlato.emanauit etiam c. ſi tibi
conceſſo.eo.tit.lib.6.& c. ſuper eo. quæ limitant iſtam con-
ſtitutionem.quæ vult, ꝙ vacet primum per receptionem ſe-
cundi: habet enim locum. quando fructus ſecundi alteri nõ
debentur ad tempus. aliàs durante tempore, non cenſetur
vacare primum. Item habet locum, vbi vtrunque curatum
eſt principale,& per ſe ſtans: ſecus ſi canonicatui ſit anne-
xum,vt ibi emanauit clem. 1.de offic.vi. quæ determinet, ꝙ
idem in vicaria perpetua, quod in curato. ¶ Quintò not. ꝙ
4 in verſi.[quoque] †quòd collator poteſt conferre beneficiũ,
quo poſſeſſor eſt ipſo iure priuatus. quod intellige etiam,nõ
vocato poſſeſſore; & ſic poſſeſsio tertij ſine titulo nõ impe-
dit collationem beneficij: licèt impediat impetrationem, ſi
de poſſeſsione tertij mentio non habetur. quod dic, vt j̃. de
conceſ.præben.c.cum noſtris. & licèt epiſcopus poſsit con-
ferre, poſſeſſore non vocato: non tamen intra poſſeſsionem
inducere. quod dic,vt j̃.c.licet epiſcopus.lib.6. ¶Sextò no.
5 † quòd collator habet terminum ſex mẽſium à tempore re-
ceptionis,& notitiæ numerandos. j̃.de conceſ. præben. cap.
quia diuerſis. & non ſufficit ſecundùm Inno.quòd ſciat eum
ſecundum recepiſſe, niſi ſciat eum ipſius poſſeſsionem ade-
ptum. nam ſi non poteſt habere poſſeſsionem, vel de iure;
quia dicit, quòd aduerſarius iure illam habere non debet.
vel de facto; quia non permittitur intrare poſſeſsionem non
curret tempus collatori.21.q.2.c.ſi quis.92.diſt.c. ſi qui epi
ſcopi. Nam verba cum effectu &c. vt l. 1. quod quiſque iu-
ris.ſed ſi poſſeſsionem habet, fortè curret tempus collatori
à die poſſeſsionis habitæ, & ſcientiæ. & idem ſcilicet, quòd
non curret tempus collatori, ſi poſſeſſor victus appellauit,&
pendet cauſa appellationis, quia enim poteſt ſententia con-
firmari,& infirmari non poteſt collator dici negligens, ſecũ
6 dùm Inno. & Hoſtien. ¶ Septimò nota,† quòd illud, quod
in pœnam negligentiæ ab epiſcopo extorquetur,cedit lucro
eccleſiæ,quam offendit. ex quo arguit Hoſtien. contra illos,
qui occupant,quaſi iure peculij.de ſucceſ.abinte.c.fina. facit
j̃.de elect.c.commiſſa.lib.6.& nota, quòd dicit de ſuis pro-
uentibus. quod intelligit,gloſ.de ſuis.ſi proprium habet. vel
expone[ſuis] ideſt ſui beneficij, quos ſuos facit.ad hoc j̃.de
fideiuſ.c.2. ſecũdùm Hoſtien.ille etiam,qui primum benefi-
cium tenet, conueniri poteſt ad fructuum reſtitutionẽ. quia
poſsidet mala fide, cùm tit.ſit extinctus.& ita tenet glo. be-
nè dicit &c. & idem tenet Vincen.& Goff.ad hoc infra de iu
7 re patrona.c.cùm dilectus.in fine.¶Octauò no.†quòd iura,
quæ loquuntur in eccleſijs parochialibus,& dignitatibus ha-
bent locum in perſonatibus. & ſiue dignitas, vel perſonatus
habet curam,vel non, maximè in eadem eccleſia, vt hic di-
cit tex. ex quo arguit Ioan. And. quòd ſi diſpenſatum ſit cũ
aliquo ſuper pluribus dignitatibus habendis; non intelligi-
tur de dignitatibus eiuſdem eccleſiæ, niſi hoc exprimatur.
nam hoc habet ſpecialem notã,& prohibitionem, vt hic pa-
tet,ſecundùm Ioan.An.& vtrùm illa vacatio primæ dignita-
tis ipſo iure habeat locũ in ipſa eccleſia.glo.[quia]&c.dicit,
quòd ſic.Idem Tan.& Hoſtiẽ. quia pena concilij intelligitur
repetita in iſtis,dum dicit[addentes]&c.vt in dicta glo.& l.
item quia.ff.de pactis.& l.1.ſi fa.fur.fe.di.per Bart.¶ Nonò
8 nota† ꝙ in diſpenſationibus magis habetur ratiò literaturæ,
b & nobilitatis, b quàm bonitatis. licèt aliàs bonitas præfera-
tur literaturæ.38.diſtin. c. ſedulò. & æquiparantur hic iuris
ſcientifici,& ſublimes. quia ſcientia nobilitat, vt dicit gloſſ.
9 ¶Decimò no.† ꝙ Papa tunc diſpenſat, cùm ſubeſt iuſta cau
ſa diſpenſandi: aliàs non diſpenſatio, ſed diſsipatio dici de-
bet,vt j̃.dicam. & in iſtis curatis ſoli Papæ videtur reſeruata
diſpenſandi facultas,vt j̃.dicam. ¶Oppo.dicitur hic, ꝙ ad
hoc,vt careat vtroq;, requiritur, ꝙ contendat. contra pri-
mò videtur, in dimiſsione vltro debeat ſe offerre coram or-
dinario ſub præſentia publicarum perſonarum, vt in extra-
uaganti.execrabilis. Sol. illa conſtitutio corrigit in hoc iſtã.
¶Secundò opp.& videtur,ꝙ non vacet primũ ipſo iure, ſed
detur ſibi optio, vt c.referente.ſol.dicit gloſſ. 1.aliud olim,vt
in contrario:aliud hodie, vt hic dicunt Pe.& Abb.ꝙ c. referẽ
te.& 1. adhuc hodie poſſunt locum habere,ſcilicet ſi epiſco
pus primi curati non vult habere ratum tranſitum ad ſecun-
dam.nã ſi ſine licentia tranſiuit, poteſt habere ratum,& non
ratum tranſitum.& ſic quodammodo optionem habeat pri-
mũ,vel ſecundũ.ſed dices. videtur iniquum,ꝙ epiſcopus ſic
poſſet iſtũ impedire, fortè pro minimo beneficio. qd habe-

bat ab eo.dicit Ioan. And. imputet ſibi, ſi ſe intitulari per-
miſit. Item agat coram ſuperiore, vt ad dandam ſibi licen-
tiam compellatur. ar. de iure patrona. c. nullus. Item hodie
dicta optio ſibi datur cum ſuo procuratore, ignorante bene-
ficium ſecundum eſſe ſibi collatum. infra de reſcrip. c. gra-
10 tia. lib. 6. ¶ Sed hic incidenter quæritur. † habens benefi-
cium curatum recipit ſecundum non curatum (quod ta-
men requirit reſidentiam) vtrùm poſt habitam pacificam
poſſeſsionem iſtius ſecundi, vacet ipſo iure primum, vt ha-
beat optionem iuris. c. referente. & c. præterea. s. eodem, &
videtur primum beneficium ipſo iure vacare per tacitam re
nunciationem, quæ reſultat ex acceptatione ſecundi bene-
ficij, non compatientis ſe cum primo, argum. ff. de diuer. l.
fina. de oper. lib. l. ſicut patronus. & in cle. gratia. de reſcrip.
& hoc videtur tenere Innocen. de cle. non reſi. c. ex tuæ. Sed
contrarium videtur verius; quia in curatis ſpecialiter eſt hoc
ſtatutum, vt hic: in alijs ergo ſtant iura antiqua, argum. ff.
ſolu. matrimo. l. ſi verò. §. de viro. & quia pœnalis eſt iſta cō-
ſtitutio. ergo non extendenda. de electio. cap. ſtatutum. lib. 6.
Iura ergo antiqua, quæ dabant optionem in caſibus hac cō-
ſtitutione non comprehenſis, remaneant incorrecta, vt l.
præcipimus. in fi. de appel. & in hanc opin. quòd non indu-
catur vacatio ipſo iure, inclinat Innocen. in c. vltimo. de cle.
non reſi. & quod dicit in c. ex tuæ. intelligatur de beneficijs
curatis, vt ibi not. & ita conſuluit Oldra. conſil. 220. ¶ Secun
dò oppo. dicitur hic, quòd per receptionem ſecundi vacat
primum, contra immò videtur, quòd non conſideratur ap-
prehenſio poſſeſsionis ſecundi beneficij, ſed moræ in ordi-
ne ſuſcipiendo, quomodo requirit beneficium, ad quod eſt
promotus, vt ſupra de elect. c. cum in cunctis. Solu. dicit glo.
3. quòd hic dicitur, eſt regulare: fallit in promoto ad epi-
ſcopatum, cuius priora beneficia non expirant, niſi poſt
tempus conſecrationis decurſum, vt dicto cap. cum in cun-
11 ctis. & ex hoc ſequitur † quòd confirmatus ad parochialem
actionem, qui presbyter non eſt: vel ad abbatiam, qui be-
nedictus non eſt, vel ad archidiaconatum, qui diaconus non
eſt: ſtatim ex quò habent poſſeſsionem talium dignitatum,
vel per eos ſtetit, quominus habeant (licèt non fuerint tales
ordines conſequuti) vacant priora beneficia. Sed dices,
quæ eſt ratio diuerſitatis, ſicut enim confirmatus in epiſco-
pum poteſt excludi per exceptionem criminis à conſecra-
tione: ita iſti à conſequutione ordinum prædictorum: ad
quos ſe debent facere promoueri. vt c. licèt canon. de elect.
lib. 6. cum ſi. dicit Hoſtien. quòd poteſt eſſe ratio; quia pro
maiori parte electi in epiſcopos propria temeritate non trā-
ſeunt, ſed auctoritate Papæ. & ſi contrarium faciant, ha-
bent pęnam certam in iure ſcriptam, vt ſupra de tranſlat. ca.
penul. & vltimo. nec vltra tempus ſibi indultum priora be-
neficia retinent: nec pro ſe promouendis preces faciunt. in-
feriores verò per literas apoſtolicas, & ſæpe per nefas ſine
ordinariorum conſcientia ſecunda beneficia adipiſcuntur,
& preces porrigūtur: immò ſe ingerunt, & ambiunt. & ideo
12 magis fuit prouidendum contra ipſos. ¶ † Incidenter tan-
git hic de confirmato in epiſcopum, qui gratiam habet quin
quennalem ſuper differenda ſua conſecratione, an ſub ean-
dem dilationem priora beneficia retinebit, quaſi dilatio ſu-
per conſecratione ſe extendat ad priorum beneficiorum re-
tentionem? dic, vt not. in d. c. cum in cunctis. quia non eſt
materia noſtra hic conſecrationis. ¶ Ex prodictis habes
vnum caſum, in quo per apprehenſionem ſecundi beneficij
non perditur primum ipſo iure, vt vult iſta Decret. quæ fal-
lit in epiſcopo, vt d. c. cum in cunctis: fallit etiam in multis
aliis caſibus, quos enumerat Vincen. & Ber. ſupra de elec.
c. dudum, ſcilicet in vnitis, dependentibus, commodatis,
vel cum Papa diſpenſauit. Idem ſi calore, & non intentio-
ne, vt hanc perpetuò ſecundam recepit, poſſet enim tunc
pœnitere. 2. q. 6. c. ſi quis libellos. de pęni. diſtin. 1. cā. diuor-
tium. de ritu nup. c. plerique. Idem ſi incontinenti fuit deie-
ctus à poſſeſsione ſecundi: circa quod vide, quod not. de
elect. c. commiſſa. §. 1. in gloſſ. 1. Idem ſi recipit ſecundam,
vt viſitator. 7. q. 1. cap. pontifex. Idem ſi recipit ſecundam in
alio epiſcopatu ſine licentia ſui epiſcopi, à quo repetitur.
Idem in eo, qui expenſas de proprio fecerit in primo, pro-
pter quas competit ſibi retentio primi. argum. 12. q. 4. c. qui-
cunque. Inſtitu. de ac. §. fina. famil. erciſ. l. fundus. & hoc de
expenſis, quas fecit ante receptionem ſecundi: ſecus in his,
quas fecit poſtea. Inſtitu. de rerum di. §. certæ. & nota ſingu-
lariter iſtum caſum exceptum à Doct. videtur enim hoc mi-
rum, quòd eccleſia cum eius patrimonio ſic poſsit retineri
pro expenſis. nam hoc eſt benè ſtatutum: tamen rebus pro-
phanis. vt ſi ad creditorem perueniant, poſsit ipſas loco pi-
gnoris retinere, donec ſibi ſoluatur debitum, vt l. ſi non ſor-
tem. §. ſi centum. ff. de condi. inde. & l. 1. C. etiam ob chiro.
pe. pi. re. poſſ. ſed quòd ita nexus pignoris, & retentio ca-
dat ratione debiti in corpore eccleſiæ, eſt mirandum: maxi-
mè quia in caſibus minus fauorabilibus propter debitum ta
lis retentio inhibetur, vt in dote, commodato, & certis alijs,
vt l. 1. §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxo. actio. & l. ſub præ
textu. C. commo. honeſtius eſt ergo dicere, & æquius, vt iſte
agat ad debitum ſuum contra ſucceſſorem in illa eccleſia,
quam ipſam retineat hoc prætextu: ſicut tutor pro expenſis
factis in pupillo, & rebus ſuis habet actionem contrariam
tutelæ: non autem patrimonij ipſius pupilli. vt ff. de contra-
rio iudi. tu. per totum. Subdit Hoſtien. alium caſum, in quo
fallit, quod dicitur hic de vacatione ſecundi: cum recipit ſe-
cundum cum proteſtatione, quòd non vult dimittere pri-
mum. nam hoc poſſet intelligi Concilium Lateraň. quia nō-
nulli. vbi dicitur, quòd non valet collatio ſecundi, vt ſic pro
teſtatio actiui contraria habeat vitiare actum. facit quod no
tatur in c. 1. de lit. conteſt. fallit etiam cum recepit ſecundum
minus pingue. nam cum tunc non videntur habere animum
deſerendi primum, non vacabit: maximè cum errauit. fa-
cit quod notatur. 54. diſtinctio. c. quorundam. dicit tamen,
quòd & ſi illa opinio ſuſtineri poſsit in ſcholis: tamen falſa
eſt in iudicijs, & in curia non ſeruatur, & meritò, ſicut enim
error in qualitate vxoris, vel rei, ſuper qua contrahitur, non
vitiat contractum, vt l. in venditionibus. ff. de contrahen. em
ptio. ita iſte error qualitatis beneficij habet vitiare acquiſi-
tionem iſtius ſecundi beneficij, & vacationis primi. ſubdit
alium caſum, cum ſcilicet recepit ſecundam eccleſiam ſub
conditione, ſi Papæ placuerit. quod non placet: ſicut ſi dice-
retur [cognoſco vxorem tale ſi viro placuerit.] Iſtæ enim
collationes incertæ ſub conditione alternatiuæ non ſunt in
beneficialibus admittendę, vt c. 2. infra de electio. lib. 6. facit
quòd not. Ioan. And. infra de condi. app. c. ſuper eo. & nota
benè iſtos caſus exceptos propter extrauagantem. execra-
bilis. à qua intelligam ſimilitet exceptos. & ſic iura nouiſ-
ſima limitationem recipiant ab antiquis. ſicut Aut. offera-
tur per l. veterem. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. & l. ſed &
poſterior. ff. de legi. ¶ Tertiò opp. iſte tex. in fine innuit, ꝙ
diſpenſationes ſuper pluralitate ſpectent ad Papam. contra
immò videtur, quòd etiam epiſcopi diſpenſare poſsint. Sol.
dicit gloſſ. fina. poteſtas diſpenſandi ordinarijs conceſſa per
antiqua iura reſtricta eſt per iſtam conſtitutionem in digni-
tatibus, & beneficijs curatis circa beneficia: ergo ſimplicia
poterunt diſpenſare, ſecundùm gloſſ. & idem Innocen. qui
addit, quòd ſi ſimplicia ſint in diuerſis epiſcopatibus, am-
bo epiſcopi in diſpenſatione conuenient, vt notat Bertrā.
in dicto cap. dudum. de electio. & etiam circa curatum, &
ſimplex diſpenſat epiſcopus. infra de conceſ. præben. cap.
literas. ¶ Tres ergo ſunt caſus. aut loqueris in duobus cu-
ratis: aut in duobus ſimplicibus: aut in ſimplici, & curato.
Hoſtien. Pet. de Sām. & Abb. dicunt, quòd diſpenſatio circa
duo curata ſi fiat, propter euidentem vtilitatem eccleſiæ
etiam



etiam hodie diſpenſat. aut propter prærogatiuam merito-
rum. & tunc ſolus Papa, vt hic. fatetur tamen Hoſtiē. quòd
primam opiuionem ſeruat curia, & pro ea faciunt cap. ſuper
eo. & c. non poteſt. ij. eod. lib. 6. & c. cum ſingula. eod. titu. de
offic. ordin. cap. ordinarij. lib. 6. & de hoc in Specu. cap. 2. §.
vidondum reſtat. ver. illud. & in ver. ſed nunquid epiſcopus.
pro iſta opi. quòd ſolus Papa diſpenſet in dignitatibus, & cu
ratis, facit iſte tex. nam cum nullus dubitet, quòd Papa poſ
ſit, nugatorium fuiſſet hoc exprimere. niſi intelligatur de ſo
lo Papa: ita etiam, ꝙ legatum de latere dicamus excluſum.
& ſic ſeruàmus ſecundū Io. An. ¶ Sed opp. contra hoc quar-
tò, & videtur, ꝙ nec iſta vel alia diſpenſatio contra ius ſcri-
ptum fienda per Papam, vel alium poſsit eſſe rationabilis. nā
ius ſcriptum fundatum eſt ſuper bono communi. 4. diſtin. c.
erit. hic autem priuata conſideratione iſtius, vel illius, nō de-
bet omitti. 61. diſt. c. miramur. de regu. c. licèt. cum ſim. ergo
diſpenſatio per priuatam conſiderationem illud remittens,
rationabilis eſt, tamen apud Papam non debet eſſe acceptio
perſonarum. de iudi. c. nouit. cum concor. ſed negari non po
teſt acceptio, vni credere, quod alijs cōmittere denegatur,
quod tamen apparebat ex iſte fi. Item cum contra ius natu-
rale non admittatur diſpenſatio. 13. diſtin. in prin. Ius autem
poſitiuum ſuper naturali ratione fundetur. 1. diſt. conſuetu-
do ergo &c. So. ſecundùm beatum Tho. ſecunda ſecundæ q.
13 97. arti. vlt. † diſpenſatio c eſt quædam cōmenſuratio com-
c munis ad ſingula. inde gubernator familiæ dicitur diſpenſa-
tor. quia diſponit ſingula ſingul. & laborem, & præmium.
& tali diſpēſatore indigemus, qui legem vniuerſalem ex cau
ſa relaxet interdum. hæc autem non cuiq; committenda, ſed
illi. qui poteſt legem condere, & tollere. & ſic per Papā, vel
principem, vel ipſorum auctoritate facienda eſt diſpenſatio.
14 † diſpenſans autem habere debet intuitum rationis, & boni
15 vniuerſi, & cauſæ, propter quam diſpenſat. † quæ cauſa eſt
triplex, neceſsitas, vtilitas, & prærogatiua euidens merito-
rum. ſi autem diſpenſans nuda voluntate mouetur, non ha-
bens intuitum ad aliquod prædictorum, non meretur dici di
ſpenſatio, ſed diſsipatio. nec ipſe eſt prudens, & fidelis diſpē
ſator. de quo in Euangelio Lucæ 12. Quis putas fidelis eſt di
ſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper fami-
liam ſuam, &c. nec quò ad Deum eſt tutus is, cum quo ſic di-
ſpenſatum eſt. de quo infra de voto. cap. non eſt voti. be-
nè facit 24. q. 1. c. manet. Ad contraria, quòd lex cōmunis
non debet violari propter priuatam vtilitatem, dicas, quòd
licèt diſpenſatio concernat priuatam vtilitatem, diſpenſator
tamen ad hoc moueri debet bono communi: quia ſublimis,
& literatus poterit prodeſſe vniuerſis, & vtiliùs ſe habere
poterit ſolus, quàm ſi eſſent plures. ad aliud contrarium de
acceptione dic, quòd non eſt acceptio, vbi circa æqualia
ſeruatur æquale, & circa inæquale inæqualia. ſublimitas
enim, & ſcientia cum labore quæruntur. non mirum ergo
ſi maiori labori maius confertur præmium, per quod tyro-
nibus hoc cernentibus aculeus adhiberetur, cum vident, ſi
laborauerunt, ſimile prætium præparari. & hoc dicit lex.
bonos non ſolùm metu pœnarum, verumetiam præmio-
rum exhortatione efficere cupientes, vt l. 1. ff. de inſtitu. &
is gradus ceteros antecellit, quem labor prolixior, & ſtipen
dia meliora fecerint anteire, vt not. ſupra de ma. & obe. cap.
ſtatuimus. ¶ Venio ad aliquas quæſtiones. & primò quæro.
iſte loquitur in eo, qui habens curatum aliud tale adipiſci-
16 tur. † quid ergo, ſi habens præbendam obtinet poſtea cu-
ratum: an habebit locum iſta conſtitutio quò ad priuatio-
nem primi, vel etiam vtriuſque, vbi contendat. quidam
quòd ſic. & ad tex. qui loquitur in curatis, ſubaudiunt ma-
ximè. nam idem in præbendis, cum recipiunt in titulum:
ſecus ſi in ſtipendium. hoc not. Goffr. in ſumma huius titu.
§. item quæritur, & ſupra de reſcriptio. c. in noſtra. & de ele-
ctio. cap. dudum. Item tenent hic Ioan. & Vincen. quando
prior præbenda ſufficiens erat. tu dic contra Innocen. & Ho
ſtien. Non obſt. decre. literas. de conceſ. præben. quia lo-
quitur, cum habens præbendam in vna, ſecundam recipit
in eadem. & vide ad hoc, quod not. in cle. ſi. infra eodem. in
gloſſ. fina. & facit, quod dixi ſupra in ſecunda opp. verſi. ſed
17 hic incidenter quæritur &c. ¶ Secundò quæro † qualiter
accipitur in iſta conſtitutione cura animarum. Innocen. &
Hoſtien. dicunt, quòd largè, ſiue in foro pœnitentiali cu-
ram habeat, ſiue aliàs, ſiue ſit eccleſia cathedralis, paro-
chialis, vel capella habens parochianorum curam de iure,
vel de facto, dummodo parochiam habeat, in qua ius pa-
rochiale exerceat. remittit Hoſtien. ad not. ſupra c. 1. c. quia
nonnulli. & Ioan. And. ſupra eodem c. cum non ignores. ſi-
ue ſit dignitas, vel officium, ſiue eccleſia, ſicut multi ſunt ar-
chipresbyteri, archidiaconi, & decani, qui nullam habent
eccleſiam, cui præſint, & tales plures ſunt in diœceſi Picta-
ueň. & Paduæ. qui habent iuriſdictionem ſuper multas ec-
cleſias, de electio. c. dudum. 2. cum ſim. tu adde ad prædicta
extrauagan. execrabilis. ad fi. vbi quantum ad dictam mo-
dificationem, de qua ibi, illa intelligitur curata, quæ paro-
chias habet, in quibus eſt cura animarum, non per vica-
rios, ſed per rectorem, aut miniſtros beneficiorum ipſorum,
vel illorum temporales vicarios exercenda, necnon & illa,
quorum miniſtris ratione beneficiorum huiuſmodi compe-
tit viſitare, inquirere, procurationes exigere, ſuſpendere,
excommunicare, à talibus ſententijs abſoluere de conſue-
tudine, vel de iure, quocunque nomine cenſeantur. ita dicit
ibi tex. ¶ Tertiò pro huius, & iſtius cap. declaratione quæ-
18 ro de tali q. † vacante eccleſia epiſcopali præpoſitus gerit
vices archiepiſcopi, ſi tunc non eſſet præpoſitus, hoc facit
decanus. & hoc ius attributum eſt eorum dignitati. quæro
ergo, an ex hoc præpoſitus, vel decanus dicatur habere curā
animarum. & dic, quòd non. nam licèt poſsit eis cura ac-
cedere, non tamen competit, niſi extrinſecè adueniat. &
non debet aliquid tale dici ex eo, quod contingere poteſt.
ſed ex eo, quod eſt ff. de in litem iuran. l. 1. de fideiuſ. l. vlti.
de fideicom. li. l. 4. §. 1. & not. de conditio. ob tur. cau. l quod
ſeruus. præterea cum cura ad dignitatem epiſcopalem per-
tineat, & ad epiſcopum, vt ſponſum, & adminiſtratorem, vi-
detur, quòd dignitate vacante, cura (inquantum dicit ius epi
ſcopi) dignitati inhæreat, & ab ea ſit inſeparabilis, ſicut in-
corporalia regulariter, vt ff. pro ſocio. l. 3. in princ. & ibi not.
& de pec. cap. quis ergo caſus. ſicut iura incorporalia iacente
hereditate manent penes eam. ff. de acquiren. poſſeſ. l. cum
heredes. & ideò confeſſoria ſola aditione competit heredi
pro ſeruitutibus debitis prædijs, vt dicta l. cum heredes. &
l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis te. li. eſſe iuſ. fu. ex temporali enim
exercitio curæ iuris pen. altero remanente, non debet con-
ſeruari beneficium curatum, vt patet ex verbis extrauagan-
tis. execrabilis. ſupra relatis. inquantum loquitur de vica-
rio temporali. nec eſt neceſſarium penes vnum eſſe ius vſuſ-
fruc. etiam penes alium facultatis fructuum percipiendo-
rum. ff. de iur. do. l. ſi vſusfruc. & ſolu. matrimo. l. vſusfruc.
cum ſim. non habito reſpectu ad ius, dicitur vicegerens al-
terius. de reſcriptio. cap. eam te. & ibi de hoc per Innocen. &
Compo. & pro hoc ff. communi diui. l. communi diui. §. cum
de vſufruc. in fi. & ibi no. non enim dicitur proconſul, qui ad
tempus proconſulatum obtinet, pręſide defuncto, qui pro-
priè ſuſpectus dicitur, vt ff. de cu. & tu. datis ab his. l. 1. & C.
de offic. eius, qui vicem alte. ge. l. 2. & ita conſuluit Oldra.
conſi. 140. quędam etiam dubia circa dictam extrauagantē
execrabilis. vide per eum conſilio 188. ¶ Quartò quęro,
19 † quę eſt differentia inter dignitatem, perſonatum, & offi-
cium. Hoſt. no. de hoc in ſumma. § 2. Inno. dicit intelligas di-
gnitatem, vel perſonatum ſecūdum inſtitutionem, vel cōſue
tudinē eccleſię. poſſet enim eſſe, ꝙ in eccleſia exerceret ali-
quis officium archidiaconi, cognoſcendo de cauſis clerico-

 rum.

rum. & ſic de alijs officijs,& dignitatibus. & tamen non vo-
caretur,nec reputaretur archidiaconus, nec incideret in pœ
nā conſtitutionis: requiritur enim,ꝙ archidiaconus, vel alio
nomine,quod in dignitate ſonat, vocetur. & ꝙ officium,qđ
tenet in eccleſia,perſonatus,vel dignitas reputeť. & hoc ſuf-
ficit : quamuis in eccleſia nullum habeat miniſterium, ſicut
eſt Parmæ.vbi quaſi nullum officium facit archidiaconus, &
tamen dignitas reputatur,ſecundùm Inno. & idem dicit Ho
ſtien. in eccleſia Ebredunenſi. vbi dicit ſe conſtituiſſe illam
dignitatem ſine vllo officio. vnde ſi miniſteria facit alicuius,
(licèt reputatur dignitas ) non cadit in illam conſtitutionē,
ſicut ſunt præpoſiti Turonenſes : ex quo autem reputatur,
vel vocatur dignitas in eccleſia,cadit in conſtitutionem. & ſi
adminiſtrationem habeat tantùm rerum temporalium, dū
modo ſit perpetua.89.diſt.c.volumus. & 4.c.ſeq.temporalis
verò adminiſtratio non conſtituit dignitatem, ſed tantū per
petua.de ſta.mo.c.3.facit quod no.Io.An.ſ̃.e.c.cum nō igno
res.miniſtri verò, qui ſine vlla penitus adminiſtratione, vel
iuriſdictione aliquod habent officium (ſicut ſindici,procura
tores,& qui campanas pulſant,& ſi.)non dicuntur eſſe in di-
gnitate,etiam ſi perpetui ſint. ſecus ſi iuriſdictionem habēt.
alleg.Inuo.de offi.procur.Cæſa.l.1.& de offic.prę.Augu.l.1.
& dixit Hoſt.ꝙ potius in ſubſtantia, & veritate eſt facienda
vis,quàm in nomine.ſ̃.de procu.c.petitio. Ita dicit Io. And.
poſt eos. eſſet iſta materia latius declaranda, & diſcutienda
in dignitatibus etiam ſęcularibus.qui dicantur eſſe in digni-
tate, qualiter acquirantur,qualiter perdantur, & qui ſint ca
paces ipſarum, quæ omnia, & alia plura ſatis pulchrè vide
per Bar. in l.1.C.de dignita.lib.12. in repetitione. cuius di-
cta ſuccinctè eſſent hic congruè applicanda, ſed fatigatus
omitto.

ADDITIONES.

a ¶ De multa. Iſtud c. non habet locum, quando obtinet ſecundum beneficium à Papa, vel Legato, non facta mentione primi, & motu proprio diceretur, quia ſecundi non valuit collatio. in c. ſi motu proprio. de præben.lib.6.& in c.1.de offi. lega. licèt in ordinarijs ſit ſecus.c.fina. de offi.ordi.

b ¶ Literaturæ,& nobilitatis. Iſta enim duo ęquiparantur, vt vult hic Panor. Adde Oldr. conſi.92.

c ¶ Diſpenſatio. Quid ſit diſpenſatio,& quotuplex ſit.vide Spec.de leg. §.9.& de diſpen.& de ſententia. §.porro.

*SVMMAE.*

1 *Prælati, qui in collatione beneficiorum indignos præferunt idoneis, redarguendi ſunt.*
2 *Beneficia non ſunt conferenda indignis, vbi reperiuntur digni.*
3 *Rector eccleſiæ ſi malè geſſit eius negotia, & non habet vnde ſatiſfaciat,poterit conueniri prælatus,qui indignè promouit.*
4 *Prælatus non debet ſequi carnalitatis affectum in beneficijs conferendis.*
5 *Concilium prouinciale debet annuatim celebrari, & inquiri in eo de qualitate promotorum ad beneficia.*
6 *Approbatus ſemel ad curam animarum poteſt poſtea reprobari.*
7 *Delictum ſępius iteratum grauius iudicatur.*
8 *Concilium poteſt ſuſpendere prælatos,& capitula, quæ reperit deliquiſſe in beneficiorum collatione.*
9 *Suſpenſo prælato à beneficiorum collatione,ratione delicti, Capitulum prouinciale debet alium ſubſtituere cum poteſtate conferendi beneficia.*
10 *Inquiſitio diligens fienda eſt in concilio generali contra archiepiſcopum, & alios prælatos indignos.*
11 *Concilium prouinciale non poteſt relaxare ſententiam ſuſpenſionis ab ipſo latam.*
12 *Archiepiſcopus,& ordinarius poſſunt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per canonem ſynodalem.*
13 *Fama an debeat præcedere inquiſitionem fiendam in concilio.*
14 *Concilium generale quid dicatur, quid prouinciale, quid ſynodale.*
15 *Venire qui teneantur ad concilia.*
16 *Præſidentes,qui ſint in concilio ſuper iuſtitia miniſtranda.*
17 *Ius reuocandi domum an habeant,qui ſunt in concilio congregati,ſi ibi conueniantur.*
18 *Concilium an poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, & diffinire.*
19 *Epiſcoporum quotus numerus requiratur in ventilatione cauſæ criminalis motæ contra epiſcopum.*

GRaue. Concilium prouinciale à benefi-
ciorum collatione ſuſpendit eos,
qui poſt ſecundam correctionem indignis bene-
ficia conferunt, & illam ſuſpenſionem relaxat ſolus Papa,
vel proprius patriarcha. tangit prælatorum delictum, facit
præceptum, punit contemptum, excipit metropolitanum,
honorat ſedes quattuor patriarchales. partes patent. ¶No.
1 primò, † quòd redarguit prælatos, qui in collatione bene-
ficiorum indignos præferunt idoneis. ſi ergo idoneos repe-
rire non poſſet, tunc de lapidibus, qui occurrunt, neceſſe
eſt domum conſtrui,dummodo euitetur mortale. melius eſt
enim qualemcūque eligere, quàm locum vacuum relinque-
2 re, vt l.generaliter.§.ſpurios.ff.de decu. † vbi ergo reperiun
tur digni,non ſunt indignis beneficia conferenda.tales enim
ædificant parietes, & columnas ſubtrahunt. 12.q.2. ca. glo-
ria. Nam dignus eſt pœna,qui ad regimen,ſiue miniſterium
malos aſſumit.ff. de exerci. l. 1. & patet in nominationibus
officialium laicorum. & qui malos nominant ad tutelam pu
pilli,vel promouent, tenentur enim tales aſſumpti, qui ma-
lè in adminiſtrati. verſantur.vt patet ex no.ff.de tu.& ra.diſ.
l.1.§.nunc tractemus.& de magi.conueni. per totum. ¶Ex
3 quo inferas, † quòd ſi rector eccleſiæ malè geſſit eius nego-
tia,& non habet,vnde ſatisfaciat, poterit conueniri præla-
4 tus,qui indignè promouit.¶Secundò nota,† quòd in bene-
ficijs conferendis non debet ſequi prælatus carnalitatis affe-
ctum, vnde Hiero.ad Fabiolam.b. Multa nos facere cogit af
fectus,& dum propinquitatem reſpicimus corporis, animæ
offendimus creatorem. committit enim interdum epiſco-
pus nepotulo ſuo duo millia animarum, cui non commit-
teret duo pira. & refert hic Hoſtien. ſolatioſè de canonicis
Argentinis, qui non valentes concordare in electione cano
nicorum conuenerunt, quòd quilibet eligeret ſuum conſan
guineum, tamen nobilem. quidam Romanus canonicus no
minauit aſinum canoniæ, dicens illum alijs præferendum.
quia ſemper procurauit vtilitatem eccleſiæ, & abſtinuerat à
damno.quod alij non fecerunt. ¶ Tertiò nota, qui debeant
dici digni in beneficij, qui velint, & valeant &c. & intellige
valeant de iure, & de facto. ſupra de reſcriptio.cap.ſciſcita-
tus.debent enim habere ſcientiam, prudentiam, & expe-
rientiam tam ſpiritualium, quàm temporalium.39.diſtinct.
c.Petrus. quid ergo ſi non ſunt in diœce. tot digni, quot ſunt
numero beneficia. dicit Hoſtien. quòd ſi non eſt in diœce.
niſi vnus dignus : tunc illi committunt omnia 21.q.1. c. 1. in
fi. Nec obſt.ſ̃.c.1.in fine. Nec ob.ſ̃.c.cum non ignores.quia
neceſsitas non habet legem. ſupra de conſue.c.quanto. nec
debet epiſcopus conferre indigno, nec ſibi retinere. de of-
fic.archi.c.fin.faciat ergo, quod poteſt.22.q.1.c. faciat. ita
dicit Hoſtien. qui videtur ſibi contrarius in eo, quod ſupra
dixit. melius eſt qualemcunque admittere,quàm locum va-
cuum relinquere, &c. præterea indignus eſt alio beneficio,
qui beneficium obtinet. j̃. eodem c. ſuper inordinata. quo-
modo ergo vni committentur omnia, vt ipſe dicit, non vi-
deo ſine nota ambitionis.de qua ſup. cap. cum iamdudum.
5 ¶Quartò not.† quòd annuatim debet celebrari prouincia-
le, & inquiri in eo de qualitate promotorum ad beneficia.
6 † ſemel ergo approbatus ad curam animarum poſſet po-
ſtea reprobari, ſicut medicus corporum, vt l.ſed reprobari.
de excu. tuto. & fiat iſta inquiſitio ſemiplenè, licèt per fa-
mam, vel clamorem non perueniunt ad ſuperiorem, vt dicit
glo.



7 glo.j̃.dicam.j̃.poſt eam. ¶Quintò no.†ꝙ delictum ſæpius
iteratum grauius iudicatur,ſicut furtum iteratum bis punit
pœna furcarum. de conſuetudine enim efficitur ex tali ite-
ratione famoſus,cum per primam, & ſecundam correctio-
nē tranſiuerit in notorium,ideo &c. vt l.capitalium.§.famo
ſos.ff.de pœ.& l.ſi dominium.ff.de fur.per Bar. & in Authē.
ſed hodie.C.de fur.ad idem l.3.C.de epi.aud. & quod legiť,
& notatur de vit.& hon.cle.c.mona.Et aduerte, quia ad iſtā
pœnam imponendam ſufficiunt duæ admonitiones.alibi re
quiruntur tres. 12.q.2.c.indignè.de cohab.cle.c.2.hoc non
ſufficit bina.nec mirum,quia etiam ex vno delicto, p quod
quis deliquit in diuerſis,patitur plures pœnas. quod dic, vt
8 j̃.de re iud.c.1.in fi.li.6.¶Sextò no.†ꝙ concilium poteſt ſu
ſpendere prælatos,& Capitula,quæ reperit deliquiſſe in be-
neficiorum collatione. metropolitanus etiam ſine concilio
videtur,quòd poſſit ita corrigere.de æta.& qualit.c.3. ſed ſi
per ipſum nota puniatur,vt ibi,per concilium punietur, vt
hic.& collige hic, quòd Capitulum poteſt delinquere ſimili
ter,& vniuerſitas.de quo dic,vt dixi de ſimon. cap.dilectus.
9 ¶Septimò no.in verſi.inſtituta,†ꝙ ſuſpenſo prælato à bene
ficiorum collatione,ratione delicti, Capitulum prouinciale
debet alium ſubſtituere cum poteſtate conferēdi beneficia,
in aliis verò ſuſpenſionibus,quàm ex iuſta cauſa,qui confe-
rent beneficia,& alia expedient, quæ ſpectabant ad ſuſpen-
ſos.dic vt j̃.de conceſ.præb.c.qui diuerſitas.& j̃. de ſuppl.
10 negl.pręla.c.ſi tempus,à ſciſmaticis.¶Octauò not.†ꝙ dili-
a gens inquiſitio a fienda in concilio prouinciali ita fit contra
archiep̄m, ſicut contra alios prælatos promouentes indi-
gnos,ipſius tamen delictum non punit,ſed ſuperiori denun-
ciat,vt hic patet.ſimi.de ſta.monac.c.fi. §.hæc eadem.& iſta
exceptio metropolitani potuit fieri duplici conſideratione,
& prima,ne concedendo metropolitanum puniri à cōcilio
prouinciali,cui prȩſidet,concederet per conſequentiam Pa-
pam puniri poſſe per generale,cui prȩſidet.quod eſt falſum.
ſ̃.de elect.ca.ſignificaſti.ſecunda quia inferior ſuperiorem.
11 &c.de maio.& obed.c.cum inferior. ¶Nonò no.†quòd ſen
tentiam ſuſpenſionis latam à concilio prouinciali ipſum cō
cilium non relaxat.& ſic habet poteſtatem ſuſpendendi,nō
autem relaxandi,ſecundùm Inno.ſimi.de ſen.excom. c.tua.
12 & collige hic argumentum,†quòd à ſententia excommuni-
cationis lata per canonem ſynodalem archiepiſcopus, &
ordinarius poteſt abſoluere: potuiſſent enim, ſi non reſer-
uaſſet Papa abſolutionem, & hoc teneas, quòd ſi ſententia
feratur à canone ſynodali,ordinarius abſoluit.non enim cō
ſtitutio concilii eſt maioris auctoritatis, quàm conſtitutio
Papæ,vel concilii generalis. Si igitur ordinarius abſoluit ab
illa, ergo & ab iſta,ſi non eſt reſeruata.& eſt expreſſum j̃.de
inſti.c.ex frequentibus. ¶Decimò not.de quattuor ſedibus
patriarchalibus.& de iſtis j̃.de priuil.c.antiqua.ſunt & aliæ,
vt Aquileien.Gradenſ.& ſi. quæ non participant de iſto pri
uilegio,niſi in ipſorum priuilegiis aliud caueretur. ¶Oppo.
& videtur,quòd ſtatim puniatur,qui confert indigno bene-
ficium,vt in c.nihil.& c.cum in cunctis.ſ̃.de electio.Sol.vt in
glo.2.Ioan.And.dicit poſt Goffr.& Phi.illa iura loqui in ſu-
ſpenſis circa beneficium,quod cōfertur indigno,iſtud in ſu-
ſpenſis generali circa omnia,vel dic ſecundùm Innoc.quòd
vtraque pœna ſe compatitur,vt ſcilicet propter delictum ſu
perior prouideat illa vice,vt ibi, & nihilominus hæc pœna p
concilium imponetur.Non obſt.ſi dicas, quòd duplex pęna
non eſt imponenda,quia illud verum eſt ratione eiuſdē de-
licti.vt ff.nau. caupo.ſtabu.l.licèt.& de accuſa. l.ſenatus.hic
autem imponitur primo,illa prima pœna ex vnico delicto.
hoc autem imponitur ex reiteratione, quia illud conſuetu-
dini deputauit,vt ſic delictum iteratum durius puniatur. vt
dixi ſ̃.in quinto nota. ¶Secundò oppon.quòd de epiſcopo
ad Capitulum deuoluatur poteſtas conferēdi beneficia.&c.
Solu.vt in glo.penult.¶Quæro.dicitur hic,quòd debet fieri
13 annuatim diligens inquiſitio. †an iſtam inquiſitionem dēat
fama præcedere,& ſeruari in ea ſolemnia,de quibus in cap.
qualiter,& quando.de accu.glo.j.dicit,quòd non.immò po
teſt de hoc inquirere ſine fama,ſecundùm Gof. quod placet
Inno.quia non agitur ſpecialiter, vt de crimine pœna ordi-
naria imponatur,ſed vt reddat ſubditus rationem de tali de
licto ſibi commiſſo,ad quod quilibet miniſter tenetur.Item
quia concilium principaliter fiat ad correctionem morum.
18.diſtin.c. quoniam quidem.& hæc vltima ratio magis pla
cet Hoſt.& addit duas alias,quia proceditur ex mero, & pu
ro iudicis officio,quæ ratio ſola per ſe ſufficit etiam ſine cō-
cilio.de accu.c.ſi conſtiterit.de offic.ordin. c.1.ſecunda eſt,
quia congregati in concilio paucis diebus ibi morantur, ſi-
mul qui fortè non ſufficerent ad procedendum ordinariè,&
breuitas temporis non admittit plenius deliberandi conci-
lium.de exerci.l.1.& hæc vera de his,quæ nuntiantur conci
lio,vt notoria dubia.ergo non poſſunt ibi corrigi. 11.q.3.c.
graue.ſunt ergo dubia committenda,vt patet in eo,quod le-
gitur,& notatur.de renun.c.poſt tranſlationem.de cenſib.c.
Romani.§.ſanè.& ſe.lib.6.Ego dico,quòd tex. iſte loquitur
non de inquiſitione ſpeciali contra certam perſonam, quæ
requirit iuris ſolemnia,ſed de generali, quam debet facere
bonus iudex, & poteſt,vt ſua prouincia purgetur malis ho-
minibus,vt l.congruit.de of.præſid.Nulla autem maior pe-
ſtis,quàm ignorātia in prȩlato,cuius delictum à ſubditis tra
hitur in exemplum,vt j̃.de ſimo.c.licèt Heli.cum ſi.non mi-
rum ergo,ſi inquiſitio eſt permiſſa, quæ non præcedente fa-
ma iuxta regulas Bar.in l.2.§.ſi publico.ff.de adul. ¶Secun
dò quæro.dicitur hic de iſto concilio prouinciali.quæro er-
go,an alia ſint concilia.ſecundò qui ad concilia venire teneā
tur.tertiò qui ſint in concilio præſidentes ſuper iuſtitia mini
ſtranda. quartò an coram concilio poſſint epiſcopi, & alii
clerici criminaliter accuſari,vel ciuiliter, & an numerus re-
quiratur præfixus in depoſitione epiſcopi,vel clerici. de om
nibus iſtis tractat hic Io.An.poſt Inn.& Ho.quo ad primum
14 dic,†ꝙ eſt concilium generale,prouinciale, & ſynodale, de
15 quibus.18.diſt.c.per totum. ¶ Quo† ad ſecundum, qui.ſ.ad
concilia venire tenentur. ad generalia concilia habemus, ꝙ
conueniunt epiſcopi,archiepiſcopi,& alii. & de eis tantùm
fit mentio in Niceno concilio,& aliis,& fuerunt iam multa,
vt patet à 14.di.vſque ad diſtin. 16.Ad prouinciale verò vo
candi ſunt epiſcopi,& non alii,de neceſsitate.17.diſt.c.quo
niam quidem.& c.epiſcopus.& c.placuit.& ca.ſi ep̄s metro-
politanus.& c.propter.ſi tamen alii veniant,admittēdi ſunt.
quod dic,vt j̃.de his,quæ fi.à præ. c.fi. vel loquitur ſecundū
Inn.cum vocantur alii,quia de ipſorum factis agitur, vel de
honeſtate,vel quia ipſorum conſilium eſt neceſſarium. 63.
diſt.c.obeuntibus.Ad ſynodale autem,vel epiſcopale conci-
lium vocandi ſunt abbates,ſacerdotes,& totus clerus ciuita
tis,& diœceſis.18.diſt.c.decernimus.dic,vt plenè no.de ma.
16 & obe.c.quod ſuper his.¶Quo ad tertium†qui ſint in con-
b cilio præſidentes b ſuper iuſtitia miniſtranda.dicit Innoc.ꝙ
epiſcopi in concilio prouinciali congregati loco ordinarij
ſunt in omnibus cauſis,quæ vertuntur inter ep̄os,& clericos
2.q.6.c.placuit.& c.ſi epiſcopus eccle.11.q.3.c.ſi ep̄s fortè,
& quattuor ſe.quinimmò,& in omnibus cauſis clericorum,
quę ad concilium referuntur.6.q.3.c.ſcitote.18.di.c.1.& 2.
Alii dicunt,ꝙ epiſcopi ſunt in concilio,non ſicut iudices,ſed
ſicut aſſeſſores,ſiue ſint vt aſſeſſores,ſiue vt iudices, certum
eſt,ꝙ non valet quod agitur eis non vocatis, vt patet.15.q.
7.c.ſi quis timidus.65.di.c.epiſcopi. ſicut non valet ſenten-
tia lata abſente aduocato fiſci.ff.de iure fiſ.l.fin.& arg. C.de
ſen.l.cum ſententiam.diffinitio autem pertinet ad illum,qui
præeſt(de concilio tamen,& aſſenſu ep̄orum omniū, vel ma-
ioris partis:vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̃.de tempo.ord.ſi
archiep̄s.& c.ſeq.& de acc.c.ſicut olim.)cāæ verò archiep̄o-
rū ſuperiori iudicio reſeruantur,vt hic verſic.metropolitani.

¶In concilio religioſorum ſatis eſt clarè diffinitum, qui præ
ſint j̃.de ſta.mo.c.in ſingulis.¶Quò ad quartum an coram
concilio poſsint epiſcopi,& alij ciuiliter & criminaliter accu
ſari.& an numerus requiratur, prolixius hic proſequitur Io.
17 An.& quæro ante omnia † an tales, qui ſunt in concilio con-
gregati, ſi conueniantur, habeant ius reuocandi domum, vi-
detur, ꝙ de omnibus querelis ciuilibus reſpondere tenean-
tur, ac ſi citati eſſent. 18.diſt.c.pro eccleſiaſticis. & c. quoniã
idem arg. contra de dila.c.fi.de foro compe.c.fi. vbi qui vo-
cati vadunt ad curiã, habent priuilegiũ reuocandi domum,
ſi conueniantur.diſtingue, ꝙ aut concilium generale, vel pro
uinciale ſit pro certa, & limitata cauſa, & vocati ibi habent
ius reuocandi domum.& ita loquitur c.fi.Si verò nõ pro ſpe
ciali cauſa, ſed indiſtinctè, & generaliter ad concilium vocã
tur ad prouinciale, vel generale, non habent ius reuocandi
domum, ſi agatur ciuiliter, vt d.c.quoniam quidem,& c.pro
pter eccleſiaſticas.In criminalibus autem competit, quia in
illis non tenetur quis reſpondere, niſi ad hoc ſpetialiter ſit ci
tatus, expreſsis etiam criminibus, de quibus accuſatur 5.q.
2.c.fi.Ita dicunt hic Doc. Sed aduerte, ſi priuilegium reuocã
di domum competeret in criminalibus (vt dicit Inn.) eſſet cõ
trarius ſibi ipſi in eo, quod etiã hic firmat de cognitione cau
ſarum contra epiſcopos,& alios clericos, quæ contra eos in
concilio motæ ſunt,& ventilari poſſunt, niſi dicas, quòd vo-
cati ad concilium non poſſunt ibi criminaliter accuſari, niſi
citatio emiſſa pro præſidentes concilio peruenerit ad domi-
nium ipſorum, vt ſi citati in domo compareant coram con-
cilio, non poſsint forum declinare, ſecus ſi exiſtentes in con
cilio accuſentur.ego credo, quòd ſemper poterunt accuſari.
quia pro reformatione morum concilia principaliter cele-
18 brantur, vt d.c.in ſingulis.¶ Quæro ergo † an concilium cau
ſam criminalem epiſcopi poterit audire.dic quòd ſic, ſed nõ
diffinire. 3.q.6.c.quamuis liceat.& c.multũ.& c.accuſat. vbi
19 de hoc.¶ † Vtrùm autem in vẽtilatione cauſæ criminalis mo
tæ contra epiſcopum, vel alios clericos requiratur alius nu-
merus duodecim epiſcoporũ. d̃ quo 3.q.8.c.3.diſtingue.aut
ille, qui de tali cauſa criminaliter cognoſcit, eſt delegatus,&
non requiritur. vt ſ̃.de dolo.& contu.c.veritatis.& c. cum di
lecti.aut eſt ordinarius, vel loco ordinarij (vt concilium.) tũc
aut pro contumacia venit pœna excommunicationis infligẽ
da, vel alia,& poterit ordinarius, vel eo abſente, eius vicarius
ſine dicto numero.de ſen.excõ.c.bene.& de offi.ordi.c. Ro-
mana.in fi.lib.6.aut pro crimine,& tunc aut agitur de crimi
ne contra clericum (vt deponatur ab eccleſia) non ad depoſi
tionem ab officio: vel ordine.& poterit epiſcopus cognoſce
re,& punire cum clericis ſuis ſine dicto numero. & ſic loqui
tur c.ſi quis abbas 18.q.2.16.q.7.c.inuentum.de his, quę fi.
à prælato c.nouit.& idem vbi quis agit contra clericum, pe
tens proprium intereſſe.puta agitur de furto, vel de crimine
vſurarum, vel etiam vbi iudex tales ex officio punit j̃.de fur
tis.c.fi.& de vſur.c.1.de pœniten.ca.3. aut agitur contra cle
ricum ad depoſitionem ab ordine, vel ab officio.& tunc re-
quiritur numerus duodecim epiſcoporum vltra archiepiſco
pum.& ſic loquitur 15.q.7.c. per totũ.& ſimi.ca.fęlix.& qui
ſunt ſuſpecti, remouebuntur, alijs de alia prouincia ſubroga
tis, ſi ſunt alia de vicinia 2.q.6.c.placuit. & dicit Inno.quòd
iſte numerus eſt neceſſarius non ſolùm quãdo epiſcopus cri
minaliter accuſatur: ſed etiam ſi agatur de crimine ciuiliter
contra ipſum,& etiam ſi in modum exceptionis proponatur
crimen, adhuc electus confirmatus à beneficio deijciatur. d̃
accuſa.c.ſuper his.§.poſt confirmationem 23.diſt.c.quorun
dam.nam poſt talem admonitionem, vel repulſionem adeo
infamatus remanet, quòd ineligibilis eſt ſ̃. de electi.c. ſuper
eo.& quòd nota, Io. An.de purga.ca.c.P.& idem (dicit ipſe)
dicendum eſt in inquiſitione presbyterorum, diaconorum,
& ſubdiaconorum.aduerte quia Inno.in hoc videtur contra
rius ſibi ipſi. dicit, quòd ſi agatur ad priuationem, & amotio
nem à beneficio non requiritur numerus.& ſ̃. proxi.dixi, ꝙ
ſi excipitur ad hoc, vt electus à cõfirmatione excludatur (&
ſic à beneficio) requiritur numerus. non enim videretur nu-
merus neceſſarius, cum exceptio non apponatur ad effectũ
depoſitionis ab ordine, ſed excluſiõis à beneficio. & hoc cre
do verius, vt eſt videre in multis iuribus, in quibus de cauſa
confirmationis cognoſcit ſuperior ſine illo numero. facit ad
materiam c.non poteſt ſ̃.de re iudica.

ADDITIONES.

a ¶ Diligens inquiſitio. Adde Oldr.conſi.278.
b ¶ Qui ſint in concilio præſidentes ſuper iuſtitia miniſtranda. Adde latè videndum in materia conciliorum abbatem Siculum Panor.in tractatu ſuo de concilio Baſilienſi.

*SVMMAE.*

1 *Rector eccleſiæ, non obſtante conſuetudine epiſcopi, vel patroni, de redditibus eccleſiæ debet ſufficientem portionem habere.*
2 *Portio debet eſſe congrua, vnde vicarius valeat ſuſtentari.*
3 *Quartæ partis appellatione intelligitur de quarta totius rei, licèt legalis diuiſio cuius libet rei ſit in 12. partes.*
4 *Rector debet eccleſiæ per ſeipſum deſeruire, non per ſubſtitutum, ſi eſt electa perſonæ induſtria.*
5 *Rector aſſumptus ad regimen eccleſiæ parochialis debet ſibi deſeruire in illo ordine, cuius carentia non vitiat eius promotionem, ſi ſe faciat infra ſtatuta tempora promoueri.*
6 *Eccleſia parochialis quãdo eſt annexa dignitati: de iure communi poteſt quis habere dignitatem, & dictam eccleſiam parochialem.*
7 *Habens duas eccleſias per modum licitum, quarum ambæ requirunt reſidentiam debet alteri ſeruire per ſubſtitutum.*
8 *Vicarius eccleſiæ connexæ debet eſſe perpetuus. & nu. 10.*
9 *Ius curæ penes quem dicatur reſidere, penes vicarium perpetuum, vel penes rectorem principalem.*
11 *Non reſidens ad hoc vt quis dicatur, quæ debeant interuenire.*
12 *Rector poſitus per ſuperiorem in eccleſia annexa, ſi moritur, poſtquã nouus canonicus eſt ſubſtitutus, canonico negligente, nouus canonicus recuperat iura eccleſiæ annexæ.*

1 EXtirpandæ. Rector † eccleſiæ nõ obſtã
te conſuetudine epiſcopi,
vel patroni de redditibus eccleſiæ debet ſufficientẽ
portionem habere. priuatus eſt parochiali eccleſia rector in
ea non reſidens, niſi ſit annexa dignitati, vel præbẽdæ: quo
caſu debet ibi perpetuum habere vicarium. in fine prohibet
in fraudem rectorum de ipſius fructibus penſionem in bene
ficium dari. Et ſunt tres partes. In prima facit tria. narrat vi
tium in genere, quod ſecundo ſpecificat ibi: [nam, vt] tertio
reformat. ibi: [cum igitur.] ſecunda etiam facit tria. quia pri
mò ſtatuit, ſecũdò excipit. ibi [niſi.] tertiò punit. ibi alioqui.
tertia pars ibi [illud] fraudem damnat.¶Nota primò, quòd
quandoquè Papa damnat conſuetudinem. concor. j̃.de con-
ſue.c.1.lib.6.& ſ̃.de conſue. per totum, & hoc caſu an poſ-
ſit de nouo induci. eſt glo. in c. ſtatutum. de elec. in glo. & ta-
lis conſuetudo (licet poſtea reprobata) videtur quò ad præ-
terita excuſare à pœna, vt no. ſ̃.de cõſue.c. cum venerabilis.
arg. contra j̃.de exceſ. pręę. inter dilectos. ¶Secundò not. ꝙ
quandoquè de fructibus eccleſiæ ipſius rectoris certa por-
tio aſsignatur clerico ſeruienti. ibi [& principalis rector ven
dicat ſibi reſiduũ.] & habet hoc locũ in eccleſia alteri anne-
xa, vt hic,& in eccleſijs, quæ pertinent ad religioſos pleno iu
2 re. qd̃ dic vt ſ̃.e.c.de monachis.¶Tertiò no. † ꝙ portio de-
bet eſſe cõgrua, vnde vicarius valeat ſuſtẽtari, ſi minus habe
rent, non grauarentur pedagijs. de cõſe. diſt. 5.c. legimus. ibi
dicit Hiero. quòd qñque inopia corpus liberat à pedagijs.&
ſuper Eſaiæ.c.47. dicit, quòd quandoquè liberat animã con
3 uertens iniuſtum ad opera iuſtitiæ.¶Quartò no. † quòd ap-
pellatiõe quartæ partis intelligitur de quarta totius rei. licèt
legalis diuiſio cuiuſlibet rei fit in 12. partes. quã rõne dicit
Bar.



Bar. ꝙ cum dico ſimpliciter, tertiam, quartam, vel quintam
partẽ, intelligitur de quarta, vel quinta, habito reſpectu ad
12. partes. vt l. interdum. ff. de hære. inſt. quod eſt contra iſtũ
tex.& contra communem vſum loquendi, qui tertiam, quar
tam, ſextam,& ſimilia intelligit per reſpectum ad rem totã.
4 ¶Quintò not. † in ver. qui verò. ꝙ debet rector per ſeipſum
eccleſiæ deſeruire, non per ſubſtitutum, & hoc vel quia ele-
cta eſt induſtria perſonæ. vt ſ̃.de of. delega. c. fina. vel factum
vnius diuerſum eſt à facto alterius. nam etiam eiuſdẽ homi-
nis operæ non ſunt eædem, vt l. ſi non ſortem. §. libertus. ff.
de condi. inde.& verbum, reſidere, ad quod tenet ſacerdos,
denotat præſentiam perſonalem. quando verò quis tenetur
ad factum (vt doctor legere, ſcribere,& ſimilia) an poſſint p
alium explicari? dic, vt l. nemo eſt qui neſciat. de duo. re. per
Bar.& l. vnica. §. ne autem. de caduc. toll. & l. quiſquis. C. de
5 epi.& cle. per Bar.¶Sextò no. † ꝙ rector aſſumptus ad regi-
men eccleſiæ parochialis, debet ſibi deſeruire in illo ordine:
cuius tamen carentia non vitiat eius promotionem, ſi ſe fa-
ciat intra ſtatuta tempora promoueri, vt j̃. de elect. ca. licèt
canon. lib.6.& tenet Io. And. ꝙ infra ſubdiaconatum nõ de-
bent eligi, quia non ſunt eccleſiis adhærentes. de elect. c. ex
eo. lib.6.& hinc eſt, ꝙ tales in minoribus non habent vocem
in electionibus, vt c. hi quĩ. de æta.& qua. in clem.¶Septimò
6 no. in ver. niſi fortè. † ꝙ quando eccleſia parochialis eſt an-
nexa dignitati, quo caſu de iure communi poteſt habere qs̀
dignitatem,& dictam eccleſiam parochialem: quod princi-
paliter non liceret, vt ſ̃. c. de multa.& j̃. e. c. ſuper eo. ¶Octa
7 uò no. † ꝙ qui per modum licitum habet duas eccleſias (qua
rum ambę requirunt reſidentiam) debet alteri ſeruire p ſub
ſtitutum,& idem, ſi habeat ex diſpenſatione. & pondera, ꝙ
dicit [in maiori eccleſia.] non dicit cathedralis. facit ad no.
per Io. de fil. presb. c.1. li.6. ſuper glo. intelligo. ¶Nonò no.
8 † ꝙ vicarius eccleſiæ connexæ debet eſſe perpetuus, ſicut
religioſi in eorum eccleſiis parochialibus ponunt vicarios
9 perpetuos, vt j̃. de cap. mona. c.1. lib.6. † penes quem autem
dicatur reſidere ius curæ, an penes iſtum vicarium, vel recto
rem principalem. dic ꝙ habitu, & quò ad proprietatẽ eſt pe
nes rectorem principalem, quò ad exercitium, & effectum
eſt penes vicarium,& eſt vtile hoc ſcire, quis ipſorum dicat
habere curam animarum, vt cadat ſub prohibitione ca. de
multa. & extrauagantis execrabilis. & vr̃, ꝙ penes vicariũ
perpetuum, vt probatur in dicta extrauaganti ad fi.& c. j. de
of. vic. in cle. ex quo ſequitur, ꝙ rector principalis non poſ-
ſet exercere ibi officium curæ fori pœnitentialis. & eſt re-
ctor temporalis. de quo de appel. c. peruenit. de cle. non reſi.
c. ex tuæ.& iſte non ponitur auctoritate epiſcopi. 7. q.1. c. ni
hil. ſunt etiam temporalis vicarii fori contentioſi. de quo de
reſcrip. c.& ſi principalis. in cle.& c. Romana. de appel. li.6.
Item reputantur generales, qui generaliter deputantur. de q
bus de of. vica. c. licèt.& c. in generali. & ſic habes quattuor
genera vicariorum. nam antiqui ſunt uicarii in foro conten
tioſo,& generales,& ſpeciales. alii in foro pœnitentiali,& hi
ſimiliter generales,& perpetui,& ſpeciales, & temporales.
10 ¶Decimò not. † ꝙ iſte vicarius debet eſſe canonicè inſtitu-
tus, & perpetuus. & ſic rector ipſe non debet eum ponere,
nec pro libito remouere, ſed ad epiſcopum iſta ſpectant, vt
d. c.1. de cap. mo. li.6.& idem dicas in religioſis, tales eccle-
ſias parochiales habentibus. nam ratione populi debent ibi
habere vicarium perpetuum. ſi autem non eſſent parochia-
les, ſed fortè ſpectantes ad mẽſam abbatis, vel Capituli, pñt
ibi ponere vicarium temporalem, vt in cle. frequens. de ex-
ceſſ. præla.& in dubio ſi eccleſiæ conceduntur religioſis ple
no iure. an ponere ibi debeant vicarium temporalem, vel p-
petuum. dic vt notat Ioan. And. in d. cle. frequens.& colligit
ex no. ſ̃. eo. c. de monachis.& ibi quæ hic no. Ioan. de Ligna.
de iſta conceſſione eccleſiarum facta monachis per epiſco-
pum, quæ iura per talem collationem monachi ſibi valeant
vendicare, nõ eſt materia noſtra hic, ſed in d. c. de monachis.
vbi plenè.¶Vndecimò no. verſic. alioqui. qui habet duos in-
tellectus. primus, vt non reſidens per ſeipſum ſit priuatus ip
ſa eccleſia liberè alij,&c. alius intellectus eſt, vt non retinens
vicarium in eccleſia annexa ipſa ſi ipſo iure priuatus, &c. vt
dicam ſtatim poſt glo.¶Oppo. dicitur in illo verſic. alioqui
quòd eſt priuatus ſtatim, ſi non reſidet. contra. ſ̃. de cleri. nõ
reſi. c. ex tuæ. cum ſimi. quæ exigunt monitionem, antequam
ſit priuatus. Sol. glo. quæ incipit ipſo iure,&c. dat duos intel
lectus ad illum verſicu. alioqui. primus quòd intelligitur, vt
ille, qui non reſidet per ſeipſum, ſit priuatus. & tunc reſpon-
de ad contraria, quæ loquuntur de æquitate: hic loquitur de
11 rigore. Sed Innoc.& Hoſti. dicunt, † quòd ad hoc, vt dicatur
non reſidens quò ad priuationem ipſo iure, interuenire de-
bent plura, monitio congruo loco & tempore, & termini aſ-
ſignatio per ſuum iudicem, & expectatio aliqualis etiã poſt
lapſum terminum, vt ſ̃. de cleri. non reſi. c. ex parte. cum duo
bus ſe. ſed dices, cum non reſidere ſit delictum, quare poſt-
quam conſtat de delicto notorio (quia non reſidet) requiri-
tur alia monitio? eſt enim in dolo eo ipſo, quòd non facit, qd̃
facere tenetur, l. dolus. ff. manda. Sol. dicunt ipſi, quandoque
pœna apponitur negatiuè, vel verbis æquipollentibus. vt ſi
dicatur, ſi non reſederis in eccleſia, vel vicarium non conſti-
tueris, ſcias te priuatum.& in hoc caſu obſeruatis, quæ præ-
dixi, priuatus eſt ſine alia ſententia, vbi verò adijcitur affir-
matiuè, vt in c. ſi quis ſuadente.& ſ̃. de multa c. in his, & ſi. ip
ſo facto ſine monitione pœnam incurrit, vt ibi patet, & idẽ,
vbi irrogatur infamia ipſo facto, vt ff. de adul. l. palã. §. quod
in adulterium.& quod dictum eſt de negatiua (quod moni-
tio requiritur) intelligas, vbi tempus non ſit limitatum: alias
elapſo tempore, incurrat pęnam impoſitam conſtitutioni ne
gatiuè, exemplum patet. ſ̃. de electio. c. cũ in cunctis. rõ diffe
rentiæ eſt ſcd̃m eos, quia facta patent, non facta latent. pro
hac rõne facit, quod notatur. 5. q.1. c. quidam.& 54. diſt. c. ſi
ſeruus ſciente, ſic quò ad implementum differentia eſt inter
diſpoſitiones affirmatiuè conceptas,& negatiuè, affirmatiuã
eñ, vt ſi aſcẽderis capitoliũ, dabo 10. eo ipſo ꝙ aſcendit, põt
petere. ſed ſi negatiuè, vt ſi non aſcenderis capitoliũ, vel me
non offenderis, dabo decẽ. tunc qñ iſte, qui tenetur non face
re dicat ĩpleuiſſe, vel petere poſsit. dic, vt no. in l. Mutiana. ff.
d̃ cõdi.& demõ.& l. dedi. in prĩ. ff. de cõdi. ob ca. & nota iſta
verba numeralia.& differentiam inter pęnã, quæ opponitur
diſpoſitioni affirmatiuæ,& quæ apponitur conſtitutioni ne-
gatiuæ. quã theoricam alibi non reperies ita bene. & cogita,
tu iuriſta ſubtiliter, ſi regulariter eſt vera. & hæc procedunt
quò ad vnũ intellectũ. qd̃ iſte ver. alioqui intelligatur de pę-
na non reſidentis in eccleſia per ſeipſum. eſt & ſecundus in-
tellectus de pœna non facientis ſeruire per vicariũ eccleſiæ
annexæ. quia eſt eo ipſo iure priuatus. & eſt verior: vt ſic vbi
diuerſi caſus præcedũt, clauſula generalis ſubſequẽs ad pro-
xima referatur, vt l. ſi idẽ cũ eodẽ. ff. de iuriſdictio. omniũ iu
dicũ. ¶Sed contra iſtũ intellectũ ſecundò oppo. & videtur,
quòd ipſe non ſit priuatus eccleſia annexa. quia ſic eius deli
ctum noceret eccleſiæ ſuæ principali, ſed delictum perſonæ,
&c. vt ſ̃. de exce. c. cũ vene. Sed dic ſecundũ Inn. quod nõ pri
uabitur præbenda principalis illa eccleſia annexa, ſed ille re
ctor principalis, qui eam non contulit, priuabitur tempore
vitæ ſuæ tantũ ſ̃. eod. c. niſi. in fi.& ex hoc ſequitur, quòd ſi vi
uente iſto canonico, qui ponere neglexit vicarium, iſte vica-
rius moriat: ponet epiſcopus alium ſuo iure, nec iſte canoni-
cus priuatus habebit quicquã de iſta eccleſia annexa. ¶Sed
mõ contra iſtud opp.& videtur, quòd non debeat ſic priua
ri toto tempore ſuo, ſed in illa vacatione tantùm, ſicut colla
tor beneficij, qui conferre neglexit, vel præſentare, priuat in
illa vacatione, ſed in ſequenti vacatione recuperat ius ſuum.
de ſupplen. negli. prælato. c.2.& de conceſ. prębẽ. c. nulla. Sol.
quandoq; quis habet proprietatem beneficii, & tenetur p-
ſentare

ſentare vicarium.& tunc priuatus eſt ipſo iure,quò ad præ-
ſentationem,& quò ad fructuum perceptionem,& ad ſupe-
riorem deuoluitur hæc poteſtas, vt hic. quandoque quis nō
habet proprietatem beneficii,ſed tm̃ præſentationē, vel col
lationem.& tunc aut nullo mō fauet delicto,& priuabitur il
la vice tm̃ propter negligentiam,& ſecunda vice pręſentare
poteſt,vt d.c.1.& c.nulla.quandoq; quis eſt priuatus , & fa-
uet ſaltem tacitè delicto illius,qui de facto tenet,ipſum non
remouendo,cum pōt; & habet locum pœna, de qua ſ̃.eo.c.
de multa.ver.is quoq;.Ex prædictis etiam infertur,†ꝙ ſi re
ctor poſitus per ſuperiorē in eccleſia annexa moritur,poſt-
quàm nouus canonicus ſubſtitutus eſt canonico negligenti,
nouus canonicus recuperat iura eccleſiæ annexæ,& ſic prę-
ſentabit,ſi autem viuente rectore , creetur nouus canonicus
in præbenda,an ille rector, ſiue vicarius remouebitur . dicit
Ioan.An.ꝙ non,quia debet eſſe perpetuus, vt hc. & ſic no-
uus canonicus priuabitur iure ſuo ſine culpa,ſed nō ſine cā,
vt ſ̃.vt lite non conteſt.c.quoniam.§.ſi aūt.puto tamen,ꝙ re
cuperet prouentus , qui percipiuntur de eccleſia annexa vl-
tra portionem congruam vicario aſſignatam; nam reſiduū,
etiam viuente canonico,qui neglexit, nō puto cedere lucro
vicarii.vel ſuperioris;ſed eccleſiæ annexæ, donec ille canoni
cus negligens viuat,& non vltra.ad hoc,ſ̃.c.de multa.ver.&
ſi vltra.& hoc non tangunt Doct.ſed credo verum, & aduer
tendum,quia ex eo,quod dicitur hìc,ꝙ vicarius debet eē p-
petuus,colligitur,ꝙ mortuo canonico,qui præſentauit, non
expiret officium iſtius vicarii,licèt regulariter poteſtas vica
rii pendeat ab illo,cuius vices gerit,adeo quòd illo mortuo,
vel aliter à iuriſdictione,vel officio ſuſpenſo, vicarius nō po
terit miniſtrare,vt c.1.de of.iu.li.6.& c.licet vndiq; . de offi.
deleg.per Inno.& Doct.ſed aliud in vicario neceſſario, qui
auctoritatem recipit à ſuperiore,& eſt perpetuus , aliud in
vicario voluntario,quem propter occupationem,vel alia de
cauſa quiſque ſibi conſtituit.quod dic,vt ſ̃.de offi.vica.in c.
ad hæc.& eſt vtile ſcire, penes quem dicatur eſſe cura aīarū
propter extrauagan.execrabilis. ¶Quartò extra glo.oppo.
& vr̃,ꝙ quis non debet deſeruire eccleſiæ per ſeipſum , ſed
per vicarium,ēt vltra caſum annexationis,de qua hic.de off.
archipreſ.c.1.de celeb.miſſ.c.1.Sol.dominus Io.An. enume
rat hic plures caſus, in quibus fallit,quod hìc dr̃ , ꝙ dēt de-
ſeruire per ſeipſum.fallit enim ratione ꝑplexitatis,puta hæc
duo beneficia,quorum quodlibet requirit reſidentiam.nam
cùm nō poſſit ſe in duos diuidere,ſeruiet alteri per vicariū,
vt hìc.Secundò ratione occupationis.ideò Eṗs habet plures
vicarios.de of.archid.c.1.& de celeb.miſſ.c.1. Tertiò ratio-
ne conſtitutionis,vel rationabilis conſuetudinis, vt qa pau-
peres ſunt canonici,& oportet eos aliunde reſiduum victus
quærere,& tamen in eccleſia ſunt neceſſarii;potuerunt enim
per alios deſeruire,& dixit Ala.generaliter,ꝙ iuribus reſidē
tiam requirentibus multum detrahitur per conſuetudinem.
quædam habent,ꝙ poſſint per vicarium deſeruire , & fru-
ctus percipere. quædam,ꝙ etiam ſine vicario percipiant , ſi
abſentat ſe ex iuſta cauſa.quædam,ꝙ percipiant certā par-
rem.quædam,ꝙ nihil percipiant.ad hoc.ſ̃.de conſti.ca.cum
omnes.& hę omnes conſuetudines ſunt ſeruandæ,ſaluò,ꝙ ſi
eccleſia indiget,ſaltem cogetur dare vicarium . de cleri.non
reſid.c.pen.& quod no.Ioan.And. de conceſſ.prębend. c.ex
parte.in fi.quartò ratione diſpenſationis.de fi.presby. c.ꝓ-
poſuit.quintò ratione remotionis loci.de eccle. c.vlti. ſextò
ratione religionis.de dona.c.conſultationibus . ſeptimò ra-
tione diuerſę nationis.de offi.ordi.c.quoniam. octauò rōne
prædicationis.ca.inter cætera.nonò ratione debilitatis, vel
infirmitatis . & hæc poteſt eſſe temporalis,vel perpetua.ĩ.c.
1.per totum.decimò ratione peregrinationis terræ ſanctæ.
ĩ.de vo.c.ſi.vndecimò ratione abſentiæ probabilis. puta ſtu
dii,quod intellige de licentia prælati.de cle.non reſi. c.rela-
tum.de conſec.diſt.5.c.non oportet. duodecimò pp augmē
tationem diuini cultus.7.q.1.c.illud.& c.nihil. & dicit Hoſ.
ꝙ iſte caſus continet regulam generalem.de quo remittit ſ̃.
de off.vicar.c.clericos. ¶Quintò oppon.vult hæc regula,ꝙ
redditus canonicorum augeantur ex redditibus cappella-
rum.Sed contra ſ̃.eo.c.extirpandæ. in fi. vbi redditus vnius
eccleſiæ non debent alteri loco beneficii aſſignari . ſolu. ibi
fiebat in fraudem,hic bona fide,& ex cauſa rationabili, uel
dic,quòd in annectendo,& vniendo eſt licitum ſic augmen-
tare,aliàs non,& ſic non facit pro Hoſtien.qui dicit , quòd
poteſt epiſcopus diſpenſare contra concilium, vbi ſubeſt ne
ceſſitas , vel vtilitas . quòd non eſt verum , niſi per modum
annexionis.

*S V M M Æ.*

1 *Acquiſitio decimarum à laicis prohibetur religioſis.*
2 *Religioſi debent vitare excommunicatos , & interdictos ab Epi-*
*ſcopo .*
3 *Nominatim interdicti quò ad prohibitionem diuinorum æquiparan*
*tur excommunicatis .*
4 *Fautores non nominatim interdicti non ſunt uitandi, antequam per*
*ſententiam fuerint declarati.*
5 *Eccleſiæ ſi ſint conceſſæ religioſis pleno iure, ad eos ſpectat inſtitutio,*
*& deſtitutio.*
6 *Abbas ſi habet inſtitutionem, an epiſcopus committendo curā, exa-*
*minabit eum.*

IN Lateranenſi. Non debent religioſi
eccleſias , vel deci-
mas à laicis ſine diœceſanorum conſenſu recipere,ex-
communicatos,vel nominatim interdictos admittere ad di
uina in eccleſiis ſuis, quò ad temporalia clericos inſtituere ,
vel deſtituere,ſed idoneos ad hoc debent epiſcopo præſen-
tare.dicit Hoſt.ꝙ primò tenorem concilii Laterane.recitat.
ſecundò approbat,& renouat . tertiò addendo declarat .
1 ¶No.primò,†ꝙ prohibetur religioſis acquiſitio certæ rei ,
ſcilicet decimarum à laicis,& quæ ſit ratio,dic vt in c.cū &
plantare.ĩ.de priuile.& vtrùm iſta acquiſitio ſit ſimiliter ꝓ-
hibita,ſi iſti religioſi ſuccedant laico ex teſtamento,vel ab-
inteſtato,vel ex profeſſione,non vr̃,quod dic per Bar. in l.ſi
quis ita promiſerit.§.ea lege.de verbo. obli. In iure ēt ciuili
multis perſonis prohibetur contrahere cum quibuſdā per-
ſonis,& ſuper certis.vt l.militis agrum.ff.de re mili. & l.j.ff.
de fal.& l.j.de contrario iud.& C.ne lic. poten. per totum.&
ĩ.de alie.iud.& in omnibus caſibus,quando neceſſaria acq̃-
ſitio ſine facto eius,cui quæritur,contingens,prohibita non
2 vr̃.facit l.peto.§.fra.ff.de lega.2.¶Secundò no.†ꝙ religioſi
debēt vitare excommunicatos, & interdictos ab Epiſcopo,
nec mirum,quia Epiſcopi , & cæteri prælati vitare tales,de-
bent.vt ſ̃.de offi.ord.c.cùm ab eccleſiarum præla. ſequit̃.n.
eos excommunicatio,ſicut lepra leproſum,quocunq; vadāt
vt l.ex ea.ff.de poſtu. qui autem admittit excommunicatos
ad diuina,licèt peccet, non ex hoc tamen efficitur irregula-
ris.ĩ.de ſen.excommunicationis.c.is,qui in eccleſia. lib.6.
3 ¶Tertiò no.†quòd nominatim interdicti a , quò ad prohi-
a bitionem diuinorum æquiparantur excommunicatis.& qui
dicantur nominatim interdicti.dicit Inno. quos certum eſt
interdictos eſſe. Vnde dicuntur nominatim interdicti , etiā
cùm ciuitas,vel caſtrum interdicitur. de verb.ſign. c.cum in
partibus.Item omnes, qui nominatim in ſententia exprimū
tur , item nominati dicuntur , cùm includuntur ſub genera-
litate verborum ( vt excommunico Tytium cum fautorib.)
4 †fautores enim dicuntur nō nominatim interdicti, nec ſunt
vitandi,antequam per ſententiam fuerint declarati , etiā ſi
quis ſciat eos fautores eſſe,niſi eſſet notorium,ꝙ fuerint fau
tores,tunc enim bene eſſent euitandi ſine alia declaratione:
quia notorium æquiparatur ſententiæ,vt l.emptor.ff.de act.
emp.



emp.& qui certus eſt,certiorari non debet.ff.de act.emp.l.j.
de hoc ĩ.de cle.ex.mi.c.propoſuit.Ho.remittit ad not. ĩ. de
ſen.exc.c.cum non ab homine. & de of.ord. c.ſi ſacerdos. &
qui dicantur nominatim interdicti.vide bonam gl. in c.con
ſtitutionem.de ſen.ex.lib.6.¶Quartò no.ꝙ eccleſiæ,quan-
doq; pertinent ad religioſos,non pleno iure , & qñq; pleno
iure.de quo notat hic Inn.& Ho.ego dixi poſt Io.An.ſ̃.c.de
monachis.vbi vide.in eccleſiis ergo quę ad ipſos non perti-
nent pleno iure,debent præſentare presbyteros inſtituēdos
5 eṗis,& innuit iſte tex.à contrario ſenſu , † ꝙ ſi eccleſiæ ſint
conceſſæ religioſis pleno iure,ad eos ſpectat inſtitutio,& de
ſtitutio,& vtrū iſto caſu poſſint conuertere fructus illius ec
cleſiæ in vſus proprios.dic vt in cle.frequens.de exceſ. ꝓlat.
& ĩ.de dona.c.paſtoralis.vbi de hoc.& plenius in d.c.de mo
nachis.¶Quintò no.quales debeant præſentare iſti religio-
ſi, quia notos,vel quos notos reddit,&c. ¶Sed hic inciden-
6 ter quæritur.†pone,ꝙ abbas habet inſtitutionem, nunquid
eṗs committendo curam examinabit eum?Io.An.de verbo.
ſig.c.veniens.li.6.ponit quandam gl.in qua dicit paucos ha
bere.& dixit gl.ꝙ non examinabit cum eṗs. cum non con-
firmet,nec ei manum imponat . cura enim hoc caſu non eſt
principale,ſed acceſſorium , ex quò eſt inſtitutus per abba-
tem.& ſic nulla exceptio poſſet repelli, niſi infamia labora-
ret.de accu.c.accedens.D.Io.de Lig. ſ̃.c.proxi.credit con-
trarium,ſcilicet, ꝙ epiſcopus debeat,cum examinatur,cum
per commiſſum transferatur aliquid iuris . de offi.archid.c.
cum ſatis.nam de cura debet reſpondere epiſcopo,non ab-
bati,niſi foret exceptio ſecūdùm eum,&c. ¶Vltimò de iſta
materia decimarum,quę à laicis detinentur.dic,vt ĩ.de his,
quæ fi.à præ.c.cum apoſtolica.

A D D I T I O.

a ¶Interdicti nominatim. Quis dicatur nominatim interdictus . vide
Cardin.in clem.1.in 16.q.de ſepult. & talibus interdicitur eccleſiaſtica
ſepultura.

*S V M M Æ.*

1 *Abſens ſtudio theologiæ ſi fructus præbendæ percipit , quotidianas*
*diſtributiones non habebit.*
2 *Fructus ſtudentibus non debentur de iure cōi,ſed ex gratia.*
3 *Integrè, verbum,reſtringitur,nec includit illa,quæ præſentibus ex-*
*hibentur.*
4 *Fructus omnes eccleſiæ,ſi redacti ſint in acervum, & poſtea diui-*
*dantur inter canonicos , an abſenti debebitur ſua portio ſtudenti*
*in theologia.*
5 *Diſtributiones quotidianæ an includantur ſub noīe præbendæ.*
6 *Gratia facta ſimpliciter ſtudenti ſuper perceptione fructuum, intelli*
*gitur quinquennalis.*

1 LIcet. †Abſens ſtudio theologiæ ſi fructus prę
bend.percipit,quotidianas diſtributio-
2 nes non habebit.h.d.non diuiditur. ¶No.j.†ꝙ fru
ctus ſtudentibus non debentur de iure communi,ſed ex gra
tia.& tunc intelligitur,ꝙ ſtudeant in ſtudio generali, non in
3 villis,& caſtris, vt ſ̃.de cle.non reſid.c.tuæ.¶No.†ꝙ verbū,
integrè,reſtringitur,nec includit illa,quæ præſentibus exhi-
bentur.iſtæ enim quotidianæ diſtributiones habent naturā
de per ſe ab aliis fructibus,qui dēbētur præſentibus,ſed iſtę
debentur præſentibus,& intereſſentibus diuino officio. ſi er
go princeps concedit vnum ſpeciale,ꝙ non præſens fructus
percipiat,non videtur concedere alteri.ſ.ꝙ non præſens, &
non intereſſendo diuino officio conſequatur ambo . qa duo
ſpecialia non debent concurrere circa idem , vt l.j.C.de do.
promiſſ.l.cum poſt.§.gener.de iure do.¶Quid ergo erit de
iſtis quotidianis diſtributionibus , quæ iſtis debebantur , ſi
interfuiſſent officio,an accreſcent aliis , vel conuertentur in
vtilitatem eccleſiæ.dic vt nota.ĩ.de vit.& hon.cle.c.1.in cle.
& tetigi.ſ̃.de cleri.non reſi.c.clericos.¶Opp.fruſtra preci-
būs impetratur,quod de iure communi conceditur,vt C.de
theſau.l.j.lib.10. ſed fructus beneficiorum debentur de iure
communi ſtudentibus in theologia.ĩ.de magi.c.ſuper ſpec.
ſol.iſta Dec.& illa ſunt eiuſdem auctoris , & nondum ema-
nauit illa Dec.cum Papa iſti fecit gratiam,ſed emanauit pò
ſtea.quod patet ex ordine titulorum,à quibus ſumimus. ar.
cum de prioritate.vel poſterioritate conſtitutionum dubita
tur.facit ſ̃.in prima compilatione. ¶Scd̃ò oppon.beneficia
principum ſunt largiſſimè interpretanda. ff.de conſtit.prin.
l.fi.& ĩ.de verb.ſig.c.olim.ſed hic in gratia dictum fuit, inte
grè.& tm̃ Papa reſtringit.ergo malè.ſo.illud verum,cum agi
tur de præiudicio concedentis . ſecus ſi tertii, ſcilicet eccle-
ſiæ,& diuini cultus.vt no.ſ̃.de do.c.cum dilecti.ſi enim con-
tra conſuetudinē, vel in præiudicium iuris tertii beneficium
Papę non impetratur , multò minus contra fauorem diuini
cultus,quem cupimus ampliari.dicit tex.ſ̃.de conſti.c.fin.
4 ¶Quærit gl. †ſi de omnibus fructibus eccleſiæ fit aceruus ,
& poſtea inter canonicos diuiduntur , an abſenti debebitur
ſua portio ſtudēti in theologia.dicit,ꝙ ſic,& benè.Idē Hoſ.
ſ̃.c.prox.de cetero.Inno.limitat hoc dictū,dicens,ꝙ debebi
tur talis portio,detracto eo, quod cōi menſe debetur de eis.
& vide quod no.in c.1.de cle.non reſi.li.6.& ſ̃.c.dilectus. 1.
5 ¶Quærit dñs Io.de Lig. † an quotidianæ diſtributiones in-
cludantur ſub noīe præbendæ:vr̃,ꝙ ſic.quia hic excipiuntur
de præbendæ fructibus,ergo continentur: quia exceptio de
bet eſſe de regula.vt ĩ.de reg.iu.in rub.lib.6.dicit ipſe,ꝙ ſm̃
cōem vſum loquendi,qui debet ſemper attendi,vt c.ex lite-
ris.de ſpon.non continentur.quia præbenda ſumitur ꝓ cor-
pore poſſeſſionum diſtincto. & quandoque dicitur quis ca-
rere præbenda.& tm̃ habet quotidianas diſtributiones,vt pa
tet.ſ̃.c.dilecto.& c.cum M. de conſti. Sed ſi ſumatur ꝑbēda
largè à prębeo,præbes:tunc includuntur diſtributiones ſub
6 ipſa.¶Scd̃ò quærit.certum eſt, † ꝙ gratia facta ſimpliciter
ſtudēti ſuper perceptione fructuum in abſentia intelligitur
quinquennalis,vt d.c.ſuper ſpec.& de ele.c.cum ex eo. li. 6.
pone ergo,ꝙ finito primo quinquennio, impetrat gratiam ,
ꝙ poſſit ſtudere quinquennio in iure canonico , an valebit
gratia,non facta mentione de quinquennio primo. dicit , ꝙ
non,per c.2.de deci.li.6.multa.n.ſingularia non debent cō-
currere circa idem,vt d.l.1.C.de do.promiſ.

*S V M M Æ.*

1 *Capellæ reſeruata ipſarum presbyteris , congrua portione , poſſunt*
*annecti præbendis,ſi ſunt pauperes .*
2 *Vnionis cauſæ duæ.*
3 *Canonicus quod ius habeat in eccleſia annexa canonicatui.*
4 *Status eccleſiæ vnitæ non debet mutari per vnionem.*
5 *Beneficiū primū an vacet per acquiſitionē ſecundi beneficij, & qua-*
*liter procedendum ſit contra contendentem primum dimittere.*
6 *Prælati qui ſint capellarum, quæ annexæ ſunt canonicatibus, an ca-*
*nonici, an ſacerdotes ibi inſtituti.*

1 EXpoſuiſti. † Propter paucitatē ꝑben
darum poſſunt eis annecti
capellæ,reſeruata ipſarum presbyteris cōgrua por
tione,ſcd̃a ibi[& ſi euidens.]¶No.j.ꝙ conſilium de quo ſ̃.
eo.c.extirpandæ. videbatur prohibere iſtam annexionē ca-
pellarum,cum mandaret in eis perſonaliter deſeruiri,& to-
lerare videbatur vniones iam factas per vicarium ſeruiēdas
in poſterum prohibere,& ideo dicit litera hic, ꝙ à tempore
concilii non fecerunt iſtas annexiones,ſicut prius,& ex hoc
erant eorum redditus diminuti. ¶Secundò no.duas cauſas
2 vnionis.†primò(neceſſitas : puta non reperiuntur canonici
ꝓpter paruos redditus.ſecundò vtilitas: puta reperiebātur,
ſed ignorantes.qa alii digni recuſabant. Pe.de Sau. enume-
a rauit hic quoſdam caſus,in quibus erāt licitæ vnionesa quos
vide ſ̃.de temp.ordi.c.dilectus.ſuper glo.in fi.¶ Tertiò no.
quòd

quòd Papa committit hic epiſcopo, vt poſſit vnire. & dicunt
quidam, & bene, quòd eṗs hoc faciet auctori. ordinaria, vt
j̃. de exceſ. præla. c. ſicut vnire. & hoc tenet Inno. & Hoſt. qui
addit ad tex. qui dixit[ poteris, & debebis. ]ſi j̃. de inſti. c. ad
decorē. facit l. 1. C. quomodo, & quando iudex. & l. ſæpè. de
offi. præſi. & aduerte, quia loquitur de eccleſijs curatis anne
ctendis præbendis. vtrùm ita annecti poterunt dignitati, vi-
detur quòd non. quia curatum, & dignitas non poſſunt lici-
tè retineri, vt ſ̃. eo. c. de multa. dic contra, vt j̃ eo. c. ſuper eo.
li. 6. Nō ob. c. de multa. quia loquit̃ cū principaliter vult quis
tenere dignitatē, & eccleſiam curatā, ſecus ſi vnum ipſorum
accedit alteri per viam annexionis, vt d. c. ſuper eo. ¶ Quar-
3 tò no. † quòd ius habet canonicus in eccleſia curata annexa
canonicatui. habet enim omnes fructus, reſeruata congrua
portione presbytero. & ſi nō ſuperſunt de redditibus, potius
eligat indigentiam canonici, quàm rectoris. & ſi dicis. quis ꝓ
uidebit canonico agenti. dic. ꝙ epiſcopus, ſicut in caſu. j̃. c. j.
de rectoribus. & caueat epiſcopus, ne nutriat luxurioſas ca-
nonicorum expen. honeſtus enim modus in his ſeruādus eſt
non immoderata cuiuſque luxuria nutrienda. ff. de dam. in-
4 fec. l. ex damni. 1. reſponſo. ſcd̃m Hoſt. ¶ Quintò no. † ꝙ per
vnionē non debet mutari ſtatus eccleſiæ vnitæ, ſed retineri
debet ibi presbyter, ſicut prius. ſic quādo monaſterium me
liorationis cauſa ad alium locum transfertur, debet manere
5 ibi ſacerdos, q miniſtret eccleſiæ. 16. q. 7. c. ſi qs vult. ¶ † Vl-
terius in iſta materia, vtrū per acquiſitionem ſecundi benefi
cij vacet primum, & qualiter procedendum ſit contra conce
dentem primum dimittere, ponit hic Hoſti. talem diſtinctio
nem. Cum habenti beneficium curatum confertur ſcd̃m con
ſimile, aut talis recipiens habet ſufficientem diſpenſationem
ſuper vtriuſque retentione à Papa. & non eſt dubium, ꝙ vtrū
que retinet, vt ſ̃. e. c. de multa. ad fi. Aut minus ſufficientem,
vel nullam (quia hęc ſunt paria. de tranſla. c. licèt. §. penul.) &
tunc aut hoc fit in eadem ciuitate, vel diœc. aut in diuerſis. ſi
in eadem, & ſine licentia eṗi, non tenet tranſlatio: & habet lo
cum pęna concilij. ſ̃. de cleri. non reſiden. c. quia nonnulli. eſt
ergo primæ eccleſię talis reſtituendus per priuationem vtri-
uſque beneficij, ſi contenderit. 7. q. 1. c. ſi quis eṗs. in fi. & etiā
per excommunicationem, & depoſitionem. 7. q. 1. c. ſi qui ve
rò. & c. ſi quis presbyter, vel diaconus. & hæc vera, niſi Pa-
pa ſibi conceſſit, ꝙ poſſet alterum eligere, ſiue in eodem epi
ſcopatu. ſ̃. eo. c. referente. ſiue in diuerſis. ſ̃. e. c. præterea. &
hoc, cum ſine licentia eṗi, vt dictum. Si autem de licentia, &
tranſlatus omnino reliquerit primam eccleſiam, & vacat de
iure, & de facto, adepta poſſeſsione ſecundæ eccleſiæ corpo
rali. 21. q. 2. c. ſi quis iam tranſlatus. & debet conferri intra
ſex menſes. j̃. c. 3. c. nulla. habebit ergo ſcd̃m beneficium. qđ
intellige, ſi cōceſsio ipſius ſecundi beneficij facta fuit aucto
ritate illius diœceſani, ad quem tranſiuit. aliàs poteſt ipſum
remouere, & de gratia tolerar̃. & ſic loquitur de cle. peregri.
c. fi. & de renū. c. admonet. Si autem adepta poſſeſsione ſecū
di, iſti tranſlatus ad aliam eccleſiam de conſenſu ſui epiſcopi
contendit etiam retinere primam: & tunc, aut retinet ex di-
ſpenſatione facta ex iuxta cauſa, & tenet tranſlatio, & reten
tio, vt hic. & no. ſ̃. eo. c. de multa. & de conceſ. præben. c. cū
noſtris. §. fina. Aut talem diſpenſationem non habet, & tunc
vacat primum ipſo iure, conferendum intra ſex menſes. vt ſ̃.
c. de multa. niſi per Papam ſibi fuit data optio. vt ſ̃. dictum ē
in alio membro, cum ſine epiſcopi tranſiuit licentia. & ſi pri
mum retinere contenderit cum ſecundo: debet moneri, ꝙ di
mittat intra certum terminum. & poterit per epiſcopum pri
mi beneficij ratione inobedientię priuari primo, & ſecundo:
ſuper quo ſecundo diœceſanus ipſius beneficij ſententiā exe
quatur, vt ſ̃. de foro competenti. c. poſtulaſti. Iſta eſt diſtin-
ctio Hoſti. quam no. pro practica. c. de multa. corā epiſcopo
prioris beneficij cognoſcitur de illa contentione, quæ eſt cā
priuationis ab vtroq;: & eius ſententiā debet ſcd̃s epiſcopus
exequi, vt dicto. c. poſtulaſti. Et ex prædictis breuius ſic diſti
gue: aut talis habet diſpenſationem, aut non. & ſi non: aut trā
ſiuit ad eccleſiam eiuſdem diœceſis, aut diuerſæ. & ſi eiuſdē,
aut ſine licentia epiſcopi: aut cum licentia. & ſi cum licentia:
aut ſponte vult dimittere primam, aut contendit, aut habet
diſpenſationem ſuper hoc, quòd poſſit eligere: aut nullam
habet. & hoc, cum tranſit ad aliud eiuſdem diœce. ſi diuerſę:
& tunc aut ſine conſcientia diœceſani ſecundi, & ſi ſine licē
tia, eſt in illius electione excludere, vel admittere. ſi cum licē
tia, & tunc aut prior epiſcopus non conſenſit, aut conſenſit:
aut vult dimittere primum, aut vult contendere, vt ſ̃. in alio
6 membro. ¶ Quærit glo. † qui erunt prælati iſtarum capella-
rum, quæ annexæ ſunt canonicatibus, an canonici, an ſacer-
dotes ibi inſtituti glo. titubando loquitur. ſed concludit, ꝙ
ſacerdos ſit loco vicarij. dicit Hoſt. ꝙ aut capella datur in ꝓ
prios vſus Capitulo. j̃. de dona. c. conſultationibus. & tūc cu
ra pertinet ad collegium ſimul collectum, non ad ſingulos.
12. q. 2. c. qui manumittitur. quandoque adiungitur præben
dę. & canonicus eſt prȩlatus, & habet curam. & vicarius ſuus
ſimiliter de offi. vica. c. 1. & 2. nam æquum eſt, vt ſicut cano-
nicus percipit emolumentum: ita & onus curæ, ſupra e. c. cū
ſecundū. vbi vero ſolùm certa penſio aſsignatur: tūc qui po-
nitur in eccleſia, curam habet, vt ſ̃. e. c. auaritiæ. Inno. ſ̃. eo. c.
extirpandæ. §. quia verò. dixit, quòd quandoque iſti præben
darij habent laxam curam (puta ſuper vicarium, vel in certis
caſibus tantum:) quandoque laxiorem, vt. ſ. generaliter poſ-
ſit excōicare, interdicere, & ſimilia exercere: quæ ſunt de cu
ra, ſcd̃m Io. An. Sed cū iſti canonici poſſint eſſe minores 25.
an. vt no. j̃. de reſcrip. c. ſi eo tempore. lib. 6. qūo poſſumus di
cere in epiſcopos cadere titulū, & ius curæ, ſiue exercitium,
non video. præterea ſi penes ipſos eſſet ius curæ, & iſti eorū
vicarij cenſerentur in curæ exercitio, ſequeretur, quòd mor
tuis, vel trāſlatis ipſis canonicis, extingueretur ius ipſorum
ſacerdotum, qui haberent cauſam, & titulum à canonicis. &
penderent ab eis, vt j̃. de offi. vic. c. 1. li. 6. & hoc non eſt verū
vt no. & dixi ſ̃. e. c. extirpandæ. ex quo manifeſtè concludit̃,
ꝙ iſti ſacerdotes non ſunt cenſendi vicarij canonicorū pro-
priè: cum ſint perpetui, nec poſſint remoueri pro libito ca-
nonicorum, vt ſ̃. e. c. extirpandæ. qui verè nec ab eis depen-
dentiam habeant vllo modo: ſed auctoritate iuris habent cu
ræ exercitium de per ſe, quam principalis canonicus impedi
re non poſſet, nec de ſeipſa intromittere, ſicut nec eṗs inuito
rectore eccleſiæ parochialis, non poſſet aſſumere curam ani
marum ibi. bene fateor, ꝙ poſſet canonicus agere pro iuri-
bus ſpectantibus ad illam eccleſiam annexam, & pro eis cō
ueniri. quia emolumentum temporalium principaliter ſpe-
ctat ad eum. Item propter dictam curam vicarius eſt ille, qui
aſtringitur ad pęnas Decr. c. de multa. & extrauagā. c. execra
bilis. recipiendo aliud beneficium, ſimilem curam habēs, vt
patet in prædicta extrauagā. in fi. & j̃. de offi. vica. c. 1. in cle.

ADDITIO.

a ¶ Erant licitè vniones. Facta vnione duarum eccleſiarum parochialium apud quam rector manebit. vide Io. de Tur. ci e. in c. vnio. 10. q. fi.

*SVMMAE.*

1 *Opponere poſſunt contra literas illi, quibus ſcribitur ſuper alicuius receptione.*
2 *Eṗs tenetur conferre eccleſiam ad ſuam collationem ſpectantem, ſi ei mandatum fuerit, licèt de iure ſuo non fuerit facta mentio.*
3 *Executores ſi pronunciant ſe non iudices competentes: poterit appellari ab eorum interlocutoria.*
4 *Natura rei mutatur mutatione dominij.*
5 *Statuto cauetur, quòd fœnerator non audiatur vltra quinquenniū ſuper ſorte: vſurarius non vſurario infra quinquenniū ceſſit iura: an contra ceſſionarium præſcribatur quinquennio, vel mutatione conditionis perſonæ, & alteratur præſcriptio.*
6 *Præbendæ duæ ſi medio tempore ſunt alicui collatæ, an teneat collatio, vel debeat reuocari.*



DIlectus. Licèt eccleſia ex donatis laici
beneficiū conferat: tenet illius
beneficii impetratio, de hoc nō habita mentio-
ne. & ſunt duæ partes. In prima impetrantis querela. In ſcd̃a
prouiſio. ibi[ mandamus. ]¶ Not. j. ꝙ qn̄q; Papa in lr̄is gra-
tiæ dat executores. de trib. generibus literarū, vide ſ̃. de re-
1 ſcrip. c. ex inſinuatione. ¶ Scd̃ò not. † ꝙ illi, qbus ſcribit̃ ſup
alicuius receptione, pn̄t opponere cōtra literas. & an execu
tores hmōi exceptiones admittere teneant̃, dic vt ſ̃. de præ-
ſum. c. fi. ¶ Tertiò no. ꝙ in impetratione nō expedit facere
2 mentionem de iure ordinarii collatoris. † licèt ergo iure ſpe
ciali eṗs conferat vnam eccleſiā, fortè extra ſuam diœceſim
tenebitur illā conferre, ſi mandatū fuerit, ꝙ conferat eccle-
ſiā ad ſuā collationē ſpectantē. licèt de illo iure ſpāli eṗi non
fuerit facta mentio in impetratione. ſimiliter ille, q confert
non tenetur facere mentionē de mō vacationis, vt in cle. j. de
præb. ¶ Quartò not. † ꝙ executores qn̄q; pronunciant ſe nō
3 eſſe iudices competentes, & elidit iſta exceptio gr̃am, & im-
petrationem, ſiue reſcriptū, & poterit appellari à tali inter-
locutoria, ēt de iure ciuili, poſtq̃ alia non ſperatur, vt not. in
Auth. habita. C. ne fil. pro pa. & collige, ꝙ licèt conſtet iudici
delegato ſe non iudicē: tn̄ hēt poteſtatem ſuper hoc interlo-
quendi, ſimiliter, & partem in expenſis condemnandi, vt eſt
caſus in cle. 1. ad fi. de reſcr. qđ no. ¶ Quintò not. ꝙ cùm mā
datur prouideri, cùm obtulerit ſe facultas: ſi ſemel, & bis ſe
obtulit, & non eſt ſibi prouiſum, de vlteriori poterit prouide
ri vigore literarum. & hoc verum, qn̄ impetranti non p̄t cul-
pa imputari: aliàs q cum poſſet primam, vel ſcd̃am petere, &
p negligentiam paſſus eſt alteri conferri, non p̄t vlteriorē pȩ
tere iure debiti, nec præferri aliis impetrantib. qđ dic, vt j̃. c.
ſi clericus. li. 6. & c. tibi q. in fi. de reſcr. eo. lib. ¶ Sexto no. ſi.
qūo Papa mandat mandatum exequi, & non vltra. Sed con-
tra. ſ̃. e. c. dilectus. in fi. vbi mandauit interim ꝓuideri, &c. ſo.
ibi non habuerunt aliquam iuſtam cām non ꝓuocandi: hic
verò ſic, ſm̄ Pe. ibi, & Egi. ¶ Scd̃ò opp. iſte decanus ſucceſſit
laico in collatione huius beneficii, ergo ſicut laicus non po
tuiſſet cogi p literas apoſtolicas ad cōferendū, vt j̃. de iu. pa.
c. dilectus. ita nec ipſe, q in ius ſuccedit alterius. ſo. dicit glo.
magna. poſtq̃ res ꝓuenit ad eccleſiaſticā perſonā, de cætero
4 aſſumit ſibi nouam naturam. † quia mutatione dn̄ii mutatur
natura rei, ar. ad hoc. ff. de acq. hær. l. Paulus. aliàs incipit per
procu. ſed ſi obuenit ius patronatus ex hæreditate paterna,
vel alia, quantum ad tp̄s pn̄tandi, & ptātem variandi, iudica
bitur iſtud ius perſonæ eccleſiaſticæ, non ſecularis, ſed iſtud
non eſt verū, quia natura tpalitatis non mutatur, licèt ꝓue-
nerit ad perſonā eccleſiaſticā, vt ff. de decur. l. decurio. Non
ob. iſte tex. quia hic, non perſonæ clerici, ſed dignitati fuerat
5 facta donatio huius iuris. & facit hoc ad qōnē: † ſtatuto caue
tur, ꝙ fęnerator non audiatur vltra quinquennium ſup ſor-
te, mō vſurarius intra quinquennium non vſurario ceſſit iu-
ra, an contra ceſſionariū p̄ſcribatnr quinquennio, vel muta
tione conditionis perſonæ, & alteretur p̄ſcriptio? dic vt in di
ſputatione p̄ceptoris mei. ¶ Sed contra p̄dicta inſtabis, & vr̄
ꝙ ſi ad eccleſiā perueniat ius patronatus laici, in eo iure ec-
cleſia ſit cenſenda, vt laicus, ſicut in feudis, & aliis rebus, quę
poſſidet à laico, eccleſia vt laica eſt cenſenda, vt ſ̃. de fo. cō-
pet. c. ex tenore. & de ma. & obed. c. ſolitæ. ſo. dic, ꝙ qn̄q; res
laici nō eſt totaliter incorporata in patrimonio eccleſiæ, ſed
reſpectu certi iuris tm̄, vt in feudis. & loquunt̃ cōtraria. qn̄q;
eſt totaliter incorporata, nec remanet laico, aliqđ ius in ea,
& iſto caſu res mutat naturā. & ſic dixi alibi, ꝙ ſi vnus Co-
mes, vel Marchio, q ſuperiorē nō recognoſcit, donat, vel re-
linquit illā dignitatē eccleſiæ, de cætero appellabitur ad Pa-
pā, & ſic contingit in patrimonio beati Petri, vt not. Bar. in l.
j. ff. de ap. ¶ Tertiò op. hic dr̃, ꝙ collatio iam ſpectauit ad re
gē. contra. j̃. de conceſ. præb. c. fi. ſo. expone collationē. i. præ
ſentationē. vel fortè hoc ſibi ex priuilegio cōpetebat. facit,
qđ no. 16. q. 7. in fi. ſummæ. 10. di. c. imperiū. & in ſpe. eo. c. in
fi. Ad vnū aduerte, qđ dicit gl. ꝙ Papa nō poſſet conferre ec
a cleſiā ſpectantē ad collationē patroni laici a. c. dilectus. pen.
de iu. pa. nam hoc nō dicit illud c. qđ loquitur de legato, ſm̄
Io. An. qa Papa bene poſſet conferre tale beneficium pp cō
nexionem ſpūalitatis. de iudic. c. quanto. & de gratia tolerat
laicos in illo. de iu. pa. c. 3. Ego credo hoc verum, vbi fiat mē
tio in impetratione talis beneficii, de iure pa. c. laici. aliàs for
tè poſſet gratia impugnari, ſi in ea de iure tertii. ſ. laici, men-
tio non hr̃, & ſuper hoc fundabatur executio, de qua in tex.
quæ fuiſſet valida contra impetrantem, ſi per ſucceſſorē nō
6 fuiſſet mutata natura rei, vt dixi. ¶ Quęro. dr̃ hic, † ꝙ duæ p̄-
bendæ medio tempore alii ſunt collatæ. quęro an tenuerit,
vel debeat reuocari. dic ꝙ ſi appel. pen. collatæ fuiſſent, de-
bent reuocari, & ſic remouendi eſſent inſtituti ex vi appella
tionis. de appel. c. dilectus. ſm̄ Ho. Si aūt non fuit appellatū.
tunc tenet gl. ꝙ de collatis aliis non prouidebitur, ſed de a-
liis, q̃ vacabunt. & idem tenet Inn. alii contra, ſm̄ gl. vt Io. &
Vin. & bene, ſi executores erant dati ad prouidendū, vel ad
cōpellendū, & primis interdixerant. de conceſ. præb. c. ſi ca-
pitu. & c. ſeq. ¶ Quartò opp. hic bene fuit appellatum, & ta-
men Papa remittit cām ad eoſdem iudices, contra l. eos. C.
de app. cùm ſi. ſo. dic, ꝙ hoc fecit Papa de voluntate appellā
tis. vtrùm autem iſto caſu appellans, qui petit remitti, condē
nabitur in expenſis? dicit Ho. ꝙ non, tunc. n. eſt condemna-
tio facienda, quando fruſtratoriè appellatur ad differēdum
negocium, ſecus cùm iuſtè, vt in caſu prædicto.

ADDITIO.

a ¶ Patroni laici. Adde Lap. alleg. 84. & 96. Fed. de Sen. conſi. 65. Cardina conſi. 65. & conſi. 69.

*SVMMAE.*

1 *Idonei, qui ſint cenſendi in eccleſiis.*
2 *Pueri nō ſunt idonei ad beneficia, & qui dicātur quò ad hoc pueri.*
3 *Pueri ſunt idonei ad militiam ſecularem.*
4 *Habens beneficiū non reputatur idoneus ad aliud obtinendum.*
5 *Beneficiorum multiplex differentia.*

SVper inordinata. Pueri, & alii
bn̄ficiati non
ſunt idonei ad beneficia conſequenda, ponitur cōſul
tatio, reſpondetur in genere, & exemplificatur in ſpē. Ex de
ciſa colligitur caſus talis, ꝙ in eccleſia Pictauienſi fuit rece-
pta multitudo numero 50. quem numerum Greg. manda-
uit reſtringi ad 20. mandans iudicibus, ꝙ ex illis quinqua-
ginta eligerent 20. idoneos in eccleſia remanſuros, & alios
remouerent. Iudices repererunt quoſdam ex iſtis obtinere
dignitates, quoſdam beneficia curata, quoſdam puerilis æta
tis. dubitauerunt, an iſti ſint idonei reputādi, ita quod in nu
mero 20. de idoneis remanendis. iſti valeant numerari. rn̄d.
1 cùm aūt illi, &c. vt in tex. ¶ † No. primò, qui idonei ſint cen-
ſendi in eccleſiis. & intellige eccleſiis, ideſt prælaturæ eccle-
ſiarum, ſecundum Inn. Hoſt. intelligit etiam de prȩben. nam
vt patet ex litera, hic non agitur de ordinatione prælationū,
ſed præbendarum. ex quò dicit ipſe expreſsè, ꝙ nullus po-
teſt habere plures præbendas, requirit enim præbenda reſi-
dentiam, intantum, ꝙ eius reſidentia præiudicat reſidentiæ
parochialis eccleſiæ, vt ſ̃. eod. c. extirpandæ. §. j. & fortiùs a-
ſtringitur canonicus reſidere, q̃ monachus, qui quotidie de-
bet eſſe in monaſterio, 16. q. 1. c. placuit. & tn̄ propter curā
à monaſterio abſtrahitur. de ſta. mo. c. quod Dei. non ita ca
nonicus, vt prædixi de hoc plenè. ſ̃. e. c. cum iamdudū. & ſm̄
Hoſt. verbum;, beneficiati largè ſumitur. vt verbum ſonat de
quolibet intitulato, & bn̄ficiato, niſi ſint beneficia, q̃ reſipen
tiam non requirant. de quibus dic, vt ſ̃. de cle. non reſi. c. fin:
2 ¶ Scd̃ò no. † ꝙ pueri non ſunt idonei ad beneficia. qui autem

dicañt pueri àquò ad hoc,no.hic & plenius.j̃.de reſcrip.c.ſi
eo tẽpore.li.6.& ſecundùm diuerſas materias[pueri ]aliter,
& aliter accipiuntur,vt patet ex no.j̃. in prœmio.6.libri.cir
ca fi.& l.1.§.pueritiam.ff.de poſtu.& l.Mela.& ali.& ciba.le.
3 & 28.di.c.de his.vbi de hoc. † ad militiã ſecularẽ pueri ſunt
idonei:quia poſſunt effici milites,etiam anniculi,vt no.Bar.
in l.1.C.de digni.lib.12.tamen tractare non poterunt, quæ
requirunt maturitatem conſilij,vt C.de teſta.mili.l. penul.ſi
militer nec pueri clerici habent vocem in Capitulo. vt in c.
4 ex eo.de elec.lib.6.Tertiò no.†ꝙ habens beneficiũ nõ repu
tatur idoneus ad aliud.obtinendum.concor.j̃. c.is cui.li.6.ſi
militer nec pueri.vnde licèt canonici poſsint recipeř pueros:
tñ per literas non coguntur,ſcd̃m Io.An.ſuper glo. ¶ Vlti-
mò in iſta materia:an pueri,& beneficiati ſint idonei ad be-
5 neficia.Hoſt.plenè diſtinguit ita,†ꝙ beneficiorũ aliud eſt re
gulare duplex,vt abbatia,prioratus:& de beneficio habens.
de elec.c.conſtitutis. aliud regulare ſimplex. ſicut monacha
lis fraternitatis. ad hanc pueri recipi poſſunt.ſed non obliga
ri,niſi ſit adultus.de reg.c.cum virũ. & c.1. lib.6. beneficia-
tus verò in vno monaſterio,in alio nõ eſt aptus. de relig. do.
c.fi.Aliud ſeculare ſummũ,ſicut ep̃atus. & de huiuſmodi ęta
te s̃.de elec.c.cũ in cunctis.& de iſto beneficio ad aliud non
eſt idoneus,niſi de licentia Papæ.de tranſla.c. 1. & 2.aliud ſe
culare duplex:ſicut perſonatus dignitas, beneficium curatũ.
& ad iſta puer non eſt idoneus,vt dicto c.cum in cũctis.& c.
indecorum.de æta.& qua.nec alibi beneficiatus,niſi vt dici-
tur,s̃.e.c.propoſuiſti. aliud ſeculare ſimplex:vt canonia præ
benda:vel aliqua certa penſio.j̃.c.fin.Et iſtorũ aliud requiri
tur conſilij maturitatem,vt canonia,ſiue præbẽda. & ad hãc
puer non eſt idoneus,cùm nec poſsit ſapientum iura tracta-
re,vt l.teſtã.C.de teſta.mili.beneficiatus verò per literam Pa
palem idoneus eſt:dũmodo de hoc faciat mentionem , & ſit
circunſpectus,& prudens.s̃.c.1.& c.penul.& tali poterit ius
concedi in ſcd̃a eccleſia quaſi canonico: nõ ꝙ ſit canonicus,
ſed in cõcilijs,vt canonicus requirat.& talis põt dici canoni
cus honorarius,vt ff.de admi.tu.l.ſi plures. §.2. & p hoc põt
ſaluari cõſuetudo quarũdã eccleſiarũ. q̃ hẽt, ꝙ ſi quis ex ca
nonicis in ep̃m aſſumat,dimiſſa p̃benda, retinet nomẽ cano
nici,& cũ eſt p̃ñs intereſt tractatibus,& oibus.& dic,vt not.
s̃.de reſcr.c.cõſtitutus.Aliud reqrit obſequij aſsiduitatẽ , vt
p̃bẽda,ſine canonia.& ad hãc puer , q excesſit infantiã,ido-
neus eſt.vt in iuribus allegatis in prima gl: & laicus interdũ,
vt no.de inſti.c.2.bñficiatus verò nõ,niſi,vt s̃.notatũ ẽ.aliud
reqrit vtrũq;, vt p̃bẽda,& canonia.& ad hoc neuter iſtorũ.ſ.
nec puer,nec bñficiatus eſt idoneus,vt hic,excepta neceſsita
tis cã.s̃.de elec.c.officij.& de hoc.s̃.e.c.expoſuiſti. excipe ẽt
cõſuetudinẽ quarũdã eccleſiarũ , in qbus cõſueuerũt creari
aliq canonici pueruli ad cãdelabra deferẽda:ſed talis vox ſu
ſpẽdit vſq; ad ætatẽ legitimã.j̃.de elec.c.ex eo.li.6. Aliud re
quirit patrocinij defenſionẽ,& ad hãc nõ eſt puer idoneus,
vt patet ex p̃dictis:ſed bñficiatus in alio eſt idoneus,dũmo-
do poſsit ad vtrũq; ſufficere,vt s̃.de iureiurã.veniens. Aliud
ad antidori remunerationẽ,vt filius,q ſeruiuit eccleſiæ.& ad
hoc puer cenſet idoneus;& ẽt alibi beneficiatus.Nã quilibet
de bono ſeruitio remunerandus eſt.de dona.c. per duas.16.
q.1.c.poſſeſsionũ.& q.6.c.illud.ſed puer maior infante ex p
ſona ſua idoneus eſt,cũ mereri poſsit.de delic.pue.c.1.aliud
vitæ ſuſtẽtationẽ.& hoc aut pp paupertatẽ,& puer cenſetur
idoneus.42.di.c.1.aut pp honeſtatẽ.vt penſio aſsignata de-
bili,& antiquo rectori nequeũti ſeruire.j̃.c.1.c.tua. aut pro
pter neceſsitatem:vt penſio aſsignata coadiutori,dato præ-
lato:ꝙ euitari non põt j̃.c.1.de rectoribus.aut propter gra-
tioſam voluntatẽ:vt clericis coniugatis, qui cõtinere nõ poſ
ſunt.ne cle.coniu.Ioã.& no.iſta per Hoſt.qui ſubdit,ꝙ ſicut
in impetratione faciẽda eſt mentio de alio beneficio,quan-
tũcunq; modico.j̃.c.ſi motu proprio.lib.6.multò fortius in
diſpenſatione pluralitatis. qđ dic,vt j̃. eo. c. non põt lib.6.

ADDITIO.

a ¶Qui aũt dicuntur pueri.Adde Lapum alle.37. dominos de Rota in de
ciſionib.ſuis antiquis.de æta.& qua.Rom.conſi.325.

*S V M M AE.*

1 *Præbenda non dẽt diuidi pro alterius præbendæ integratione.*
2 *Altare unum non eſt diſcooperiendum,ut alterum cooperiatur.*

1 CVm cauſam. †Pro vnius p̃bendę integratione alia di
uidi non dẽt.& ſunt duę partes, ſcd̃a ibi[conſul-
2 tationi.]¶No.j.vulgare. †non diſcooperiendum vnum alta
re,vt cooperiatur aliud.ad idem de don.c.ad apoſtolicę.Nã
qua ratione vna diminuta,petit reintegrari de alia,eadẽ ra-
tione illa alia de alia.& ſic de ſingulis. & ſic reſultaret circui
tus,& abſurditas,quod non eſt faciendũ,vt c.auditor.de re-
ſcri.in cle.& l.ſi finita.in prin.de dam.infe.Iſta ergo præben
da debet ruintegrari de fructibus communibus ſuperexcre
ſcentibus.de conſtitu.c.cum M.ſed ex cã p̃t ẽt de præbendis
vacantibus,vt dixi s̃.c.vacante.¶Scd̃ò no. ꝙ corrigendo il-
licitum,non eſt faciendum illicitum.22. q.4. c. ſi ad pecca-
tum.ſic quod vi,vel patrocinio habetur,non uenit in iudiciũ
fam.erc.ff.fam.ercif.l.certo.§.ſed & ſi quid.

*S V M M AE.*

1 *Proxeneta quare à teſtificando repellatur, niſi de partiũ conſenſu.*
2 *Legatus de latere poteſt conferre beneficia per negligentiam deuolu
ta ad Papam.*
3 *Excluſus à iure eligendi non eſt excluſus à iure excipiendi contra
electum.*
4 *Eligere tenentur de illo genere perſonarum illi,ad quos electio deuol
uitur,de quo electuri fuiſſent illi,qui tenebantur eligere.*
5 *Conſuetudo poteſt induci per non actum.*
6 *Curandũ non eſt in Eccleſia Dei de nobilitate generis,ſed uirtutis.*
7 *Chriſtus paucos eligit nobiles,ſecundùm carnem ad regimen Eccle-
ſiæ ſuæ.*

VEnerabilis. Clerici ignobiles, & non eminentis ſciẽtiæ
pp hoc non dñt à p̃bendis repelli,ẽt in eccleſia,
q̃ tales admittere non conſueuit,& ſunt duæ partes. In pri-
ma facti narratio.In ſcd̃a ibi[nos igitur. ] exceptionum re-
pulſio,& cauſæ cõmisſio.Ho.dicit,petitio,executio, replica
tio,diffinitio . ¶Not.j.ꝙ iſte,finito legationis officio,inſta-
bat,vt ſua collat. ſortiretur effectum,& hoc ideò,quia vnuſ-
1 quiſq; optat valere,quod facit.† & rõne huius affectionis,p-
xeneta à teſtificando repellitur,niſi de conſenſu partium.j̃.
de teſti.c.1.lib.6.hac etiam ratione non videtur,ꝙ procura-
tor,tutor,& alii adminiſtratores poſsint ferre teſtimonium
ſuper geſtis ipſorum.quod dic,vt l.pen. ff.de teſtam.& l.de-
ferre.§.idem decreuerunt.ff.de iu.fiſci. ¶Scd̃ò hic colligit,
2 †ꝙ legatus de latere conferre poteſt beneficia per negligen
tiam deuoluta ad Papam.quod dic,vt j̃.de of.leg.c.1.lib.6.
& qđ no.j̃.e.c.ſi de beneficio.in cle.¶Tertiò no.ꝙ licèt hoc
Capitulum ſit priuatum per negligentiam poteſtate conferẽ
di ea vice,poteſt tñ ſe opponere,ne minus idoneus eligatur,
3 †& ſic excluſus iure eligendi,non eſt excluſus à iure excipiẽ
di contra electum.quia iſta diuerſa ſunt, & diuerſis tpibus
ortum habent.Ideò de vno ad reliquum non infertur , ſicut
ſi ex duabus ſeruitutibus vna perditur , retinetur alia, vt l.ſi
domus.de ſeru.vrb.præd.& l.ſi maritus.de don.inter virum,
& vxor.¶Quartò hic colligitur , p̃ſuppoſita efficacia exce.
4 †ꝙ de illo genere perſonarum, de quo tenebãtur eligere ele
ctores,tenetur & ille,ad quẽ per eorum negligentiã eſt col-
latio deuoluta,vt ſic ſubrogatus aſſumat ſibi naturam illius,
cuius loco ſubſtituitur,vt l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff.ſi qs
cau.



cau.& hoc tenuit diſputando Io.An.vt refert in cle.1.de ſup
5 plen.negli.præla.¶Quintò no.†ꝙ per non actum põt indu-
ci conſuetudo.allegabant enim iſti conſuetudinem , qđ non
conſueuerũt eligere,niſi nobiles &c.ex quo argue, ꝙ ſi vnũ
mona.eligit de gremio alterius cõtinuatè multis vicibus 40.
annis.& vltra : ꝙ teneatur amodò eligere neceſſariò de illis.
quod non credo:quia eligere competit per modum faculta-
tis,& talia non præſcribuntur,vt no.in l.cum notiſsimi.C.de
6 præſcrip.30.ann. ¶Sextò no.†ꝙ in Eccleſia Dei non eſt cu-
randum de nobilitate generis,ſed virtutis. eſt etiam nobili-
tas quædam de meritis veniens laus parentum,& ſplendidũ
te faciens,ſi tuã non habes,aliena clarũ nõ efficit,ait Boetius
lib.3.de conſol.& Tulius lib.1.de officijs.optima aũt hęredi
a tas à parentibus traditur liberis:omnique patrimonio præ-
ſtãtior gloria virtutis,rerũq; geſtarũ,cui dedecori eſſe nefas,
& vitium iudicandum eſt.vnde idem cõtra Saluſtiũ contẽnẽ
tẽ eũ de ignobilitate,inquit:ſatius eſt,me meis geſtis florere,
q̃ maiorũ opinioni initi,& ita viuere,vt ſim poſteris meis no
bilitatis initium,& nõ virtutis extremum. In ſecularibus aũt
dignitatibus habetur ratio nobilitatis, & potentiæ.in Auth.
7 de defẽ.ciui.§.1.& đ decuri.l.honor.¶Septimò no.† ꝙ Chri
ſtus paucos elegit nobiles ſecundùm carnem ad regimen Ec
cleſiæ ſuæ.ſ.Paulum,& Bartholomeum. Alij verò omnes fue
runt ignobiles,& piſcatores , & ex hoc dicit beatus Bernar-
dus,ꝙ licèt magna,& diuina fuerint miracula Ieſu Chriſti in
terris,hoc tamen ſuper omnia alia enituit,quòd in paucis,&
ſimplicibus,& pauperibus totum mundum , & omnem eius
altitudinem ſibi ſubiugauit, vnde Panlus 1.ad Corinth.1.d.
elegit Deus ſtulta huius mundi,vt confundat ſapiẽtes. vnde
Hiero.ad Antoniũm.c. contra ſophiſtas ſeculi , & ſapientes
mundi.Petrus,& Iacobus piſcator mittitur.¶Octauò no. ꝙ
ad culmina dignitatum,nedum ad præbendas. viri eminen-
tis ſcientiæ reperiri poſſunt. & quæ ſint eminentes ſcientiæ.
dic,vt s̃.de elec.c. cũ in cunctis. mediocres enim ſufficiãt in
præbendis.Nam quædam naues ſufficiunt ad flumina,q̃ nõ
in mari,vt ff.de excep.l.1.§.nauẽ.& §.ſed & ſi.vnde Hieron.
de homine perfecto.conuenit in paruo nauigio, nõ in altum
vela configere,ne in periculum currat audacia.Gof.¶Nonò
no.ꝙ ad ho c,vt collatio legati ſit efficax,expedit limitatè p
bare vacationem tempore collationis. nam non vacans non
poſſet legatus conferre. ſed poſſet reſeruare.vt j̃. de offi. le.
c. deliberatione.& c.præſenti. cũ ergo vacatio ſit fundamen
tũ efficatiæ collationis,non mirum,ſi ille,qui collationẽ di-
cit validam , vacationem probare tenetur,iuxta regulã,quã
trado poſt Hoſt.j̃.de ſpon.c.duo.ſuper rub. & cle. literas.de
reſcri. & Bár.in l.non ſolũ.§.ſed vt probari.de oper.no. nũc.
expedit etiam probare collationem limitatè à diuerſis habẽ
tibus poteſtatem conferendi duobus beneficium ſic collatũ.
ſi enim dubitatur,quis in conferendo præuenerit,quis pro-
bare tenetur?credo,ꝙ ille,qui nititur ex prioritate,ſcientię,
agendo,ſiue excipiendo prioritas deducatur, per no.in d.§.
ſed vt probari.facit c.ſi à ſede.j̃.eo.lib.6.¶Op. iſta collatio
legati non fuit miſſa executioni tempore legationis , ergo ſi
nita legatione,expirauit,vt j̃.de offi.le.c.præſenti.ſo.hìc gra
tia fuit perfecta per collatio.beneficij vacantis: quæ non de-
bet expirare eius obitu,vel egreſſu,vt c.gratia.de offic. dele.
lib.6.in contrario non fuit perfecta. quia reſeruauit ſibi be-
neficium nondum vacans.vnde cùm pendeat ex futuro.ſi tẽ-
pore vacationis ceſſauit cauſa efficiens.ſ.legare,ceſſat gratia
vt ibi.facit l.ſi certarum.ad finẽ.& l.ſi verò cõpoſita.de mili.
teſt.nam ſi ante actum perfectum res deueniat ad caſum , à
quo nõ poſſet incipere, vitiatur,vt l.pluribus. §. & ſi placeat
ff. de ver.obl.¶Secundò opp.& videtur,ꝙ collatio legati fue
rit nulla.quia non fecit impetrans mentionem de collatione
Capituli,& vt j̃.de conceſ.præ.c.literas.So. iſtam ſo. format
Io.An.quæ non meruit ſignari.quia non colligitur hìc,quòd
Capitulum alteri.contulerit.immò oppoſitũ, poſtq̃ ſe defen
ſioni obtulit,vt patet in tex.& bene fateor,ꝙ collatio Capi-
tuli facta,poſtq̃ eſt collatio ad alium deuoluta , vitiat impe-
trationem,ſi non eſt facta mentio de poſſeſsione, ſecuta col
latione epiſcopi,vt d.c.literas.& c.cum noſtris.

ADDITIO.

a ¶ Hereditas à parentibus.Nobilitas patris extẽditur ad filios natos poſt
quæſitam nobilitatem,non ad natos antea. vt l. 2. §. ſi filius.per Bar.ff.
de decurio Abbas in c.licet.ad finem.de cenſibus.

*S V M M AE.*

1 *Reſcriptum,quo mandatur alicui de beneficio prouideri, rectoriam,
vel dignitatem non includit.*
2 *Executor ad prouidendum poteſt , cùm vacat beneficium, recta via
prouidere,& excommunicare rebelles.*
3 *Forma[prouideas tali]&c.non includit rectoriam, vel dignitatem,
ſed beneficia ſimplicia.*
4 *Sententia, vel proceſſus delegati contra mentem delegantis non
tenet.*
5 *Caſus,in quo ſententia excommunicationis ipſo iure non tenet.*
6 *Reſcriptum ſi dicatur[prouideatur in aliqua eccleſia ciuitatis] an po
terit prouideri in diœceſi:vel econuerſo.*
7 *Executor datus ad prouidendum,vel compellendum:an poſſit reſer-
uare collationi ſuæ beneficium vacaturum.*
8 *Mandatum ſi fuerit factum de prouidendo alicui in aliqua eccleſia
ſimpliciter,& in illa eccleſia ſunt beneficia,& præbendæ: an pote
rit ſibi prouidere de beneficio præbendali.*
9 *Mandatum ſi fuerit factum de prouidendo alicui de beneficio præben
dali: an poterit prouideri de beneficio curato.*

1 CVm olim. †Reſcriptum,quo manda tur alicui de beneficio p-
uideri,rectoriã,vel dignitatem nõ includit. & ſunt
duæ partes.prima narrat executoris proceſſum , quẽ ſcd̃a re
uocari mandat,dicens quare.ibi[cũ igitur] Hoſt. diuidit ſic.
mandatum executionis,proceſſum iniuſtę excõis: pronũcia
tio iuſtæ reuocationis.¶Not.primò formam mandati: vt p
uideretur in aliqua eccleſia ciuitatis,vel diœceſi.per hanc au
tem formam licèt poſsit prouideri in eccleſia,non de eccle-
ſia,vt no.in cle.j̃.eo.c.in glo.de prima.Item per dictam for-
mã,non poterit prouideri in eccleſia cathedrali.j̃.c. quãuis.
2 lib.6.¶Scd̃o no.†ꝙ executor ad prouidendũ põt , cũ vacat
beneficiũ,recta via puidere,& excõicare rebelles.qđ dic,vt
3 s̃.e.c.p illorũ.vbi de hoc.¶Tertiò no.†ꝙ iſta forma[ proui
deas tali ]&c. non includit rectoriã,vel dignitatẽ,ſed benefi-
cia ſimplicia.nã cũ multiplex ſit diuiſio bñficiorũ : literæ ad
bñficia(veluti odioſę)ad minora bñficia referũt. vt hìc. &,j̃.
e.c.q̃uis.lib.6.ſicut cũ quærit de obligatione,q̃ eſt odioſa,ad
minimũ refert,vt in reg.in obſcuris.de reg.iur.lib.6.¶ Quar
4 tò no.†ꝙ ſentẽtia,vel proceſſus delegati contra mentẽ dele
gantis ipſo iure non tenet,vt hìc.& s̃.de reſcrip.c. cum dile-
cta.& c.ſuper literis.& ex hoc inferunt quidam,quòd ſenten
tia delegati,aut eſt iuſta,ſi iuxta intentionem delegantis, aut
nulla , ſi contra eius mentem. & ſic non poterit eſſe iuſta.
quia non videtur fuiſſe de mente delegantis, quòd faciat in-
iuſtitiam,nec ſibi mandaſſe hoc,vt l.ſi procuratori.ff.de con
dic.inde. nunquam ergo ſecundùm hoc à ſententia delegati
expediet appellari.contrarium eſt verum.& ad hoc vide,qđ
not.Innocẽ.s̃.de offi.dele.c.prudentiam.¶Quintò no.quòd
etiam poſt factam prouiſionem opponitur contra eam de
nullitate , ſimiliter,& poſt ſententiam opponitur de gratia
ſubreptitia ad beneficia,nõ ad lites.quod dic, vt s̃.de reſcri.
5 c.ad audientiam.& c.ad aures.per Innocen. ¶ † Sextò nota
caſum , in quo ſententia excommunicationis ipſo iure non
tenet.quem adde ad alios,qui enumerantur.j̃. de ſenten.ex
commu.c.præſenti.lib.6.¶Opponitur.infra de verb. ſign.c.
penul.vbi appellatio beneficij latè patet,& extenditur ad di
gnitates.& omnia.ſo.ibi fauor:hìc ambitio.illa enim erat in

dulgentia latè interpretanda, ſm̃ propriã verbi ſignificatio-
nẽ, ſm̃ Inn.& Ho.dicit, ꝙ ibi erat tp̃alis conceſsio, hìc perpe
tua, vel dic de ſimplici beneficio fuerit expreſſum in reſcri-
7 pto.¶ Quærit gl.j.† ſi dictum eſt, ꝙ prouideatur in aliqua ec
cleſia ciuitatis, an poterit prouideri in diœce. vel econuerſo.
dicit, ꝙ non, per c. Rodulphus. cui adde, quod de hoc not.de
æta.& qua.c.accepimus.de iure pa.c.1.lib.6.¶ Scd̃ò quęro.
8 † an executor datus ad prouidendum, vel cõpellendũ poſsit
reſeruare collationi ſuæ beneficiũ vacaturum, ita ꝙ collatio
Capituli facta alteri de tali beneficio reſeruato non teneat.
dic, vt no.j̃.c.ſi ſoli.li.6.& c.executor.de conceſ.præb. eo.li.
vbi declaratur plenè materia huius gl. ¶ Tertiò quæro poſt
Io.An.† mandatur alicui prouideri in aliqua eccleſia de be-
neficio ſimpliciter, & in illa eccleſia ſunt beneficia. & p̃ben-
dæ. an poterit ſibi prouideri de beneficio prębendali.¦tenet,
ꝙ non, ſecus ſi ibi ſint tantummodo præbendę. quia tunc ap
pellatione beneficii includetur præbenda, ne reſcriptũ per-
eat. ad hoc j̃.de verb.ſign.c.abbatem. Si aũt mandetur pro-
uideri de beneficio competenti in aliqua eccleſiarũ: tũc iſta
competentia conſiderabitur ex perſona impetrantis, ut ſic
ſermo ad perſonam relatus intelligatur ſm̃ conditiones ſuæ
perſonæ, vt ff.de in rem ver.l.ſi quis filio.in 2.coll. & de vſu.
& habi.l.plenum.& de iud.l.ſed ſi ſuſceperit.& de leg.3.l.ſi
filio.cum ſi. prouidebitur ergo ſibi de beneficio, vel præben
da ſm̃ conditiones ſuæ perſonæ.& ex hoc infero poſt Decr.
ꝙ ſi in eccleſia ſunt præbendę ſacerdotales, vel annexæ cer-
tis ordinibus per ſtatutum, vt s̃.c.ſignificatum. vel ſi annexæ
non ſint, tñ in eccleſia eſt numerus ſacerdotum, vel diacono
rum, quibus dictæ prębendæ ſolitæ ſunt conferri, nam impe
trans in tali eccleſia prębendam vacaturam, non habebit p̃-
bendam alicui ordini deputatam, vel quæ presbytero, vel
diacono conſueta erat conferri, niſi receptus ſit idoneus, &
velit ſe ad ordines facere promoueri. quo caſu talem præbẽ
dam conſequi poterit, & non aliter. nã illi, q̃ ſuccedit in or-
dine, talis præbenda debebitur, cùm ſit debita dignitati, of-
ficio, vel ordini: mandatum.n.debet intelligi de præbendis,
quę honeſtè, & ſine prędiudicio alterius poſſunt conferri. fa-
9 cit j̃.eo.c.ei, cui.lib.6. ¶ Quartò quæro. ſi mandatur † proui
a deri de beneficio prębendali, vel alio. an poterit prouideri
de beneficio curato a. dicunt quidam, ꝙ ſic. nam res de faci-
li reuertitur ad naturam ſuã, vt l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.
ſed naturaliter appellatio beneficii habet illa comprehende
re. Nec ob. hæc Dec. quę non prohibet prouiſionem benefi-
cii curati, ſed dignitatem. habebat.n. eccleſia, de qua in text.
collegium, cuius prelatura cenſetur dignitas. vt s̃.eod. c.niſi
eſſent. vnde dato, ꝙ ex forma literarũ potuiſſet prouidiſſe,
de dignitate non potuit, reſtringitur.n. dicta forma ad bene
ficia, vbi ſit ſimplex miniſter in ſp̃ualibus, & tp̃alibus: ita ꝙ
nõ vocet aliquo noĩe dignitatis, nec eſt vis, an à Capitulo eli
gatur, vel ab alio, q̃a reſcripta beneficialia, vel ſup̃ diſpenſa-
tione, veluti odioſa, ſtrictã recipiunt interpretationẽ. j̃.eo.c.
quanuis.& c.non p̃t.li.6. ſm̃ Io.An. contra qđ facit c. cum in
illis. j̃.eo.li.6. vbi app. beneficii in literis ad beneficia nõ ex-
tenditur ad curatum. Nõ ob. qđ in gratia eſt dictum, [bñfi-
cio præbendali, vel alio,] quaſi iſtud, [alio] referatur ad cu
rata: immò refertur ad ſimilia expreſſa, ſicut in literis odio-
ſis ad lites, vt s̃.de reſcr.c.ad ſedes. præterea iſte tex. in fi. cõ
iuncta forma cõmiſsionis dicit, ꝙ de ſimplici intellexit Pa-
pa: curatum aũt non eſt ſimplex, ſed duplex, vt no.Ho.s̃.eo.
c.ſuper inordinata. ¶ Vltimò quæritur, an expectanti prębẽ
dam debeatur præbẽda annexa dignitati, vel officio. dic ho
die, vt habetur in c.quia ſæpe.s̃.eo.li.6.

ADDITIO.

a ¶ Beneficio curato. Adde Cal.conſi.13.de pręb. vbi ẽt ponit, an habens gratiam ad præbendam, poſsit obtinere præbendam ſacerdotalem.

# De clerico ęgrotante.

CONTINVA ad remota.¦& ¦ſic dictum eſt.
s̃.de cle.non reſi. & quod beneficium eccle
ſiaſticum dandũ deſeruienti, & reſidẽti, ſed
quia ægroti ſeruire non poſſunt¦, quid iuris
ſit de eis, ſub hac rub. ſubnectit. ſcd̃o modo
continuatur ad proxima, & ſic, quia nemo
dẽt præbendam petere, niſi ſeruiat, qđ fallit in ægroto, ideò
immediatè poſt rub.de præb. ponitur hęc rub. in quo diffe-
rat à rub.de corpore vitiatis. dic, vt ibi c.j.ſuper gl.fi.per Io.
An.hr̃ de materia.7.q.1.& 2.& 23.diſt.c.maritum.& tribus
c.ſeq.q.2.c.Conſaldus. repetitur in 6.

SVMMAE.

1 *Aegritudo non priuat ægrotum ſtipendio conſueto.& nu.5.*
2 *Clericus dẽt percipere, dum eſt infirmus, quæ conſueta ſunt percipi.*
3 *Iniuriam faciens vni, multis minatur.*
4 *Clerici dicuntur milites eccleſiæ, & an gaudeant priuilegiis conceſſis militibus ſecularis militiæ.*
6 *Abſens uoluntaria cauſa à beneficio, infirmatus, an habebit ab eccle ſia fructus, ac ſi ſanus eſſet.*

CVm percuſsio. Clericus infir-
mus integrè p̃-
cipit beneficii ſui fructus. ponit dictum, intra qđ
interſerit cãm. ibi [quia ſi.] & literam hìc deciſam vide 7.q.
1 1.c.cum percuſsio. ¶ Not.j.† ꝙ ægritudo non priuat ægrotũ
ſtipendio conſueto. famuli.n. ægri ſeruire nobis intelligunt,
vt l.4.§.Stychus.ff.de ſtatu lib.& l.arboribus.ff.de vſufruct.
In aliis verò rectoribus (puta ciuitatum, vel doctoribus le-
gentibus, vel collateralibus, ſi infirmi ſunt, vel durante offi-
cio decedant) an debeant habere ſalarium totius temporis,
dic plenè per Bar.in l.1.ff.de var.& extraor.cog. ¶ Secundò
2 no.† ꝙ clericus debet percipere, dum eſt infirmus, q̃ conſue
ta ſunt, & ſic colligit Io.An.arg. ꝙ poſsit deberi beneficium
in abſentia. de quo not.s̃.de conſuet.c.cum omnis. ¶ Tertiò
3 no. ꝙ ex mala vnius tractatione alii deterrentur. † & ſic mul
tis minatur, qui vni facit iniuriam, ſic & pœna vnius eſt me-
tus multorum. & Teren. Ex aliis ſumito exemplum tibi, qđ
4 ex vſu fiet. ¶ Quartò not.† ꝙ clerici dicuntur milites eccle-
ſiæ, & tales fortè priuilegia p̃ leges cõceſſa militibus ſeculi
militantibus gaudere debẽt, maximè illud, ne cõueniant, ni
ſi quatenus facere pñt, vt no.in l.ait p̃tor.§.fi.ff.de re iu. exce
pto priuilegio ignorantis iura, q̃ clerici ſcire debent, & non
milites ſeculi, vt l.fi.C.de iure deli. cõiuncta gl.2.per totum.
5 ¶ Quintò no.† ꝙ ægrotus dẽt illa percipere, q̃ perciperet, ſi
eẽt ſanus. nũquid ergo quotidianas diſtributiones? vr̃, ꝙ nõ.
quia illę debent intereſſentibus diuino officio, non aliis, quã
6 tũcũq; ſint priuilegiati, vt s̃.e.c.licèt. Inn.& Ho. † dicunt idẽ
de voluntaria cã. abſens ergo à beneficio infirmatus eſt, an
habebit ab eccleſia fructus, ac ſi ſanus eſſet? dr̃, ꝙ nõ. & text.
iſte, & totius ti. dẽt intelligi, qñ ægritudo eſt proxima cã nõ
ſeruiendi, & deprehendit ægrotũ in ſeruitio eccleſiæ, ſecus ſi
deprehendit eũ vagari. tunc.n. ſicut in vagatione fructus cõ-
ſequi nõ debebat: ita nec ſi in dicto ſtatu infirmitas ſuperue
nit. vt ſic caſus ſuperueniens ſm̃ proximũ cuiuſq; ſtatum, de
clarationem aſſumat, ar. j̃.de baptiſ.c.maiores. ad fi. remit-
tit Io.An.s̃.de cle.non reſi.c.ad audientiam.

SVMMAE.

1 *Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis eſt abſciſſa, miſ-ſam non põt celebrare, ſed cæteris ſacerdotalibus fungi poteſt.*
2 *Palma manus, & digiti an dicatur membra.*
3 *Deformitas impedit ordinandum.*

Pre-



1 PResbyterum. Presbyter, † cui medie
tas palmę cum duobus
digitis eſt abſciſſa, miſſam non celebrat: ſed cæteris
ſacerdotalibus fungi poteſt. duo facit, p̃hibet. & cauſam red
dit. ſecundò permittit. ibi [ipſum.] ¶ No. primò de palma ra
rò in iure reperies. de digitis habetur in l. non ſunt liberi. ff.
2 de ſtatu. homi.† an iſta dicãtur membra.a dic plenè per Bar.
a in l.publicorum.ff.de publi.iudi. facit qđ no.in c.2.s̃.de cor.
viti. de eo, qui habet ſex digitos, vel linguã impeditã. ¶ Scd̃ò
no. ꝙ prædo abſcidit, & ſic ſine culpa, & tñ punitur in execu
tione officij ſine culpa: ſed non ſine cã, q̃ duplex redditur in
tex. [quia non ſecurè reſpectu ſacramenti: nec ſine ſcãdalo.]
&c. non mirum ergo, ſi hæc duo non poſſunt, cũ priuato cui-
cunque conuitio præferatur. [quia vtilitas publica.] &c. vt c.
bonæ.1.s̃.de poſtu. nedũ.n. prælatus, qui cẽſetur procurator,
vt c.2.de dona. põt remoueri ab executione officij p̃p bonũ
publicũ: ſed ẽt quis priuari dñio rei ſuæ. vt l.itẽ ſi verberatũ.
de rei vendi.& no.Inn.in c.quæ in eccleſiarũ.de cõſti. ¶ Ter-
tiò no. ꝙ põt quis qñq; perdere executionẽ certi ordinis: al-
terius aũt retinere, ſi cauſa, p̃p quã ab vno priuatur, aliũ nõ
concernit multa enim ſunt ſacerdotalia, de q̃bus per Io.An.
s̃.de cor.viti.c.ſignificauit.& dic, vt ibi: nõ ſimiliter perdere
põt quis vnã ſeruitutẽ, & aliã retinere, vt l.ſi fundũ.de ſerui.
vrba.prædio. Et ex iſto tex. in quẽ permittit prætermiſſa ce-
tera, ꝙ quædã impediunt ordinandũ, quæ non reijciunt iam
promotũ. & ſic nõ vitiat regulã, licèt perueniat ad eũ caſum
à quo non poſſet inchoari. qđ dic, vt l.pluribus.§.& placeat.
ff.de verb.obli.& j̃.de conuer.coniu.c.placet.& c.actum.le-
3 gitime.de reg.iur.lib.6.vbi de hoc. ¶ Quintò no. † ꝙ defor-
mitas impedit ordinandum, ſimiliter & ſcandalum, qđ veriſi
militer ſequi poſſet.& no.glo.vlt. quæ declarat, quæ deformi
tas impediat. de quo no.s̃.de cor.viti.2.

ADDITIO.

a ¶ Dicantur membra. Adde vltra hic alleg Bar.& Io.de Immo.in l. Offi lius.ff.de edil.edic.Bal.in c.1.de noua for.fide & in Auth.ſed nouo iure C.de ſeruis fugi. Ange.de Aretio in tractatu maleficiorum.verſi.membrum.Bal in l.data.c.qui accu.non poſ.

SVMMAE.

1 *Rector eccleſiæ ſi efficiatur leproſus, dandus eſt ei coadiutor. Et quis eorum erit prælatus.nu.3.*
2 *Titulo dignitatis quò ad ius non priuatur quis, propter modum ſuperuenientem.*
4 *Redditus eccleſiæ ſi non ſufficiant prælato leproſo, & coadiutori, quid iuris?*

1 DE rectoribus. † Si rector eccleſiæ
ſit leproſus dandus
2 eſt ei coadiutor. ¶ No. primò † quòd p̃pter mor
bum ſuperuenientem, nõ priuatur quis titulo dignitatis quò
ad ius, ſed quò ad exercitium, ſimile dicimus in tutore, vt l.
ſolent.ff.de tuto. vnde illud nomen coadiutor, vt credo, tra-
xit originem ſimiliter.& iudex non remouetur ab officio, vt
l.ſi iudex.ff.de iudi.& l.1.§.cauſam.ff.de poſtu. facit c.gran-
di.j̃.de ſupplen.ne. præla. habet ergo quis quandoque titu-
lum, ſiue ius, non exercitium.& concor.s̃.de reſcrip.c.paſto
ralis.& ſecũdùm Hoſt. iſta Dec. loquitur in epiſcopo. ¶ Quæ
3 rit gl.† quis erit prælatus, an iſte coadiutor, vel ille leproſus.
dicit, quòd coadiutor, poſtquam habet curam animarum.
Vin. contra, niſi ex toto remoueatur prælatus, & tunc ille nõ
4 dicitur coadiutor. ¶ Secundò quæro poſt glo. † ſi redditus
non ſufficiant vtrique, ſ. coadiutori, & prælato. dicit, quòd de
redditibus eccleſiæ prouidebitur ſeruienti eccleſiæ, infirmo
ſubueniet epiſcopus. quod Vin. non placet. debilioribus er-
go in loco conſulitur. 18.q.2.c.in nullo.

SVMMAE.

1 *Rector eccleſiæ ſi ſit leproſus, ab officio adminiſtrationis repellitur. Et propter ſcandalum, & abominationem.nu.2.*

1 TVa † Si rector eccleſiæ ſit leproſus, ab admi-
niſtrationis officio remouetur, ſed de bo-
nis eccleſiæ ſuſtentatur. cõis diuiſio. ſecũda ibi [ita
2 ꝙ.] ¶ No.j.† ꝙ pro ſcandalo, & abominatione rector ab ad
miniſtrationis officio remouetur. ¶ Sed contra s̃.c.proxim.
Sol. vt in glo. ex hoc videtur.&c. quæ ponit tres opin. prima
eſt Li.& La. qui tenent indiſtinctè, ꝙ nunquam viuente re-
ctore (licèt leproſo, vel aliter infirmo) alius ſubſtituitur, ſed
coadiutor datur. Nec ob. hæc Dec. quæ dicit, ꝙ remouetur.
quia verùm eſt ab exercitio adminiſtrationis, non à titulo
prælationis. hanc etiam opi. tenet Goff. & Vincen. in ſecun-
do apparatu hic.& j̃.c.proxim. ſecunda eſt opinio Bart. qui
diſtinxit inter morbum curabilem, & incurabilem, quæ re-
probatur per c.j̃.proxim.& c.1.j̃.eo.lib.6. & ibi not. tertia
eſt opinio Vinc.& Tan.¦qui diſtinxerunt inter illum, qui po
teſt remanere ſine ſcandalo, & errore, & iſte non remouea-
tur: ſed coadiutor detur, & illum, qui ſic remanere non põt,
& remouetur in totum. vt hìc. hanc opinio. confirmant per
c.ex tranſmiſſa.de conceſſ.præben. quarta eſt opinio Hoſti.
diſtinguentis inter epiſcopos, & alios prælatos, vt epiſcopi
propter lepram, vel alium morbum non remoueantur.& ſic
loquatur c.s̃.proxim. Alii verò prælati remoueantur, vt hìc:
ratio differentiæ eſt, ſm̃ eam, difficiliùs remouentur ep̃i, quã
cæteri prælati, vt s̃.de tranſl. c.2.de accu.c.qualiter. & quia
ep̃s nullo caſu remoueri poteſt, niſi per Papam.8.q.6.c.mul
tum.& dicit ſic de conſuetudine ſeruari. quæ optimè inter-
pretatur l.de conſue.c.cum dilectus. Quid ergo dicendum?
dñs Io.And. reprobata diſtinctione Hoſti. tenet indiſtinctè
opi.Hug.& Lau. per ſimilitudinem matrimonii carnalis, qđ
lepra non diſſoluit.de coniu.ſer.c.2.3.q.9.c.iudicas. nã plus
debet illud diſſoluere, quam iſtud. cum eccleſię per coadiu-
torem prouideri poſsit, ſed non vxori. adducit quod ipſe no.
j̃.de conuer.coniu.c.ex publico.& 7.q.1.c.1.ibi [ꝙ nuſquã
canones præcipiunt.] & c.2.& 3.& c.qualiter. pro hoc facit
ſpes curæ, & ſanitatis diuino miraculo, vel pręter. quo caſu
ceſſaret coadiutor, ſed ſubſtitutus non, ſm̃ eum. nam ſemper
propter ſpem deuenitur ad alium adminiſtratorem non ſe-
quentem, ſed datiuum, qui ceſſat, adueniẽte habilitate in eo:
qui inhabilis cenſebatur, vt l.non ſolum.de excu.tu.& l.ſi q̃s
ſub conditione.ff.de teſtam.tu. Et prædicta faciunt ad q.no.
per Ioan.An.j̃.eod.c.fin. An morte iſtius prælati leproſi, vel
aliter infirmi expiret coadiutoris officium. j̃. dicam. & per
Bar.in l.ſolet.ff.de tutel.

SVMMAE.

1 *Ep̃o, qui propter incurabilem morbum paſtorale officium exercere non poteſt, dandus eſt coadiutor.*
2 *Infirmitas ſi ſuperuenit poſt confirmationem ante conſecrationẽ, uel poſſeſsionem obtentam, an remouebitur.*
3 *Epiſcopus ſi non poteſt officium ſuum exercere, aditur archiepiſcopus per querelam.*
4 *Coadiutor datur tam perſonæ epiſcopi infirmi, quàm eccleſiæ.*
5 *Tutor à coadiutore quomodo differat.*
6 *Afflictio non eſt addenda afflicto: ſed potius miſerendum miſeriæ eius.*

1 EX parte. † Ep̃o, qui propter incurabilem
morbũ paſtorale officiũ exer
cere nõ põt, dandus eſt coadiutor, & ſunt duę par
tes. ſcd̃a ibi [verum.] ¶ No. primò, quòd iſte laborabat mor
bo incurabili, & tamen non remouetur contra baſiana.s̃.c.
2 prox. † Quid ergo ſi infirmitas ſup̃uenit poſt cõfirmationẽ
añ cõſecrationẽ, vel poſſeſsionẽ obtẽtã. an remouebit. Vin.
ꝙ ſic, q̃a adhuc reſtat aliud ſcrutiniũ. allegat de ęta.& quali.

c.j.& facit quod no.Io.7. q.j. in fi.ſummæ.Sed cõtrarium ip
ſe idem no.ſ.de cor.viti.c.fin.arg.c.cum in cunctis.§.hoc ſa
nè.ſ.de elect. nam cum confirmatus ſit prælatus ſine culpa
prçlatura priuari non debet. & fortè intellexit illud in non
3 epiſcopo,ſecundùm Io.And.¶Secundò no. †ꝙ cum epiſco
pus non poteſt ſuum officium exercere,aditur archiepiſco-
pus per querelam. & hoc eſt ſemper, cum quæſtio vertitur
inter ſubditos,& epiſcopum.de off.ord.c.paſtoralis. 8. q.3.
c.conqueſtus.¶Tertiò no. ꝙ laici proponunt querelam de
epiſcopo ſuum officium exequi non valente.ad hoc vide,qđ
no.in cle.1.de bapti. ¶Not.quartò,ꝙ non poteſt epiſcopus
compelli ad cedendum epiſcopatui propter morbum.archi
epiſcopus tamen debet ſibi de coadiutore idoneo prouide-
re,vt hic.hodie alter eſt prouiſum circa iſtum coadiutorem
dandum epiſcopo nolenti,& inuito. j. eod. c.1.lib.6. & ibi
4 de eius poteſtate.collige tamen hìc,†quòd coadiutor datur
magis cauſa perſonæ ipſius infirmi, quam populi,& eccle-
5 ſiæ,ſicut in tutore.vt ff.de tute.l.certarum. cum l.ſeq. † & in
hoc differt tutor à coadiutore, quia coadiutor percipit ex-
pen. de bonis eccleſiæ: ſed non tutor,niſi pro negotiis pu-
pilli proficiſcatur,vt l.à tutoribus.§.fina. ff.de admin.tutor.
6 ¶Vltimò no.†ꝙ nõ eſt addẽda afflictio afflictio,ſed potius
miſerendum miſeriæ eius,vnde Tullius.li.1.de of.ibi. Pro-
penſior debet eſſe benignitas in calamitoſos, niſi fortè di-
gni fuerint ea calamitate.

*SVMMAE.*

1 *Abbas an remoueatur à dignitate propter morbum ſuperuenien-
tem.*
2 *Coadiutor eſt adhibendus prælato,qui morbum patitur.*
3 *Coadiutor quis dicatur.*
*Et quis detur coadiutor. num. 4.*
*Cuius ætatis eſſe debeat.num.5.*
*Cui & quibus detur.nu.10.per quem detur. nu.12.*
*Et an detur inuito.nu.17.& an debeat habere alimenta. n.18.*
6 *Laicus an poſſit dari coadiutor prælato.*
7 *Fœmina an poſſit dari coadiutor maſculo,vel maſculus fœminæ.*
8 *Religioſus an poſſit dari coadiutor.*
9 *Clericus ſæcularis an poſſit dari coadiutor prælato regulari.*
11 *Coadiutor an detur prælato exuli, vel captiuo.*
13 *Officium coadiutoris quod ſit.*
*Et an expiret,mortuo illo,cui datur.nu.16.*
14 *Coadiutor an poterit conferre beneficia.*
15 *Epiſcopum deputare coadiutorẽ alij epiſcopo,quàm prçlato,an poſ-
ſit alius à Papa.*
19 *Coadiutor an poſſit dari vnus pluribus,vel plures vni.*
20 *Epiſcopus,ſi ſenio,vel alio impedimento perpetuo detentus,coadiu-
torem ſibi aſſumat de conſilio,& conſenſu Capituli, an oporteat
tempore præſtationis conſilij, vel conſenſus de neceſſitate iuris
epiſcopum eſſe præſentem.*
*Et poſt aſſumptionem quis habebit adminiſtrationem,& exercitium
iuriſdictionis,& aliorum ſpiritualium, & temporalium ad epi-
ſcopum,& epiſcopatum eius ſpectantia.nu.21.*
22 *Conſenſus coadiutoris,vel conſilium an requiratur in collatione be-
neficiorum.*

CONſultationibus. Nota, ꝙ pp mor
bum paralyſis non remouetur prælatus à digni-
1 tate,ſed datur coadiutor,†quid in abbate an remouebitur.
quidam,ꝙ ſic.quia eſt potius nomen officii,quam dignita-
tis,ſecundùm Vin.Idem Io.7.q.1.in ſumma. & Ho.in ſum-
ma huius ti.in fin.& hoc per c. ſi quis abbas 18.q.2.ſed põt
dici illud c.loqui de abbatibus vitioſis, non defectius tantũ.
quod bene probat finis.c.ibi[ vitiis ſuis conſentiens.]Archi.
2 de hoc plene no.de ſup.ne.præla.c.fi.li.6.¶Secundò no. †ꝙ
coadiutor eſt adhibendus prælato, qui morbum patitur:
non ergo remouebitur à prælatura.Non ob. 58.di.c.ſi euã-
gelia. quia ille diaconus non erat poſitus in aliqua admini-
ſtratione,cuius occaſione ꝑcipiet certos redditus, ſed erat
de quadam eccleſia collegiata, in qua erant multi ſacerdo-
tes,& quia non poterat promoueri in ſacerdotem, dicitur,
ꝙ loco eius alius ponatur. Si autem fuiſſet in aliquo perſo-
natu,vel beneficio certi miniſterii,& officii poſitus, non re-
mouetur.de iureiuran.c.quemadmodum.videtur, quòd ſic
poſt,excepto morbo lepræ, quò ad inferioris epiſcopis. ſm̃
Hoſt.quod dic,vt ſ.eod.c.tua. & hæc iura de coadiutore dã
do infirmis,intelligas,vbi eſt grauis infirmitas: non leuis,vt
quartana,quç non impedit quem agere facta ſua,vt l.quæſi-
tum. ff.de re iud.tunc enim ſine coadiutore deberet eccleſiç
deſeruire,aliàs puniretur,ſecundùm Ioan.An. qui hic expli
cat materiam coadiutorũ per 11.q.quas ſuccinctè expediã.
3 ¶Primò quçro,†quid eſt coadiutor, dic, quòd ille, qui ad
hoc datus ex cauſa iuris,vel iudicis coadiuuat miniſtri, vel
præſidentis officium.vnde autem dicatur.dic,ꝙ à coadiuuã
do,ſicut tutor à tuendo.ff.de tutor. ¶Secundò quæro, quis
4 detur.†dic,quòd prouidus,& honeſtus.vt ſ.c.proxi. de offi.
deleg.c.venerab.fidelis,& vitæ probabilis.7.q.1.c.quanuis.
& per quem ſubleuari, & coadiuuari poſſit officium eius,
cui datur.vnde ſi datur prçlato dilapidanti,vt d.c.venerabi-
li.debet eſſe in temporalibus prouidus.ſi in ſpiritualibus,de
bet eſſe,qui ſciat animarum ſaluti prouidere, vt d.c.quãuis.
Si detur regi,vel domino tẽporali, debet eſſe magnanimus,
potens,probus,& circumſpectus.de ſup.neg.præla. c.gran-
5 di.lib.6.¶Sed incidenter circa hoc quæritur, †cuius ætatis
debeat eſſe coadiutor.& videtur, quòd illa, quæ requiritur
in tutoribus,curatoribus,& procuratoribus ad iudicia. 25.
diſt.c.annorum.de legi.tu.l.fin.de procu. c.qui generaliter.
in fin.lib.6.& ff.eo.l.minor.dicit Ioan.quòd illa ætas exigit,
quæ requiritur in officio,cui dat determinata.ſ de elec.c.cũ
in cunctis.ad hoc bene facit.j.eo.c.nemo deinceps.li.6.Ad
inſtar curatoris,qui adiungitur tutori.Inſt.de cura.ad fin.ff.
de tuto.l.ſolet.In minoribus dignitatibus putat Ioan. And.
quòd ſufficiat tetigiſſe.22.ann.in epiſcopatu requirit, quòd
perfecerit 30.de hoc plus dicit ſe dubitari. Deinde quæro,
6 †an laicus poſſit dari coadiutor.[a] dicit,quòd ſic officio,cui
a poteſt prçeſſe laicus,ſicut regno,principatui,& ſimilibus,vt
d.c.grandi.Idem de regimine hoſpitalis,vel zanodochii,cui
poteſt laicus præeſſe.18.q.2.c.quidam. ſed ſi officium, vel
regimen eſt tale,cui præeſſe non poteſt,ſimiliter nec dari co
adiutor poterit.vnde ad dicẽdum diuinum officium, vel ad
iuriſdictionem eccleſiaſticam exercendam non coadiuua-
bit,nec etiam dari poterit coadiutor,cum dari tantummo-
do contigerit propter dilapidationem temporalium. 89.di.
7 c.iudicatum.18.q.7.c.in noua.¶Vlterius quæritur. †an fœ
mina, maſculo, vel maſculus fœminæ dari poterit coadiu-
tor.tenet,ꝙ fœmina non poſſit dari maſculo,qa eſt virile of
ficiũ,econuerſo,an fœminç maſculus.dicit diſtinguẽdũ.ſi.n.
datur fortè abbatiſſæ(qa eſt negligens) intra clauſtrũ nõ po
terit dari maſculus.ſed ſi datur pp malam curiam tpalium:
8 tunc ſecus.¶Circa hoc ẽt quæritur,†an religioſus poſſit da
ri coadiutor:vř,ꝙ non.quia non poteſt procurare, vel poſtu
lare,niſi pro vtilitate monaſterii ſui,& de imperio abbatis,
de poſtu.c.ex parte.& multùm facit 16.q.1.c.de præſentiũ.
& conſtitutio Viennenſis.& ſi principalis. de reſcr. In cõtra
rium.2.q.7.c.cum paſtoris.de teſtam.c.2.li.6. & materiã pt
dilatare,per ea,quç no.Spe.in ti.de leg.§.fi ver.nunquid er-
go monacho.& de arb.§.fi.ver.ſed quæro diligenter.& ſe.de
tuto.§.generaliter.ver.item opp.de inſtru.edi. §.nunc verò.
verſi.ſæpe etiam quæritur.credit Ioan.And. religioſum dari
poſſe executorẽ illis officiis,quibus poſſet præfici.& ex hoc
ſequit,ꝙ ſui ꝑlati poterit eẽ coadiutor, vel aliorũ miniſtro-
rũ ſui monaſterii.Itẽ epi,& rectoris curati.nã de facto vide-
mus



mus ſeruari,ꝙ tales ſunt vicarij epiſcoporum. quod officiũ
eſt etiam temporale. quod videtur defendi poſſe per c. pa-
ſtoralis.& quod ibi not.& per c.nos autem 16. q.1. & c.qui
verè.ibi[ fortè iubeantur. ] & quia officium illud eſt curatũ
& ordinarium infra c.1.ex frequentibus.& no. de offi.vica.
licèt obiectio contemplationis tollitur ex vtilitate maiori.
16.quæſt.1.cap.cum pro vtilitate.2.quæſt.7.cap.facta quip
pe. obiectio verò de carentia voluntatis tollitur per abba-
tis licentiam vt dicto c.2.de teſta.& facit quod no. Ioã. An.
poſt Inno.& Hoſti.ſupra de re iudi.c.cum I. & A.Si verò eſt
officium,cui non poſſet præfici: nec illi poterit executor da
ri.pone exemplum.de præben.c.cum ſingula. lib.6.& cle.1.
de elec.Illo tamen caſu,quo dari poteſt, cum non ſit perpe-
tuus(ſed ad vitam infirmi)putat,quòd debet habere ſocium
9 ſui ordinis.facit de capel.mo.c.fi.de ſta.mo.c.2.† Circa per
ſonam coadiutorium etiam quæritur: an prælato regulari
poſſit dari coadiutor clericus ſecularis.dicit, quòd ſic quò
ad regenda temporalia: ſed quò ad adminiſtrationem(quæ
reſpicit obſeruantiam regularem) non videtur honeſtũ præ
fici ſecularem,& inexpertum in regula. 19. q.3. c. monaſte-
riis.& de elec.c.cum ad noſtram. & c.officij. & ex prædictis
deciſionibus quæſtionum videtur innuere Ioan. And. quòd
alicui poſſit dari coadiutor reſpectu certæ partis admini-
ſtrationis, & in reliqua adminiſtret prælatus, vt prius:puta
debilis corpore:ſed mente ſincera, & integra, vt ſ.de renũ.
c.1.ad hoc facit.ſ.c.de cetero. vbi in cura animarum man-
dat dari coadiutorem. ſi autem quò ad omne officium eſſet
impeditus:tũc etiam poſſent habere locum, quæ dicta ſunt
per Io. An. in quæſtionibus prædictis: vt alius coadiutor in
temporalibus, alius in ſpiritualibus deputetur. & ſic erunt
duo.ar.j.e.c.vno.li.6.vt tamen minus grauetur, etiam depu
10 tetur vnus vtriq; officio idoneus.¶Tertiò quçro †cui & qui
bus detur ſuſpectio de dilapidatione. ſ.de offi. dele.c.vene-
rabili. leproſo.ſ. c. tua. epilentico,ſeni, vel aliàs propter in
firmitatem impedito ſuum officium exercere, vt hic.& ſ.c.
proxi.& 7.q.1.c.ſcripſit.& c.quãuis.& c.petiſti.videtur au-
tem,quòd impedimentum debeat eſſe perpetuum.j.e. cap.
vno.lib.6. & cẽſetur perpetuum:licèt poſſit tolli per diuinũ
11 miraculum, vt j. de frigi.c.fraternitatis. †circa hoc quærit,
vtrum prælato exuli, vel Capitulo dabitur coadiutor. dicit,
ꝙ non: ſed ipſe per vicarium ſuum officium exercebit, qui
non admittatur: quò ad ipſum exulem ſeruabitur cle. 1. de
foro compe. ſi verò eſſet epiſcopus captiuus hoſtium fidei,
ſeruabitur quod habetur de ſupplẽ. neg. prçla. c. ſi epiſco-
12 pus.li.6.¶Quartò quæro, † per quem detur dicunt quidã,
quòd ille debet dare:ad quem pertinet inſtitutio, & deſtitu
tio, & ceſſionis admiſſio. & hac ratione Papa debet dare
epiſcopo coadiutorem,vt j.eo.ti.lib.6.quia ad eum quò ad
epiſcopos iſta ſpectant, vt ſupra de tranſla.c.1.& 2. Egi.di-
cit coadiutorem aſſumendum per canonicos, & prælatum:
cum vtriuſq; occaſione detur.vt ſupra c.proximo.& de his,
quæ fi.à præla.c.nouit.& c.ſe.& ſupra de reſcrip. c. edoceri.
13 ¶Quintò quæro†quod ſit eius officium. dicit,quòd colligi
tur ex forma dationis. vt ſi circa temporalia malè verſetur:
ſed circa ſpiritualia bene, dabitur coadiutor in temporali-
bus, non in ſpiritualibus.& idem econuerſo.Si vero ſeni,de-
menti, vel his ſimili detur ſimplex coadiutor, ipſius officiũ
verſabitur circa illa,in quibus,cui eſt adhibitus,verſabatur:
ſicut de archi.dicitur hi .Idem in ſacriſta, primicerio,& ſi-
milibus. poterit ergo omnia, excepta alienatione mobiliũ,
vt infra eodem cap.vno lib.6.ad fi.de elect.c.is cui.eod.lib.
14 ¶†Sed nunquid coadiutor poterit beneficia conferre. Ar-
chi.quòd non infra cap. primo lib.ſexto etiam in caſu illius
Decre.quia in generali.&c.de offi.vica.cap.fina.lib. 6.Non
obſt.præallega.cap.is cui. quia loquitur in viſitatore, non in
coadiutore. dicit Ioan. And. quòd aut coadiutor datur ad
temporalia:& non confert beneficia.aut circa ſpiritualia:&
tunc prælatus confert de conſenſu coadiutorio: aut datur
dementi, vel ſimili: & tunc ſiue per Papam: ſiue per alium
auctoritate Papæ: aut in caſu dicti.c.1. ſiue per ordinarium
coadiutor ille beneficia confert. Nec ob. c.fi. de offi. vica.
quia loquitur in procuratore, vel vicario.pro cuius poteſta-
tis defectu beneficiorum prouiſio non impeditur.quia con-
ſtituens conferret:hic verò, ſi coadiutor conferre nõ poſſet:
non eſſet perſona, quæ beneficia conferret. ad hoc facit.ff.
de tu.& cu.da ab his.l.3.ſiue in titu.de ſuſ.tut. Non.ob.De-
cre.fina.de ſupplẽ.negli. præla.lib.6. quia ibi propter vaca-
tionem impeditur prouiſio: quæ ſicut non tranſit in titu.ita
nec in viſitatorem datum ab alio, quàm à Papa.nec præiudi
cat ſedi:cui interim non currat tempus ſemeſtre. de conceſ.
præben.c.quia ne ſe.va.c.2.Nam in vacatione ideò ſuperſe-
detur in collatione beneficiorũ. quia veroſimile citò ſedes
ordinabitur. & ſic non diu erit prouiſio beneficij in penden
ti, argum.infra de elect.c. ne Romani. ad fin. Sed hæc ratio
ceſſat in coadiutore: quia propter infirmitatem, ſenectu-
tem, vel dementiam ſedes non vacat. Item poſſet eſſe lon-
gçua talis infirmitas: quia tempus curæ limitato tempore
non poſſet arctari. & ſic longo tempore poſſet durare va-
catio beneficij: vbi poteſtas conferendi non tribuatur di-
ctis caſibus coadiutori. facit infra ne ſe.vacã.c.1. in fin. lib.
6. facit, quod no. Ioan.And.j.de elec.c.ex eo quod. in fine.
1. Reſpon.lib.6.conclude ergo, quòd poterit conferre be-
neficia. & ſimiliter dicit ipſe coadiutor datus epiſcopo po-
terit exercere pontificalia, ſi eſt epiſcopus: aliàs non, vt in
præalleg. Decre. is cui.in fin. Super hoc dicit Ioan. And.vi-
15 diſſe dubitari, † an alius à Papa poſſit epiſcopum deputa-
re coadiutorem alij epiſcopo, vel prælato. & videtur,quòd
ſic, maximè alij epiſcopo. quia illi, qui ſibi decernunt coa-
diutorem, faciunt hoc auctoritate Papæ,vt j.c.1. j. eodem
lib.6. Item quia per hoc non ſoluitur à vinculo prioris ec-
cleſiæ. contrarium tenet ipſe propter prohibitam peregri-
nationem epiſcopo, & abſentiam ab eccleſia ſua ſine Papæ
licentia.j.de vo.c.magnæ. verſicu.ipſum etiam. & quod ibi
per Ioan.An.ſuper ver.aſtrictus. & infert iſta ratio, quòd ſi
renunciaſſet epiſcopatui,dari poſſet.ad quod vide,quod no.
Ioan.And.de renun.c. poſt tranſlationem. ¶ Sextò quæro.
16 † an officium coadiutoris expiret, mortuo illo,cui datur.di
cit Ioan.And.ꝙ ſic.allegat pro caſu de ſupplen. ne. præla.c.
grandi. lib.6.probat hoc deriuatio nominis,ex qua licet ar-
guere.ſ.titu.1.c.cum ſecundum. nam mortuo, vel depoſito
eo,cui datus eſt:non quem coadiuuet.exercebit ergo iuriſdi
ctionẽ Capitulum, vel is, ad quem ſpectat ſede vacante. &
hanc opin.tenet Bar.ff.de tut.l.quæſitum.& c.ſeq.& probat
per rationem.nam quando ſuperuenit adminiſtraror legiti-
mus,ceſſat datiuus.ff.de tu.& cur.l.ſi tutor.§.1. ſed Capitu-
lũ eſt procurator legitimus,ideſt à iure datus. mortuo ergo
epõ,ceſſat adminiſtrator datiuus,& ſuccedit legitimus,ideſt
Capitulũ. pro hoc facit quia ſi vſusfructuarius alteri vſum-
fructũ cedit.i.emolumentum,& exercitium actionũ ꝑ mor-
tẽ vſufructuarij,non illius,expirat vſusfructus, vt l. neceſſa-
rio.§.qđ ſi pendente.ff.de peri.& commo.rei ven.Ius.n.radi
catu in perſonam vnius non euellitur:licèt alteri exercitium
concedatur, vt l.3.ff.pro ſocio. & patet in epiſcopo mortuo
vel tranſlato.quia tunc expirat iuriſdictio vicarij dependen-
tis ab eo.vt c.conſulti.ſ.de offi.dele.per Doct.conclude er-
go,ꝙ ſiue ille,cui datus eſt coadiutor,moriatur, transfera-
tur,vel deponatur,officium coadiutoris expiret.¶Septimò
17 quæro,†an coadiutor datur inuito.dicit, ꝙ ſic,vt ſ.c.proxi.
in fin. vlt. gloſſ. ad hoc præalleg. dec.grandi. ante medium.
de offi.deleg.c.venerabili.Non ob.j.eo.c.vno.§.ſi autem. li.
6.vt ibi no.in tertia glo. vbi etiam reſpondetur ad iura. 7. q.
1.c.1.& c.qualiter.& c.quamuis. facit Inſti. de cura. §. item
18 inuiti.& de tute.l.3.¶Octauò quærit † an debeat habere ali
menta.dicit ꝙ ſic moderata de bonis dignitatis eccleſiæ:vel

officij,cuius prælato,vel miniſtro datus eſt.ſ.eo.c.3.&ĩ.eo.
c.vno. lib.6.in fi.& Decre.grandi.ibi[ſe ſuis]&c. Nonò quæ
19 rit †an plures vni : vel vnus pluribus dari poſsit coadiutor.
dic,ꝙ vni non poſſunt dari,niſi duo,ad plures.vt ĩ.eo.c.vno.
lib.6.& ibi no.in tertia glo. vnus verò nõ poteſt pluribus da
ri: non dico ſucceſsiuè,ſed ſimul.ĩ.de offi.lega.c.præſenti.§.
1.& 2.lib.6. quod etiam videtur,ſi officia ſint talia,quorum
vnum per aſſumptionem alterius in tit. non vacaret. ad hoc
de offi.vica.c.2.fortius cum vacaret:vel ſunt officia talia,quę
ſimul in titu.de iure teneri non poſſent, vt c.nemo deinceps.
de elec.li.6.¶In iſta materia coadiutoris inter conſilia Old.
20 reperi vnum tale.† quæritur ſi epiſcopus ſenio,vel alio impe
dimento perpetuo detentus ex cæcitate coadiutorem ſibi aſ
ſumat de conſilio,& conſenſu Capituli ſui: nunquid tempo-
re præſtationis conſilij,vel conſenſus oporteat de neceſsita-
te iuris epiſcopum eſſe præſentem in Capitulo pro ſe curato,
vel per curatorem?& eſt dicendum, quòd licèt in exhibitio-
ne conſilij videatur præſentia eius neceſſaria: eo quòd vide-
tur præſupponere quandam mutuam deliberationem, quæ
inter abſentes non congruit.ff.de arbi.l.item ſi vnus.§. ſi.ta-
men contrarium videtur verius.argu.ff.de tuto. & cu. da. ab
his.l.diuus.& quando appel.ſit.l.1.§.ſi præſes. ¶Item quæri
21 tur † quis poſt aſſumptionem huiuſmodi habebit admini-
ſtrationem,& exercitium iuriſdi.& aliorum ſpiritualium, &
temporalium ad epiſcopum,& epiſcopatum eius ſpectantiũ
vtrum ipſe epiſcopus cum conſilio coadiutoris : vel coadiu-
tor per ſe nomine epiſcopi.ad hoc videtur dicendum, quòd
aut datur coadiutor alicui ſanæ mentis exiſtenti ( puta pro-
pter certam cauſam:vt timorem dilapidationis.) & tũc exer
citium illius cauſæ,propter quam datus eſt coadiutor, non
erit ſine conſilio,& aſſenſu coadiutoris,vt dicto c.venerabi-
li.de offic.deleg.Si autem propter mentis alienationem,& ni
miam ſenectutem, vel infirmitatem detur coadiutor,vt ff.de
tutel.l.ſolet.tunc coadiutor videtur habere in ſpiritualibus,
& temporalibus generalem,& liberam poteſtatem.7.quæſt.
1.c.1.& ibi not.& c.quamuis triſte.& c.petijſti.& c.quia fra-
ter.& de ſupplen.neg.præla.grãdi.& quod faciet, non faciet
nomine epiſcopi,vel conſtituentium eum:ſed nomine eccle-
ſiæ,vt not.Innoc.de procura.c.conſulti. ad fi. vltimæ gloſſ. &
ex quò habet generalem,& liberam poteſtatem, poteſt illa,
22 de quibus habetur de elec.c.is cui.li.6. ¶ Itẽ quæritur,†nun
quid in collatione beneficiorum requiratur cõſenſus coadiu
toris,vel conſilium.& quis faciet commiſsionem,& quis ſcri
bet, & dabit literas, & ſub quo ſigillo, & cuius nomine. ad
hæc omnia hic quæſita patet reſponſio per ſuperius dicta,
excepta collatione beneficiorum, quæ non videtur ad talem
coadiutorem pertinere,ar.de ſuppl.neg.præla.c.eccle.§.fi.&
not.in d.c.paſtoralis.li.6.per Archi.Sed hoc non videtur poſ
ſe ſtare,quia ſi hahet generalem,& liberam:& hoc poſſet, vt
in d.c.is cui. præterea ſi ponamus epiſcopo continuum men
tis exilium patienti datum coadiutorem, ſi coadiutori pro-
uidere non poſsit,diutius vacabũt eccleſiæ.quia neſcitur, qñ
reſipiſcat; vel moriatur. C.de vſufru. l. ambiguitatis. & hoc
caſu hoc ſibi licere videtur,ar.ff.de admi.tu.l.inter bonorũ.Si
verò ceſſet talis ſenectus in cauſa dandi coadiutorem, quæ
mentis exilium non induceret:ſed ad exteriora,quæ ſolius fa
cti ſunt,cum redderet impotentem.quia ſępe accidit,ꝙ ſene
ctus,& infirmitas virtutem corporis augmentat.de renun.c.
literas.& c.niſi cum pridem.& ff.de app.l.poſtliminium.§.fi.
tunc collatio non videtur pertinere ad coadiutorẽ: ſicut nec
nuptiæ ad curatorem adultæ. C. de nupt.l. in copulandis. &
ſic poſſunt opi.Doc. ad concordiam reduci,de quibus in di-
cto.c.paſtoralis.ĩ.eo.lib.6.vel inquantum prohibet aliena-
tionem, intelligitur de voluntaria alienatione : collatio autẽ
beneficiorum eſt neceſſaria:inter hoc autem multum refert.
ff.fa.erciſ.l.alienationes.¶Itẽ quæritur,nunquid aliqua po-
teſt epiſcopus per ſe,& ex ſe poſt huius aſſumptionem: & ſi
ſic quæ,& quæ non: ad hoc ex ſuperioribus patet reſponſio.
¶Item quæritur,nunquid ſufficiat conſenſus maioris, & ſa-
nioris partis Capituli totius in aſſumptione coadiutoris hu-
iuſmodi, nullo conſilio vel tractatu ſuper hoc præcedente,
præſertim cum cauſa dicat, ꝙ de conſilio,& conſenſu Capi-
tuli aſſumi debeat.& videtur dicendum, ꝙ ſufficiat conſen-
ſus Capituli,quia in conſenſu Capituli eſt conſiliũ, licèt non
præcedat indiſtincto tempore. & hoc iudicat ſecundum
Reſpon. c. paſtoralis. vbi eſſet maior ratio conſilij: quia
dationi epiſcopus non conſentit. & tamen de conſilio nulla
mentio fit : ſed de ſolo conſenſu. præterea ſi tractatum vo-
luiſſet præcedere, hoc dixiſſet canonis conditor. ſicut di-
xit de his,quæ fi.à pręla.ſine conſen.ca.c.tua.& de re.ec.non
alie.c.dudum.Sed illa duo in c.paſtoral.coniunxit. quia non
ſufficit primum ſine ſecundo.ſecundum autẽ includit primũ,
vt conſueuit dici in conſimili de acqui.hęre.l.quemadmodũ.
hæc ſunt verba Old.conſilio 42. quæ pro declaratione ple-
niori ad dicta ſuperius applicaui.

ADDITIO.

a ¶ Dari coadiutor. A quo ſit dandus prælato coadiutor : ad quid ſe extendat eius auctoritas.& quo tempore expiret eius officium : & an talis poſsit conferre beneficia. vide latè Ioan. de Tur. crema. in c. ſcripſit. 7. q. 1.

# De Inſtitutionibus.

VIſo de collationibus præbendarum. viden-
dum eſt de inſtitutionibus pſonarũ. Gof.
vel aliter,ſecundùm Hoſti. quia parum eſ-
ſet conferre, niſi collationem inſtitutio ſe-
queretur, vt dicit tex.in ſimili.ſ.de re iudi.
Ideò poſt rub.de præbẽdarum collationi-
bus,videre ſequitur de ipſarum inſtitutionibus. habetur de
materia in Decre.16.q.7.c.omnes. & c. ſe.repetitur in 6.&
multa iura hic allegata per Io.An.faciunt,& cõueniunt huic
rub.& notandum ſecundùm Hoſti.ꝙ à quocunque fiat bene
ficij collatio, præſentandus eſt is epiſcopo, vel eius officiali
per eos approbandus,prius quàm adminiſtret.vt ĩ.c.3.& c.
cum veniſſent.vnde quod in alijs beneficijs dicitur confirma
tio,in præbendis, & minoribus beneficijs dici poteſt inſtitu
a tio [a] facta per epiſcopum:quæ interdum vocatur inueſtitu-
ra.& fit plerunque per annulum. de his,quæ fi.à ma. par.ca.
c.ex ore.ſequi debet alia inueſtitura, vel corporalis inſtalla-
tio,quæ de iure communi pertinet ad archidi. de offi. archi.
c. ad hoc.& c.vt noſtrum.& dicit Hoſti. ꝙ multi in hoc delin
quunt,qui ex quo collatum eſt eis beneficium non plus epi-
ſcopo:quàm vni porco loquuntur. contra id de cle.pere.c.fi.
& dicto c.cum ſatis.remittit ad notata.ĩ.eo.c.3.& de priuile.
c. 1.§.fina.lib.6.& facit ad prædicta quod no. Dy. in c. 1.de
reg.iur.lib.6.

ADDITIO.

a ¶ Inſtitutio. vide Cardi.in cle.1.in 6.quæſtio.de ſupplen.negli.præla.& c cum in illis de præben.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Plures non debent recipi in eccleſia,quàm ſufficiant facultates.*
2 *Expenſæ ſunt ſecundum quod ſuppetunt facultates metiendæ.*
3 *Numerus clericorum an debeat augeri in eccleſia propter augmentum facultatum.*

1 NOn amplius. No.primò,†quòd
non plures debent
recipi,quam ſufficiant facultates.& conſideran-
dum eſt,vt potius aliquid ſuperſit,quam deficiat,vt l.ius ali-
2 mentorum.vbi pu.edu.de.¶Secundò collige, † quòd expen
ſæ ſunt ſecũdùm facultates ſuppetũt metiendæ.non enim ex
numero



numero perſonarum debemus quærere poſſeſsiones. hoc
enim ad auaritiam,impietatemq; deducit, ſed ex poſſeſsio-
nibus,quæ ſunt expenſas quoque metiri. in Auten. vt deter-
mi. ſit numerus cle.vltra medium. vtrũ autem receptio vltra
quàm ſuppetant facultates,ſit nulla:& in monáſterio monia
lium non mendicantium receptio vltra facta non tenet.ĩ.de
ſtatu regu.c.vno lib.6.In alijs dic,vt dixi poſt Doct.ſ.c.2. di
lectus.1.¶Quærit glo. †an propter augmentum facultatum
augebitur numerus clericorum in eccleſia.dic,quòd ſic.non
tamen propter quodlibet minimum augmentum,vt dicit gl.
& vide quod no.Vin.ſ.de conſti.c.pen.vbi dicit,ꝙ ſi neceſſe
eſt numerum diminui,habenda eſt conſideratio maioris or-
dinis.de ma.& obe.c.ſtatuimus. & ſi neceſſe eſſet aliquos ex
pelli:remanebunt debiliores.arg.18.q.2.c.in nullo.quod be
ne facit: de rebus tamen communibus habebit quilibet par-
tem ſuam,vt ibi.& ff.de colleg.illi.l.1. & vide per legiſtas.C.
de ſacroſanc.eccle.l.non plures.

*S V M M AE.*

1 *Clerici eccleſiæ poſſunt ſtatuere certum numerum canonicorum.*
2 *Laici non debent intitulari in eccleſiis.& num.5.*
3 *Canonici poſſunt eſſe etiam in minoribus.*
4 *Canonici debent congruè deſeruire.*
6 *Canonicus nullus debet fieri, niſi habeat primam tonſuram,vel minorem ordinem.*
7 *Canonicorum electio, & inſtitutio in eccleſia collegiata ad quem ſpectet.*
8 *Monachus plùs tenetur abbati, quàm epiſcopo.*

IN eccleſia. Laici in eccleſijs inſtitui non
poſſunt: & primò deciſè nar-
rat factum. ſecundò prouidet. ibi [cum laici.] ¶ Not.
1 primò.† ꝙ clerici eccleſiæ poſſunt ſtatuere certum numerũ
canonicorum.& vtrùm iſta creatio, ſiue inſtitutio fuerit fa-
cta per Capitulum;an per epiſcopum,& Capitulum: non pa
tet ex ſupraſcriptione,vel aliter.ſed loquitur in plurali[inſti
2 tuere curauiſtis]&c. dicam ĩ. ¶Secundò not. † ꝙ laici non
debent intitulari in eccleſijs.& aduertendum, quia quidam
ſunt laici profeſsi: quidam ſimpliciter laici.an de vtriſque in
telligatur, ꝙ non poſsint intitulari in eccleſis.ĩ.dicã.¶Ter-
tiò not.ꝙ dicit [per ordines eccleſiaſticos]non dicit ſacros.
3 † ꝙ ſic canonici poterunt eſſe etiam in minoribus. ¶Quar-
4 tò no.& collige per id,ꝙ dicit[congruè ſeruiatur]&c.† ꝙ ca
nonici debent congruè deſeruire,non ergo certo tempore tã
tũ anni,vel non horis congruis. vt ſibi blandiantur canonici
contrarium facientes. non enim reciperent mercenarium in
meridie venientem ad laborandum, qui vellet pro die inte-
gro ſibi ſolui ſalarium : ſimiliter nec ipſi Deo præbeant fa-
5 mulatum,ſecundũ Hoſtien.¶Primò quæro † de quibus lai-
cis loquitur iſte tex. ꝙ non debeant in eccleſijs intitulari.di-
cit glo.ꝙ loquitur de laicis profeſsis, & habitu. ſecus de lai-
cis conuerſis.in talibus enim bene cadit tale ius, cùm deſti-
natione animi iam perſona eccleſiaſtica cenſeatur, arg. ad
hoc.ff.de teſt. mi.l.ex eo tpe.vbi habetur pro cincto, qui de
proximo eſt cingendus.ad idem l.ſi domus.ff.de leg. 1. Vin.
Inno.& Hoſt. contra,ſi intelligas dictam gloſſ.de iure cano-
6 nic. nam ſm̃ Vin. † nullus debet fieri canonicus : niſi habeat
primam tonſuram,vel minorem ordinem: ita ꝙ ſit clericus.
& per hoc infert contra Lau.qui dixit,ꝙ ſcholaris poterit ꝓ
præbenda literas impetrare,licèt nullos habeat ordines. qđ
non credit Vin. arg. ſ. de tranſact. c. ex literis. & de æta. &
qua.præterea Bonag. tenet dictum Lau. & ꝙ teneat electio
facta de tali:dummodo ſit literatus.addit Io.An. no. per eũ.
ſ.de reſcrip.c. cum adeo. & quod no. Spe. in tit. de actio. &
peti.§.ſuper actionibus. ver. ſed nunquid ſcholaris. & ſm̃ eũ
per iſtud verbum [diuinis officijs.] &c. ſatis patet,ꝙ laicus,
etiam profeſſus,carens ordinibus per officia ordinum deſer
uire non põt,vt hìc.& 81.diſt.c.eos.& 91.di.per totum. non
põt fieri canonicus: licèt ꝑbendarius fieri poſsit. nam ius
præbendæ conſiſtit in fructuum perceptione: quod cadit in
laicum,etiam coniugatum.de cle.coniuga.c.Ioan.Sed ius ca
noniæ conſiſtit in ſpirituali fraternitate : & requirit perſonã
literatam propter maturitatem conſilij, quod tenetur in Ca
pitulo exhibere, vt c.nouit.&.c.quanto.de his, quæ fi. à præ-
la.ad quod ſe immiſcere laici ẽt religioſi non debent.de re-
bus eccle.non ali.c.fi.de iudi.c.decernimus. & hoc tenet.In-
no.per laicos ẽt profeſſos numerum non impleri. fatetur tñ
laicos conuerſos eſſe religioſas perſonas. 12.q.1. c. duo.& q
tales verberant,ſunt excommunicati.de ſenten.excom.c. nõ
dubium. Ius aũt monachi bene cadit in laicum profeſſum.
poterit ergo,& debebit intereſſe electionibus:& cęteris alijs
cõibus tractatibus monaſterij. 16.q.1.c.generaliter.93.diſt.
c.à ſubdiacono.& eſt idem de hoſpitalarijs.ſ.de arb. c. cum
olim.dicit tñ Inno.ꝙ ſi eſſet de conſuetudiue eccleſiæ, ꝙ con
uerſi ẽt laici vocarentur ad electionem, & eligerent tales cũ
clericis, non vitiaretur per hoc electio. Non ob. de elec. c.
Maſſana. quæ loquitur de puris laicis non profeſsis. de hoc
not.de elec.c.ex eo quod.lib.6.clerici verò,qui præbendan-
tur in eccleſijs,vel monaſterijs ( ſi non habent ibi canonica-
tum ) ad electionem,vel facta Capituli vocari non debent:
ſed alias debent deuotè ſeruire.ĩ.de ſtatu mona.c.fin. §. ſed
7 plenè.ſecundùm Inn. ¶ Secundò quæro. † ad quem perti-
net electio, & inſtitutio canonicorum in eccleſia collegiata.
Reſp.aut loqueris in cathedrali: & ſpectat ad epiſcopum.
aut in eccleſia collegiata inferiori:& ſpectati ad Capitulum,
ẽt ſine cõſenſu epiſcopi : licèt reformatio ad eum pertineat:
ſed ſi minùs bene fuerit æſtimatum:dummodo collegiati nõ
ſint exempti.ĩ.de ſta.mona.c.penul.& vlti. ſecundùm Hoſti.
quod ſatis placet Io.And.qui dicit,ꝙ dicta moderatio Hoſt.
ſoluit contraria de.c.cum conſuetudo. de conſuetu. & C. de
epiſc. & cle.l. in eccleſijs. vbi dicitur [ iudicio epi numerum
clericorum ordinandorum in eccleſijs cuiuſque vicarij. ] fa-
cit quod not. Ioan. And. ſ.de conſti. c. cum oẽs. ſuper ver.
[canonici.]iſta ſunt dicta ſua hìc.Sed aduertendum,ꝙ iſtam
quæſt. latius proſequitur dñs Fede.de Senis conſ.33. & pri-
mò arguit,ꝙ receptio canonicorum, & collatio præbenda-
rum in ſeculari eccleſia collegiata, non cathedrali pertineat
ad epiſcum ſolum:vel ſaltem cum conſilio Capituli. & pri-
mò per c.qm̃.de vi. & hone. cle. ibi [eccleſiarũ noſtrarum.]
quod intelligitur de omnibus eccleſijs diœceſis. de vſu pal.
c.1.ad idem 16.quæſt.1.c.nullus.ibi [ alijs eccleſijs.] ad hoc
optimè.eo.c.literas. & meliùs dicta l. in eccleſijs. per quam.
l.Archi.tenet iſtam partem. 22. quæſt. 1. §. vlti. ad idem de
his,quæ fi.à præ.c.nouit. ibi [ alias perſonas eccleſiaſticas. ]
¶ Secundò arguit,ꝙ ad prælatum,Capitulum illius eccleſiæ
collegiatæ per c.vlt.de reg.lib. 6. de renun. c. ex tranſmiſſa.
de ſimo.c.ex inſinuatione.& in maioribus eccleſijs hoc ac-
cidit.de elec.c.cũ eccleſia.ergo,& in minoribus. de pręben.
c.maioribus.de his, quæ fiunt à præla. c. 2. & hanc partem
tenet Hoſtien.hìc:licèt reformatio pertineat ad epiſcopum,
ſm̃ eum. ¶ Tertiò arguit,ꝙ ad prælatum, & Capitulum il-
lius eccleſiæ pertineat electio,ſeu præſentatio: & ad epm cõ
firmatio, vel inſtitutio. ſicut enim laicus conſtruens eccle-
ſiam habebitur pro patrono:& competit ſibi ius pręſentan-
di, & alia iura patronatus.ĩ.de iure patro.c. nobis. ita cùm
in eccleſia conſtruitur capella, vel nouum beneficium : illa
eccleſia,de cuius bonis conſtruitur,habebitur pro patrono,
& pñtabit,& eps inſtituet. ad hoc de priuile.c.cum & plan-
tare.17.q.2.c.2.& de eccle.ædifi.c.3. ¶ Quid enim refert,
an de bonis eccleſię fiant capellę: an noua beneficia in eadẽ
plebe ordinẽtur?& certè nihil ad hoc, de offi. vica.c.ad hoc.
vbi dicit Hoſti.ꝙ rector perpetuum titulum, vel portionem
ſine auctoritate epiſcopi inſtituere non poteſt.alleg.de pręben.c.niſi.& c.extirpandæ.ad fi.& quia ad epiſcopum per-
tinet

tinet inſtitutio.vt patet ex not.in eo.titu. c. cum ſatis. de off.
archi.hoc etiam innuit Hoſtiẽ.de ſta.mo.c.vl. in fi.ſuper ver.
[ad præbendas.]vbi dicit,ꝙ tales beneficiati præſentabũtur
per monachos,& epiſcopus inſtituet,& deſtituet. facit de ca
pel.mona.c.1.ad idem,quod no. Archi. poſt Hug. 10.q.1.c.
regenda.vbi dicit,ꝙ epiſcopus ſine conſenſu archipresbyte-
ri nõ põt aliquem inſtituere in eccleſia ſua. debet enim eum
repreſentare epiſcopo ad inſtituendum,& ad præſentationẽ
eius epiſcopus inſtituet.ad hoc de iure pat.c.pen. facit quod
not.Inno.& Compoſt.de conſti.c.cum omnes.& c.cum ac-
ceſsiſſent.& Archi.poſt eos.de verb.ſigni.c.2.lib. 6. & 12.q.
2.c.abbatibus.& c.placuit.& 17.q.4.c. in venditionibus . ex
quibus iuribus probatur, ꝙ prælatus inferior ab epiſcopo
nil arduum facere poteſt.argum. ad præmiſſa de his, quæ fi.
à præla.c.ea noſcitur.& iſtam opi. credit meliorem. & reſpõ
det ad cõtraria.& primò ad c.quoniam, vt ait.loquitur enim
in eccleſijs cathedralibus, ſecundùm Inno.& Hoſt.& ſimili-
ter c.nullus.16.q. 7. nam propter maiorem coniunctionem
maioris tit.habet epiſcopus poteſtatem.c.requiſiſti. de teſta
mentis.alia iura non loquuntur diſpoſitiuè, ſed narratiuè.
quæ verba non ponunt ius.de priuile.c.ſi Papa.lib. 6. vel lo-
quuntur de conſuetudine,quæ in talibus valet,vt d.c. ea no-
ſcitur. & c.cum eccleſia Vulterana . vel loquuntur,vbi nõ eſt
patronus laicus,vel eccleſiaſticus: at in caſu noſtro iſtæ præ-
bendæ ſunt inſtitutæ, vel creatæ de bonis ipſius plebis . ergo
ipſa plebs erit patrona,vt in c.ad audientiam.& c.ad hoc. de
offi. vica. Vel dicas, ꝙ quando aliqua eccleſia de nouo con-
ſtruitur,quæ debeat eſſe collegiata, vel quando eccleſia iam
conſtructa de nouo erigitur in collegiatam : tunc ad epiſco-
pum pertinet taxare numerum clericorum.& ſic poteſt intel
ligi l.in eccleſijs. quando enim eccleſia à primo ædificatur,
non eſt qui ibi eligat,vel præſentet clericos . & ſic epiſcopus
ordinauit eccleſiam de competenti numero clericorum. ſed
cùm eccleſia fuerit ordinata,& reformata de prælato, & cle
ricis,ad ipſos pertinebit electio ſui prælati. & poſtea ad præ
latum, & canonicos pertinebit electio canonicorum, & vtro
bique ad epiſcopum pertinebit inſtitutio.hinc eſt, ꝙ mona-
chis omnibus mortuis, vel eligendi poteſtate priuatis,pote-
ſtas eligendi redibit ad ſuam originalem naturam , ideſt ad
epiſcopum . quia epiſcopus creabit ibi abbatem,vt dicit Cõ
poſt.de elec.c.ne pro defectu.& legitur,& notatur.e.c.quam
quàm.lib.6.aliàs non ad ipſum,ſed conuentum pertinet ele
ctio. 16.q.vlt.c.congregatio.& de elec.c.1. Item non obſt.iu
ra,quæ fauẽt prælato,& Capitulo. vt ad epiſcopos pertineat
creatio.nam c.vlt.de regu.non loquitur diſpoſitiuè,ſed nar-
ratiuè.Item loquitur in receptione monachorum : monachi
verò facere debent profeſsionem ſuo abbati , non epiſcopo.
6 de regn.c.porrectum. & c.ad apoſtolicam.† hinc eſt, ꝙ plus
a tenetur monachus [a] abbati , quam epiſcopo, vt not.11.q.3.
c.qui reſtit.c.ex tranſmiſſa.& c.ex inſinuatione. non loquun
tur diſpoſitiuè.Non ob.c.maioribus . Nam non ſequitur epi
ſcopus cum Capitulo ſuo poteſt hoc facere . ergo & pleba-
nus cum ſuo: nam epiſcopus cum ſuo Capitulo ſine auctori
tate ſuperioris poſſet alienare.12.q.2.c.fratri. & no.ea.q. in
ſumma. & q.1.c.videntes.quod non poſſunt plebani, vel alij
prælati,vt dictis.cc.abbatibus.placuit.in venditionibus. præ
alle.c.2.de his,quæ fi.à præla.non ob.tum quia non loquitur
in caſu noſtro:tum quia loquitur de quadam alienatione tẽ-
porali, nec ibi excluditur auctoritas epiſcopi : de qua,an in-
teruenire debeat,dubitatur, per ea,quæ no.16.q.1.c.poſſeſ-
ſionem.& de re.eccle.in glo.innuit.in cle.

ADDITIO.

a ¶ Monachus. Monachus ſi vocatur à Papa : & abbas contradicit , cui magis debeat obedire?an Papæ , an verò abbati ? Vide Io. de Turre cre. in c.per principalem.9.q.3.

*S V M M AE.*

1 *Inſtit"tio beneficiorum ſpectat ad epiſcopos, vel officiales.*
2 *Conſuetudo, per quam eccleſiæ ſine inſtitutione poſſidentur, non valet.*
3 *Patroni tam clerici, quàm laici licèt poſsint præſentare : non tamen inſtituere : nec beneficia conferre ſine conſenſu epiſcoporum.*
4 *Clerici in eccleſia collegiata licèt poſsint eligere : non tamen inſtituere: nec beneficia conferre, inconſultis epiſcopis.*
5 *Officialis epiſcopi poteſt inſtituere : licèt non poſsit conferre beneficia .*
6 *Archiepiſcopus poteſt excommunicare ſubditos ſuffraganeorum minus canonicè beneficia detinentes .*

1 EX frequentib. †Inſtitutio beneficio
rũ ſpectat ad epiſco-
pos,vel officiales.dicit Hoſ.facti abuſio,& abuſionis
refrenatio,& refrenationis cõfirmatio. ſecũda ibi [vnde cũ]
2 tertia ibi[nos itaq;.]¶No. primò, † ꝙ non valet conſuetu-
do,per quam eccleſiæ ſine inſtitutione epiſcopi poſsidentur.
detrahit enim obedientiæ : & ideò eſt verius corruptela . de
3 conſuetu.c.cum inter nos.nam † licèt patroni tam laici, quã
clerici poſsint præſentare: non tamẽ inſtituere,vel deſtitue-
4 re,epiſcopis inconſultis,vt s̃.de præben.c.in Lateran. † Item
licèt clerici in eccleſia collegiata poſsint eligere : non tamen
inſtituere:nec beneficia conferre, ſine conſenſu epiſcoporũ :
nec prodeſt conſuetudo contraria. de hoc no.de conceſ.præ
ben.c.propoſuit.ſecundùm Inn.nam hoc placet Hoſtien. &
remittit ad no.s̃. in rub.& facit pro opi.Fede.& not.s̃.c.pro
xi.dicit tamẽ hic Phi.per c.iura.de iure pa. quòd ſufficiebat
inſtitutio ſubſequens,& conſequens conſenſus epiſcopi,etiã
tacitus: qui præſumitur ratione temporis . pro hoc adduco.
l.qui in aliena.ff.de acqui.hære.& C. de peti. hęre.l. ſi filius.
facit etiam, quod not.Inno.in c.innotuit.de eo qui fur. ordi.
5 ſuſcep. ¶ Secundò no. † ꝙ officialis epiſcopi poteſt inſtitue
re : licèt non poſsit beneficia conferre.ĩ.de offic.vica.c.fina.
lib.6.& circa hoc vide,quod no.de offi.ordi.c. rationi.§.offi
cialis.lib.6.Goff.tamẽ per hanc Decre.dicit hic vicarios poſ
ſe beneficia conferre.ad quod facit Decre. dilecto.s̃. de præ
ben.Sed contrariũ eſt verum.vt dicto c. 2. de offi.vica.lib.6.
¶Tertiò no. ꝙ ad archiepiſcopi officium ſpectat prauã con
ſuetudinem de ſua prouincia extirpare.& hoc vel iure lega-
tionis. vt dicit glo.vel iure metropolitico , ſi hoc ſtatuit in ſy
6 nodo.de accuſ.c.ſicut.de præben.c.graue. ¶ Quartò no.† ꝙ
archiepiſcopus excommunicat ſubditos ſuffraganeorum mi
nùs canonicè beneficia detinentes . cenſetur enim malæfi-
dei.& ideò tenetur ipſam dimittere, & cauſam,& omnes fru
ctus perceptos , & percipiendos . de pra ben.c. dilecto. in fi.
coniuncto.c.grauis.de reſti.ſpolia.non ergo pręſcribere poſ
ſunt, quanto tempore tenuerunt : licèt Ro. hic contra , per
Decre.circa.de iure patro. Sed reſponde , vt ibi no. ¶ Nota
quintò,quod Papa mandat iſtos non abſolui à ſententia ex-
communicationis: niſi ſatisfecerint.& aduerte,quia in ſupra
ſcriptis patet,ꝙ dirigitur archiepiſcopo, & ſuffraganeis . ex
quo argua,ꝙ à ſententia excommunicationis archiepiſcopi
poſſunt ſuffraganei abſoluere.quod eſt verum à ſententia ca
nonis archiepiſcopalis : à ſententia verò hominis (ideſt ip-
ſius archiepiſcopi) non poſſet abſoluere.argu.de offi.ordi.c.
cum ab eccleſiarum prælatis.facit quod no.de præben.c.gra
ue.in fi.& in Specu.de leg.§.nunc dicamus. verſic. quod autẽ
quæritur.¶Sextò nota,ꝙ ſententiam archiepiſcopi Papa cõ
firmat auctoritate apoſtolica : & operatur iſta confirmatio,
ſecundùm glo.fi.ꝙ nullus poſſet abſoluere:niſi Papa ſic man
daſſet.vt in tex. Goff. hic contra. & in ſumma de confir. vti.
vel inuti.in fi.per hanc Decre.& idem Vin.eo. tit. c.3.& s̃.e.
tit.c. 2.& Bart.Brix.in c.venera.quęſt.56.de hoc in Spec. de
ſen.§.vt autem.verſi.quid ſi Papa.& horum opi. vera eſt , qũ
ſententia Papæ emanat per viam conſtitutionis:vt ſic conſti-
tutio confirmata per Papam non ſit maioris auctoritatis,
quàm Papalis conſtitutio : à cuius excomunicatione abſol-
uere



uere poſſunt ordinarij. vt c. nuper. de ſenten. excommũ.di-
ctum verò huius glo.fi.locum habet in ſententia hominis cõ
firmata per Papam.& adde, quod de tali confirmatione no.
s̃.e.c.dilecto. & optimè facit.l.omnium.C. de teſta. & quod
no.Bar.in l.actor.rem ra.ha. ¶Oppo. ꝙ iſta ſententia lata p
archiepiſcopum in ſubditos ſuffraganeorum ſit nulla. cùm
in eos non habeat iuriſdictionem.s̃.de offi. ordi. paſtoralis.
ſo.ideo hic tenuit: quia notoria erunt delicta.ĩ.de cenſi.cap.
Romano.§.notoria.lib.6.& erant epiſcopi negligentes.& re
gulariter per negligentiam epiſcopi poteſtas ad archiepiſco
pum transfertur.9.q.3.c.cum ſcimus.& præcipuè in his,quæ
tangunt ſtatum prouinciæ ſecundùm Inno. ¶Secundò opp.
hic protulit ſententiam contra eos: qui de cętero, &c. & ſic
pro futura culpa.Sed contra ĩ.de ſen.excom.Romana.§.ca-
ueant.lib.6.ſol.hic culpa præceſsit.quod dic , vt dicto §. ca-
ueant .

*S V M M AE.*

1 *Clerici vltra facultates eccleſiæ aliquem recipere non tenentur.*
2 *Multa inflicta vltra facultates non poteſt exigi ab inuito.*
3 *Inſtitutio quid dicatur.*
4 *Inueſtitura quid dicatur.*
5 *Poſſeſsionem nemo conſequitur per inueſtituram, niſi poſtea corporaliter inſtituatur.*

1 AVctoritate. Not† primò, ꝙ cleri
ci,vltra facultates ec
cleſiæ aliquem recipere non tenentur: à contra 3
rio ergo ſenſu, ſi volunt recipere , poſſunt:non tamen effre-
natam multitudinem.quod dic,vt s̃.eod.c.dilectus.1.titulus
ergo in eccleſia ſpiritualis debet eſſe cum temporalitate cõ-
iunctus,vel inane nomen clerici conferret inſtitutio.& ſic ſi-
ne temporali coniugio ſpiritualis titulus non duraret diu.1.
q.3.c.ſi quis obiecerit. efficax eſt igitur exceptio:contra im-
petrantem in aliqua eccleſia non ſufficiunt facultates:intan-
tũ,ꝙ etiam ad titulum canonicatus,vbi facultates deſint,re-
cipere non tenentur,vt hic.ad hoc.c.dilectus.s̃.titu.2. vbi di
2 xi. † Et collige arg.ꝙ mulcta inflicta vltra facultates nõ poſ
ſit exigi ab inuito.quod verũ eſt,vt l.illicitas.§.penul.de offi.
præ.nec cauebit de ſoluendo ſi ad pinguiorem fortunam pet
uenerit.& hoc ſpeciale in mulcta, vt vltra facultates indicta
ad poſsibile redigatur . pœna verò legalis, ſi exigi non põt ,
commutatur in corporalem.ff.de iuriſ.omniũ iud.l.ſi quis.&
de ſeruis fugiti. l.quicunque.& hac exacta,pœna pecuniaria
in iſtam commutata extinguitur,vt not.ĩ.de homi.c. ſicut di
gnum.§.eos inſuper.& l.nullum.C.de teſti.per Cy.¶Quærit
gloſſ. quid eſt inſtituere . & quid eſt inueſtire.& dic,vt in ea.
quæ videtur velle iſta tria ponere,vt diuerſa.inſtituere:inue-
ſtire,& in corporalem poſſeſsionem mittere. & non bene de
3 clarat.ſed plenius Dyn.de reg.iur.lib.6.vbi dicit,†ꝙ inſtitu-
tio eſt iure alicuius beneficij verbalis collatio.Ioan. And.hic
4 dicit, † ꝙ inueſtitura eſt quædam declaratio voluntatis , &
quod de prouentibus alicui &c. remittit ad not. per eum.s̃.
de conſuetu. c.2.Dy.autem ibi dicit, ꝙ inueſtitura eſt inſti-
tutionis,vel collationis confirmatio , & miſsio in poſſeſsio-
nem,& collationis,& inueſtituræ executio. Aliqui tamen di-
cunt,ꝙ inueſtitura facta per eum,qui poteſt,& de illo,qui ca
nonicè eſt electus,habet vim confirmationis.54.diſt.c.in ſy-
5 nodo.& conclude,† ꝙ per inueſtituram non conſequitur ꝗs
a poſſeſsionem,[a] ſecundùm glo.ad hoc ĩ.de donatio.per tuas.
& 16.q.7.c.ſi quis deinceps.vbi de hoc.& de præb.c.pro il-
lorum.& de his,quæ fiunt à maio.par.Cap.c.ex ore.

ADDITIO.

a ¶ Poſſeſsionem. Adde Franc.de Are.conſi.17.Roma. conſil.452.Oldr. conſi.167.

*S V M M AE.*

1 *Clerici alienigenæ poſſunt intitulari in eccleſijs illius diœceſis, ad quã ſe conferunt .*
2 *Succeſsio dicitur hæreditaria non ſolùm reſpectu ſanguinis , ſed nationis eiuſdem gentis.*
3 *Inſtitutio clericorum in omnibus eccleſijs ſpectat ad ſuperiorem .*

AD decorem. Cũ in eccleſijs ex-
traneos oportet in
ſtitui, non debent inſtitui clerici certæ originis
tantùm: ſed vndecunq; ſint:dum tamen idonei.& primò po
nit exceſſum patriarchæ.quem aggrauat: ſecundò illud cor-
rigi mandat: non parenti comminatur,& referri iubet:ſecũ-
1 da ibi[quocirca.]¶No.primò , † ꝙ clerici alienigenæ poſ-
ſunt intitulari in eccleſijs illius diœceſis , ad quam ſe confe-
runt,vt s̃.de peregri.per totum.¶Secundò no.ꝙ de vna na-
tione tantũ non ſunt clerici eligendi: ſed de illa, & de illa : &
eſt mala præſumptio contra contrarium facientes. & quodã
modo hæreditariæ ſucceſsionis prohibiti in eccleſia. 8. q. 1.
2 c.apoſtolica. Et collige ex hoc, † ꝙ dicitur hæreditaria ſuc-
ceſsio non ſolùm reſpectu ſanguinis : ſed nationis eiuſdem
gentis . quod eſt not.dignitates enim non debent procedere
per ſucceſsionem ſanguinis, vt s̃. de elec.c. venerabilem. ad
fi.ſimiliter nec reſpectu certæ nationis,vt hìc. quod eſt notã
dum , & contra multos , qui culmina dignitatum per natio-
nes vſurpare conantur: & contra tales malè præſumitur , vt
3 hic patet.¶Tertiò hic colligitur,†quòd inſtitutio clericorũ
in omnibus eccleſijs ſpectet ad ſuperiorem . ergo non ad cle
ricos eccleſiarum collegiatarum ſpectat ſuorum canonico-
rũ inſtitutio,& collatio præbendarum.quod dic, vt dixi ple-
nè.s̃.c.2.¶Quartò no.quòd non tenetur quis illi reuerentiã
exhibere,à quo nõ ſperat gratiam promereri. ¶Quintò no
ta remotam coniecturam , ex qua quis conuincitur : ſi enim
poſt monitionem certæ nationis clericos ordinare non deſi-
nit : hoc eis præſumitur permiſiſſe.& hoc ipſo de præſumpta
permiſsione conuincitur.

*S V M M AE.*

1 *Cuſtodia eccleſiarum vacantium de iure communi ſpectat ad epiſcopum .*
2 *Actor poteſt in ſua poteſtate deducere exceptionem aduerſario competentem, vt ipſam elidat replicatione.*
3 *Archiepiſcopus de conſenſu Capituli poteſt aliqua iura ſuæ dignitatis alteri dignitati donare.*
4 *Dignitas dicitur poſſidere iura, & libertates, quæ ſibi competunt.*
5 *Verba [ facias quod tibi placet] quid importent.*
6 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio eſt interlocutoria.*
7 *Sententia ſuper poſſeſſorio non eſt perpetua: ſed durat eius effectus, donec proprietatis quæſtio dirimatur.*
8 *Archidiaconus abiurando iura ſuæ dignitatis pręiudicat ſibi: ſed non ſuæ dignitati .*
9 *Admittitur quis ad reprobandum , quod probatum ſibi non prodeſt .*
10 *Epiſcopus , & Capitulum ſi conſentiant in diminuendo iura alicuius dignitatis in eccleſia ipſa durante : non debet hoc ſuperior ſuſtinere .*
11 *Iudex, qui de cauſa cognoſcit , ſi reperit in proceſſu cauſæ eccleſiam eſſe læſam : poteſt ſibi iudicis officio ſubuenire.*
12 *Litis euentus eſt incertus, ſicut belli euentus .*
13 *Agenti interdicto vti poſsidetis non poteſt opponi , quòd rem illam abiurauerit, pro qua agit.*
14 *Donec, dictio videtur idem factum continuare.*
15 *Collatio, inſtitutio, & inueſtitura qualiter differant.*
16 *Confeſsio in dubio an præſumatur realis , vel perſonalis.*
17 *Imperator ſi concedat iuriſdictionem in quodam caſtro cuidam comiti : cui ſit facta conceſsio, comiti, an territorib .*

Rector

18 *Rector eccleſiæ ſi malè alienauit iura ipſius: poteſt ipſemet venire contra alienationem, etiam iuramento non obſtante.*
19 *Actio in factum an oriatur ex ſententia interlocutoria.*

CVm veniſſent. Si poſsidet ius in
ſtituẽdi is etiam,
ad quem de iure communi non ſpectat: penden-
te iudicio proprietatis in poſſeſsione defenditur. & ſunt tres
partes, in prima allegatio pro archiepiſcopo. In ſecunda al-
legatio pro archidia. In tertia interlocutio: & ſub certa for-
ma diffinitiuę commiſsio. ſecunda ibi [inter alia] tertia ibi:
[nos igitur.] ¶No. primò, quòd archiepiſcopus plures pro
curatores couſtituit: de quorum poteſtate vide ĩ. de procu.
c. ſi duo. lib. 6. & ibi quid iuris, ſi vnus cõfitetur: alter negat.
1 ¶Secundò not. † ꝙ de iure communi cuſtodia eccleſiarum
vacantium ſpectat ad epiſcopum: de quo dicam poſt gloſſ.
hic autem cuſtos quicunq; ſit, debet fructus, qui tempore va
cationis obueniunt, reſeruare futuro ſucceſſori. de offi. ordi.
c. cũ nos. & eo. c. præſenti. lib. 6. nec valet conſuetudo con-
traria. ĩ. de elec. c. quia ſæpe. lib. 6. & c. ſtatutum. in cle. ¶Ter
tiò not. in verſi. [verũ] ſecũdùm intellectum verũ, ꝙ hic ar-
2 chiepiſcopus erat actor: & † ꝙ actor poteſt in ſua poteſtate
deducere exceptionem aduerſario competentem, vt ipſam
elidat replicatione. vt fecit iſte archiepiſcopus, qui petijt
hoc iure ſua ſibi adiudicari, non obſtan. ſua conceſsio. quia
fuerat perſonalis: & eadem ratione procedet iſta petitio. pe
to 10. non obſtante pacto de non petendo per metum, vel
dolum extorto. & hoc no. Innoc. ſupra de re iud. c. cum Ber-
3 toldus. ¶Quartò no. † ꝙ archiepiſcopus de conſenſu Capi-
tuli poteſt aliqua iura ſuæ dignitatis alteri dignitati donare.
quod dic, vt infra de iure pa. ca. paſtoralis. in fine. ſine conſen
ſu verò Capituli non poſſet facere conceſsionem perpetuã:
nec etiam temporalem: niſi de antiqua, & approbata con-
ſuetudine idem ſibi competeret. de his quæ fi. à præ. c. nouit.
4 & c. ea noſcitur. ¶Quintò collige, † ꝙ dignitas dicitur poſ-
ſidere iura, & libertates, quæ ſibi competunt. de hoc ſupra
de cauſa poſ. c. cũ ſuper. ¶ Sextò no. in ver. [ipſe.] quòd per
iſta verba] archidiaconus de hoc, & de alijs facias, quod ti-
bi placebit, &c. non videtur confiteri aduerſarij aſſertionẽ:
nec obligant ſic dicentem. talia enim verba cũ habeant vim
pacti nudi (quia videntur alia intentione prolata. ſ. vt motam
ſibi controuerſiam deuitet: & ſic redimat vexationem ſuam.
quod eſt licitum. ĩ. de ſimo. c. dilectus) quælibet parua præ-
ſumptio excludit præſumptionem donationis: & remiſsio-
5 nem iurium ſuorum, vt l. cum aurum. ff. de ſolu. † nec per iſta
verba [facias quod tibi placet.] poteſt quis facere, quod non
eſſet iuſtum, vt l. Thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liber. & l. pe-
nul. de arbi. nec in generalitate verborum venit donatio. vt l.
ſi filius. ff. de donatio. expõe ergo. iſta verba [qđ ſibi place-
ret] ideſt placere deberet, ſecundùm Gof. ¶Septimò not. in
6 verſi. nos igitur. † ꝙ ſententia lata ſuper poſſeſſorio eſt inter
locutoria. & hac ratione non poteſt ab ea appellari de iure
ciuili, vt C. ſi de momen. poſ. l. 1. ſecus de iure canonico, vt
no. Inno. ĩ. de ope. no. nun. c. ſignificantibus. ¶Octauò no. ꝙ
Papa dirimit quæſtionem poſſeſſorij, & aliam in pendenti di
mittit. ſ. quæſtionem proprietatis: & ex euentu iſtius ſecun-
dæ pendet ſtatus, & efficacia quæſtionis poſſeſſorij iam ſopi
7 tæ. † non ergo ſententia ſuper poſſeſſorio eſt perpetua, ſed
durat eius effectus, donec proprietatis quæſtio dirimatur,
vt patet hic. dum dicit [donec probatum] &c. ſ. de cauſa poſ
ſeſſ. c. cum dilectus. quęſtio tamen proprietatis non impedit
deciſionem poſſeſſorij, de quo conſtar. vt hic patet. ¶Nonò
no. ꝙ archiepiſcopo incumbit onus probandi, ꝙ conceſsio
fuerit perſonalis. in dubio ergo videtur prę ſumendum con-
ceſsionem fuiſſe realem. quod an ita ſit præſumendum. not.
hic gl. & 29. q. 2. in ſumma. & 16. q. 1. c. poſſeſsionem. & per
Ioan. An. in reg. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. in mercu. & ibi
etiam per Dy. dicam ĩ. breuiter poſt Bart. ¶Decimò not. in
8 verſi. vel donec. † ꝙ archidiaconus abiurando iura ſuæ digni
tatis præiudicat ſibi: ſed non ſuæ dignitati. de hoc in gloſſ. &
9 infra dicam. ¶Vndecimò no. in verſi. ſed in hoc caſu ꝙ † ad-
mittitur quis ad probandum, quod probatum ſibi non pro-
deſt. iſta enim abiurationis executio eſt excluſiua archidia.
ab exercitio iurium abiuratorum: probanti tamen archiepi
ſcopo nihil prodeſt. & ſic admittitur ad nocendum, cùm ſibi
proſit. ar. contra. ff. de inoffi. teſt. l. qui repudiantis. in prin. &
l. poſt mortem. §. liberi. ff. de contratab. facit l. 1. C. de natu.
10 liber. ¶Duodecimò no. in verſi. quia nos. † ꝙ ſi epiſcopus,
& Capitulum conſentiunt in diminuendo iura alicuius di-
gnitatis in eccleſia: ipſa durante, non debet hoc ſuperior ſu-
ſtinere: imò ex officio reformare tenetur, vt hic. & de maio.
& obed. c. cũ inferior. quamuis poſſet in totum illam deſtrue
re, ſecundũ no. de conſti. c. cũ acceſsiſſent. & ſic faciliùs con-
ceditur deſtructio, quàm diminutio. rationem vide in clem.
ſumma. de rebus eccle. non alienan. ¶Tredecimò collige,
11 † ꝙ ſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, reperit in proceſſu cau-
ſæ eccleſiam eſſe læſam: poteſt ſibi iudicis officio ſubueni-
re. & ſic impendere ſuum officium, etiam non petitum. ſimi
liter, & minori, qui eccleſiæ comparatur, vt ĩ. de reſti. in inte,
c. 1. & c. auditis. de quo Gul. Na. dixit dubitare legiſtas. cir-
ca hoc vide Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. in-
fec. & dixi ſ. de poſtu. cap. bonæ. ¶Decimoquartò not. ꝙ ex
euentu probationum pendet ſtatus cauſæ, vt ſi probatũ fue-
12 rit, condemnetur, vel abſoluatur. † & ſic euentus iudicij eſt
incertus, ſicut euentus belli. vt l. quod debetur. & l. eo tempo
a re. ff. de pecul. [a] ¶Decimoquintò no. poſt glo. obijciebatur.
13 ad fi. † ꝙ agenti interdicto vti poſsi. non poteſt opponi, ꝙ
rem illam abiurauerit, pro qua agit. ſed poſſes dicere, ꝙ hic
colligitur contrarium: cũ hic admittatur talis exceptio. ſed
dic, quòd non admittitur ante expeditionem poſſeſſorij, vt
hic patet. ſecũdũ Inno. & Hoſt. & ideò ſecundùm eos de ex-
ce. quòd conceſsio fuerit perſonalis. quia nec illius proba-
tio fuiſſet recepta: non expedito poſſeſſorio, vt ff. vti poſ. l. 1.
§. inter litigatores. ſecus ſi exciperetur, quòd precariò fuiſ-
ſet conceſſa. ff. de acqui. poſſeſsio. l. ſi quis poſtea. nam reci-
piens precariò nõ agit vti poſſeſ. contra dantes. vt ff. de pre-
ca. l. qui precariò. ſecundũ Ioã. And. ſuper dicta glo. obijcie-
batur. ad fi. ¶ Antequam veniam ad oppo. pro declaratione
tex. quæro quis in iſto cap. fuerit actor, & quis reus: an ar-
chiepiſcopus, vel archi. Ioan. And. ſuper glo. obijciebat, &c.
ponit poſt Innocen. quatuor intellectus. primus eſt, ꝙ in iſto
cap. agebatur interdicto vti poſ. pro parte archi. qui inquie-
tabatur ab archiepiſcopo in iuribus prædictis, ſcilicet in cu-
ſtodia eccleſiarum vacantium, & inſtitutione perſonarum. &
hoc etiam ſentit glo. obijciebatur &c. circa fi. ¶Sed ad hanc
lecturam plura obſtant. & primò quia dicto caſu fruſtra ar-
chiepiſcopus deduxiſſet proprietatem iuris ſui in hoc iudi-
cio: prout fecit, dum dixit [quòd de iure communi, & con-
ſuetudine generali] &c. agens enim interdicto, vti poſ. non
excluditur per exceptionẽ dominij. quod dic, vt ſ. de præſcr.
c. veniens. per Inn. tunc enim in tali poſſeſſorio eſt vtile de-
ducere proprietatem, cùm ſuper probatione ſunt pares pro
bationes hinc inde: ſecus cùm de poſſeſsione vnius conſtat,
à qua non per viam turbationis, ſiue exceptionis dominij:
ſed per viam rei ven. debet à poſſeſsione excludi. ad hoc ſ.
de proba. c. licèt cauſam. Secundò huic lect. obſt. tex. interlo
cuti fuimus &c. Si enim actum fuiſſet poſſeſſorio, debuiſſet
ferri diffinitiua, non interlocutoria, vt dicto c. licèt cauſam.
Tertiò obſt. quia executio abiurationis contra archidiaco-
num non debuiſſet admitti, vt ſ. de renun. c. ſuper hoc. Item
ea probata, non imponeretur archidiacono ſilentium: ſed ab
ſolueretur archiepiſcopus à petitione ipſius. Quartò obſt.
huic lect. tex. ibi [donec probatum fuerit] &c. poſtquàm. n.
obtinuiſſet in poſſeſſorio, videtur finitum iudiciũ, & non alia
probatio



ꝓbatio expectãda. Sed quidam ad hoc reſpondent, exponen
tes [donec probatum.] &c. i. tunc cùm agetur, &c. de proprie
tate, &c. non autem in iſto iudicio plus de proprietate quę-
retur. Sed ex litera patet, quòd iſta expoſitio non eſt bona.
14 † Iſta enim dictio [donec,] videtur idem factum continuare,
cùm dicat [donec probatum.] &c. Si enim ad nouum factũ
referretur, diceret tex. [donec actum fuerit, & probatum.]
& clariùs patet ex fin. dum concludit. ſi ergo alterutrum &c.
& per iſta non credo, quòd iſta lectura procedat. licèt Ioan.
An. ſic cum ea pertranſeat. ¶Secunda lectu. eſt quòd hic ar-
chiepiſcopus egit negatoria: negando hæc iura ad archidia-
conum pertinere. vel confeſſoria, dicendo ſpectare ad ſe. &
pro hac lec. facit ordo literæ. procurator enim archiepiſco-
pi propoſuit, & archidiaconus reſpõdit. Sed ob. tex. ibi [nos
igitur. [&c. Si enim actum fuiſſet negatoria, vel confeſſoria:
quomodo Papa ferret ſententiam ſuper poſſeſsione? ad hoc
reſpondet Inno. quòd hic lite pendente archiepiſcopus mo-
leſtabat hunc archie. vnde ad iudicis officium ſpectat ſuper
moleſtatione prouidere, vt l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de
ædi. edic. & hæc lectura placet Inno. ¶Tertia lect, eſt ꝙ hic
petitorium, & poſſeſſorium fuerunt ſimul intentata, ſed tũc
ob. tex. debuiſſent. n. tunc ſimul terminari: & tamẽ hic priùs
terminatum fuit poſſeſſorium. Sed reſponde, ꝙ hic priùs con
ſtitit de poſſeſſorio per confeſsionem. ergo ſuſpenſo petito-
rio, ſuper poſſeſſorio interloquitur. & ſi poſtea ſententia ſu-
per proprietate pręualet: iſto. n. caſu non datur differentia in
poſſeſſorio propter aliã, quæ ſuper proprietate ſperatur præ
ferendam in executione. vt c. cum dilectus. ſupra de cã poſ.
¶Quarta lectura eſt, ꝙ ambæ partes fuerunt coram Papa, &
hincinde propoſuerunt ſimplex factum ſuum: ita ꝙ non fuit
tibi edita actio, vel modus agendi, nec libellus datus, nec lis
conteſtata. & cùm ex tali ſimplici narratione conſtaret Pa-
pæ, ꝙ archi. poſsidebat, decernit illum in poſſeſsione tenen-
dum: donec archiepiſcopus coràm iudice competẽti, & per
legitimos tramites iuris probaret illud, quod propoſuerat. ſ.
conceſsionem perſonalem, & archidiaconus abiurationem:
valet. n. tale iudiciũ corã Papa: cùm eius præſentia ſuppleat
omnem defectum omiſſæ ſolemnitatis, vt l. oĩm. C. de teſt. &
quod no. Inno. ſupra de liti. conteſt. imò contra iſtã quartam
lec. op. Inno. ꝙ ex illo iuramẽto volũtario nõ naſcatur actio
15 contra iurantẽ, vt latiùs infra dicã. ¶Venio ergo ad opp. per
ordinem. & primò op. dicitur hic, ꝙ cuſtodia eccleſiarum va
cantium, & inſtitutio ſpectat ad archiepiſcopũ de iure cõi.
contra imò videtur, ꝙ ad archidiaconũ. de offi. ord. c. ad hoc
& c. vt cauſam. ſo. vt in gl. 1. vel dic ſm̃ Phil. quò ad cuſtodiã,
ꝙ non pertinet ad archidiaconum: niſi ex præſcripta conſue
tudine. app. c. bonę. vel loquitur illud c. de eccleſijs, quæ ſunt
prioratu monachorum. & de hoc ẽt no. in c. ſi in plebibus. al
leg. in gl. quò ad inſtitutionem, ad quem ſpectat. dic ꝙ quã- 17
docũq; inſtitutio ſumitur pro collatione, per quam aliquod a
ius datur in beneficio: & illa ſpectat ad epiſcopũ. Si verò ſu-
mitur inſtitutio pro inueſtitura: & tunc ſpectat ad archie. vt
de offi. arhi. c. ad hoc. & ita dicit etiam gl. & quandoq; colla
tio ponitur pro inſtitutione, & habet vim confirmationis. ſ.
qñ ſpectat ad epiſcopum infra c. 1. poſt electionẽ. ¶Tria er-
go ſunt, quorum vnum eſt alterum. collatio: inſtitutio: & in-
ueſtitura. collatio bene ſpectaret ad archi. ſicut ad quãlibet 18
perſonã eccleſiaſticam. inſtitutio ad ſolũ epiſcopũ, vt ſupra
e. c. ex frequentibus. inueſtitura. i. immiſsio corporalis ad ar
chi. vt d. c. ad hoc. qñq; tñ collatio, & inſtitutio ſpectat ad epi
ſcopũ; & tunc collatio vim habet inſtitutionis, ſi ſuo iure ad
eum ſpectat vtrũq;. ſecus ſi diuerſo, vt ſupra de elec. c. cũ in-
ter canonicos. ¶Scđò op. dicitur hic, ꝙ archiepiſcopo incũ-
bit probatio, ꝙ conceſsio fuerit perſonalis. contra imò vide
tur, ꝙ incumbit archi. quòd fuerit realis duplici rõne. pri-
mò, quia intentio epĩ erat fundata de iure cõi, vt in iuribus
allega. in gl. ſecundò quia archi. fatebatur conceſſum: & ex
ea nitebatur. ergo debuit probare, ꝙ erat cã ſuæ intentionis:
poſtquam plenè de iure communi, & ex ſua confeſsione con
ſtabat de intentione archiepiſcopi. nam olim confeſſus fuit
iſta ſpectare ad archiepiſcopum. ergo & hodie præſumun-
tur, vt dicit tex. ſupra de tranſac. c. præterea. & l. ſiue poſside
tis. C. de tranſac. ſolu. dicit gl. &c. hic conceſsio ꝑſumitur fuiſ
ſe realis: non perſonalis. Sed dices. imò oppoſitũ debemus
præſumere. quia conceſsiones factæ perſonis de bonis eccle
ſiarum perſonales pſæſumuntur. vt ſ. de tranſac. c. veniens. &
de ꝑben. c. niſi. ſo. hic faciebat præſumere conceſsionẽ realẽ
poſſeſsio continuata pluriũ archidiaconorum prædeceſſorũ
iſtius: & ſic cum deſcenderit exercitiũ dicti iuris ſucceſsiuè
in plures, præſumitur, ꝙ realis fuerat cõceſsio. quia talis de
ſcenſus non põt congruè adaptari ad confeſsionem perſo-
nalẽ, quæ morte finitur, vt d. c. niſi eſſent. confeſsio igitur ar-
chiepiſcopi limitata, ꝙ fuerit perſonalis (reiecta limitatione
perſonalitatis, niſi eã veram probet) remanet validat: ſicut
alius, qui confitetur mutuũ dẽt condemnari; niſi probet ex-
ceptionem ſolutionis: vel aliã, quã opponuit. de quo in Spe-
cu. de poſi. §. fi. verſi. antepe. & penul. & quod no. Io. And. de
confeſsis. c. primo. lib. 6. ſuper. ver. confeſsis. & quod dixi in
16 dicto c. cũ venerabili. ¶Sed hic incidenter † quæritur: vtrùm
in dubio præſumatur conceſsio realis, vel perſonalis. gl. hic
dicit, quòd aut donatio fit eccleſiæ: aut perſonæ &c. vt in ea.
& bene ſentit. Sed dic clariùs vtrùm in dubio conceſsio vi-
deatur facta in rem, vel in perſonam. & diſtingue. nam quã-
doq; talis conceſsio continet beneficium principis. & tunc
in dubio debet intelligi conceſsio realis: quia beneficia prin
cipis, &c. de conſti. prin. l. fi. quandòq; conceſsio cõtinet pri
uilegium, hoc eſt aliquid contra ius ſcriptum. & iſto caſu, ſi
quidem datur ciuitati, vel vniuerſitati alicui. & in dubio vide
tur conceſsio realis, vt l. forma. §. quãquam. de cenſi. qñq. da
tur certæ perſonæ ſingulari: & illo caſu glo. dicit in dicto. §.
quãquam. ꝙ videtur conceſsio realis: niſi aliud appareat.
Old. reprehendit illam gl. Bart. remittit ad not. per eum in l.
quia perſonalc. ſol. ma. quandoq; talis conceſsio non conti-
net beneficiũ, vel priuilegium principis: ſed eſt alia conceſ-
ſio priuati, vel alterius inferioris: tunc quandoq; conceditur
mera facultas facti. vt ſi dico. concedo tibi meram facultatẽ
eundi: vel ꝙ poſsis ire: & ſimilia verba, quæ referuntur ad fa
ctum magis, quàm ad ius: & tunc cõceſsio præſumitur per-
ſonalis, vt l. apud Iul. §. ſi qs alicui. de leg. 1. facit Inſti. de in-
uti. ſtipu. §. ſed cũ factum. Si verò cõceſsio refertur ad ius.
& tunc aut fit indeterminatè reſpectu fundi dominantis. &
præſumitur conceſsio perſonalis, vt l. pe. de ſerui. ruſti. præ.
aut determinatè: & tunc in dubio prę ſumitur conceſsio rea-
lis. vt in iſto. c. & de ſerui. per totum. niſi ex qualitate relicti,
& perſonæ aliud præſumatur, vt l. pater filiæ. ff. de ſerui. lega.
Et ex his inferas, † ꝙ ſi Imperator [b] concedit iuriſdictionem
in quodam caſtro cuidã comiti, & dubitatur, vtrùm cõceſ-
ſio ſit facta comiti illius caſtri: vel ſit facta territorio. ex præ-
dictis patet, quòd præſumitur facta territorio. iſta ſunt dicta
Bart. l. pater filiæ. credo, ꝙ illa dixerim pleniùs in c. olim. in-
fra de verbo. ſigni. & de iſta materia dic, vt no. 16. q. 1. c. poſ-
ſeſsionem. & 26. q. 2. in ſumma. & in reg. priuilegium. in mer
curialibus. ¶Tertiò opponitur. dicitur hic, quòd archi. ob.
exceptio abiurationis. contra † ſi rector eccleſiæ malè alie-
nat, iure ipſius poteſt ipſemet venire contra alienationẽ, ẽt
iuramento non obſt. vt ſupra de iureiur. c. intellecto. & de re
bus eccle. non alienan. c. ſi quis. ſolu. vt in glo. obijciebatur
&c. quę ſoluit dictum cõtrarium tribus modis. tu diſtingue.
aut rector alienat malè rem eccleſię ſine iuramento, & tunc
contra illam licitè venire poteſt, vt dicto c. ſi quis. & 35. q. 9.
c. quod quis. aut alienauit cum iuramento: & tunc aut in con
firmatione ſua tempore, quo promotus fuit, iurauit non alie
nare. & hoc caſu non obſtante illo ſecundo iuramento in
alienatione interpoſito, ſtatur primo. & ſic poterit venire cõ

tra. vt dicto.c. intellecto. aut in promotione non iurauit, &
tunc debet ſeruare iuramentum:& non pōt contrauenire, vt
hic: non tamen dignitati præiudicatur: ſi tamen aliter non
poſſet eccleſiæ conſuli, etiam ipſe idem, qui iurauit, poſſet ve
nire contra, vt ſ.de iureiur.c.ſicut. ſed hic poterat aliter con
ſuli, vt ex tex.patet. ¶ Quartò extra glo.op. & videtur, quòd
ex illo iuramento archi.poſtquàm eſt in poſſeſsione, non ſit
orta aliqua actio archiepiſcopo ad priuationem ipſius archi
diaconi. quod ſic probatur. nam licèt ex iuramento iudicia-
li, & neceſſario oriatur actio: nō tñ ex iuramento voluntario
ſuper aliquo contractu interpoſito, quia iuramentū tale con
firmat contractum quandoq;, non act. producit, vt l. ſi qs
pro eo.in prin.ff.de fideiuſſo.ſo.dicit Hoſt. ſecundū quoſdā,
ex tali iuramento oritur actio ſecundùm canones. arg. 12.q.
2.c.quicunque.& q. 5.c. quia Ioannes. nec mirum, cùm de-
tur ex nudo pacto.ſupra de pact.c.2.& in 3. not.dicit, quòd
ex tali iuramento non competit ciuilis actio. & ſi dicas. quo
modo ergo archiepiſcopo probante adiurationem archidia
coni ipſe priuatur libertatibus. dicit ipſe, ꝙ archiepiſcopus
periurium archidiaconi deduxit per viam denunciationis,
quæ habet locum, vbicunque actio deficit. ſup. de iud. c.no-
uit.& de iureiuran.c.quemadmodum. in fi. & ſecundū hunc
intellectum bene conſonat ſententia petitioni. ſcilicèt quòd
archidiacono imponatur ſilentium, ideſt, quòd deinceps nō
immiſceat ſe libertatibus. & hic eſt verus intellectus patens
ex regiſtro, ſecundùm eum. de iſto ergo articulo; an ex iura-
mento oriatur actio, non eſt curandum de iure canonico ꝓ-
pter remedium denunciatio. vt dixi. remiſi de hoc ad dictā l.
ſi quis pro eo. per Bar.& poſt Hoſtien. in ſumma de aſſer.iu.
§. 1. verſi. quis ſit effectus, & quod not. 1.q.7.c. quoties cor-
dis. ¶ Quintò op.contra formam interlocutoriæ. dixit enim
Papa [interlocuti.fuimus hunc tuendum] quod non pōt fieri
per alium, quàm per iudicem. vt ff.ne vis fiat ei.per totum. &
ſic videtur ſeipſum iudicem condemnaſſe, quòd tueri, & de
fendere teneatur: ſed nullus poteſt ſeipſum condemnare, vel
ſibijpſi præcipere. vt l.penul.de arbi. So. dicit Inn. iſta verba
[tuendum.] &c. habent iſtum intellectum, quòd archiepiſco
pus non debeat moleſtare, & ſi moleſtabit, debeat per iudi-
cem coerceri, ſecundùm Inno. ¶ Sexto op.dicitur hic, quòd
ſi conceſsio archiepiſcopi fuerit realis (quantuncunq; archi-
diaconus abiurauerit dicta iura) nihil accedet vtilitatis archi
epiſcopo. quia ipſe conſulet archidiaconatui &c. ſed ſuper-
uacuum, & inane videtur hoc conſiliū; quia abiuratio archi-
diaconi non prȩiudicat ſuæ dignitati archidiaconali; vt in iu
ribus alleg.in glo.obijciebantur. Si ergo iſta iura, & liberta-
tes remanere debent penes ipſam dignitatem: & per abiu-
rationem archidiaconi non ſint in archiepiſcopum transfe-
rendæ. vt ſ.de arbi.c.per tuas. neceſſariò concluditur, quòd
ſuperuacuum erit Papæ conſilium, & prouiſio contra.l.ſtipu
latio.§.diuus.ff.vt le.no.ca.ſol.dicit Ioan.An.poſt Inno.cùm
archidiaconus propter adiurationem hæc iura exercere non
poterit, archiepiſcopus, tanq̄ vacantia, exercebit ea. vt j. de
hæreti.c.ad abolendum. & ſic ſucceſsiuo tempore poſſet ar-
chiepiſcopus hæc iura ſibi retinere, & cauſari in poſterum, ꝙ
iuramentum archidiaconi fuit præſtitum in caſu licito, & ꝙ
eius renunciatio tenuit. licèt ergo regulariter, cùm iura ali-
cuius dignitatis ſuæ prouinciæ defenſore carent, ad ipſum cu
ſtodia, & defenſio deuoluatur, vt dicto.c. ad abolendum. ta-
men cùm in talibus iuribus inferioris dignitatis ius præten-
dit, & ſibi vendicare contendit, in cuſtodia dictorum iurium
eſt ſuſpectus: nec cuſtodire debent ipſa: ſed illi dignitati eſt
aliter conſulendum. & ita voluit Papa hic ſentire. & cautum
etiam eſſet, ſecundùm Inno. & Hoſti. ita ſubiungere in ſen-
tentia, declaratur per hanc ſententiam, vt nullum dignitati
in poſterum præiudicium generetur, ar. de cap. mo. c. 2. in
fi.& de dona. c.inter dilectos. conclude ergo, quòd hæc iu-
ra, quorum exercitio archidia. eſt priuatus, exercebit & Pa-
pa: vel alius deputatus ab eo: vel archiepiſcopus, non ſuo no
mine: ſed dictæ dignitatis. & ita in effectu colligitur ex glo.
Inn. quam dicit Hoſti. potius obfuſcare intellectum.c. quàm
declarare. ſed ſatis declarat intelligendo, vt dixi, omiſſo alio
intellectu eius: quòd hic archiepiſcopus agebat non ſolùm,
quòd priuaretur archidiaconus: ſed eius dignitas exercitio
prædictorum iurium, propter adiurationem prædictam. Sed
iſte intellectus non placet ſibi. ¶ Quæro, dixi ſecundùm ſe-
cundam lect. quòd eo quòd archiepiſcopus moleſtabat ar-
chidiaconum, lite pendente, Papa fuit interlocutus eum
tuendum, donec &c. quæro ergo, vtrùm effectus huius in-
terlocutoriæ duret, etiam poſt litem finitam. diſtinguit In-
no. quòd aut fertur ſine cauſæ cognitione. & tunc mandata
iudicis, quæ emanant lite pendente, ea finita, finiuntur, ſicut
acta iudi. de iudi.l.properandum. aut cauſa cognita auditis
iuribus partium, & allegationibus, & ſtatur ei perpetuò, &
tranſiret in rem iudicatam. C.commi. vel epi.l.licèt.C.de ſen
19 tent.ex ſtipu.& de re iud.c.quod ad conſultationem. † & nō.
bene iſtam.q. ſcitis enim, quòd eſt quæſtio, an ex interlocu
c toria oriatur actio in factum, c ſicut ex diffinitiua. nam ſecū-
dùm opin. quòd orietur, debet fortè intelligi, cùm ema-
nat cauſa cognita, & auditis partium allegationibus. de hoc
ſupra de elect.c. cùm dilectus. & not. Bart. in l. à diuo Pio.
circa finem. princ.ff.de re iudi. & in Spec. de exce. ſenten.§.
breuiter.

ADDITIONES.

a ¶ De peculio. tu adde l.proinde. ſi certum pe. & l. quidam. de re iudi.
b ¶ Quaſi imperator. vide Bal.in l.li. liberteque. C.de liber. 13. col.
c ¶ Oriatur actio in factum. Adde Bar. & Doct. vltra hic allega. in l. ſi
poſtulauerit. §. ſi liber homo. in fine.ff.de adul. & in l.licèt.§.idem.ff.de
pec. Bal.in addi.Spec.de exec.ſen.in ver. quæro an ex interlocutoria. Bar.
in l.fi.§.neceſsitatem. C.de bo.quæ lib. Car. in cle. 1. de appel. Alexan. de
Imo. in l. 1. §. hoc iudicium. ſi quis ius dic. non obtemp.

SVMMAE.

1 *Prælatus non poteſt ſibi conferre beneficium, cuius collatio ad eum pertinet.*
2 *Collatio beneficiorum pertinet ad prælatum.*
3 *Cuſtodia eſt dignitas: ſic & ſuccentoria.*
4 *Tutor poteſt præbere auctoritatem pupillo in negocio, de quo aliquid ſibi quæritur.*
5 *Notarius an poſsit facere inſtrumentum ſuæ procurationis, ſi eſt cō ſtitutus ab aliquo procurator.*
6 *Collator ſi dedit poteſtatem alteri conferendi: an ille conferre poterit illi, qui in eum poteſtatem tranſtulit.*

CVm ad noſtram. Is, ad quem ſpectat col-
latio dignitatis, ſeipſum inſtituere non poteſt in
illa. & primò ponit dictum: ſecundò rationem dicti, ibi
1 [quia cum.] ¶ Not. primò, † quòd prȩlatus non poteſt ſibi
conferre beneficium, cuius collatio ad eum pertinet: ſimi-
liter nec auctoritatem præſtare. vt de beneficio, quod con-
ferre tenetur, aliquid ſibi retineat. infra de reb. eccle. non
ali.c.ſi vna. in clemen. ¶ Secundò no. quòd ad abbatem ſpe
ctat collatio præbendarum. & erat iſte abbas ſecularis.
quia ſi regularis fuiſſet. non eſſet tractandum de præbenda-
rum collatione. ad hoc ſupra de renun.cap.ex tranſmiſſa. &
fuit iſte de cuſtode factus abbas, vt patet in integro, ſecun
2 dùm Vin. ¶ Tertiò no. † quòd collatio beneficiorum per-
tinet ad prælatum. de quo ardua eſt quæſtio, vt no.ſ. de elec.
3 c.cùm eccleſia Vulterana ¶ Quartò collige, † ꝙ cuſtodia eſt
dignitas: ſic & ſuccentoria. de exceſ. præla.c.inter. aliter ac-
cipitur cuſtodia.ſ.c. proxi. & aliter.ſ. de elec. c. cum inter.
¶ Quintò, quod inter dantem, & accipientē &c. concor.l.pu
4 pillus.§.item ipſe.ff.de aucto.tu. hinc eſt, † quòd tutor nō po
teſt ꝑbere auctoritatem pupillo in negocio, de quo aliquid
ſibi quæritur, vt d.§.item ipſe. & l. 1. & huius ratio naturalis
eſt. agere enim, & pati ſunt contraria: quæ nō poſſunt mane-
re in eodem ſubiecto. & hac ratione, ſi debitor creditori ſuc-
cedit, confunditur actio: vt quęadmodum vnus ſibijpſi non
poteſt à principio obligari: ita nec durat, ſi deueniat ad ean-
dem perſonam, vt l.Vrannius.§.ſed cum duo.ff.de fideiuſ.&
l.quod ſi dubitetur.§.ſi filius.C.e.tit. & l. generaliter. & facit
5 ad quæſt. † an notarius poſsit conficere inſtrumentum ſuæ
procurationis, ſi eſt conſtitutus ab alio procurato. qđ dic, vt
l.3.de ſtipu.ſeruo.per Bar. ¶ Sextò no.glo. quòd nullus po-
teſt ſuſtinere perſonam plurium. de quo dic, vt not. 88.diſ.
6 c.ſingula.& de proba.c.ex literis.in glo.2. ¶ Quærit glo. † ſi
collator dat poteſtatem alteri conferendi: an ille conferre
poterit illi, qui in eum poteſtatem tranſtulit. arguit primò,
quòd non. ſecundò, quòd ſic. Bonag. dicit. aut ille, cui compe
tebat ius eligendi, tranſtulit iſtam poteſtatem totam in aliū,
& tunc poterit ab illo eligi: quia ille, eligit nunc ſuo proprio
nomine: non vt miniſter, vel procurator. aut ipſe eligit vt ꝓ-
curator, vel vt commiſſarius vnius ſolius: & illum nō poteſt
eligere, vel præſentare, vel illi conferre. cùm enim ille ipſius
vicē gerat: ſicut non poſſet ipſe eligere ſeipſum: ita nec per
miniſtrum ſuum. ad hoc de præben.c.dilectus.3. de iure pa-
tro.c.vno.lib.6. plus dixit Bonag. ꝙ ſi ad duos ſpectat ius eli
gendi, vnus non poteſt eligere alium. quia non eſt tunc ele-
ctio celebrata à maiori parte Capituli. quod requiritur, vt
c.quia propter. de elec. & hoc eſt verum, quando illis duo-
bus competit ius eligendi, vt collegio: ſecus ſi tanquàm ſin-
gulis, vt patronis, vt no.de iure patro.c.3.c.per noſtras. con-
ſueuit tamen hoc caſu fieri compromiſſum, vt diſputauit Io.
An.in reg.in toto.de reg.iu.lib.6.& adde ad prædicta.l.ſiſtu
las.§.ſi fundum.de contrahen.emp. an quis poſsit tradere ſi-
bijpſi rem ſibi debitam ab eo, cuius negocia gerit. facit etiā,
an iudex poſsit cōmittere executionem ſententiæ parti vi-
ctrici: videtur, quòd non, vt hic. dic vt ſ.c.proxi.

# De conceſsione prȩbēdæ.

DICTVM eſt ſupra de præbendis, & inſtitu-
tionibus. ſed quia eccleſię, vel præbendæ cō
feruntur interdum, vel promittuntur, ante-
quàm vacent: ideo &c. de man. 7. q. 1.c.fa-
ctus.& c.ſeq.& c.non furem. & c. eum qui.
3.q.2. audiuimus. repetitur in 6. & clemen.
cui conuenit. de offi.delega.c.penul.lib.6.& c.vno de officio
delega. in clemen.

SVMMAE.

1 *Subſtitutus viuenti ſcienter ab eccleſiaſtica communione repellitur. Et eſt infamis nu.2.*
3 *Epiſcopus ſi iniuſtè priuauit aliquem eccleſia ſua: quam alteri contulit bona fide recipienti, & poſsidenti poſtea. 40. annis: tunc ſibi innotuit illum iniuſtè fuiſſe ſpoliatum: an teneatur reſtituere ipſam illi.*
4 *Iura poſitiua ſi conſcientiæ contradicant: non ſunt ſequenda iure poli.*
5 *Duo ſi litigant ſuper beneficio: & adiudicatur illi, cui non debebatur in veritate, an poterit retinere.*

1 QVi in viuorum. † Subſtitutus viuenti ſcien-
ter ab eccleſiaſtica cōione repellitur. non diuidi-
tur. ¶ No. primò pœnam illius, qui patitur ſe ſubſtitui viuēti
in beneficio: poſt mortem ergo rectoris debet in eccleſia in
titulari: vel ēt eo viuo, ſi iuſtè priuatus eſt: vel tranſlatus, qui
quò ad hoc, pro mortuo reputatur. 7.q. 1.§. ecce. & ex hoc,
quod dicit tex. [ꝙ ſunt repellēdi à cōione] &c. colligitur, ꝙ
2 ipſi ſunt deponendi. 2. q. 1.c. in primis. † & ſunt infames. 3.
q.2.c.audiuimus. & ſicut ille, qui accipit alterius vxorem, illo
viuente, efficitur inhabilis ad matrimonium cōtrahendum.
j.de eo, qui duxit vxo. quam pol. per adul.c.2. & c. ex tuarū.
ita ille, qui accipit eccleſiā alteri nuptā, inhabilis efficitur, vt
hic, vt ſic de matrimonio carnali ad ſpirituale ſit licitum ar-
guere, vt ſ.de tranſlatio.c. inter cor. & 21. q.2.c.ſicut vxor.
3 ¶ Quærit gloſ. † pone, ꝙ iniuſtè ep̄s priuauit aliquē eccleſia
ſua, quam alteri contulit bona fide recipienti, & poſsidenti
poſtea 40. annis. & tunc ſibi innotuit illū iniuſtè fuiſſe priua
tū: an teneatur reſtituere ipſam illi. videtur ꝙ ſic: quia nō prȩ
ſcriptione, ſed legitima inſtitutione beneficia poſsidentur, vt
c.1.de reg.iur.lib. 6. hic aūt collatio fuit iniuſtè facta de be-
neficio ad aliū pertinente, vt c.ad petitionem. de accu.& c.cū
Bertoldus. de re iudic. ¶ Item ſicut malæfidei poſſeſſor non
præſcribit, vt in reg. malæfidei. Ita videtur, ꝙ ſi ſuperueniat
poſt eam completam, irritet, & annullet præſcriptionē, vt l.
Vrannius.§.ſed cū duo.ff.de fideiuſ. ibi [vt quemadmodum
non poſſet incipere: ita nec duret] &c. accedat ad hoc, quòd
præſcriptio, & ſententia ſunt de iure poſitiuo, vt not. in l. ex
4 hoc iure.ff.de iuſt.& iure. † & iura poſitiua, ſi conſcientiæ cō
tradicant, nō ſunt ſequenda iure poli. vt no.Inn. j. de immu.
eccle.c.quia pleriq;. & hoc tenent theologi. dicit glo. cui ſup
plet Ioan.An. ꝙ verū eſt, quod dicunt: ſed non faciunt iuſtè.
idem Matthe.23.& 1.q.1.c.omnia. glo. hic tenet, ꝙ iſte non
tenet, ꝙ iſte non teneatur dimittere, quia ſnĩa trāſiuit in rem
iudicatam, poſtquàm non fuit appellatum, vt habetis in ea.
& ſic illa ſententia reddit validam collationem poſtea factā
iſti. & hoc verū, cùm ſententia non fuit lata contra ius ſcri-
ptum, nec nulla; quia non lata per falſos teſtes, vel inſtrumen
ta, nec venalis, ſed fuit lata contra ius litigatoris, ſecundùm
Goff. & hoc ēt caſu ſi ſubſtitutus fuiſſet cōſcius fraudis, renū
ciare tenetur in foro animæ, ſecundū Hoſt. & ſecundū prædi
5 cta videtur dicendū, † ꝙ ſi duo litigant ſuper beneficio (& ſic
adiudicatur illi, cui non debebatur in veritate) an poterit re-
tinere? videtur, ꝙ ſic, ſi non fuit conſcius iniuſtitiæ miniſtra-
tæ per iudicē, per illa, quæ dicta ſunt. contrariū tenet Io. An.
qui dicit, ꝙ certificatus de facto cū bona conſcientia non po
terit beneficiū retinere: cū inſtitutio fuerit vitioſa, ſi ſpecte-
mus initiū. ſ.de elec.c.dudū. 2. de ꝑben.dilecto. ſm̄ Hoſt. Nec
obſt. taciturnitas nō appellantis: quia ſi expreſsè vellet, non
poſſet cōcedere titulū, vel ius in illo: ergo nec tacitè. facit qđ
no.Io.An.ſ.de ꝑben.dilecto. ſuper glo.2.& 3. & in hoc reſi-
det Io.An. quæ opi. videtur contraria deciſioni glo. & Goff.
q dixerūt, ꝙ ſi contra ius litigatoris lata erat. & iſte non fuit
cōſcius iniuſtitiæ, poterit retinere, vt ſupra vidiſtis. Sed non
obſtat, qa diuerſi ſunt caſus iſti, & ille, gl. & Goff. hic. n. ſnĩa
iniuſta eſt cauſa, & titulus iſtius, qui poſſeſsionē obtinuit, &
ſnĩa non confert titulū in beneficio, vt dixi. ſed in quæſtione
gl. ſnĩa eſt cauſa remota: & inſtitutio, ſiue collatio ep̄i ſubſe-
quuta eſt cā proxima poſſeſsionis. & ſic iuſtè poſsidet vigo-
re collationis, nō ſnĩæ, & in iure ponderamus cauſam proxi-
mam, non remotam, vt no.ff.rerum amo.l.ſi mulier.

SVMMAE.

1 *Beneficia, antequàm vacent, non poſſunt conferri, vel promitti.*
2 *Solutio, & promiſsio ſunt paria.*
3 *Pupillus quare non debet ali penes ſibi ſubſtitutum.*
4 *Cautela, vt teſtatores ſuis pupillis prouideant.*
5 *Succeſsio in beneficio æquiparatur ſucceſsioni in hæreditate.*
6 *Pactum de futura ſucceſsione an reprobetur à iure.*
7 *Bona ſua ſi quis vult facere, quod habeam poſt mortem ſuam, ita quod ſibi non liceat variare: quod ſit remedium.*
8 *Promiſsio beneficij iam vacantis an valeat.*
9 *Mortem proximi nemo debet deſiderare.*
10 *Proximus dicitur quatuor modis.*
11 *Præbendæ, & officia in eccleſia non debent vacare diu.*
12 *Diu, dictio quantum tempus denotet.*

13 *Differens conferre vltra ſex menſes, priuatur ea vice, & ad alium deuoluitur conferendi poteſtas.*
14 *Negligentiam Capituli ſupplet epiſcopus, & Capitulum epiſcopi, & ius vnius ad alium deuoluitur. Et amborum negligentiam ſupplet archiepiſcopus nu. 16.*
15 *Ius Capituli negligentis recidit in epiſcopum.*
17 *Tempus datum ad conferendum quando incipit currere.*
18 *Negligens ſi poſt curſum ſex menſium eligat, vel conferat, an valeat.*

NVlla. Beneficia non vacantia concedi, vel
promitti non debent, & cùm vaca-
uerint, concedi debent infra ſex menſes. quibus
elapſis, de epiſcopo ad Capitulum, & econuerſo: & demũ ad
proximum ſuperiorem collatio deuoluetur. Et prima pars
tria facit. primò ponit prohibitionem. ſecundò eius cauſam:
ibi [ne deſiderares.] tertia illam fortificat per locum à mino
ri. ibi [cùm enim.] ſecunda etiam facit tria. primò ſtatuit tẽ-
pus. ſecundò punit negligentiam primi gradus: ibi [ſi autẽ.]
tertiò punit negligentiam ſecundi gradus. ibi [vel ſi oẽs.]
Erant quidem nimis voloces in beneficijs conferendis, quia
conferebant illa: vel promittebant, antequam vacarent. con
tra hos prouidet prima pars. erant alij nimis tardi, ſiue ne-
gligentes in eis conferendis, quando vacabant: contra hos
tardos prouidet. ſecunda pars ibi [cum verò.] vtranque ſub
1 diuide, vt prædixi. ¶ Not. primò, † quòd antequàm benefi-
cia vacent, non poſſunt conferri, vel promitti: licèt enim ꝑ-
miſsio, vel collatio dicto caſu conferatur in tempus permiſ-
ſum: tamen (quia fit tempore prohibito) reprobatur, reſi-
ſtit enim lex initio, & illud conſideratur, vt in ſimili dicit l. ſi
minor. ff. de ſeruis expor. argum. contra. ff. de hæred. inſti. l. in
tempus. ſed dic. vt in quæſt. illa de citatione facta die feriato
pro non feriato: vel e conuerſo, vt not. Inno. ſ. de ferijs. c. fin.
& Barto. in l. 1. §. item nunciatio. de ope. no. nunc. ¶ Secun-
dò no. quòd vbi reprobatur datio, ſiue traditio: eodem mo-
2 do eiuſdem facti reprobatur promiſsio. † & ſic ſolutio, &
promiſsio ſunt paria. & promittere eſt dare, vt l. fina. C. ad
leg. fal. ſicut, & remittere, vt l. ſi mulier de condi. ob. ca. & ff.
de calum. l. 1. ¶ Tertiò no. rationem, quare talis collatio, &
promiſsio prohibentur, ne deſiderares &c. optat enim vero
3 ſimiliter eius mortem, cùm quis ſe æſtimat ſucceſſurum. † &
hac ratione pupillus non debet ali penes ſubſtitutum ſibi.
quia iura de ipſo dicta de cauſa non confidunt, vt ff. vbi pu.
4 edu. de l. 1. † & teſtatores conſueuerunt cautè pupillis ſuis
prouidere: mandant enim, particulam ſubſtitutionis, donec
pupillus vixerit, non aperiri: ne quem ſubſtituerit, ſciri poſ-
ſit, vt Inſti. de pu. ſub. in prin. Et aduerte, quia iſte tex. pro-
hibet collationem beneficij non vacantis: quod intellige in
titulum: in proprietatem verò concedi poteſt. de reſtit. ſpol.
c. cùm veniſſet. de dona. c. paſtoralis. & de reb. eccle. non ali.
c. ſi vna in cle. ratio differentiæ poteſt eſſe: quia collatio fit
perſonæ: donatio proprietatis fit eccleſiæ, vel collegio,
quæ non optat mortem, cùm ſit res inanimata. vt l. mortuo.
de fideiuſſo. vel dic, quòd collatione ſtante, ſemper proprie-
tas beneficij remanet penes alium, & ita ſicut eſt ſine voto
mortis penes illum, qui contulit: ita poteſt eſſe penes aliũ, &
5 alium. ¶ Quartò no. † ꝙ ſucceſsio [a] in beneficio æquiparatur
a ſucceſsioni in hæreditate: vt ſicut hæreditas non poteſt pro-
miſsione deberi ante mortem: ita nec beneficiũ. & circa hæc
alibi dubitat Inno. vacante beneficio, penes quem dicitur eſ
ſe poſſeſsio rerum beneficij. nam poſſeſsio iacentis hæredita
tis non eſt penes aliquem: ideò in ea non cõmittitur furtũ, vt
l. 1. §. ſecũ. ff. ſi quis te. lib. eſſe iuſ. fu. de hoc dic vt ſ. de cauſa
6 poſ. & propriè. c. cum ſuper. ¶ Quartò no. † ꝙ pactum de fu-
tura ſucceſsione reprobatur à iure. quod an ſit verũ, ſic ple-
nè diſtingue. aut fit pactum pro iure ſucceſsionis conſeruã-
do: aut pro iure ſucceſsionis diminuendo, ſeu perdendo: aut
pro iure ſucceſsionis acquirendo, aut pro eo, quod acquiri-
tur per ſucceſsionem certo modo diſponendo. primo caſu
valeat pactum, vt Inſti. de legi. ag. ſucceſ. §. fin. ſecundo caſu,
aut tale pactum eſt admiſtum cum debito: & valet, vt l. 1. §.
ſi parens. ff. ſi à pa. quis fu. ma. aut non eſt admiſtum debitũ:
& tunc, aut firmatur iuramento: & valet, vt c. 2. de pact. lib. 6.
aut non firmatur iuramento. & non valet, vt C. de colla. l. pa
ctum. tertio caſu non valet, vt l. ſtipulatio hoc modo. de verb.
obl. & C. de pac. l. pactum. & de tranſac. l. cum donationis. &
quod ibi no. etiam ſi fuerit iuramentum interpoſitum: quia
eſt contra bonos mores. vt in reg. nõ eſt obligatorium. quar-
to caſu, aut pactum fuit appoſitum ſuper hæreditate homi-
nis incerti, & valet, vt ff. ꝓ ſocio. l. 3. aut hominis certi, & tũc,
aut venit in conſequentiam prioris contractus, & valet, vt l. ſi
quis ſeruum. de actio. emp. aut non: & tunc, aut iurat ſub qua
dam vniuerſitate: & valet, vt l. 2. §. de illo. de hære. vel ac. ven.
aut fit per ſe principaliter, & tũc, aut continet liberationem
paciſcentis: & valet, vt l. & ſuum. §. filia. ff. de pac. aut cõtinet
obligationem, & tunc aut ille, de cuius bonis agitur, non cõ-
ſentit, & non valet, etiam ſi iuretur. aut conſentit, & valet, ſi
conſenſus durat, vt C. de pac. l. fina. iſta eſt diſtinctio Bar. in l.
7 ſtipulatio hoc modo. vbi quærit, † ſi quis vult facere, ꝙ ha-
beã bona ſua poſt mortẽ ſuam: ita ꝙ ſibi non liceat narrare,
an ſit remedium. Dyn. ꝙ ſic, iuramento interpoſito, vt no. in
reg. non eſt obligatorium. Bar. reprobat, & diſtinguit in d. l.
vbi videas. facit quod no. in l. 1. ff. de teſta. & pro hoc dixi, ꝙ
valet pactum ſuper hęreditatem hominis certi. dicunt qui-
dam, quòd valet promiſsio incerti beneficij. quod non eſt ve
rum, vt ĩ. eo. c. conſtitutis. ¶ Sextò ex hoc, quòd reprobat ꝓ-
8 miſsionem beneficij vacaturi: collige, † quòd valet promiſ-
ſio beneficij iam vacantis. quod eſt verum quò ad obligatio-
nem promittentis: non quò ad hoc, quòd beneficium ſit effe
ctum per talem promiſsionem. & ſic de tali beneficio pro-
miſſo valebit alteri facta collatio: ſicut matrimonium con-
tractum per illum, qui promiſit ſe cum alia contracturum,
vt ĩ. de ſpon. c. ſicut. & c. ſi inter. & votum ſimplex non diri-
mit ſecundum ſolẽnẽ. ĩ. de regu. c. poſt votum. lib. 6. collatio
verò etiam verbalis facta vni impediret collationem factam
poſtea alteri, vt c. ſi tibi abſenti. ĩ. de præben. lib. 6. aliud eſt
conferre. aliud promittere, quòd conferat. ſicut aliud eſt vẽ-
dere: aliud promittere de vendendo, vt l. numerationibus. ff.
9 de ſolutio ¶ Septimò no. † quòd non debet quis deſiderare
mortem proximi, & iura fauent pactis, per quæ talis ſpes col
10 ligitur, vt l. 1. C. de pact. † & quis dicatur proximus. & dic
quòd quatuor modis, conditione primæ natiuitatis: ſpe con
uerſionis: propinquitate agnationis: ratione beneficij exhi-
bitionis, vt no. 3. ſentent. 28. diſtin. per totum. & largè hìc
ſumitur, ſecundùm Ioan. And. Inter nos enim cognationem
quandam natura conſtituit, vt dicit tex. in l. vt vim. de iuſti.
& iure. vnde caſum, aduerſamque fortunam liberi hominis
ſpectare non debemus, vt l. inter ſtipu. §. ſacram. de verbo.
11 oblig. ¶ Octauò no. in ver. [cũ verò.] † quòd præbendæ, &
12 officia in eccleſia nõ debent vacare diu: † & expone [diu] id-
eſt per ſex menſes. de quo vide infra de fideiuſ. c. fin. & idem
intellige de eccleſijs, quòd vltra vacare non debent, vt ſ. in
prin. c. eſt enim in talibus mora periculoſa. de elec. c. ne pro
defectu. & an iſto ſemeſtri arctentur executores literarum
Papæ. vide in cle. ſi de beneficio. de præben. in glo. ſed nun-
13 quid. ¶ Nonò no. † quòd ille, qui differt conferre vltra ſex
menſes, priuatur ea vice, & ad aliud deuoluitur conferendi
poteſtas. Et hoc intellige, quando diſtulit per negligentiam:
ſecus ſi per impotentiam iuris, vel facti: etiam ex culpa ſua
14 prouenientem, vt ĩ. e. c. quia diuerſitates. ¶ Decimò not. † ꝙ
epiſcopus ſupplet negligentiam Capituli, & Capitulum ne-
gligentiã epi: & ius vnius ad alium deuoluitur, & beneficia
cõfert. quod intellige ſine aliqua Romani Põtificis requiſi-
tione. & qđ dicit. 100. diſt. c. 1. eſt ſpãle. vt ibi no. in gl. antep.
ſecundũ Io. An. aduerte: concludit enim Io. An. quòd ſtatim
elapſis ſex menſibus, poterit conferre ille, ad quem poteſtas
deuoluitur. & ſic non expediet illum citari, qui dicitur fuiſſe
negligens, ſed cùm multa potuerit habere impedimenta, q̃
impediunt iſtum curſum, vt dixi ſ. in 9. no. videtur requiren-
dus, ſicut ille, qui non venit ad terminum, antequàm mulcte
tur, vt no. Bar. in l. 1. §. ſi ad diem. ff. de re mili. In contrarium
facit, quòd ille non ſit requirendus. quod no. Inno. in c. ex ra
tione. de appella. cogita. ¶ Vndecimò no. quòd ius Capituli
15 † negligentis recidit in vnum, ſcilicet in epiſcopum. facit qđ
no. in ſimili in c. gratũ. ſ. de poſtul. & æqualis videtur hæc po
teſtas ſolius epiſcopi, & totius Capituli. dicam ĩ. eo. c. poſtu-
16 laſtis. ¶ Duodecimò no. † ꝙ negligentiam epi, & Capituli ſi-
mul, vel ſupplet archiepiſcopus: quod intellige non ſolùm in
beneficijs conferendis: ſed etiam in criminibus puniendis, &
omnibus, quæ ſunt digna reformatione, vt no. ſ. ti. 1. c. ex fre
quentibus. negligentiam archiepiſcopi ſupplet Papa: Papæ
aũt nullus ſupplet, niſi in caſu c. ſtatutis. de præben. lib. 6. ſe-
cundũ Bonag. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ antequàm vacet, non
poteſt beneficium conferri. contra. ſ. de præben. c. relatũ. ſo.
glo. 2. ſentit illud contrarium, & nõ ſoluit. Io. An. dicit, quòd
ibi ideo valuit, quia aut nõ erat numerus in eccleſia: & potue
runt illum recipere: licèt non cogerentur. ſ. titu. 1. c. auctori-
tate. aut erat numerus ſine clauſula (ꝙ ſi quicunq;) & ſic nu-
merũ deſtruxerunt. de præben. c. pro illorum. ¶ Secundò op
ponitur extra glo. de c. eam te. de reſcrip. & de offic. deleg. c.
ex parte. Sol. idem fit auctoritate Papæ: quem hoc ius nõ li-
gat. ĩ. eo. c. propoſuit. Item contra. ĩ. c. accedens. & c. cũ ſup.
ſolu. dic, vt ibi. ¶ Tertiò opponitur, quòd dentur tres mẽſes.
ſo. vt in glo. magna. ¶ Quartò opponitur. ĩ. c. ex parte. ſo. vt
17 in ea. glo. ¶ Quæro de pluribus quæſt. glo. † primò quando
incipiat currere illud tempus: dicit, quòd tempore ſcientiæ,
nec currit impedito, & ſic in hoc eſt ſimile tempore dato ad
c. appellandum, & appellationem proſequendum. vt in Au-
ten. ei qui. de tempo. app. & l. ab eo. quomodo, & quando iu-
dex. & c. ex ratione. de appel. de tempore proſequendi reſti-
ſtitutionem in integrum, & petendi. dic, vt ĩ. de reſtitutio. in
integ. c. 1. in clem. vbi de tempore vtili, & continuo. & de di-
uer. præſcri. & tẽpori. in rub. & vide per Bal. de preci. Imper.
18 offeren. l. quoties. ¶ Secundò quæro, † ſi poſt decurſum ſex
menſium ille eligat, vel conferat, qui neglexerit: an valeat. vi
detur, ꝙ ſic: quia admittitur purgatio moræ ad euitationem
pęnæ. vt l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. contrarium tenet gloſſ.
per c. licèt. de ſupplen. neglig. præla. Iſta eſt longa materia, in
quibus caſibus admittitur purgatio, & in quibus non: di-
cam. ĩ. de loca. c. potuit. & in reg. mora. de regu. iur. lib. 6. per
Ioan: And.

ADDITIO.

a ¶ Succeſsio. quòd ſucceſsiones omnes ſunt de iure poſitiuo, vel de iure ciuili, ſuggerente aliqua æquitate, voluit Bal. in l. lege. in verſicu. vel dic omnes. C. de legiti. hæredi.

*SVMMAE.*

1 *Promiſsio iniuſta non impedit collationem beneficij alteri fiendam.*
2 *Appellatio iniuſta extraiudicialis non impedit actum gerendum.*

RElatum. Beneficia vacantia conferun
tur, non obſtante appella-
tione illorum, quibus promiſſa fuerunt, priuſ-
quàm vacarent. In prima deciſa conſultatio: quæ per reſpõ-
1 ſionem patet. ¶ No. primò, † quòd iniuſta promiſsio nõ im
pedit collationem beneficij alteri fiendam: ſimiliter nec in-
iuſta poſſeſsio, vt c. licèt epiſcopus. de præben. lib. 6. ¶ Not.
quòd appellatio iniuſta non ſuſpendit iuriſdictionem iudi-
2 cis. vel, vt propriùs loquar, † iniuſta appellatio extraiudi-
cialis non impedit actum gerendum: meritò minùs quòd iu
dicialis, vt not. Inno. in c. cum nobis olim. de elec. & c. cùm
in cunctis. de his, quæ fi. à præ. ſimiliter nec impedit com-
miſsionem periurij, ſiue pœnam, vt c. breui. ſ. de iureiur.

*SVMMAE.*

1 *Papa ſi confert alicui canonicatum, etiam ſine inſinuatione executionis: non tenet collatio alteri facta.*
2 *Capitulum tenetur adimplere partem mandati apoſtolici ante vacationem, ſaltem in eo, quod poteſt.*
3 *Papa poteſt ſupra ius diſpenſare: & immutare ipſum. fallit in caſibus num. 7.*
4 *Beneficium, quo aliquis eſt priuatus, poteſt ſtatim facta caſsatione collationis, alteri conferri.*
5 *Collatio Papæ, & cuiuslibet collatoris (licèt conferat titulum) non tamen poſſeſsionem.*
6 *Traditio corporalis, quem effectum ſortiatur poſt collationem.*
7 *Papa poteſt diſpenſare ſupra ius. Et an poſsit contra iura. numero 7.*
8 *Papam non poteſt iudicare Imperator: nec totus mundus, ſiue clerus.*
10 *Executor an debeat audire contradictorem, & opponentem ſe contra prouiſionem fiendam.*
11 *Executor datus ad prouidendum, vel ad faciendum prouideri: an poterit prouidere, vel prouideri facere de beneficio, quod vacat de facto, & de iure: vel etiam de eo, quod vacat de iure; licèt non de facto.*

PRopoſuit. Si ſcribatur ei, ad quẽ ſpe-
ctabat collatio, dato exe-
cutore ad prouidendum affecta eſt præbenda per
præſentationem literarum factam collatori: ita quòd colla-
tio alteri facta non tenet. & ſunt duæ partes. prima factum
narrat, continens gratiam, & executionis proceſsũ, Capitu-
li contemptum, & duplex factum Cœleſtini. ſecunda ponit
mandatum Innocentij præmittens proteſtationem, & mo-
tiuum ipſius. ibi [licèt autem.] ¶ No. primò, quòd Papa nõ
1 contulit iſti canonicatum: ſed eum conferri mandauit; † ſi
enim contuliſſet, etiam ſine inſinuatione executionis, colla-
tio facta alteri non teneret, vt c. ſi poſtquàm. de præben. lib.
6. ¶ Secundò not. quòd mandatum fuit directum prępoſi-
to, & Capitulo, vt conferret præbendam ſpectantem ad col-
lationem ipſorum, & executor contulit præbendam ſpectan
tem ad collationem Capituli tantùm. ad hoc vide. c. cùm in
illis. §. cũ autem. ĩ. de præben. lib. 6. c. fina. eo. ti. ¶ Tertiò no.
quòd executor reperit Capitulum, & præpoſitum contuma
ces: quod fortè intelligitur in recipiendo illum in canoni-
cum: non in collatione præbendæ vacaturæ, quæ quia nõ va
cabat, non poterat aſsignari. ar. ĩ. de eccle. ædifi. c. ad audiẽ-
2 tiam. † & ſic ante vacationem tenetur Capitulum adimple-
re partem mandati apoſtolici: quod adimplere poteſt. teti-
gi in c. pro illorum. ſ. de præben. ¶ Quartò no. quòd Capitu
lum præbendam poſtea vacantem aſsignauit alteri contra
mandatum apoſtolicum, & inſinuationem executoris factã,
& ideò retractatur. vt ĩ. ſequitur. ſecus ſi contra mandatum
Papæ tantùm alteri contuliſſet, vt ſ. de præben. c. dilectus. 1.
& hoc mirum eſt, quòd plus afficiat receptio literarum exe-
cutionis, quàm ipſius apoſtolici, & plus liget manus ordina
rij collatoris: ſed fortè hoc ideò, quia contẽnit Papam, & mi
niſtrum eius: ideò plus arctatur, & hoc verum, cùm datur
executor ad prouidendum, Capitulo negligente, ſecus ſi ad
compellendum, & quæ ſit ratio diuerſitatis. dic, vt c. ſi credo.
ĩ. eo. lib. 6. ¶ Quintò no. ꝙ Cœleſtinus noluit habere ratum
factum decani: quod apparet, quia irritauit collationẽ Capi
tuli factam contra decani inſinuationem, & mandatũ. & vtrũ
iſta ratihabitio fuerit regulata ſecundũ formam iuris: an ex
plenitudine poteſtatis. glo. laborat. dicam ĩ. ¶ Sextò not. in
ver. licèt aũt. quod Papa Innocentius inueſtituras factas de
vacaturis non vult habere ratas. & in hoc videtur repro-

bare factum decani,qui de præbenda primò vacatura inue-
ſtiuit,vt patet in prin.c.& Cæleſtinus noluit habere ratum fa
ctum decani.& in hoc Cæleſtinus, & Innocẽ. videntur con-
trarij. Innoc.enim non innititur facto decani.ſed collationi
Cæleſtini : qui irritata collatione Capituli,contulit.& ſic va-
cantem,vt dicit tex.& tamen irritatio Cæleſtini non proceſ-
ſiſſet de iure:niſi decanus Capitulo ſic mandaſſet primò , vt
3 in c.dilectus.j.de præben.¶Septimò no.† ꝙ Papa põt ſupra
ius diſpenſare.& non ſolùm diſpenſat,ſed immutat.j.de cõ-
4 ſan.& affi.c.non debet.& no.de hoc 25.q.1. c. ſunt quidam.
dicam poſt gloſſ. ¶ Octauò not.† ꝙ ſtatim, facta caſſatione
collationis, poteſt illud beneficium, quo alius eſt priuatus,
alteri conferre: nam tunc intelligitur vacare.ex quo glo.col
ligit, ꝙ per ſententiam perdit dominium: quia ſi priuatus re
tineret dominium: non vacaret.facit j.de præben. licèt epi-
ſcopus.lib.6.de hoc etiam j.dicam. ¶Nonò not.ꝙ per lite-
ras Papæ confertur beneficium vacans de iure : licèt non de
facto.contra c.cum noſtris.j.eo.ſed dic, quòd poſt caſſatio-
nem vacat de iure & de facto: licèt intruſus de facto teneat:
& ideò tali detentione non obſtante,poteſt cõferri:cùm de-
tentor euidenter ſit illicitus , & iniuſtus . contrarium loqui-
tur de colorata facti poſſeſsione : quæ collationem impedit.
& ibi de hoc ſecundùm Hoſti. ¶ Decimò no. formam man
dati : quia mandat conferri præbendam cùm plenitudine iu
ris canonici.& hoc ius conſiſtit in ſtallo,in choro,loco in ca-
pitulo,& alijs,quorum communis eſt vſus.vt ſ.de præben.c.
pro illorum. ¶Vndecimò collige, quod per inueſtiturã an-
nuli, quam fecit Innocẽ.non fuit huic Cap.quæſita poſſeſsio
beneficij. quod patet in fine , vbi mandat aſsignari cum ple
5 nitudine &c.† & ſic licèt collatio Papæ, & cuiuſlibet collato
ris conferat titulum: non tamen poſſeſsionem,quæ conſiſtit
in facto : nec verbo quæritur ſine ſolo titulo,vt no. in l.ſi tibi
mandauero.§.ſi is cuius bona.ff. mandati. & l. fina.C.de ſa-
croſ.eccle. ¶Quæritur ergo , an in beneficialibus per colla-
tionem titulus ſit irreuocabilis,vt c.ſi tibi abſenti. de præbẽ.
lib.6.& no.Innocẽ.in c.inter cetera.ſ.de præben.non tamen
poſſeſsio,etiam poſt inueſtituram annuli.alibi tamen per tra
ditionem clauium quæritur poſſeſsio,vt l.clauibus.ff. de con
trahen.emp.& vide quod no. Bar. in l.prædia.ff. de acquirẽ.
6 poſſeſ.& l.minus inſtructis.C.eo.tit. † ſed dices,ſi per colla-
tionem conſequitur quis titulum : quem effectum parit po-
ſtea ſequens traditio corporalis.dic, quòd poteſtatem admi
niſtrandi:& in iudicium deducendi iura ad beneficium ſpe-
ctantia, quorum exercitium aliàs nõ haberet, vt dicit hic In-
nocen. & j. dicam. ¶ Oppo. Cęleſtinus videtur contrariari
Inno.inquãtum Cęleſtinus habuit ratum factum decani. ſed
Inno.reprobauit in ver. licèt autem . Si enim factum decani
fuit nullum : mandatum Cęleſtini non affecit præbendam.
& ideò collatio Capituli facta debuit eſſe rata, vt ſ. de præ-
ben.c.dilectus.cùm enim nec mandato Cęleſtini , nec deca-
ni præbẽnda eſſet affecta : collatio Capituli debuit eſſe rata,
vt d.c.dilectus.Papa autem hic eam reprobat.ergo malè . ſo
lu.glo.Inno.& Cœleſti.&c. & glo. vnde videtur. & præcedẽs
eam fatentur contrarium.& quòd iſti , cui facta fuit collatio
per Capitulum,fuit facta iniuria:& hoc ex plenitudine pote-
ſtatis , vt in ea videtur.Ioan.And.dicit,ꝙ hoc factum fuit de
iure.quia per præſentationem literarum factam Capitulo af
fecta fuit præbenda:ex quo datus erat executor ad prouidẽ
dum,vt j.eo.ſi Capitulo lib.6. ¶Secundò op. dicitur hic, ꝙ
7 Papa † põt diſpenſare ſupra ius: contra quia non põt diſpen
ſare contra ius naturale[quos duos coniunxit]&c.non con-
tra Apoſtolum:non contra iura,quæ inhibent monachis pro
prium,& non contra multa alia,de quibus in gl. nã & cõtra.
So.regulariter verũ eſt,quod hic dicitur. fallit in caſibus prę
dictis enumeratis in glo.cui adde,quod no.ſ. de cõſti.c.quæ
in eccleſiarum.& Inſti.de iure natu.gen.& ciui.§. ſed natura
lia.Hoſt.dicit.ꝙ Papa tantũ ſuijpſius habet poteſtatem,ꝙ ab
aliquo accuſari , vel argui nullo modo poteſt , niſi in hæreſi.
40.diſtin.c.ſi Papa.ſubiacet tamen euangelicæ veritati , quæ
cuilibet data eſt quò ad monitionem faciendam.2.q.1.c.ſpe
ctauerit.ſed quò ad id,quod ibi dicitur:dic eccleſiæ nõ ſub-
8 iacet,niſi in hæreſi,vt dixi.† Imperator ergo , & totus mun-
a dus,ſiue clerus ipſum non poterit iudicare . a ſed anima ſua
in manica ſua: nam ſi malè fecerit,grauiſsimum iudicium ſi-
bi erit,& terribile.9.q.3.c. nemo. & c. aliorũ. & hoc quò ad
ſe:quò ad alios ſi quid præcipit: an præciſè debeant ſibi ſub
diti obedire.dic,ꝙ contra l.Dei non debent:ſed potiùs excõ
municationem pati. In his,quæ non eſſent contra, vel dubia
obtemperare tenentur. 11.q.3.c.Iul.diſpenſare autem con-
9 tra iura an poſsit.Vinc.† ꝙ ſic in omnibus,quæ non ſunt con
tra fidem.quod intellige, niſi per ſuam diſpenſationẽ nutri-
retur mortale euidenter contra l. diuinam. nã peccatum ꝑ-
ueniens ex tranſgreſsione legis canonicæ , vel humanæ ipſe
poſſet tollere: cùm poſsit ipſam deſtruere , ſecundùm Hoſt.
qui remittit ad no.ſ.de tempo.ordi.c.ad aures.¶Tertiò op.
hic dicitur,ꝙ poſt caſſationem illa præbenda intelligebatur
vacare.& ſic ſola ſentẽtia videtur auferre dominium . ſed cõ
tra;quia non ſolis titulis : ſed traditionibus acquiruntur do-
minia,vt Inſti.de re.diui.§.per traditionẽ.& C.de pac. l.tra-
ditionibus.So.vt in glo.ſic ergo &c. quę non perfectè ſoluit.
& videtur,ꝙ non perdatur dominium:nam ille,cui traditur,
& ſententia recipit eam,vt propriam,non vt alienam: ergo ſi
non erat dominus per talẽ traditionẽ in eũ dominium non
transfertur.vt l.3.§.ſubtilius.ff.de condi.ob.Si enim trado ti
bi rem meã,vt tuam,non transfero in te dominũ,vt ibi. ſolu.
dic ꝙ in hoc ſunt opi.legiſtarum,vt plenè no.Cy.in l.1.C.cõ
munia vtri.iudi.Bar.tenet, quòd rei iudicatæ auctoritas ope
ratur tranſlationem dñij: ſicut alios effectus producit. de q-
bus per eum in l.Pompo.§.ſi iuſſu.de acqui. poſ. econuerſo
verò ſi actor erat dñs:nec probauit:an ſuũ dñium transferat
in conuentum.dic,vt no.glo.no.in l.exceptio.ff.de excep. rei
iudi.in traditione,vel dimiſsione rei,quæ fit ex cauſa tranſa-
ctionis,an dñium acquiratur.dic,vt l.ſi pro fundo.C.de trãſ.
& vide Inſti.de offi.iud.ad fi.vbi glo. magna. an ex ſententia
transferatur dñium.Hoſt.hìc tenet,ꝙ non transferatur , niſi
traditione ſecuta. Io. An.remittit ad not. per eũ.ſ.de trãſlat.
c.quanto.in vlt.glo.de reſcrip.c.mandati. in penul.colũ. ver.
dicit autem Compo.¶Quarto op.de c.cùm noſtris.ſo. vt di
xi.ſ.in 8. not. ¶ Quæro,quo tempore illi, quibus beneficia
conferuntur, poſſunt adminiſtrare. Reſp. aut loqueris in ꝓ-
bendis, & minoribus beneficijs: aut in beneficijs curatis.pri
mo caſu nõ habent ius adminiſtrandi in præbẽda : niſi priùs
ſibi aſsignetur.electio enim dat ius canoniæ.aſsignatio.quæ
in facto conſiſtit, adminiſtrandi tribuit poteſtatem: nec pro
pria auctoritate miniſtrare debet , niſi priùs ſibi aſsignetur
ab eo, qui habet poteſtatem de iure , vel de conſuetudinę.
arg.de exceſ.præla.c.accedentibus . Recepto ergo in cano-
nicum debet aſsignari ſtallus in choro : & locus in Capitu-
lo , per illum , ad quem pertinet , vt dixi , antequàm exer-
ceat ius canonicatus.de præben.c.relatũ.& c.dilecto.Et ſi de
punietur de falſo,quia non ita in dictante ( ſicut in notario)
fundatur ſubſtātia inſtrumēti.ad hoc l.presbyteri.C. de epi.
& cle.ſecundũ in d.l.ſi quis obrepſerit.quod nota.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in his, quæ generaliter in pro-
uincia committuntur.*
2 *Prælatus de conſenſu Capituli poteſt exercere iura ſpectātia ad col
legium:& in iudicium deducere.*
3 *Præſentatio prælati ſine conſenſu Capituli non tenet.*
4 *Conſuetudo poteſt introduci,& præſcribi contra conſenſum, qui de
iure requiritur ad ſubſtantiam actus.*
5 *Præſentatio poteſt fieri per literas.*
6 *Probatio omiſſæ ſolemnitatis ab ea parte requiritur:quæ hoc negat.*
7 *Conſuetudo inducitur per non actum.*
8 *Conſuetudo antiqua,& priuilegium æquiparantur:*
9 *Conſenſus interueniſſe præſumitur , ſed ſi negetur , quis debeat hoc
probari.*
10 *Prælatus ſolus de conſuetudine,an poſſit facere collationes benefi-
ciorum.*

EA noſcitur. Si eccleſia collegiata in
alia eccleſia habet pręſen
tare,præſentabit prælatus de cōſenſu Capituli, vel
maioris partis:niſi de conſuetudine, vel priuilegio hoc com
petat ſibi ſoli.prima pars factum narrat.ſcđa rñdet.ibi[rñ-
demus.]¶No.primò,ꝙ iſta Decre.dirigit archiep̃o,ex quo
1 colligit arg.Hoſt.†ꝙ archiep̃us habet iuriſdictionem in his,
quæ generaliter in prouincia committuntur.concor.s̃.de In
ſti.c.3.& in Auth.de ſan.epiſ.§.vt aut omnis.colla.8.¶.Secũ
2 dò no.†quòd iura ſpectantia ad collegium poteſt prælatus
exercere:ſimiliter , & in iudicium deducere , de conſenſu tñ
Capituli,vt hic.& ff. quod cuiuſque vniuerſi.no.l.fi.& hoc ve
rum in iuribus vtrique communibus:in diuerſis verò Capi-
tulum exercebit.quod dic,vt s̃.de reſcrip. c.edoceri.& ff. qđ
3 cuiuſque vniuerſi.l.1.¶Tertiò no.†quòd præſentatio præla
ti ſine conſenſu Capituli non tenet:pōt enim impugnari rō-
ne contemptus.s̃.de elec.c.ꝙ ſicut.& dicit Hoſti.ꝙ contra-
dicere poſſunt vſq; ad ſex.menſes à die notitiæ inchoandos.
remittit ad not.per eum.s̃.eo.c.2.& collige dum dicit [iuri-
bus vacuari.]&c.ꝙ tales præſentationes ſine conſenſu Capi
tuli factæ non ſint irritæ ipſo iure:ſed debeant irritari.& hoc
tenet Hoſt.Goſ.exponit,[vacuari] i.vacuas nũtiari ad inſtar
4 inſtitutionum.s̃.c.nouit.in fi.¶ Quartò not. in verſi.niſi.†ꝙ
contra



contra conſenſum,qui de iure requiritur ad ſubſtātiā actus,
pōt præſcribi,ſiue conſuetudo contraria introduci, & ſic cō
ſuetudo pōt detrahere ſolēnitati iuris,& eſt hoc cōtra Hoſ.
qui dixit ep̃m præſcribere non poſſe.quin teneatur require-
re concilium Capituli in caſibus,quibus de iure deberet.nā
ſm̃ Io.And.vtroq; caſu poteſt induci conſuetudo, ne conci-
lium requirere alteruter teneatur.ad hoc de conſue.c.3.li.6.
5 ¶Quintò no.†ꝙ per literas poteſt fieri pręſentatio, ſicut &
procurator conſtitui,vt ff.de procu.l.1. non autem votũ ex-
primi,vel teſtimonium, vel ſententia ferri. de voto patet. s̃.
de elect.c.quia propter.de teſtib.ff.de teſtib.l.3. & 3.q.9.de
ſententia patet.C.de ſen.ex peri.re.regulariter verò per nun
cium,& epiſtolam poſſunt explicari actus,vt ff.de action.&
obli.l.conſenſu.& l.ſi per epiſtolam.de acq.hære. cum ſimil.
6 ¶Sextò no.in verſi.vnde. † ꝙ probatio omiſſæ ſolemnitatis
ab ea parte requiritur,quæ hoc negat. & ſic de iure p̃ſumit
interueniſſe & cōſenſiſſe.ad hoc l.ab ea parte.ff.de prob.ar.
7 contra.ff.de pub. l.de pretio.dicam j̃.¶Septimò not.†ꝙ p
non actum inducitur conſuetudo.& eſt hoc probabile,vide-
licet de conſuetudine eſt,non exigi cōſenſum capituli. vt hic
litera dicit.de quo dixi s̃.de cleri.coniug.c.Ioannes.& colli-
8 ge,†ꝙ antiqua conſuetudo, & priuilegium æquiparantur,vt
l.ait prætor.§.permittitur.& §.hoc iure.ff.de aqua quoti. &
æſti.¶Octauò no.ꝙ dicit tex.[aliqui eorum.] &c.nam tan-
tùm illi , qui habent hoc de conſuetudine , vel priuilegio ſe
tueri eo poſſunt,& non alii.de priuile.c.ſanè.ſi autem habe-
rent præter vnum prælatum,etiam ille prælatus tali conſue-
tudine vti poſſet.quod dic,vt s̃.de of.archi.c.fi.¶Quærit gl.
dicitur hic,ꝙ debet interuenire conſenſus Capituli in præ-
9 ſentationibus,quas prælati faciunt.†quæro quis debeat hoc
probare.dicit gl.ꝙ interueniſſe præſumitur: ſed poteſt pro-
bari contrarium,quia eſt præſumptio iuris tantùm: non iu-
ris,& de iure. in contrarium tñ facit,quia conſenſus eſt ſolē
nitas extrinſeca,quæ non præſumitur, niſi probetur , iuxta
no.in l.ſciendum.ff.de verb.obl.per Bar. Ioan.And. dicit,ꝙ
quandoq; negatur conſenſus , antequam præſentatus p ab-
batem inſtituatur:& abbas debet probare conſenſum Capi
tuli habuiſſe.qñq; negatur conſenſus poſt inſtitutionē factā:
& tunc poſt inſtitutionem factam contradictor tardè venit ,
& audiri non debet.j̃.de iure pat. c.conſultationibus.¶Sed
contra hoc vltimum oppo.& videtur, ꝙ etiam poſt inſtitu-
tionem factam poſſit obiici de defectu conſenſus. & primò
per illum tex.qui dicit [iam facta inſtitutione vacuari.] &c.
ſecundò quia deficiente conſenſu Capituli,dici pōt,ꝙ inſti-
tutio ſit obtenta per obreptionem,de qua omni tempore q̃-
ri poteſt,etiam contra inſtitutionem per Papam. de re iudi.
c.cum olim.tertiò quia abbas ſic præſentando poſt 40. an-
nos poſſet dicere ſe præſcripſiſſe conſenſum , nec de cætero
requirendum. ſol.Io.And.rñdit ad oīa iſta tria:& primò ad
tex.qui dicit,ꝙ debet intelligi,qñ poſt præſentationē,& an-
te inſtitutionem fuit contradictum,& contradictio non ad-
miſſa:ſecus ſi poſt inſtitutionem obiiceret de defectu cōſen-
ſus,quia non deberet audiri,vt dixi. Non ob. ſecundum de
obreptione,quia præſumptio conſenſus habiti iſtā obreptio
nem excludit.Non ob. tertium de præſcriptione conſenſus.
nam hoc fateor,ꝙ eſt præſcriptibile, & imputet ſibi Capitu
lum,patiendo prælatum præſentare, eius conſenſu nō adhi
bito.& quod dictum eſt,ꝙ conſenſus præſumitur poſt inſti-
tationem,nec aliter eſt neceſſe probare.Idem dicit Io.And.
in procuratore conſtituto à prælato,cui obiicitur, ꝙ in eius
conſtitutione Capitulum non conſenſit , oportet.n. probari
conſenſum,ſaltem ante ſñiam.facit qđ no.de proc. c.in nr̃a.
in glo.qñ dicatur.poſt ſñiam verò cum tali procuratore latā
nō poterit hoc opponi.& idem vr̃,ꝙ tertius,contra quē agi-
tur,p talē procuratorē obiicere hoc non poſſit , ſi Capitulũ
non cōtradicat.nā(vt dicunt hic Doct.)nō debent de hoc in
quiri:niſi cōuentus reclamet.& vide,qđ de hoc no.Bar.poſt
10 gl.in l.actor.ff.rem ra.ha. ¶Scđò quæro poſt Ho.†vtrũ ſo-
lus prelatus de conſuetudine poſſit facere collationes bñfi-
ciorũ.diſtingue.aut loqueris de collatione, q̃ ſit in titulũ , &
p̃t.aut in proprietatē,& tunc,aut cōſuetudo inducit,ꝙ ĩ lai-
cũ poſſit p̃latus alienare ſine cōſenſu Capituli,& nō valeat ,
veluti eccleſiis oneroſa,vt s̃.de conſuetu.c.1.aut in eccleſiis,
& tunc,aut conſuetudo inducit,vt valeat conſuetudo ſine cā
(vtpote in eccleſiis non agentes),& ſimiliter non valet , arg.
1.q.2.paſtor.aut de collatione facta eccleſiis ad ædificatio-
nem,vel ad alia neceſſaria. & tunc poteſt ſolus prælatus ſine
conſenſu Capituli,ſi hoc ſibi competat.de conſue. c.præſcri
pta.vt hic.& in contrariis.ſecundum Io. And. quatenus au-
tem ex conſuetudine poteſt talis alienatio per prælatũ fieri
in eccleſiam,non in laicum.no.hic Io.An. & collige ex gl.j̃.
c.droxi.in glo.ideò non intelligitur.

*S V M M AE.*

1 *Cauſa decimarum poteſt in arbitrum compromitti.*
2 *Laicus,ſi poſſidet decimas,dicitur ipſas malè detinere.*
3 *Iura quando videntur contraria , debent ſub aliqua diuiſione iu-
uari .*
4 *Recuperatio rei perditæ faciliùs permittitur , quàm habitæ alie-
natio .*
5 *Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum in iure.*
6 *Decimæ,ꝙ venerint ad laicum ante,vel poſt concilium Lateranenſe.
ſi eſt dubium,quis debeat probare,laicus,uel eccleſia.*

CVm apoſtolica. Tenet dona-
tio, quā de ſo
lius diœceſani conſenſu facit laicus eccleſiæ de
decimis,quas ab alia eccleſia habuit in feudũ ab antiquo.Et
in prima parte conſultatio.In ſecunda rñſio.ibi[taliter rñde
mus.]prima facit quatuor.primò ponit partium cōpormiſ-
ſum.ſecunda vnius partis allegatſonem.ibi[dicti monachi.]
tertia ibi[econtrario.] allegationem partis alterius . quarta
ibi[quia verò.]conſultationem arbitrorum. ſecunda princi
palis facit alia quatuor,primò rñdet ad conſultationē.ſcđò
ſoluit,& concordat contraria. tertiò reſponſionē corrobo-
rat.quartò illā determinat.ſcđa ibi[auctoritates.]tertia ibi
[nam.]quarta ibi[hic autem.] ¶Not.j.ꝙ monachi allega-
bāt hic titulum ſuæ poſſeſsionis:cùm tñ eſſent rei.& hoc iō,
quia intentio eccleſiæ ſancti Stephani erat fundata de iure
cōi:ideò releuatur ab onere probandi, & reus probare tene
tur,qũo iuſtè poſſidet:aliàs præſumitur vſurpaſſe,vt j̃.de re
ſtit.ſpo.c.ad decimas.li.6.& c.contra morem.100.di. Inten
tio autem eccleſiæ ideò eſt fundata de iure cōi:quia cũ eſſet
infra limites ſuæ parochiæ,ad ipſam ſpectat de iure cōi . qđ
1 dic,vt j̃.de deci.c.cum contingat.¶Secundò no.†ꝙ de cau
ſa decimarum,quæ eſt ſpiritualis,poteſt in arbitrũ compro-
a mitti.a quod intellige,tanquam in arbitratorem , aliàs con-
tra.de tranſa.c.contingit.& no.de præb.c.niſi eſſent.¶Ter-
2 tiò no.†ꝙ ſi laicus poſſidet decimas, dicitur ipſas malè de-
tinere.& idem in oblationibus,& aliis eccleſiaſticis in feudũ
conceſſis.quia generaliter loquitur illud.c.16.q.1.c.fina.ex
quo videtur, quòd talia ſine peccato concedi non poſſunt .
& ſic non poſſint epiſcopi , & alii prælati infeudare fructus
3 decimarum.dicam j̃.¶Quartò no.in ver.[auctoritates]†ꝙ
cùm iura videntur cōtraria, debent aliqua ſubdiuiſione iu-
uari,vt C.de iudic.l.1.nec ſufficit dicere aliud hic, aliud ibi .
niſi diuerſitatis ratio ſufficiens reddi poſſit , vt hic.l. facit qđ
not.in cap.quia cunctis.de conceſſion.præb.lib.6.¶Quin-
4 tò not. † quòd faciliùs permittitur perditæ rei recuperatio ,
quàm habitæ alienatio.ſimile in ſeruo, qui in quæſitis domi
no non pręiudicat , ſed in quęrendis ſic . idem in debitore,
qui poteſt fraude creditoris non acquirendo : non autē iam
quęſita in fraudem baratando,vt ff.de his,quæ in fraud.cre-
ditor.

ditor.l.1.& l.qui autem.¶Sextò no. quòd monitio epiſcopi
debet præcedere,vt reſtituat eccleſia ad quam ſpectat:quod
ſi induci nequiuerit, tunc conſenſum præbere videtur quòd
poſsit irritari conceſsio attentata contra formam canonis:ſi
cut attẽtata contra formam præfixam ab homine, arg.s̃.de
reſcrip.c. cum dilecta. & l.qui Romæ.§.Flauius. Hermes.ff.
de ver.obli.ad hoc facit ille tex.ibi [ ſi fortè induci nequiue-
rit.]&c.à contrario ſenſu.quod eſt fortiſsimum,vt j̃.ſequit,
præcedere monitio iſta debet.facit qđ no.in cle.1.j̃.de iure
5 patro.¶Septimò no.†ꝙ argumentũ à contrario ſenſu fortiſ
ſimum eſt in iure.concor.ff.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſ-
di.l.1.qđ dic,vt s̃.de elec.c.publicato.per Ioan.An.& Bar.l.
omnes populi.ff.de iuſti.& iur.vbi plenè an in ſtatutis, cõtra
ctibus,& alijs diſpoſitionibus habeat locum argumentum à
contrario ſenſu.¶Octauò no.ꝙ conſtitutio Hieronymi loq
tur de decimis laicis perpetuò conceſsis.ſi ergo ad tempus,
vel in conditionem,non habebit hoc locum.ad hoc j̃.de do
na.inter vir.& vxo.c.nuper.& qualiter intelligat,[ ꝑpetuò.]
dicit Archi.ꝙ ad vitam.j̃.de deci.c.2.lib.6.& ff. pro ſocio.l.
1.vbi de hoc.Sed hoc non placet Io.An.nam cùm nil certius
morte.ff.de condi.& demon.l.1. certum eſſet illas ad eccle-
ſiam reuerſuras:ideò illud c.non habet locum.¶Oppo.dici
tur hic in verſi.[e conuerſo.]ꝙ debet eſſe non dubiũ, contra
ctum in vtilitatem eccleſiæ.contra immò videtur,ꝙ etiam ſi
ſequatur euentus contrarius, ſufficiat vtiliter à principio ge-
ſtũ eſſe,ad hoc vt contractus valeat.ff.de admini.tut.l. tutor.
qui §.2.Sol.dicit glo.illud non eſſe dubium.intellige quò ad
communem opinionem:cùm de futuris quid ſit vtile,vel in-
utile,Deus nouit:& ad nos non pertinet iudicare,vt l.ad præ
ſens.cum l.ſeq.ff.ſi cer.pet.nos enim rebus ſic ſe habentibus
iudicamus,vt l.quod Seruius.de condi.ob cau.non ergo euẽ
tus damni reſtitutionem indulget:ſed inconſulta facilitas,vt
ff.de mino.l.verum.§.1.& dic, vt notatur 12.q.2.ſine exce-
ptione.¶Secundò oppo.dicitur. hic, ꝙ laici ſunt monendi,
vt dimittant decimas malè detentas.contra imò videntur cõ
pellendi.& quòd per eas licitè poſsidere non poſsint:& mor
taliter peccent,vt in iuribus alleg.& plenè.16.q.7.c.So. dicit
glo.quæ incipit de facta.&c.contraria loquuntur de decimis
non conceſsis in feudum.hic verò de decimis in feudum cõ
ceſsis,vt in fi.c.Sed ſecundùm hoc videtur tex.circa princ.c.
malè dicere.quòd tunc dicantur malè detentæ : quia immò
bene,propter tit.ſol.dicit quòd ideò dicuntur malè detine-
ri:quia cùm decimæ debeantur clericis propter miniſtratio
nem diuinorum.j̃.de deci.c.tua nobis.§.1.& laici non mini
ſtrent:ideò malè ab eis detinentur ſine exhibitione adiuncti
obſequij:ſed tamen ſine peccato,ex eo quòd clerici ( quorũ
eſt dominium,quibus laici tenentur in feudum ) miniſtrant
iſta eccleſiaſtica ſacramenta.Iuris ergo permiſsione poſſunt
habere laici fructus decimarum in feudum: quia directũ do
minium remanet penes eccleſiam:quamuis vtile tranſeat ad
vaſallum,quantum ad perceptionem fructuum, quos etiam
domina eccleſia percipere intelligitur, cũ à vaſallo ſuo eius
nomine percipiantur,vt s̃.de reſti.ſpol.c.cum veniſſent.& c.
olim.¶Tertiò oppo.& videtur,quòd illud ſit malè dictum,
quòd in feudum poſsint laicis concedi decimæ,& alia ſpiri-
tualia.vnde videtur obſt.j̃.de decimis.c.quamuis, & c. pro-
hibemus.ſol.tex.iſte & ſimi.loquuntur de decimis, quæ lai-
cis fuerunt conceſſæ ante illud concilium ex cauſa, quæ ha-
tur in d.c.quamuis.poſt illud autem concilium talis conceſ-
ſio prohibetur,vt ibi.& fuit illud concilium celebratum An
no Domini. 1189. aliàs.79. tempore
Alexandri tertij.qui fuit Senen. decimas
ergo poſſeſſas per laicos ante illud conci
lium,etiam hodie poſſunt licitè poſsidere.poſtea verò q̃ſitas
iniuſtè tenẽt.¶Sed hic incidenter quæro. † ſi dubitatur,an
6 ante,vel poſt illud concilium decimæ deuenerunt ad laicũ:
an laicus debet probare,quòd ante;vel eccleſia, quæ vendi-

Nota quo tempore celebratum fuerit concilium Lateranſe.

cat ab eodem,ꝙ poſt ar.ꝓ laico.j̃.de ver.ſign.c.ſup quibuſ-
dam.& qđ ibi no. Item non eſt veroſimile,eccleſiam tanto
tpe ſine cã tacuiſſe.ar.de re.ec.non alie.c.ſi quis Ho.tenet,ꝙ
laicus tenetur probare, ꝙ priùs, vel poſt auctoritate Papæ.
& idẽ tenent Io.Mo.& Archi.j̃.de eeci.c.2.li.6.Io.An.tenet
hic contrarium,per c.j.de præſcr.lib.6.poſtq̃.n.non apparet
alium,vnq̃ tpe poſſediſſe,ſatis præſumitur. ꝙ iſte ſemp poſ-
ſederit.& hoc intelligit , quando communis opinio funda-
tur ſuper antiquitate feudi : quam communem opinionem
in tali præſcriptione probari neceſſe eſt,vt ibi not.in fin. ad
hoc facit,quòd quando de prioritate,vel poſterioritate quę
ritur;ille,qui agit,debet probare prioritatem, vel poſterio-
ritatem,quæ eſt cauſa ſuæ intentionis. quod dic, vt not.in c.
literas.j̃.de reſcrip.in clem.& l.non ſolùm.§.ſed vt probari.
de oper.nou.nuncia.& j̃.de ſpon.c.dudum.in rub.per Hoſt.
¶Quartò oppon.dicitur in ver.taliter reſpondemus, &c. ꝙ
primò monendus eſt.& ſi induci nequiuerit,&c.Sed contra
hoc opponitur à diuiſione, nam, aut iſtæ decimæ ſpectabãt
ad epiſcopum,& tunc malè uidetur dicere tex.quòd mone-
ri priùs debet laicus,vt reſtituat eccleſiæ ſancti Stephani: cũ
non ad eam,ſed ad epiſcopum pertineãt dicto caſu.aut iſtæ
decimæ ſpectabant ad eccleſiam ſancti Stephani,& tunc ſi-
ne eius conſenſu laicus in alterum transferendo cadit à iure
feudi,& ipſo iure ad eccleſiam reuertuntur, vt in 10.col.de
feud.non alien.ſine conſen.nomin. l.imperialem . non ergo
videtur ſtare poſſe,quod hic dicitur, quòd ſi iudici nequiue
rit ad reſtitutionem de cõſenſu epiſcopi ſolo : in alterũ trãſ-
ferantur.ſi erant eccleſię ſancti Stephani,vel ſi erant epiſco-
pi,iſta inductio,& monitio non videtur expediens, nec bo-
na, vt fiat monitio , vt ei fiat reſtitutio , quia ius non habet.
Solu.ſuper ſolu.huius contrarii Ioann.And. recitando Doc.
multipliciter ſe inuoluit. ſoluit ergo primò,quòd iſte tex.de
bet intelligi de decimis ſpectantibus ad eccleſiam ſancti Ste
phani : quarum fructus epiſcopus à principio ex cauſa po-
tuit concedere in feudum: directo tamen dominio penes ec
cleſiam ſancti Stephani remanente . & ſicut à principio hoc
licuit:ita licet modò eidem alii eccleſiæ concedere,ſeu con-
ceſſas à laico confirmare. Nam ex hac ſecunda conceſsione
nullum damnum patitur eccleſia ſancti Stephani, cũ ex con
ceſsione epiſcopi alteri facta non ſpectaret ad eum fructuũ
perceptio.ſi ergo in alterum , & alterum ſucceſsiuè transfe-
ratur,nullum damnum ſuſtinet,vt prædixi. ad hoc 24. q. 1.
c.loquitur.vel dic ſecundò, quòd iſtę decimæ tenebantur in
feudum ab eccleſia ſancti Stephani.Sed tunc dices, quomo-
do ſolo conſenſu epiſcopi poſsint in aliũ transferri,cõtra na
turã feudi,quæ eſt, vt voluntate domini fiant iſtę tranſlatio-
nes,vt d.l.imperialẽ.dicit ipſe,quòd ille, qui habebat ab ec-
cleſia ſancti Stephani,ita recognoſcet eam in dominam, ſi-
cut ſi teneret,& monaſterium,cui ſecundo loco à milite con
ceditur,recognoſcet in feudatarium militis concedentis , &
ſic eccleſia ſancti Stephani damnum non patitur : ſed certè
immò patitur,ſi decima ſua in alterum transferatur:dicit er
go.3.Innocen.& magis ſibi placet, ꝙ hæc Decret.intelliga-
tur de decimis tantùm,quæ non ab eccleſia, ſed ab epiſco-
pò tenentur.ſed in feudum,ſed tunc obſt. quod hic dicitur ,
ꝙ moneri debet,vt reſtituat eccleſiæ ſancti Stephani, ſi non
ſuæ.dicit ipſe reſponde,ꝙ epiſcopus, quando conceſsit iſtas
decimas in feudum,accepit eas ab eccleſia parochiali ꝓ ali
qua vtilitate epiſcopatus:quod licuit,vt eccle. benefi.c.1.§.
fin.& ideò iuſtius,& ęquius eſt,ꝙ reſtituãtur ei,quam alii.j̃.
de teſta.c.cum in officiis. & quia de facili res reuertitur ad
naturam ſuam,vt j̃.eod. c.ſuper venerab. & ſi epiſcopus in
hoc conſentire nollet:recurrendum eſſet ad ſuperiorẽ.de iu
re pa.c.nullus.& iſtam conceſsionem intellige factam fuiſſe
per epm ante concilium,c.quamuis.j̃.de deci.& videas. nam
hodie fieri non poſſet,vt ibi.licèt quidam dixerint,& malè ,
ſm̃ Innoc.ꝙ prælati de conſenſu eporum poſſunt infeudare
fructus



fructus decimarum.& reſpondent ad c.noſtra. j̃.de dolo. ꝙ
ibi non interuenit conſenſus epi.& ad c.2. de feu.quia loqui
tur de illis,qui iurauerunt non infeudare.

ADDITIO.

a ¶ Cõpromitti. Adde An.de bu.in c. per tuas.đ arb. Io.đ Imo. ĩ c.de-
cernimus.de iudi.Panor.in c nobis.de iure pa.Ale.ĩ cõſ.90.2.vo Pet.de
Anch.conſil.95.Ale. conſi 58.4.vo.

*SVMMAE.*

1 *Electus confirmatus an poſſit adminiſtrare.*
2 *Solemnitates,quæ requiruntur in alienatione,non præſumuntur in-
teruenisse,niſi probentur.*
3 *Futurorum non eſt ſcientia,nec veritas determinata.*
4 *Alienatio,non ſeruata ſolemnitate,eſt irrita.*
5 *Conceſſiones perpetuæ dicuntur alienationes.*
6 *Alienatio ſi facta eſt in caſu non conceſſo(interuenerunt tamen om-
nes ſolemnitates)an valeat.*
7 *Contractus an ſit ipſo iure nullus , ſi ſolemnitas debita non eſt ſer-
uata .*

TVa nuper. Non poteſt epiſcopus ſine
conſenſu Capituli concede
re eccleſias aliis eccleſiis,etiam quę ius patronatus
habent in illis.cõmunis diuiſio.ſecunda ibi[alterius.]¶No.
1 j.†ꝙ ſit hic quæſtio,an electus poſsit, quod intellige de ele-
cto confirmato.aliàs qõ non procederet. cùm electi non cõ
firmati adminiſtrationi ſe immiſcere non poſsint.& ſi fece-
rint,puniantur,vt j̃.de elect.c.auaritiæ. li.6.poſtquam verò
fuerint confirmati,poſſunt adminiſtrare . qđ dic,vt s̃.de ele.
c.tranſmiſſa.¶Secundò no.in verſi.alterius.quæ ſolemnita-
2 tes requirantur in alienatione rei eccleſiaſticæ . † nec dictæ
a ſolemnitates a præſumuntur,niſi probentur , cũ veniant ex-
trinſecus.ſicut,& auctoritas tutorum.vt l.quæcunq;.de pub.
& no.plenè per Bar.in l.ſciendum.de verb.obl.¶Tertiò no.
ꝙ debet interuenire tractatus,de cuius practica dicit gl. nã
quilibet ſingulariter debet dicere videre ſuum:ſicut cũ tra-
ctatur de aliena.rei ciuita.quæ eccle.comparantur,vt l.inter
dominium.C.de ſacroſan.eccl.& dicit Hoſt.ꝙ ſicut ibi iurãt
maiores,ꝙ dicent,quòd credunt vtile ciuitati : ita hic debẽt
iurare maiores eccleſiæ.10.q.2.c.hoc ius.Item aduerte,ꝙ di
cit[tractatus.]in ſingulari.ex quo colligit Ioan.And. quòd
ſufficit,ꝙ interueniat vnus tractatus(ſolemnis tamen, & di-
ligens)cuius formam,vide in Spec.de loca.§.ſequitur.ver.&
ſcias.eſt tamen vtile iterare,ſecundùm Io.And. & vide j̃.de
reb.ecc.non alien.c.dudum.lib.6. ¶Quartò not.ꝙ non de-
bet eſſe dubium eccleſiæ profuturum . quod intellige ( dicit
glo.)probabili iudicio:licèt ſecus contingat. & idem Innoc.
3 †nam de futuris non eſt ſcientia,vel veritas determinata: cũ
ſub multis caſibus fortuitis ſint expoſitæ fęlicitates huma-
næ,vt l.penul.vel vlti.C.de præſcrip.30. an. vt ſic ex tali cõ-
tractu eccleſia non ſit damnificata,nec locupletata. not. 12.
4 quæſtion.2.ſine excep.¶Quintò no.ver.irrita. †quòd alie-
natio,non ſeruata ſolẽnitate, eſt[irrita, ] quod videtur ipſo
iure.de quo dic,vt s̃.c.1.quid tamẽ ſi eccleſia vult , quòd va
leat talis contractus(quia fortè tendit ad meliùs.)dic,vt no.
in l.cum hi.ff.de tranſact.& vide l.iubemus. C.de ſacroſanc.
eccle.vbi ex tali contractu nullo non ſolùm non transfertur
dominium:ſed nec poſſeſsio,& puniuntur,de quibus ibi .
¶Sextò not. ꝙ requiritur ſubſcriptio clericorum,& hoc in
alienatione,vt hic.Item in conſtitutione ſindiei.quod dic, vt
s̃.de procur.c.1.& in decreto electionis, vt s̃.de elect. c.in-
5 notuit.dic,vt dixi s̃.c.1.¶Septimò nò.†quòd perpetuæ con
ceſsiones dicuntur alienationes, quas epiſcopi ſine conſen-
ſu Capituli non faciunt,temporales,ergo donationes videt ,
ꝙ ſoli epiſcopi poſsint facere,vt no.Io.16. q.1. c.poſſeſsio-
nes.Non ob.c.ea noſcitur.s̃.e.vbi in temporali exigitur cõ-
ſenſus Capituli:intelligitur enim in conceſsione ſpiritualiũ,
vbi maior debet eſſe maturitas : hic loquimur in conceſsio-
ne temporalium ad tempus.no.etiam.c.epiſcopus.12.qõ.1.
quia ibi loquitur,cùm lædebat eccleſiam,vel fraudabat.
¶Octauò no.hic Inno.per hoc,quod dicit Archid. aſſuma-
tur de ipſa &c.ꝙ non licet eligere archidiaconum,niſi de ec
cleſia cathedrali.quod intelligit verũ,vbi archidia.eſt de Ca
pitulo. & debet eſſe canonicus.& licèt poſsit.ſibi dare archi
diaconatum,non tamen illam canoniam,niſi ad eum ſpecta
ret etiam collatio canoniæ.Nam tunc extraneo ẽt dare poſ-
ſet ſimul vtrunq;.ſcđm Inno.quid ergo, ſi numerus canoni-
corum ſit plenu?dicit Ho.ꝙ hoc caſu archidiaconatum va-
cantem poteſt conferre,etiã extraneo: niſi ſit contraria cõ-
6 ſuetudo.s̃.de conſue.c.cũ dilectus.¶Quęrit Io.An.†ſi alie-
natio eſt facta in caſu non conceſſo:interuenerunt tamẽ om
nes debitæ ſolemnitates, dicit ipſe non valere, etiam ſi om-
7 nes conſentiant,vt d.l.iubemus.¶Secundò quæro,†ſi ſolem
nitas debita non eſt ſeruata : an contractus ſit ipſo iure nul-
lus:vel per reſtitutionem in integrum irritandus.dic,ꝙ reſti
tutio in integrum pręſupponit actum valere in ſui ſubſtãtia,
ſed,vt detur enormis læſio,apparere debet,& tunc indulge-
tur,& nõ aliter: omiſsio verò ſolemnitatis reddit actum in-
utilem ipſo iure : ideo hoc caſu perpetuò agi poteſt de iure
communi.ſed præcedenti.j̃.quadriennium tm̃,ſpecialis re-
ſtitutionis beneficio.quod dic,vt C.de præd.mino.per totũ.
& s̃.de reſti.in integ.c.conſtitutus.

ADDITIO.

a ¶Dictæ ſolemnitates.vide Bar.& Doct.in l.ſciendum.in 2.oppo. ff.de
ver.ob.Bar.in l.quæcunq;.§.interdum.ff.de publi.& in l.1. C. de con-
trah.& commit.ſtip.& in l.iuſgentium.§.quod fere.ff.de pact.

*SVMMAE.*

1 *Dionyſius quare limitauerit parochias.*
2 *Penſio noua non debet eccleſiis imponi,nec in antiqua augeri.*
3 *Eps põt concedere quinquageſimam pijs locis de nouo fundandis.
Et an poſſit eam dare ſine conſenſu Capituli.nu.4.*
5 *Eps ſi agat contra Capitulum,an eius concilium requirere teneatur,
& Capitulum teneatur dare.*

PAſtoralis, Epiſcopus parochiales ec-
cleſias,vel obuentiones ip-
ſarum,etiam de conſenſu patroni,ſine cõſenſu Ca-
pituli ſui monaſterio conferre non poteſt.In prima quęſtio-
nis propoſitio.In ſecunda quęſtionis reſponſio[niſi ad qđ.]
1 ¶No.j.cauſam, † quare Dionyſius limitauit parochias , vi-
delicet ſingulorum prouentus,&c.quæ cauſa ceſſat , & defi-
cit , cùm in vſus proprios alteri aſsignatur , etiam reſeruata
congrua portione rectori:cuius os(tanquam bouis trituran
tis)non debet alligari.s̃.de præbend.c.cùm ſm̃ Apoſtolum.
¶Secundò no.Ho.ꝙ quò ad ſpirituales redditus eccleſia pa
rochialis fundat intentionem ſuam de iure communi. de pa
rochia.c.vt de multis.de deci.c.qm̃.& c.cum in tua, ¶Ter-
2 tiò no.†ꝙ non debet eccleſiis noua penſio imponi, nec anti
qua augeri,vt j̃.de cenſib.c.prohibemus. multò ergo minùs
eccleſia vr̃ poſſe perpetuò loco religioſo conferri : quia per
talem conceſsionem fructus eccleſię omnes,excepta portio
ne,pro ſuſtentatione rectoris alteri applicantur. tamen faci
liùs toleratur hæc conceſsio,q̃ augumentum veteris penſio-
nis,quæ non vr̃,etiam de conſenſu Capituli,fieri poſſe cõtra
formam concilii.prohibemus.ſubmiſsio verè de cõſenſu Ca
pituli fieri poteſt,vt hic.& ſic conceditur,qđ eſt plus.& eſt ꝓ
hibitum,quod videtur minus.ad quod vide , quod not. j̃.de
3 reb.ec.non alie.c.ſi vna.in cle. ¶Quartò not.†ꝙ epiſcopus
põt concedere quinquageſimam piis locis. ſ.de nouo fundã
dis.vel centeſimam pro magnificandis ſepulturis. j̃. de do-
na.c.apoſtolicæ.vtrùm autem iſtam quinquageſimam dare
poſsit

poſsit non ſolùm de rebus eccleſiæ cathedralis: ſed etiam ſu
biectarum.Inno. tenet, quòd de rebus eccleſiæ cathedralis
tantùm.Pe.contra.per hanc literam. quia exceptio debet eſ
ſe de regula, vt no.Dy.j.de reg.iur.lib.6.in rub.ſed in iſto ca
pitulo dicitur de eccleſijs ſubiectis,in quibus non debet an-
tiqua penſio augeri,vel ipſa eccleſia concedi ſine cõſenſu ca
pituli.& ſubdit[exceptio ſalua conſtitutione]&c.ad hoc er-
go,vt ſit bona iſta exceptio,oportet intelligi,ꝙ etiam de bo
nis ſobiectarum eccleſiarũ poſsit eþs dare quinquageſimã.
& ſi prorogatur hic canon.bonæ rei.Et dicit Abb. ꝙ ſic con
ſuluit Pe.magiſter ſuus in quæſt.quæ fuit Auinioni inter præ
dicatores,& parochiales eccleſias. qđ tamen Egi. videtur ſa
tis extraneum.ſecundùm Io.An.& ego hoc credo verum, ꝙ
illud c.non extendatur.c.bonæ rei. nec videtur intẽtio huius
conſtitu.illud c. extendere. nam cùm hic per modum dimi-
nutionis,& limitationis huius.c.fiat de eo mentio.non vide-
tur inducere augmentum,& extẽſionẽ, vt l.legata inutiliter.
de le.1.& j.de cenſi.c.cum apoſtolus.in fi.¶Quærit glo.Pe.
4 †vtrùm eþs poſsit dare iſtam quinquageſimã, vel centeſimã
ſine conſenſu ſui Capituli.arg.primo,ꝙ ſic deinde,ꝙ nõ.Ter
tiò ponit opi.Hu.& Tan.ꝙ conſenſus ſui Capituli exigatur.
quã etiam tenet Ioã.Ber.tenet,ꝙ non requiratur.& idem te-
net Goff.hic,& in ſumma huius ti.§.pe.Hoſt. dicit, ꝙ ſi vult
dare de ſuis redditibus,vel cõibus cum Capitulo, põt ſolus
Si aũt de bonis Capituli ſeparatis, requiritur conſenſus Ca-
pituli.arg.ff.pro ſoc.l.merito.Pet.& Abb.prædictorũ.opi.ad
concordiam reducendo,diſtinguunt, ꝙ eccleſiam monaſti-
cis regulis informare,vel monaſteria de nouo cõſtruere nõ
poteſt ſine conſenſu Capituli.per c.ſi eþs.12.q.2.informatę
autem,vel conſtructæ ſine conſenſu Capituli dare põt quin-
quageſimam,vel centeſimam,per hanc Decr.cum ad orãdũ
ſint obligati.j.de conſecra.eccl.vel alta. c. cùm ſicut. & hoc
placet Io.An.¶Secũdò quæro,cũ in prima, & ſecũda queſt.
Capituli fiat quæſtio de eccleſia religioſis concedẽda in vſus
proprios,in quo differt prima qõ à ſecunda.& quę fuerit ra
tio dubitandi.dic,ꝙ differt prima à ſecunda:quia primò q̃-
rit de eccleſia,cuius collatio ſpectat ad eþm. Secundò de ec
cleſia,quæ habet patronũ. In prima aũt fuit ratio dubitandi
quia Dionyſius limitauerat parochias,ſtatuens,ꝙ obuentio
nes ſpiritualium infra eas prouenientes pertinẽt ad illas. (vt
decimæ primitiæ:oblationes,mortuaria,& his ſimilia.)vnde
non videbantur hæc poſſe conferri,nec in toto,nec in parte,
alteri eccleſiæ.quia ſic cõfunderentur termini parochiarũm
& fieret contra diuiſionem Dionyſij, & eccleſiæ parochialis
monentis,vnus ſuſtineret onera:& alter, cui eccleſia in vſus
proprios eſt conceſſa,fructus perciperet,contra id, quod le
gi.& no.j.de ſepul.c.1.& hæc fuit ratio dubitandi primæ.q.
dubitatio verò ſecundæ fuit ꝙ cùm conciliũm Lateran.pro-
hibeat de nouo imponi,vel augeri veterem penſionem, for-
tiùs videbatur prohibendum,ne eccleſia tota alteri daretur.
nam propter qđ vnumquodque:& ipſum magis.vt in Auth.
multò magis.C.de ſacroſan. eccleſ. Sed ad hoc reſpondent,
vt dixi.s.in tertio no.& alios intellectus refert Ioan.An.Sed
quia prædictus verior: ideò alios recitare omitto. ¶ Tertiò
quæro.cũ in toto iſto ti.dicatur,ꝙ prælatus cum cõſenſu,vel
5 concilio Capituli cuncta agere debet: † quid ſi eþs agat con
tra Capitulum,an eius concilium requrere teneatur.& capi
tulum teneatur dare.ar.ꝙ ſic.23.q.1.c.quid culpatur. Nam
quandoque quis admittitur ad duo repugnantia.ff.de inoff.
teſt.l.Papi.§.ſed nec impuberis.In cõtrarium facit. quia qui
libet officio ſuo debet eſſe contentus.l.nemo.ff.de offi.aſſeſ.
nec promiſcuis actibus &c. vt l.conſulta.C.de teſta.dicit Io.
An.ꝙ Capitulũ non tenet dare conſiliũ contra ſeipſum. Idẽ
Phi.& Vin.ad hoc vide nota.pro & contra.s.de iurepatro.c.
peti.& l.accipiẽtes.ff.de aucto.tut. cum ibi nota. quæ eſt op
tima ad hoc.

*S V M M AE.*

1 *Vocandi qui ſunt ad concilium prouinciale.*
2 *Capitula poſſunt Comparere per procuratorem.*
3 *Inuitatus ad actum debet admitti: & ei acquiritur ius ex inuitatione.*
4 *Citatus ad electionem debet expectari, & admitti.*
5 *Capitula etiam in negocijs ipſa non tangentibus, ſunt vocanda, & admittenda.*

ET ſi membra. Ad concilia prouin
cialia vocari debẽt,
& admitti cathedralium eccleſiarum capitula. & pri
ma pars ponit quærelã.ſcđa prouidet.ibi[ viſum fuit.]Nota.
1 primò,†ꝙ ad prouinciale cõciliũ Capitula eccleſiarũ cathe
a dralium ſunt vocanda.aCapitula verò inferiorũ eccleſiarum
collegiatarũ vocari non debent.qa illæ diſponũtur per eþm,
& ſuum Capitulum,vt s.eo.c. nouit ſcđm Egi. de abbatibus
quò ad ꝓuinciale conciliũ.dic vt no.Io.An.s. de ma.& obe.
c.qđ ſuper.& de præben.c.graue.quòd eþale conciliũ.dic,vt
2 d.c.ꝙ ſuper.¶Secundò no. † ꝙ Capitula cõparent per pro-
curatorem.nã per ſe cõmodæ cõparere nõ poſſent.s.de ma.
3 & obe.c.fi.¶Tertiò no.†ꝙ inuitatus ad actũ debet admitti.
& eſt argumẽtũ,ꝙ ex inuitatione ius acquirit. vnde turpius
eijcitur,&c.s.de iureiur.c.quẽadmodũ.& eſt ẽt argumentũ,
4 ꝙ citatus†ad electionẽ debet admitti.& ſic fortiùs, expecta
ri.de hoc no.s.de ele.c.cum inter vniuerſas. niſi de nouo per
ueniat ad eorum notitiã illos non habere vocẽ.s. de excep.
c.paſtoralis.¶Quartò no.in fi.ꝙ dixit,maximè ex quò col-
5 lige,†ꝙ Capitula,ẽt in negocijs ipſa non tangentibus, ſunt
vocanda,& admittenda ad tractatũ.quod intelligit Hoſti.ve
rum,niſi prælati de mandato ſuperioris haberẽt tractare,q̃
ſine tranſgreſsione obedientiæ,-vel iuramenti nõ poſſet reue
lare.de iureiur.Ego.N.vel aliqua iuſta cauſa ſubeſſet,quare,
qđ inter eos agitur,non deberẽt alijs publicare. ſic no. in c.
nouit.in prin.¶Quintò,& vltimò no.caſus in glo.in quibus
iſtis concilijs debẽt ẽt laici intereſſe,& tunc intererunt, vt au
diãt,nõ,vt iudicẽ doceãt.62.di.c.docẽdus.ſed nec ad illa ne
ceſſe eſt eos vocari, cùm poſsint eis poſtea in prædicationi-
bus publicari.quæ fieri põt illis,ẽt excõicatis.de ſen. excõi.
Rñdeo. pñt ẽt laici illuc venire pro petenda, vel defendẽda
iuſtitia.s.de iudi.c.nouit In eccleſiaſticis autem negocijs, &
clericorum correctionibus ſunt excludendi.de elec.c.Meſſa
na.& expreſsiùs in extrauang.Bonifacij,quæ eccleſiam mo-
naſticis regulis informare, vel monaſteriũ de nouo conſtrue
re incipit.& incipit debent.

ADDITIO.

a ¶ Sũt vocãda.Adde Car.i ꝓęm.cle.i §.nec ſanc.& i cle.2.i pri.đ priui

# De his, quę fiunt à maiori parte Capituli.

DICTVM eſt ſupra de his, quæ à prælato, &
Capitulo,vel à ſolo prælato fieri debent.Sed
quia ſunt quædã,quæ ad ſolum Capitulum
pertinent.s.de reſcrip.c. edoceri. in quibus
expediendis vota fratrum diſcordant inter-
dum.ideo quid tunc iuris ſit, eſt videndum.
ad materiam facit. 19.diſt.c.in canonicis.20.di. vlt.64.di.c.
extra conſcientiã. 10.q.2.c.hoc ius. ver. ꝙ ſi cõueniunt.s.de
elec.c.licèt.& c.coram.quia propter eccl.in Geneſi.& c.eccl.
2.de renun.c.cũ inter. de tempo. ordi.c. nec epiſcopi. Itẽ in
6.de elec.c.ſi cui.& c.quorundam.& c.cum expediat. & c.in
demnitatibus.§.ſi qua verò. lib. 6. & cle. quòd circa de ele-
ctionibus.

SVM-



*S V M M AE.*

1 *Secundum eſt in factis Capituli pluribus, & ſanioribus.*
2 *Contradictio ſimplex paucorũ non impedit ordinationẽ eccleſiæ.*
3 *Iuſtificata tamen per cauſam impedit.nu.3.*
4 *Appellatio interpoſita ſine cauſa à minori parte, non impedit ordinationem eccleſiæ.*
5 *Iuramentum præſtitum ſuper ſeruanda conſuetudine, quæ rationibus, vel canonibus non iuuatur, non obligat iurantem.*
6 *Iurare nemo debet obſeruantiam conſuetudinis non ſuffultæ ratione, vel iure ſcripto.*
7 *Plures de Capitulo ſi conſentiunt, & unus, uel aliqui non: an debeãt appellare: uel ſufficiat eis contradicere.*
8 *Conſuetudo, ꝙ non ualeat factũ à maiori parte Capituli (niſi totũ capitulum conſentiat) an poſſit firmari aliquo curſu temporis.*
9 *Canonici an poſſint uenire contra conſuetudinem, quam iurauerunt obſeruare, ſi ſubeſt iuſta cauſa.*
10 *Iuramentum de obediendo ſtatuto, non obligat ſtatuto ſublato.*

CVm in cunctis. Ordinatio par-
tis maioris Ca-
pituli ꝑ appellationẽ, & contradictionẽ minoris
nihil rõnabile opponentis impediri nõ dẽt. Et ponit primò
factum reprehenſibile.ſcđò prouidet per ſtatutũ,ibi[ quo-
1 circa.]¶No.j.†ꝙ pluribus,& ſanioribus eſt ſtandũ in factis
Capituli,& præſumitur ſanior eoipſo,ꝙ maior, vt dicã poſt
2 glo. ¶Secundò not. †ꝙ ordinationem eccleſiæ nõ impedit
ſimplex contradictio paucorũ,quod intellige, vocatorum:
aliàs cõtemptus vnius redderet eam inualidam, vt s.de ele.
c.ꝙ ſicut.& dixi.s.c.j.& expone[ ordinationem.]i.q̃ ordinã
3 da ſunt in eccleſiis neceſſariò,vel vtiliter. ¶ Tertiò not.†ꝙ
non ſimplex contradictio paucorum:ſed iuſtificata ꝑ cãm,
hẽt impedire,& intellige; ſi iuſta per minorem partem op-
ponitur:& probatur,quia non ſufficit allegare, niſi probet,
vt dicit glo.& facit quod not.in l.1.ff.ſi quadru.pau.fe. di.&
cle.1.de reſt.in inte.& corã quo debeat probari.dicit glo.ꝙ
coram ſuperiore,cui ſupple,vel corã arbitris electis cõiter.
4 s.de ap.c.ſcđò requiris.¶Quartò no.†ꝙ appellatio nõ im-
pedit ordinationẽ eccleſiæ,ſi fuerit ſine cã interpoſita à mi-
nori parte. à contrario ergo ſenſu, ſi contradictio minoris
partis fuerit iuſtificata per cãm: nec admiſſa appellatio in-
terpoſita cum expreſsione talis cauſæ,habebit impedire.qđ
non eſt verũ,ſm̃ Inn.qui dicit,ꝙ licèt appellatio iudicialis ex
cã iuſta emiſſa impediat proceſſum iudicis à quo.vt c.vt de-
bitus.de app.& eo.ti.c.non ſolùm.lib.6.tñ appellatio extra-
iudicialis,vel ipſius pendentia,non impedit actum geri: nec
appellationis prætextu impeditur actus,qui geritur, niſi in
appellatione veritas cauſę allegatæ probetur.quod ſecus eſt
in appellatione iudiciali,vt c.interpoſita.s.de appell. Ratio
diuerſitatis eſt,quia in appellatione iudiciali requiritur, qui
appellationem admittat.& examinat cauſam,an ſit vera,vel
falſa:ſed in extraiudiciali ille,à cuius grauamine appellatur
non tenetur appellationem admittere.nec poteſt de verita-
te cauſæ allegatæ cognoſcere,quinimò ſi Capitulum, à quo
appellatur,requirat appellantem: ꝙ coram eo probet, non
tenebitur ad hoc,quaſi habeat Capitulum ſuſpectum.de ap
pel.c.cum ſpeciali.de offic.deleg.c.ſuſpicionis.& de iuribus
iſtius app.extraiudicialis,& differentiis inter eam,& iudicia
lem.vide s.de ele.c.cum inter canonicos.& c.cũ nobis olim.
& s.de ma.& obe.c.dilecti.in gl.ſed quid prodeſt. cũ remiſ-
5 ſionibus ibi datis per Io.An.¶Quintò no. †ꝙ iurm̃ præſti-
tum ſuper ſeruanda conſuetudine,quæ ratione, vel canoni-
bus non iuuatur,non obligat iurantem: ſicut nec iuramentũ
pręſtitum contra iura,vt l.non dubium.C.de legi. & eſt con
tra quoſdam nimis:immò minùs religioſos, qui iurati dice-
cere veritatem,deierant,dicentes ſe priùs aſtrictos iuramen
to ad faciendum vtilitatem domus,ſm̃ Ho. Sunt.n.tales ſu-
perſtitioſi.de quibus in l.ſub cõditione.ff.de cõdi.inſti.¶Se-
6 xtò no.†ꝙ non debet quis iurare obſeruantiã conſuetudinis
non ſuffultę ratione,vel iure ſcripto. & punitur, qui contra
fecerit,vt hic patet.& vide ꝙ no.j.de ele.c.ſtatu.in cle. ¶Op
po.dicitur hic,ꝙ pauci aliquid rationabile allegantes audiũ
tur contra maiorẽ partẽ.contra imò videtur ſemper ſtandũ
maiori parti:vbi melior zelus eſſe præſumitur.Sol.vt in gloſ.
arg.qđ non ſemper &c. ſtatur enim regulariter maiori parti
in omni diſpoſitiõe vniuerſitatis in auctoritatibus ſanctorũ:
in tutoris datione,in remiſsione facienda à creditoribus,in
ſtrumentis,ſtatutis,& ſimilibus. & hæc vera,niſi per minorẽ
partem contrarium demonſtretur,vt hic,ſecũdùm glo.¶Se
cundò oppo.dicitur hic, quòd valet, qđ fecerit maior pars.
contra,imò videtur,quòd debeant eſſe duæ partes, vt ff.qđ
cuiuſque vniuer.no.l.planè.ſo.duæ partes debẽt eſſe præſen
tes in negocio,de quo agitur in vniuerſitate,:vt in cõtrario.
ſed ſufficit illarum duarum partium conſentire maiorẽ par
tem in omni negocio: niſi cùm de nouo aliqua conſtitutio
promulgatur:tunc enim debent omnes eſſe præſentes:nec in
præiudicium:abſentium poſſunt præſentes aliquid ſtatuere.
ita dicit glo.& ita.&c.Vin.Phi.Goffre.& Hoſti.dicunt,quòd
non valet conſtitutio: niſi duæ partes ſint præſentes per ea-
dem iura allegata in glo.Gui.Na.& Ala.dicunt, quòd ſuffi-
cit maior pars,& reſpondent ad leges, quas dicunt loqui in
vniuerſitate laicorum,in qua ſpurij admittuntur.ſecus in col
legijs clericorum,in quò tales,& ſimiles reſpiciuntur. de fi-
lijs presbyt.c.1.quod dicitur de duabus partibus,placet Io.
An.quod intelligit,vocandorum.facit quod not.s. de ma.&
obe.c.fi.in fi.3.glo.ad hoc.10.q.2.hoc ius.de hoc in Specul.
de ſimo.in prin.& ff.ad munic.l.quod maior.& s. de conſti.
7 c.cum omnes.¶Quæro poſt glo.& Doct.†ſi qua fiunt in Ca
pitulo,& vnus, ſiue plures non conſentiunt, an debeant ap-
pellate.vel ſufficit eis ſimpliciter contradicere.c.ſo.ex dictis
Innoc.diſtingue, quandoque in iudicio,vel in forma iudicij
præcipitur aliquid per Capitulum iuriſdi.habens.& tunc eſt
neceſſe appellari:vel tali præcepto obedire.s.de re iudi.c.qđ
ad conſultationem.quandoque verò actus Capituli,cui vult
vnus,vel aliqui contradicere,non eſt iudicialis,nec in figura
iudicij explicatur.(vt eligere,alienare,& ſimilia.)& tunc di-
ſtingue tres caſus.nam qnandoque vnus, vel plures præten-
dunt grauamen inferri à Capitulo in facto proprio:quando
que in factis eccleſiæ:quandoque in facto tertij.primo caſu,
quando in factis proprijs (puta eligitur quis ad aliquod offi
cium:)& tunc dicas,quòd aut eſt officium publicum aucto-
ritate,& vtilitate.aut eſt publicum auctoritate: ſed vtilitate
priuatum.qualia ſunt,quæ habes.86.diſt.c.fi.Primo caſu de
bet appellari: nec ſufficit ſimpliciter contradicere, vt C.de
appella.l.3.& 4.& l.hi,qui ad ciuilia.ſecundo caſu, ſi eſt pu-
blicum auctoritate,non vtilitate,ſufficit ſe excuſare: nec ex
pedit appellare,vt.ff.quando app.ſit l.1.§.ſi quis tutor. Si er
go in vtroque non interponatur appellatio, vel excuſatio,vi
detur electioni de ſe factæ tacitè conſentire. & hoc verum,
vbi talis electus eſt de corpore illius vniuerſitatis, vel colle-
gii.ſi verò ſit extraneus,neceſſarius eſt conſenſus expreſſus,
vt s.de elec.cum inter canonicos.Alij dicunt,quòd licèt prę
dicta vera ſint in honoribus,& muneribus ſecularibus,in q
bus cogitur quis inuitus conſentire. (vt probant iura prædi-
cta.)ſecus in eccleſiaſticis,in quibus quis inuitus conſentire
non cogitur,vt patet ex no.de ætate,& qualita.c. quæris. cũ
ergo extra iudicium Capitulum aliquid mandat: tunc omne
ius,& omnis exceptio ſalua manet:etiam ſi non fuerit appel
latum.& hæc de primo mẽbro.vbi quis prætendit grauamẽ
in facto proprio.ſecũdo caſu principali,cùm quis prætendit
grauamen in factis eccleſiæ,& quòd Capitulum nõ bene pa
gat:tuuc ex dictis Inn.& Hoſt.videtur colligi,ꝙ nõ expediat
neceſſariò appellari: ſed ſufficit ſimpliciter contradicere. ſi
tamen appelletur,ualet appellatio, & operatur deuolutionẽ
ad ſuperiorem:nec ualebunt literæ impetratę ab altera par-

tem:niſi fuerit facta mentio de tali appellatione ad Papam,
vel alium interiecta,vt ſ̃.de ap.c.oblatæ. non tñ impedit in-
nouare,vt hic.eſſet.n.iniquum,ꝙ q̃ citò appellaretur,etiã ex
falſa cã aſsignata ceſſaret à faciẽdo is,à quo appellatur, ſm̃
Inn.& vide quod no.Io.An.in d.c.oblatæ.ſuper vlt.glo.& ſ̃.
de reſcr.c.ex parte.Tertio,& vlt. cũ vnus de Capitulo prætẽ
dit tertium à Capitulo iniuſtè grauari:an ſufficiat contradi-
ctio ſine appellatione.dicũt quidam,ꝙ ille,cui diſplicet hoc
factum,tenetur contradicere: aliàs vr̃ tacitè conſentire. &
pctõ,& crimini ſe inuoluit.pro quo optimè facit l.oẽs.C.de
ap.appellare aũt non tenetur: nec ſuam contradictionẽ pro
ſequi:cùm ſua non interſit. 2.q.6.c.non ſolent.in modum tñ
denũcianris admittetur,ratione pacti.2.q.7. c.quapropter.
& de iureiu.c.quemadmodum.& de iud.c.nouit. ¶Scdõ q̃-
8 ro,† an aliquo curſu temporis firmari poſsit hæc conſuetu-
do,ꝙ non valeat factum à maiori parte Capituli. niſi totum
Capitulum conſentiat.hæc Decr.facit,ꝙ non.præterea cùm
peccent vtentes tali cõſuetudine, curſu temporis firmari nõ
poterit.de ſimon.c.non ſatis.Item inducentes illam habue-
runt malam fidẽ.ergo &c.vt in regu.malæfidei.In contrariũ
facit,quia contra canones pręſcribitur.de elec. c. Cumana.
c.cum eccleſia Vulter.de iu.c.nouit.ſ̃.c.1.ea noſcit. Dama.
q.1.hoc c.ſic diſtinguit.nam qñq; conſuetudo diſponit con-
tra ius naturale(vt cõtra præcepta legis diuinæ, vel Euange
lii,& hæc nulla conſuetudine confirmatur.de conſue. c.fi. &
d.c.non ſatis.& in Auth.vt nulli iud.§ quia verò. qñq; diſpo
nit contra ius poſitiuum, & tunc,aut illud ius concernit fa-
uorem illorum,qui vtuntur contrario, & p̃t hoc caſu induci
conſuetudo contra illud ius,cũ poſsint ſuo fauori renuncia-
re.de reg.c.ad apoſtolicam. qñq; illud ius poſitiuum eſt in-
ductum in fauorem eccleſiarum.& tunc non põt ei cõtraria
conſuetudioe derogari,niſi per Papam, vel ius aliud appro-
betur,& hoc pp malam fidem,& pactum connexũ.de p̃ſcri.
9 c.fi.¶Tertiò quæro,†an canonici poſsint venire contra con
ſuetudinem,quam iurauerunt obſeruare, ſi cã ſubeſt.Ioã.ꝙ
ſic.11.di.c.in his.Archi.in Decr.de cle.non reſi.li.6. dicit iu
ratam conſuetudinem non poſſe per Capitulũ in meliùs re-
formari auctoritate propria.allegat de iureiur. c. ſi verò.de
elec.c.ven.& quod ibi no.Inn.& Ho.& Compo.dicit tñ for-
tè ſecus,vbi cã ſubeſt.Io.An.dicit cõiter teneri.ꝙ iur̃m,quo
ſingulares de collegio,vel corpore iurarunt ſeruare conſtitu
tiones,vel ſtatuta, non impedit, quominus illa collegialiter
per eos(ad quos pertinet)tolli poſsint. arctat em̃ iur̃m ſingu
lare ad illa ſeruanda,quandiu ſunt ſtatuta.& ſic(vt dicit)ſer
uat totus orbis.aliàs ferè oẽs ſtudentes eſſent periuri: cũ ſin
gulariter iurent ſeruare ſtatuta vniuerſitatis (quam ipſi con
ſtituunt)quæ per eos poſtmodum correcta, vel ſublata non
ſeruant:idem in rectoribus locorum, vel corporum : ꝓ hoc
facit,quia ſicut iur̃m de obediendo prælato non obligat iu-
10 rantem,illo remoto,ut ſ̃. de elect.c.venerab.in ulti.glo.†ita
iuramentum de obediendo ſtatuto non obligat, ſtatuto ſub
lato,aliqui tamen ſtatuendo faciunt ſpeciale ſtatutũ,& cau-
tè.ſ.ꝙ iuramentum ſuper ſtatutis præſtãdum non impediat
illa toll ,uel mutari,etiam nuda voluntate. & hæc uera,cùm
iuratur obſeruantia ſtatutorum,ut illis ſublatis, intelligatur
etiam iuramentum ſolutum . Si uerò iuratur ſuper facto,qđ
in ſtatuto redigitur ( puta iurant canonici non recipere apo
ſtatam,vel ſimilia.)tunc licet ſtatutum de hoc factum tolla-
tur,remanent obligati,qui iurauerunt ad obſernantiam, ad
dunt quidam alium modum perpetuandi ſtatuta iuramen-
to,quando ſcilicet vniuerſitas , vel corpus ſyndicum ad hoc
conſtitutum iurat non mutare.quod non placet Ioan.And.
per ea,quæ ipſe no.de iureiuran. c.ueritatis. ſuper ultim.gl.
de ſenten.excomm.c.Romana.li.6.ſuper gl.fi. & vide quod
no.Io.And.in addi.Spec.de iureiur.§.1.ver. quid ſi aliquid.
& ſ̃.de præb.c.dilecto.vbi videas.

SVMMAE.

1 *Canonicus vnus de Capitulo non habet iuriſdictionem,ſiue ius ſubij*
*ciendi eccleſiam interdicto.*
*Et an illud poſſit ſibi vendicare ex conſuetudine.nu.6.*
2 *Interdictum poſitum in eccleſia per illum,qui non habet poteſtatem,*
*non debet ſeruari.*
3 *Epiſcopus debet compellere ex officio ſubditos,ut non ſeruent inter-*
*dictum à non ſuo iudice latum.*
4 *Pœna ſuos debet tenere auctores.*
5 *Debitum ſi ſubtrahatur eccleſiæ poſſunt epiſcopus,& canonici ſubij*
*cere eccleſiam interdicto.*
7 *Epiſcopus,qui non deliquit,an poterit celebrare in cathedrali eccle-*
*ſia interdicta per iudicem competentem.*

QVęſiuit. Canonicus nõ interdicit eccle-
ſiam:ſed hoc dẽt facere eṗs cũ
Capitulo ſuo.& ſunt duæ partes.ſcđa ibi[ frater-
1 nitati.¶ No.j.†ꝙ vnus canonicus de Capitulo non habet iu
a riſdictionem,ſiue ius ſubiiciendi eccleſiam interdicto [a] : rõ
eſt,quia licèt Capitulum hoc poſsit;nõ tamen ſinguli de Ca
pitulo.ſinguli enim de Capitulo non ſunt dñi hominum,vel
rerum Capituli:ſed Capitulum.12.q.2.c.manumittit.& hoc
verum,vbi Capitulum non eſſet negligens.Quid ergo ſi Ca-
pitulum eſt negligens?videtur,ꝙ vnus poſsit exercere cenſu.
ram , ſicut aliis negligentibus poteſt iura eccleſiæ proſequi
j̃.de re.ec.non alie.c.ſi quis.Item,& eligere iuxta not.de po-
ſtu.c.gratum.contrarium credo. nam licèt ſuccedat in recu
peratione rerum,vt d.c.ſi quis. non tamen illa poterit recu-
perare,exercendo cẽſuram,& iuriſdictionem. quia propter
negligentiam Capituli in iuriſdictionis exercitio,nõ credo,
ꝙ ad vnum de Capitulo deuoluatur, etiam pro recuperatio
2 ne rerum eccleſiæ:vt hic uidetur probari.¶Secundò no.†ꝙ
interdictum poſitum in eccleſia per illũ, qui non habet po-
teſtatem,non debet ſeruari: quia prolatum à iudice incom-
3 petenti.arg.c.at ſi clerici.de iud.¶Tertiò not.†ꝙ epiſcopus
debet compellere ſubditos ex officio, vt non ſeruent inter-
dictum à non ſuo iudice latum.vtrùm autem per talem quæ
ratur in obſeruantes quaſi poſſeſsio?dic,vt ſubtiliter no.In-
4 nocen:ſ̃.de reſtit.ſpolia.c.olim j.¶Quartò not.†quòd pęna
ſuos debeat tenere auctores.de quo.j.q.4.in ſumma.vbi ple
nè.Item,ꝙ pœna debet commenſurari delicto,neq; duriùs,
neq; remisſiùs iudicari delictum,quàm facti qualitas depo-
5 ſcit,vt l.reſpiciendum.ff.de pœnis. ¶Quintò innuitur,†ꝙ ſi
eccleſię debitum ſubtrahatur,poſſunt epiſcopus, & canoni-
ci ſubiicere eccleſiam interdicto.ſed expone, interdictum.i.
ceſſationem diuinorum.de quibus ceſſationibus dic, vt in c.
2.& pe.de offic.ordin.lib.6.Capitulum autem ſine epiſcopo
non videtur habere iſtam poteſtatem:nam niſi ſede vacãte ,
vel de loci conſuetudine non habet Capitulũ iuriſdictionẽ
aliquam.de hære.ad abolendam.de offi.or. c.irrefragabilis.
6 ¶Quæro,†vtrùm canonicus de conſuetudine poſsit ſibi vẽ
dicare iſtud ius interdicendi. dicit Inn.ꝙ conſuetudo dat iu
riſdictionem.ſ̃.de foro compe.c.cum contingat. ratione aũ
tem huius iuriſdictionis poterit interdicere.ad hoc.de offic.
ordi.c.ex literis.ſimplici verò canonico iuriſdictionem non
habenti non poteſt competere hęc facultas interdicendi: in
prælato ſecus.de appella.c.dilectis.patet ergo, ꝙ ſi canoni-
cus habet iuriſdictionem in homines habitantes intra limi-
tes ſuæ præbendæ,poterit eos interdicere, & excommunica
re,& circa hoc vide,quod no.Io.An.ſ̃.de reſt.ſpo. c.olim.3.
in gl.petebat.ver. [põt.]conſuetudine etiam introduci non
poſſet,ꝙ pro factis communibus eccleſiæ canonicus inter-
dicat,vel excommunicet hoĩes eccleſiæ:quia nõ ſunt ſui ſub
diti,ſed Capituli,vt dictum eſt in primo notabili. ¶Secũdò
7 quærit Ho.†an in eccleſia cathedrali interdicta per iudicem
competentem poterit epiſcopus,qui in hoc non deliquit, in
ea



ea celebrare arg.qđ ſic de offi.ordi.c.irrefragabili.§.cęterũ.
vt ſic ſpiritualis ſponſus reddat debitũ ſpõſæ ſuæ. de celebr.
miſ.c.1.& hoc tenet Hoſt.ſecũdùm tenorem indulti ſibi pri.
uilegij,& non aliter.de quò.j̃.de priuile.c.quia nonnulli. Io.
An.reprobat hoc dictum:& tenet,ꝙ non poterĩt celebrare.
Non obſtat.c.quòd nonnulli.quia tex.ille loquitur de gñrali
interdicto,vt patet ibi[cũ cõe terræ.]ſi verò ſingulariter ec-
cleſia cathedralis , vel alia ſupponatur interdicto,nõ poterit
in ea celebrari p̃textu illius priuilegij,vel alterius. & ita not.
Io.An.in c.fi.in prima glo.j̃.de ſent.excom.lib.6.

ADDITIO.

a ¶ Interdictum.Vnde autem dicatur.vide Car.in Cle.1.2.q.de ſen.ex-
com.& ibi quid differant eccleſiaſticum,& ciuile:& interdictum, & ex
communicatio in caſibus parificantur,ſecundũ Car.in Cle.1. de ſepul.
in c.ad hæc.de appel.in c.1.& in c.is qui de ſen.excõ.in vi.

SVMMAE.

1 *Terminum à iure ſtatutum nemo poteſt coarctare ſine cauſa, niſi*
*Papa.*
2 *Literas ad beneficia quis poteſt impetrare per alium etiam laicum.*
3 *Prælatus exhibendo alicui reuerentiam,vt prælato,videtur iuri ſuo*
*renunciare.*
4 *Actum contrarium iuri ſuo quis faciendo,ei renuntiare videtur.*
5 *Appellatio illius , cuius non intereſt, non impedit ordinationem*
*eccleſiæ.*
9 *Prælatus pactis tacitis,vel expreſſis non præiudicat iuri publico,ſi-*
*cut iuri priuato.*
7 *Gratia ſi eſt ſubreptitia,inhibitio,vel proceſſus executiõis dictæ gra*
*tiæ non afficit beneficium:nec ligat manus ordinarij.*

EX ore. Communis ordinatio eccleſiæ per
contradictionem vnius cuius non
intereſt,impediri non debet. & ſunt duæ partes.in
prima deciſa facti narratio.in ſecunda cauſæ deciſio. ibi [qa
verò.]prima duo facit.prima ponit partiũ cõpromiſsionẽ.ſe
cundò illationẽ Bern.q̃ quatuor continet, literarũ apoſtoli-
carum formam,annuli miſsionem,executoris dationẽ Capi
tuli rebellionẽ.Scđa etiã duo facit.primò ex triplici motiuo
concludit contra B.ſecundò confirmat electionem præpoſi
ti,exprimens,quare dicto B.ſilentium imponit.¶No.ptimò
quòd Papa ſtatuit Capitulo terminum vnius menſis ad eligẽ
dũ:& ſic arctauit terminum à iure pręfixum.ſ̃.de conceſsio.
1 præben.c.2.†quòd alius,quam Papa.terminum à iure ſtatu
tum ſine cauſa arctare non poſſet,vt in reg.indultum.de reg.
iur.lib.6.per Dy.& per Bar.in l.2.ff. de re iudi. & ſ̃. de app.
c.cum ſit Romana.¶ Secundò no. qđ pater obtinuit literas
2 pro filio:†& ſic poteſt quis per alium etiam laicum literas
ad beneficia impetrare,& per procuratorem. j̃. de reſcrip.
c.gratia.lib.6.in literis ad lites.dic,vt ſ̃.de reſcrip. quia nõ-
nulli.¶Tertiò no.quòd iſti canonici receperunt literas Pa-
dicit,ꝙ quia ſolemnitates illæ non vbiq; ſeruantur,dicit ſuf-
ficere ſolemnitatem ſecundùm loci conſuetudinem appro-
batam.quod videtur etiam placere Alano. ad quod facit in-
fra.c.prox.in antiqua.facit, quod not.C. quæ ſit longa con-
ſue.ſuper rub.Inno.plus dicit,ꝙ ſufficit ſolemnitas,quæ in il
la eccleſia pro conſuetudine introducta eſt, & ſi ſit præter
ius: dummodo non ſit aliàs grauis: nec ſit contra de iudi.c.
cum cauſam.Hoſt.tenet contrarium per c.1.infra eod.lib.6.
per quod Inn.& prædictorum opinio reprobatur, & per c.
cum cauſam.de conſuetu.Ioan.dicit,ꝙ ſolemnitas tradita in
c.ſine exceptione. in rerum eccleſiaſticarum alienationibus
non poteſt tolli.adducit quod not.infra de dona. c. paſtora-
lis. vbi dicit impreſcriptibile, quòd conſenſus Capituli non
requiritur in alienationē rei eccleſiæ,quam faceret ſolus præ
latus. In ſolemnitatibus autem illius Auten. hoc ius porre-
ctum.poteſt intelligi prima opinio. de qua no.infra eod.c.1.
lib. 6.ſubiungit Ioan. And. ꝙ conſuetudo poſſet augere, vel
addere ſolemnitatem.adducit no. per eum infra de conſan-
gui.& affi.c.ꝙ ſuper his.ſuper glo.2.& quod ibi not.de cleri.
4 coniug.c.Ioannes.in tertia quæſt. ¶† Quæro de qua conſti-
tutione Leonina loquatur iſte tex. dicit gl. de illa.l.iubemus.
C.de ſacroſan.eccle. quæ pœnam minatur etiam tabellioni-
bus.& ſic intelligit Hoſt. qui reprobat aliorum opin.dicen-
tium,ꝙ loquatur de canone Leonis.12.q.2.c.monemus.ta-
men nec iſtud dicere eſt peccatum, ſecundùm Ioann. And.
¶Extra quæro. glo. hic, & in multis locis circa alienationē
rei eccleſiaſticæ prohibitam, vel permiſſam diſtinguunt in-
ter immobilia,& mobilia, ad ſimilitudinem rerum minorū.
de quarum alienatione tractatur,vt l.lex quæ tuto.C. de ad-
5 mini.tut.† Quæro ergo,quid in nominibus

An debitorum nomina inter mobilia,vel immobilia computētur. hic Panor.

debitorum.vtrùm inter mobilia,vel immo
bilia computētur. quædam glo. diſtinguit.
aut in actione veniunt immobilia, & com-
putantur inter immobilia, aut mobilia: &
inter mobilia computantur.Ita no. in Aut.
de non alie.§.1.colla.2.ſed Iaco.de Are. dicit in l.mouentiū.
de verb. ſign. ꝙ eſt tertia ſpecies de per ſe. quod tenet Oldr.
6 in quæſt.tali.† Rex Franciæ dimiſit omnia mobilia ſua in cer
tos pios vſus eroganda per executores ſuos. modò quidam
tenebantur ſoluere pœnam: quam executores dicebant ve-
nire ſub appellatione mobilium: hęres econtra dicebat talia
nomina debitorum ad pœnā appellatione immobilium cō-
putari.conſultus ergo ipſe reſpondit,ꝙ mobilium,& immo-
bilium appellatio cadit in his,quæ loco circunſcribuntur: id
circo.n.aliquid dicitur immobile: quia à loco nō mouetur.
vel quia;& ſi moueatur,fictitiè tamen ſemper pars rei immo
bilis cenſetur. mobile verò aliquid dicitur, quia aptum eſt
ſui natura ad locum moueri, vt hęc colligi poſſunt.ff. de fur.
l.ſi certæ.& de verbo.ſign.c.mouentium.ſed nomina nō ſunt
huiuſmodi.quia non circunſcribuntur loco,vtpote incorpo-
ralia,vt C.de præſcrip.longi temporis.l.vlt. Eſt ergo tertium
genus,ꝙ neuter extremorum cedit ſecundùm legem.de ver.
ſign.l.ſi ità quis.& ideo ſi quis leges rectè attendat,actiones,
& nomina cuidam tertio generi annumerant.ff. de re iudi.l.
à diuo.§.1.& C.quādo, & quibus quarta pars deb.l.2.§.mo
biles. ex his infert in legato prædicto mobilium nomina nō
includi: maximè quia teſtatoris verba ad factū magis,quàm
ad ius ſunt referenda.argu.ff.de condi. & demonſt.l. quibus
diebus.§.dominus.& l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque.de verbo.
oblig.ſecundùm eum, quod tenet Bart. quando non eſt ne-
ceſſe, vt cedat neceſſariò alteri ſpeciei.ſed quando eſt neceſ-
ſe(puta,cū quæritur de actione alienationis prohibita, vel ꝑ-
miſſa ſecundū leges,& canones in rebus minorum, vel eccle
ſiæ) tunc ſecundū eum habet locum dicta diſtinctio. vt ſi in
actione continetur,quòd mobile inter mobilia computetur.
& immobile, inter immobilia.ita no.in l.pupillus.ff. de auct.
tuto.& ibi quærit(quia in mobilibus diſtinguitur,poſsint ſer
7 uando ſeruari,vel non.) † An pecunia computetur inter res
mobiles,quæ ſeruando ſeruari poſſunt,vel non poſſunt.& di
cit,ꝙ inter res mobiles,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,vt
not.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb. gl. de iſtis iuribus, &
rebus incorporalibns (vt ſeruitutes, vſusfructus, & ſimilia)
dicit inter immobilia computari.infra de reb.eccle.non alie.
c.2.lib.6.quæ incipit. nota iura. ſed intelligi debet, vt dixi.
8 Quid in annuo redditu,cenſu,& ſimi.dic, † ꝙ cōputantur in
ter immobilia,vt eſt tex.in c.exiui de paradiſo.de verb.ſign.
in cle.§.cumque annui redditus.& d.l.iubemus.de ſacroſan.
eccle. Eſſet etiam hic quærendum.an legatum factum eccle-
ſiæ poſsit prælatus repudiare:ita ꝙ non dicatur alienare. di-
cam.ĩ.c. vt ſuper.

ADDITIO.

a ¶ Specialis hypotheca. Quid autem operetur vide l. licet. C. qui po. in prohi.ha.& ibi Doct.& in l.quamuis. C.de pig.Bar. in l.interdum.2.q.ff. qui po.in pig.ha.

*SVMMAE.*

1 *Anima qualiter ligetur anathemate.*
2 *Anathema quid ſit.*
3 *Pœna, quæ ſit ſubſcribentis ſe contractui illicito, & à iure reprobato.*
4 *Contrahentes illicitè poſſunt recedere à contractu ad euitationem pœnæ,etiam perfecto, & conſummato per traditionem.*
5 *Emphyteuta ſi vendit rem,irrequiſito domino,cadit à iure ſuo.*
6 *Contractus ſi eſt nullus, inſtrumentum inde confectum dicitur nullum.*
7 *Subſcribens ſe alicui actui an videatur illi conſentire.*
8 *Clericis quibuſcunque licitum eſt contradicere prælato rem eccleſiæ malè alienanti.*
9 *Emens rem eccleſiæ contra iura: ad quid teneatur.*
10 *Eccleſia an poſsit agere contra malè alienantem, & etiam contra illum,in quem alienatio facta eſt.*
11 *Soluens an poſsit agere contra alium, pro quo ſoluit.*
12 *Conductores rerum eccleſiaſticarum, ſi bonæ fidei ſunt,habent actionem contra locatorem ad pecuniam repetendam.*

SI quis presbyterorū. Alienatio de rebus eccleſiæ facta non tenet,& alienantes (niſi rem re
ſtituant) excommunicantur. & quilibet clericus de eccleſia
poterit contradicere,& rem cū fructibus repetere. ſecunda
ibi[quod ſi.]tertia ibi[ſed etiam]dicit Hoſtien.delicti, & re
1 medij ꝓpoſitio,pœnę impoſitio,publica accuſatio.¶† Not.
primò, ꝙ anathemate ligatur anima.quod eſt verū, ſi eccle-
ſia iuſtè litigat: aliàs ſecus.de ſent.excom.c.à nobis. 2. & ex
hoc patet, quare Iudæi non ſubſint conſtitutioni Papæ, ſed
2 principis. quod dic,vt infra de diuor.c. gaudemus. † & eſt
anathema excommunicatio ſolemniter lata.11.q.3.c.debēt.
quæ etiam dicitur mucro epiſcopalis.16.q.3.c. 1. & per talē
mucronem fit ſeparatio non ſolùm corporalis à communio
ne eccleſiæ,& fratrum.3.q.4.c. Engeltrudam. ſed etiā Deus
3 ſeparat animas à cuſtodia, & gratia ſua,ſecundū Inn. ¶† Se
cundò no. pęnam ſubſcribentis contractui illicito, & à iure
reprobato.pœnam autem alienantis, & recipientis vide in l.
iubemus.C. de ſacroſan. eccle. niſi fortè &c. vt hic in tex.
4 ¶ † Tertiò no.ꝙ ad euitationem pœnæ poſſunt illicitè con-
trahentes recedere à contractu,etiam perfecto, & conſum-
mato per traditionem. regulariter verò in delictis perfectis,
& conſummatis,& quandoq; etiam attentatis,& non perfe-
ctis non habet locum pœnitentia,vt l.qui ea mente.ff.de fur-
5 tis.& facit ad quæſt.† ſi emphyteuta vendit rem, dominò ir-
requiſito,cadit à iure ſuo,vt l.2.C. de iure emphy. pone er-
go,ꝙ irrequiſito domino,vendidit, ſed poſteà ſtatim recupe
rauit: an euitet dictam pœnam.videtur, ꝙ ſic, per iſtum tex.
contrarium eſt verum,vt in 10.colla. quid iuris ſi va. feu. qđ
ven. recupe.c.1.& not. Bar. in l.ſequitur.§. item Labeo.ff.de
6 vſucap. ¶ † Quartò nō. ꝙ contractus nullus, & inſtrumen-
tum inde confectum iterum decernitur nullum.;& ꝙ nullum
a eſt,[a] non poteſt ampliùs fieri nullum. contra. l. nam & ſi ſub
conditione.ff.de iniuſ.teſta.Sed dic,ꝙ poteſt declarari,qua-
tenus de facto proceſsit,vt l.ex empto.§. ſi quis virginem.ff.
de act.empt.facit,quod no.in l.ſi minor.ff.de euic.nam & ſen
tentia,quæ eſt nulla,petitur declarari nulla,vt c.paſtoralis.de
7 re iudi.in cle. ¶ † Quintò not.ſecundùm gloſſ.ꝙ ille, qui ſe
ſubſcribit,videtur actui conſentire.in quo arg. diſtingue, vt
in ea habes.& adde quod no.ſ. de re iud.c.cū antea.& de trā
8 ſactio.c.ex literis.in prima,& ſecunda glo. ¶ † Sextò not. in
ver.[ſed & liceat].quòd licitum eſt clericis quibuſcunq; con
tradicere prælato rem eccleſiæ malè alienanti.quod gl. pen.
intelligit de clericis conuerſis, & patronis eiuſdem eccleſiæ,
non de diuerſis.Phi.dicit,ꝙ omnis eccleſiaſtica perſona ad-
mittetur,cùm ius hoc non diſtinguat.2.q.5.c.conſuluiſti. In
no. remittit ad no.per eum.de teſti.c. cū olim. & ibi Hoſt. &
ſ.de offi.deleg.c.venerabili.dicunt autem Ala. & Vincen. ꝙ
iſte tertius demum admittitur,eccleſia tacente,vel non con-
tradicente,ſed ſi eccleſia prohiberet, non audiretur.ff.de ꝓ-
curato.l.Pomponius.§.fi.& quod no.Io.And.de conceſ. præ
ben.c.ex parte.ſuper prima glo. & circa iſtum tertium dicit
Inno.ꝙ iſte non ſatiſdabit pro eccleſia,quaſi hoc ſit popula-
re iudicium. fatetur tamen Hoſt.ꝙ ſententia contra eum la-
ta præiudicaret eccleſiæ ſcienti cauſam ſuam agi.ff. de accu-
9 ſa.l.ſi cui.§.1.& 2.¶† Septimò no.ꝙ iſti,qui rem eccleſiæ cō
tra iura mercantur, tenentur ad fructuum reſtitutionem. &
ſic titulus non excuſat poſſeſſorem à reſtitutione fructuum:
quod dic,vt l.qui fundum.C.de rei vendi. ¶ Quærit glo. vlt.
10 † Vtrùm eccleſia poſsit agere contra malè alienantem,& ēt
contra illum,in quē alienatio facta eſt.dic,quod ſic: & vnius
ſolutione alius liberatur. quod eſt verū,ſi eccleſia agit ad rē,
vel ad intereſſe: ſecus ſi ad pœnam.12.q.2.ca. cū deuotiſsi-
11 mam.& c.monemus.vbi de hoc.ad hoc vide,quod not.Dyn.
in c.poſſeſſore.de reg.iur.lib.6. ¶ † Secundò quæro,an ille,
qui ſoluit,poſsit agere contra alium. pone qui alienauit ſol-
uit litis æſtimationem eccleſiæ, vel accipiens rem, reſtituit:
an poſsit.qui recepit,agere contra alienantem, vel econuer-
ſo, alienans poſsit agere contra emptorem ab eo, & an ſic
ſoluenti teneatur cedere actionem. dicit glo. ad hoc vltimū,
ꝙ cedere nō tenetur: quia,cū ex proprio delicto ſatisfaciat,
non eſt ceſsio ſibi facienda, vt l.ſi plures. de admini. tuto. &
pleniùs per Bar.in l.Modeſtinus.ff. de ſolu. alienans verò cō
tra recipientem ab eo,non videtur,ꝙ habeat actionem.nam
cùm eum de euictione teneat actio, agentem repellit exce-
ptio,vt dicit glo. quæ inclinat, ꝙ de euictione non teneatur.
Io.An. dicit,ꝙ emptor contra prælatum,qui vendidit,habet
actionem ex contractu ad pretium recuperandum. 10. q.2.
c.hoc ius.ver.[qui rē] 12.q.2.c. Vulterane. Idem in illis,qui
conrrahunt nomine ciuitatis.C.ſi cer. peta.l. eos qui officiū.
& l.eum qui.Sed iſtud videtur malè dictum. nam cùm vter-
que fuerit in dolo(ſcilicet prælatus,& emptor, contractum
illicitum ineundo)videtur,ꝙ in pari dolo melior eſſe debeat
conditio prælati(contra que de euictione agitur)quàm agē-
tis,vt l.apud Celſum.§.Marcellus.ff.de excep.do.nam in pa-
ri cauſa turpitudinis &c.vt l.3.de condi. ob tur. cau. & ſ. de
conceſ.præben.c.cum ſuper.So.quandoq; ille,qui agit, inci-
pit à dolo proprio,vel communi: & repellitur. vt c. ex teno-
re.de conceſ.præben.& c. intelleximus. de adult. quandoq;
petitio ſua non incipit à dolo,ſed reus incipit de dolo excipe
re,& tunc actori contra exceptionem doli datur replicatio
doli.& ita hic. prælatus enim dicet excipiendo contractum
initum contra iura.& ſic actorem fuiſſe in dolo contra iura
mercando:certè actor poterit replicare [& tu fuiſti in dolo,
contra iura vendendo.] & ex hoc infert Innoc. ꝙ ſi emptor
dicat[peto pretium, & intereſſe,quia vendidiſti contra for-
mam canonis] obſtabit ei doli exceptio. vel quia allegat tur
pitudinem communem in pari cauſa turpitudinis,&c. vt præ
dixi.Conclude ergo,ſecundùm Ioan.An.ꝙ ſolus principalis
alienator tenetur de euictione,& ſi plures fuerint,omnes te-
nentur. Alij verò conſentientes, & ſubſcribentes alijs pœnis
ſubiacebunt.12.q.2.c.non liceat. Quidam autem dicunt, &
12 non malè,ſecundùm Io.An.† ꝙ conductores rerum eccleſia
ſticarum,ſi bonæ fidei ſunt,habent actionem contra locato-
rem ad pecuniam repetendam,vt d.c.Vulteranæ.ſed malæ fi
dei non habent,niſi ſibi de euictione proſpexerint,vel niſi in
caſu ſpeciali.C.communia de le.l.fina.neſcio, ſi per iſtorum
opi.vult Io.An reprobare,quod dictum eſt.ſ. prælatum in-
diſtinctè de euictione teneri.nam iſti, qui vltimò ſic dicunt,
loquuntur in locatore,& conductore: ꝙ an latè velint intel-
ligere in alijs contractibus,in quibus venit euictio: videtur,
ꝙ ſic,per l.quam allegat, quæ loquitur in emptore malæ fi-
dei.cogita. ¶ Vltimò cōtra prædictam conſiderationem (an
actor incipiat de dolo proponere) non videtur bona. nam ſi
hac ratione viderit ſe debere excludi,nunquàm faciet men-
tionem doli, ſed intentabit certi condictionem generalem,
vel triticariam, vt ff.ſi cer.pet.l.certi condictio. & de tritica.
l.1.cum ſi.So.licèt proponatur generalis actio (quæ de dolo
non habet mentionem: ſicut ex cauſa furti,vel violentiæ)ta-
men neceſſe eſt,ꝙ cauſa exprimatur, vt innuitur in dicta l.1.
ad ſi.c.de condi.inde.triti.& no.de offi.ord..c. conquerente.
ſed ſi cauſa non exprimatur, tamen debet ſapere naturam
eius,cuius loco ſuccedit,vt l.ſi eum.§.qui iniur.ff.ſi quis cau.
¶ Vltimò ad id,quod dictum eſt,ꝙ non debet cedi actio il-
li,contra quem agit eccleſia rōne doli.dicit Ioan.An.ſecus,ſi
non fuit. quia tunc eſt ceſsio facienda. Item ſi doloſè ceſsit
eccleſia,licèt non teneretur, actionē habebit. quod dic, vt l.
Modeſtinus.ff.de ſolu.& per Dy.in d.c.pro poſſeſſore.& per
Bar.in l.in depoſiti.ff.de re iudi.& l.litis exceptio.ff.ꝓ empt.
ibi.plenè, vtrū illi, qui ſoluit litis æſtimationem, ſit ceſsio fa-
cienda. & an ſine ceſsione poſsit agere contra tertium poſ-
ſeſſorē rei,pro qua condemnatus eſt in litis æſtimatione.

ADDITIO.

a ¶ Quod nullum eſt. Vide Sali. quando prouo.non eſt ne.in l. certa ratione in fi.

*SVMMAE.*

1 *Terra eccleſiæ infertilis dari poteſt in emphyteuſim ei, cuius ſtudio redditur ad culturam.*

1 AD aures. † Terra eccleſię infertilis da
ri pōt in emphyteuſim ei,cu
ius ſtudio redditur ad culturam.& ponit Ioann.
And.caſum in eo,qui non confecto inſtrumento,de prælato
confiſus receperit in emphyteuſim ſyluam ad extirpandum,
vel colendum.quo facto, petebat ipſe, vel eius hæredes ſibi
fieri inſtrumentum emphyteuſis,vt à principio ſub conditio
ne conuenerat. ꝙ ſi extirpari poſſet, & coli, ſibi daretur in
emphyteuſim,ſecundū eum.qui ex hoc ſentit, ꝙ ſi nulla præ
ceſsit conuentio: poſtquàm fuerint extirpatæ,non poſſet ec-
cleſia taliter extirpatas concedere.tamen tex.videtur ſentire
contrarium propriè intellectus.nam poſt extirpationē dicit
tex.poteris concedere. & ratio etiam pro hoc facit, ꝙ ſic ita
poſt extirpationē, ſicut ante poſsit fieri cōceſsio. cauſa enim
talis conceſsionis eſt labor, & expenſa facta in extirpando.
& quia facta eſt ad perpetuam agri vtilitatem, afficit ipſum
fundum.& per rationem.l.vlt.C.de allu.& palu. ¶ Not. pri-
mò caſum, in quo res eccleſiæ licitè poteſt concedi in em-
phyteuſim per prælatum, concor.in ſi.Auten. ſi quas ruinas.
C.de ſacroſan.eccle.& hoc intellige, ꝙ poſsit cum conſenſu
Capituli.10.q.2.cap.hoc ius.§.perpetua.Item intellige hunc
tex. quando de ſylua tantū non percipiebat quantum de ea
poſtea ad culturam redacta.quia tunc ſecus eſſet:quia in ta-
li alie-

li alienatione non procuraretur vtilitas eccleſiæ. pro hoc fa-
cit tex.niſi fortè tunc,ſcilicet cũ erat ſylua. vel expone, ideſt
ſi tempore contractus poterat plus haberi: reſtituetur enim
tunc eccleſia læſa iure minoris: ſecus ſi non poſſet haberi.nã
quò ad hoc ſit læſa eccleſia,nec ne, tempus contractus inſpi
citur,non futurus euentus,vt ff.de mino.l.verũm.§.ſciendũ.
ibi [non euentus damni reſtitutionem indulget : ſed incon-
ſulta facilitas.]

*S V M M AE.*

1 *Poſſeſsiones, vel redditus an poſsint dari pro decimis non ſoluendis.*
2 *Bona, de quibus eſt dubium, an ſint de menſa: an poſsit epiſcopus alienare, & quæ dicantur de menſa.*
3 *Poſſeſsiones eccleſiæ minùs vtiles poſſunt pro vtilioribus commutari, & alienari de conſenſu maioris partis Capituli.*
4 *Epiſcopus, qui iurauit non alienare, an poſsit concedere in emphyteuſim perpetuam ſuo conſanguineo terrulam valoris vnius floreni cum dimidio, & redditus. 5. ſolid. ſi ſuus ille conſanguineus vult dare terram maioris æſtimationis, vel redditus in quadruplo.*
5 *Alienatio ſi facta eſt de re immobili eccleſiæ ex cauſa vera, & licita,: ſed non fuit adhibita illa cognitio, an magis iſtam, vel illam poſſeſsionem eccleſiæ expediuiſſet alienari: an valeat.*
6 *Legatus eſt eccleſiæ fundus: an poſsit prælatus illum repudiare.*
7 *Prælatus, qui iurauit non alienare: ſi petijt à Papa licentiam, & obtinuit (nec faeit mentionem de iuramento) an valeat licentia: vel dici poſsit ſubreptitia.*
8 *Poſſeſsiones quo reſpectu dicantur vtiles, vel inutiles.*

VT ſuper. Qui iurauit non alienare ea,
quæ ſunt de menſa: ea,de qui
bus dubitatur,an ſint de menſa,alienare non de
bet.ſecundò dicit, quòd poſſeſsiones minùs vtiles pro vtiliò
ribus de conſenſu Capituli ſui poteſt epiſcopus commuta-
re.ſecunda ibi[poſſeſsiones.]& prima ſubdiuiditur, quod p
te vide.¶No.primò,quod dicit tex.[poſſeſsiones, ſeu red-
ditus regalium]&c.quod expone,vt in prima glo. quam no.
1 vtrùm ſcilicet † pro decimis non ſoluendis poſsint dari poſ-
ſeſsiones,vel redditus.dicit quòd ſic,pro præteritis non ſolu
tis:nõ pro futuris.& eſt ſatis expreſſum.16.q.7.c. omnes de
cimæ.& vide in ſimili.C.de tranſac.l. de alimentis. vbi ſuper
alimentis futuris tranſactio prohibetur. pro preteritis non
2 ſolutis conceditur. ¶ Secundò not. † an bona,de quibus eſt
a dubium,an ſint de menſa,[a] poſsit epiſcopus alienare,& quæ
bona dicantur eſſe de menſa.dic,vt in cle.1.de exceſsi. præl.
¶No.tertiò, quòd epiſcopi,& archiepiſcopi iurant non alie
nare.quod iuramẽtum quantũ ſit graue,vide not.per Io.An.
de eccle.ædi.c.fi.& de alio iuramento, quod præſtant (ſcili-
cet non infeudare de nouo)infra de feudis.c.2.per Ioan.An.
3 ¶Quartò no. † ꝙ poſſeſsiones minùs vtiles poſſunt pro vti-
lioribus commutari, & alienari de conſenſu maioris partis
Capituli.& pondera, ꝙ dicit[concedimus poteſtatem]&c.
quod intelligunt quidam de gratia, quando iurauit nõ alie-
nare. rõne enim iuramenti non poterit rem minùs vtilẽ pro
magis vtili commutare, vel alienare ſine Papæ licentia, ob-
ſtante iuramento. in hoc ergo fit gratia huic, de quo loqui-
tur.c.quia de iure ſine licentia ſuperioris nõ poterat aliena-
re.ſed ſecundũ Goff.contra.qui exponit[concedimus,]ideſt
conceſſam oſtendimus ſimile.13.diſtin.c.verum. ſecundùm
Ioan. And. Aduerte. reperio dominum Federicum de Senis
4 conſuluiſſe ſuper tali dubio.† An epiſcopus, qui iurauit non
alienare poſsit concedere in emphyteuſim perpetuam ſuo
conſanguineo terrulam valoris vnius floreni cum dimidio,
& redditus quinque ſolidorum:cũ tamen ille conſanguineus
velit dare terram maioris æſtimationis, vel redditus in qua-
druplo.& dicit ipſe, ꝙ ſic.quia non eſt veroſimile, ꝙ iurans
hoc cogitauerit, & voluerit ad hęc minima iuramento liga-
ri.ad quod optimè facit infra de eccle.ædi.c.vlt. cũ ſua gloſſ.
Item huiuſmodi minima ſunt excluſa à ſolemnitate, & rigo-
re iuris. 12. qõ.2.c.terrulas. verba ergo [non alienabo] de-
bent ciuiliter intelligi, & ſecundũ veroſimilem intentionem
iurantis,& vt nulla ſequatur abſurditas,& ſic debent intelli-
gi verba generaliter,& indefinitè prolata,vt not. de conuer.
coniu.c.2.An autem propter conſanguinitatem reddatur ta
lis contractus inutilis:videtur, ꝙ ſic 10. quæſt. 2. c. hæc vſus
præſtatio.& C.de ſacroſanctis eccleſic. Auten.quibuſcunque
modis. contrarium dicit ipſe. nam (ex quo fraus ceſſat)po-
tiùs cum coniunctis, quàm cum extraneis contrahere debet
epiſcopus,& eis etiam benefacere.36.diſt.c. non ſatis. & qđ
no.21.diſt.c.omnino. quia hic præſupponimus omnem frau
dem ceſſare, & conſanguineum eſſe bonæ famæ. & per hoc
tolluntur ſuſpitiones legis,& canon.¶Quintò not.ꝙ in alie-
natione ,vel commutatione rerũ eccleſiaſticarum debet cõ-
ſiderare prælatus: an poſſeſsiones permutatæ, vel alienatæ
ſint minùs vtiles eccleſiæ: quàm aliæ, quas acquirere inten-
dit. ſimilitet eſt habenda cõſideratio,an magis illam, quàm
aliam,alienari expediat.ſicut in tutore, cui rem pupilli expe
dit alienare, vt l.magis puto.§.ſed ſi ſit.ff.de rebus eorum. &
tota illa.l.& titu. poſſet inſtruere iudicem eccleſiaſticum in
alienationibus rerum eccleſiæ faciendis,vel nõ. ¶ Sed hic in
5 cidenter quæritur. † pone alienatio facta eſt de re immobili
ex cauſa vera, & licita:ſed non fuit adhibita illa cognitio: an
magis iſtam,vel illam poſſeſsionẽ eccleſiæ expediuiſſet alie-
nari: an teneat.dominus Federicus conſultus conſi.245. di-
cit ꝙ ſic.nam illa ſolemnitas,videlicet ꝙ magis iſtam, quàm
illam expediat,habet locum in rebus minoris, non eccleſiæ,
& Auten. ideo. diſponenti ſuper rebus eccleſiæ non eſt ſtan-
dum, vt no. Moder.in c.dudum.ȷ̃.e.lib.6.vnde poſito ꝙ con-
ſtaret magis fuiſſe vtile eccleſiæ alienare aliam,quàm iſtam,
tenet alienatio:daretur tamen reſtitutio,ſi ex hoc eccleſia læ
ſa eſſet.& hoc eſt verum, maximè quando ex cauſa neceſsi-
tatis eccleſiæ facta eſt alienatio : ſufficit enim tunc, ꝙ neceſ-
ſitas ſubſit:quando autem ex cauſa vtilitatis fit alienatio,vi-
detur magis dicta inueſtigatio neceſſaria. ad hoc facit, quod
not. Archid. 12.q.2.c.ſiue.vbi dicit,ꝙ quando ex cauſa vtili-
tatis fit alienatio,non ſufficit,ꝙ vtiliter ſit cœptum,ſi poſtea
incipit eſſe damnoſum : ſecus quando ex cauſa neceſsitatis
proceſsit alienatio. Præterea licèt epiſcopus debeat de hoc
inquirere: non tamen vitiatur alienatio ex cauſa legitima fa
cta: licèt omiſerit inquirere,expediat magis iſtam, quàm il-
lam, vt l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de rebus eorum.¶ Op-
ponitur extra glo.& videtur, quòd poſſeſsiones eccleſiæ mi-
nùs vtiles non poſsint alienari : ſicut nec inutiles res mino-
rum,vt ff. de rebus eorum,l.ſi fundum.in prin.Solu. aliud eſt
in eccleſia,quæ ſemper eſt ſtatus informis, & tempore non
mutatur:aliud in minore,qui de proximo maior fieri ſpera-
tur.ibi enim reſeruatio diuturna rei inutilis poſſet eſſe dam-
noſa: ſed circa rem minoris cõſeruatio temporalis vſque ad
ætatem legitimam non poteſt afferre damnum.ſimilis in ra-
tione reddenda differentia no. inter adminiſtratorem perpe
tuum,& temporalem,vt no.Bar.in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi
prætori.de oper. no. nun. ¶Secundò oppo.iſti redditus,vel
poſſeſsiones de nouo deuenerant ad archiepiſcopum. ergo
videtur,quòd ſibi liceat alienare : ſicut feudum de nouo ad
eccleſiam reuerſum,vt infra de feudis. c. 2. Solu. aliud in re
nouiter acquiſita : aliud in feudo reuerſo,& in eccleſiam cõ-
ſolidato. nam de feudo (quòd alienaretur) ita fuit à princi-
pio ordinatum,ꝙ ſic liceat infeudare : ita quòd res de facili
reuertitur ad naturam ſuam.ff. de pactis.l. ſi vnus.§.pactus.
Sed vbi de nouo aliqua bona dãtur eccleſiæ : ita data viden-
tur, vt perpetuò in dominio eccleſiæ perſeuerent, & in eius
vtilitatem: quæ inde prouenit,conuertantur.vnde non debet
alienari.C.de ſacroſan.eccle.l.priuilegia.& l.iubemus. Con-
clude



clude ergo, ꝙ aliud in re reuerſa ad eccleſiam:aliud in re no
uiter acquiſita. quod intelligo verum ſine dubio de acquiſi-
tione incommutabili. de commutabili dubitatur, an ſit ve-
6 rùm.Pone exemplum.†Legatus eſt eccleſiæ fundus:an poſ-
ſit prælatus dictum legatum repudiare: ita quòd talis repu-
diatio non ſit cenſenda alienatio. & videtur, quòd non poſ-
ſit:quia repudiare legatum eſt alienare, vt eſt tex.in l.magis
puto.§.fundum.ff.de rebus eorum.nam dominium rei lega-
tæ tranſit in legatarium,etiam ignorantem,vt ff.de lega.2.l.
cùm pater. §. ſurdo. contrariũ cõſuluit dominus Fede. de
Sen.quia aliud eſt alienare, quod ſuum eſt:aliud non acqui-
rere,vt ff.de donati.inter vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§. ſi maritus.
non enim eſt par,eademq; ratio: ſed diuerſa,lucrum non ca
pere,& quod ſuum eſt amittere.vt l.fi. C. de condict.ad idẽ.
ff.de his, quæ in frau.credi.l.qui autem. in prin. & licèt poſ-
ſit agi contra tutorem. vel prælatum : qui acquirere negle-
xit.C.ar.tu.l.quicquid.& 12.q.4.c.2.non tamen eccleſia po
teſt dicere, quòd res eccleſiæ fuerit alienata : cùm illa nun-
quam fuerit in domino eccleſiæ.ſimile eſt,quod dicimus de
beneficio acquiſito, & acquirendo.nam primum ſine aucto
ritate ſuperioris renunciari non poteſt.ſecundum ſic, etiam
ipſo facto:de his, quæ fi. à præla.c.ex ore.& no.de elect.c.ſi
elect.li.6.& de præbend.c.ſi tibi abſenti.vbi ſine auctoritate
ſuperioris ius quæſituum per collationem, ante conſenſum
repudiatur ſine anctoritate ſuperioris. Sed contra prædicta
facit:quia ius, quod habeo ad rem immobilem, tanquã res
immobilis repudiatur, vt in Aut.de ali.§.vlt.ſolu.actiones,
quæ competunt pro re legata,vel ad rem: competunt lega-
to accepto tacitè, vel expreſsè.ſed hic non fuit acceptio, ſe-
cundùm eum conſilio.20. quod quanquam ſubtiliter loqua
tur,non eſt reſponſum ad §.fundum.vbi tex.ita dicit[eſſe.n.
hanc alienationem, cùm res ſit pupilli, nemo dubitat]pro
opinio.ſua tamen facit quod no.in l.fi. C.de præſcrip.lon.tẽ
po.& l.ſeruus.C.de pac.vbi aliud in quærendis : aliud in q̃-
ſitis.Sed dic, quòd illud legatum ratione dominij in eccle-
ſiam tranſlati poteſt dici quæſitum, non quærendum, vt l. à
Titio ff.de fur.& dicto.§.ſurdo. per quæ iura differentia in-
ter quæſita, & quærenda ſuper quibus fundatur conſiliũ hic
7 non cadit.¶Quærit Ioan. An.† prælatus iurauit non aliena
re: petiit à Papa licentiam, & obtinuit:nec facit mentio-
nem de iuramento:an ualeat licentia,vel dici poſsit ſubrepti
cia.dic, quòd aut iurauit Papæ: aut metropolitano.ſi Papæ,
non expedit facere mentionem de iuramento. ſi metropoli
tano,tunc ſi licentiam obtinuit à Papa, non facta mentione
iuramenti metropolitano præſtiti,non valet licentia.Si autẽ
iurauit tertio non alienare: ſufficit relaxatio Papæ,etiam de
illo iuramento non habita mentione.ita dicit hic.¶Vltimò
8 quæro: qualiter cõſyderatur†an poſſeſsiones ſint vtiles, uel
inutiles an reſpectu redditum:an reſpectu valoris. puta ca
ſtrum nobiliſsimum, & magnę æſtimationis: modici tamen
redditus.vel lapides prætioſi, vt in eccleſia ſancti Marci.nõ
examino modò:ſed allego not.ff.de ceſ.bo.l.qui.bonis.

ADDITIO.

a ¶ An ſint de menſa.quæ autem dicantur bona de menſa vide hic Inno.

*S V M M AE.*

1 *Res eccleſiaſtica non poteſt in perpetuum locari.*
2 *Contrahens minùs legitimè ſuper re eccleſiæ, habet retentionem, donec ſibi pecunia ſoluta reddatur.*
3 *Precium perceptum ex contractu illicito, ſi conuerſum eſt in vtilitatem eccleſiæ: an ſi rem reuocat rector, pretium illud reſtituere teneatur.*

AD audientiam. Canonicus p̃-
dium eccleſiæ
perpetuò locare non poteſt. communis diuiſio.
1 ſecunda ibi[ideo.] ¶Nota primò. † quòd res eccleſiaſtica
a non poteſt in perpetuum [a] locari. quia talis locatio cenſetur
alienatio,vt l.codicillis.§.inſtitutio. & ibi per Dyn. ff.de le-
ga.2.nec talis contractus locatio dicit poteſt : quæ concedi-
tur canonicis facere de poſſeſsionibus præbendæ ſuæ. quod
dic. vt ȷ̃.ne præla. vi. ſuas. c. fin. & licèt contrahentes vtan-
tur verbo locationis in conceſsione facta ad non modicum
tempus:improprietas tamen verbi nõ mutat ſubſtantiam,&
naturam conttactus:qui geritur, vt hic.& l.vbi ita donatur:
2 ff.de dona.cauſa mor.& l.ſi ſtipulatus. de vſur. ¶†Secundò
no. quòd ille, qui minùs legitimè contraxit ſuper re eccle-
ſiæ,habet retentionem: donec ſibi pecunia ſoluta reddatur.
quomodo autem hoc intelligatur, dicam poſt gloſſ. ¶Ter-
tiò not.qui malè contraxit, tenetur reddere pretium, quod
recepit. ¶Ad hoc poſsit opponi: cùm vterque contra-
hens fecerit contra iura, & fuerit in dolo: melior videtur
conditio poſſeſſoris:ſolue,vt dixi ſupra eod.cap.ſi quis præ-
ſbyterorum. ¶Secundò oppo. & videtur, quòd iſti con-
ductores non habeant actionem ad recuperationem pre-
tij, cùm fuerint malè fidei contra iura mercando. vt 10. q.
2.cap.hoc ius.in fine. & C.ne rei.do. vel temp. l.1.& 2.ſolu.
dicit gloſſ. quòd,aut iſte conductor bona fide contraxit: &
habet actionem. aut mala fide: & non habet actionem, niſi
ſibi proſpexit de euictio. & niſi in caſu l. ſi emptor.commu-
nia de le. & ſic qui contraxit ſuper re eccleſiæ, non ſeruata
ſolemnitate debita, non recuperabit pretium : cùm cenſea-
tur malæ fidei,vt in cap.qui contra iura. de regul. iur. lib. 6.
hanc opin.Bar.ſequuntur Lau. Vincen. Goffre. & Innocen.
hic.& ſupra eod.cap.ſi quis.& Ioan.12.quæſtio.2.cap.Vul-
teranæ.quod placet Ioan.And.licèt ipſe Ioan.not. contra in
d.cap.hoc ius.ver[qui verò]& idem Hugo. & Hoſtiẽ. qui di
cunt, quòd hæc actio datur in odium alienantis. & ſic eſt
ſpecialis caſus, in quo emptor malæ fidei actionem habe-
bit.ego credo illam opin. veram, cùm agitur contra ipſum
alienantem : nam licèt contractus non teneat quò ad præiu
dicium eccleſiæ: nihilominus obligatur rector contrahens
3 contra iura, vt l. ſi ciuitas. ff.ſi cer. peta.†Sed pone, quòd
pretium perceptum ex contractu illicito eſt conuerſum in
vtilitatem eccleſiæ : an ſi rem reuocat, pretium illud reſti-
tuere teneatur:certè non, de rigore iuris:ſed de benignitate
canonica eccleſia tenetur reddere pretium auctori, vt not.
Pau.in cle. 1. de reb. eccle.non alie. & circa hoc vide,quod
not.Bald.in l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccle. Cyn. tenet,
quòd ſiue fuerit ſciens : ſiue ignorans, poſsit agere contra
œconomum.& ſi œconomus nõ ſit ſoluendo:poſsit agi con
tra eccleſiam, ſi contrahens fuit bonæ fidei. ſecus ſi malæ,
vt ipſe not. in Aut. qui res iam dictas. C. de ſacroſ. eccleſ.

ADDITIO.

a ¶ In perpetuum.Perpetuum aliquando ponitur pro centum annis. Bar. in l.ſi vſusfructus.ff.de vſufru.leg.Bal.in l. 1.C ne rei do.vel temp. glo.& Bar.in l.annua.§. à Titia.ff. de annuis leg. aliquando pro ſeculis ſeculorum,vt ibi per Bart.aliquãdo pro 30.annis.l.omnes.& l. ſicut.C. de præſcrip.30.ann.& in Spe.de ſent.§.8.in fi.vbi dicit de 40.Card. in clem.2. 15.q.de reſcrip.

*S V M M AE.*

1 *Poſſeſsiones eccleſiæ quibuſcunque vſibus deputatæ probibentur alienari.*
2 *Eccleſiæ conſuetæ per monachos gubernari non debent conferri, ſiue aſsignari clericis ſecularibus, aut laicis.*
3 *Mandatum factum de prouidendo clerico ſeculari, quomodo intelligatur.*
4 *Papa ſi mandat prouideri monacho de beneficio competenti: non poterit prouideri de ſeculari.*
5 *Menſa epiſcopi diſtincta eſt à menſa Capituli.*

1 POſſeſsiones. † Not.primò,ꝙ poſſeſ
ſiones eccleſiæ quibuſ
cunq; vſibus deputatæ prohibentur alienari.& põt
hic ſumi [poſſeſsio] ẽt pro proprietate.nã ſic ſæpe loquũtur
homines in vulgari [lego poſſeſsiones meas,]quod verbum

proprietatem,& dominium complectitur, vt l. interdum.ff.
de verbo.ſignif.& no.in l.cum res.C.de contrahen.emp.facit
ad q.Cy.in l.fi.C.de compen. & quæ poſſeſſiones dicãtur de
2 menſa,no.in cle.frequens.de exceſ. præla.¶ † Secundò no.ꝙ
eccleſiæ conſuetæ per monachos gubernari,non debent con
ferri:ſiue aſsignari clericis ſecularibus,aut laicis.ſtatus enim
cuiuſque eccleſiæ conſiderandus eſt, nec per alicuius inſolen
tiam ſubuertendus.de ſupplen.neg.præla.c.2.ſicut enim lega
tum factum ad certum vſum non poteſt in alium vſum com-
mutari ſine auctoritate Papæ.vt in cle.quia contingit.de reli.
3 do.ita nec commutari debet ſtatus eccleſiæ.vt hic. ¶ † Ter-
tiò per hunc tex.dicit Hoſtiẽ. quòd cùm mandatur ſeculari
clerico de beneficio eccleſiaſtico prouideri: non extenditur
hoc mandatum ad eccleſiam conſuetam regi per ſecularẽ,ſi
ue ſit parochialis,ſiue prælatura,ſiue præbenda,vt hic, & de
ce. c. 1.de elec. c.cum cauſam. & c. cum in magiſtrum. & c.
officij.pro hoc facit quia diſpoſitio ſimpliciter loquens , vel
gratia conceſſa perſonæ,intelligitur ſecundùm conditionem
ſuæ perſonæ,vt ff.de iniuſto rup.& irri.teſt.l. ſi quis exhære.
§.irritum.& 16.q.1. c.placuit. & c. ſic viuo. & iſtud dictum
Hoſt.intellige,ſi per 40.annos continuos regulares miniſtra
runt ibi ſine interpoſitione clerici ſecularis , aliàs non eſſet
conſuetudo.de elec.c.Cumana.de cauſa poſ. c. cum eccleſia.
Item eſt etiam neceſſe,quòd talis ſit eccleſia , ꝙ duo mona-
chi conſueuerint commorari: aliàs contra . de capel.mona.
c.pe.& c.vlt.per quam Decr.vbi dicit hic agi.Ro.intelligebat
4 hic c.de cõuẽtu,alibi verò de capellis. ¶ † Quid ſi e conuer-
ſo.mandat Papa prouideri monacho de beneficio competẽ
ti.tenet Hoſtiẽ. quòd non poterit prouideri de ſeculari: quia
contrariorum eadem eſt diſciplina.Inſtit. de libe.§.1.& hoc
verùm: niſi ex certa ſcientia Papæ, vel etiam certa auctorita
te,vel conſenſu diœceſani aliud fiat ex cauſa. ſecundũ not.in
c.quod Dei timore.de ſtatu regu. Abb. autem dixit hic hãc
Decre. non loqui in eccleſijs conuentualibus monachorum,
ſed de alijs,in quibus miniſtrare conſueuerunt monachi,per
quorum negligentiam ſi contingat ad diœceſanum deuolui
poteſtatem conferendi: conferre , ſiue prouidere debebit de
monachis: non de clericis ſecularibus. quod eſt hodie deci-
5 ſum in cle. 1.de ſupplen.neg.præla. ¶ † Extra quæro.menſa
epiſcopi diſtincta eſt à menſa Capituli:modò epiſcopus vult
emere quandam cameram à Capitulo : quia indiget ea pro
ſe,vel habitatione ſuę familię.quæro,quomodo debeat cele-
brari contractus: cùm in alienatione rerum Capitùli requi-
ratur auctoritas epiſcopi, vel conſenſus, & in facto proprio
non videtur,ꝙ epiſcopus poſsit eſſe emptor,& auctor , vt ſ.
de inſti. c.fi.Sed reſpondeo ſecundũ opin.Ho.illa quæſtio eſt
facilis etiam in cõtractu donationis. quod plus eſt. nam ſiue
epiſcopus donet Capitulo,vel è conuerſo:vel aliàs cõtrahat,
non requiritur ſuperioris auctoritas , quia iſta non põt dici
alienatio:cũ Capitulũ,& eps ſint vnum corpus,& vna eccle-
ſia. de teſt.c.requiſiuiſti.de his , quæ fi.à præla.c.nouit.& ibi
Hoſt.& c.quanto.ad hoc C.de fideiuſ.l.voluntas. de leg. 2.l.
vnũ ex fami.§.2.& l.pero.facit quod no.de his,quæ fi.à præl.
c.cũ apoſtolica.in gl.ideo.& quod no. in ſimili per Doct. in
c.ex literis. de proba. vbi in canonicis agentibus nomine p̃-
bẽdarũ, an inter ſe,vel cũ extraneis.dicit tñ Hoſt.ꝙ fiat hoc
auctoritate ſuperioris.Io.An.iſtam opi.Hoſt.non approbat,
nec reprobat in cle. 2.de reb.eccl.non alie.Sed domino Fed.
de Sen.conſi.106.placet præcedens opi. ſubdit tamẽ reme-
dium ad tollendum omne dubium, ꝙ Capitulum vendat al-
teri,auctorizante epiſcopo,& ęps poſtea emat ab illo . & de
illa.q.vide,etiam per Ioan.And.in reg.qui tacet.lib.6.vbi te-
net talem venditionem poſſe fieri.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia reſtituitur contra cõtractum, per quem enormiter læſa fuit.*
2 *Poſsidens rem eccleſiæ iuſto titulo,lucratur fructus.*
3 *Eccleſia poteſt petere reſciſionem contractus propter enorme dam-
num.*
4 *Monachi an poſsint res monaſterij infeudare.*

1 AD noſtram. †Eccleſia teſtituitur contra contractum,
per quẽ enormiter læſa fuit. in prima parte mo-
nachorum petitio.In ſecunda cauſæ commiſsio. ſecunda ibi:
2 [quocirca.] ¶Secnndò no. † quòd, qui poſsidet rem eccle-
ſiæ iuſto titulo,lucratur fructus.& licèt poſtea eccleſia reſti-
tuatur,non venit reſtitutio frnctuum perceptorum. quia fru
ctus percipiuntur pro labore,& pro cultura,& cura:& etiam
percipiuntur ratione tituli. percepit enim iſte hos fructus,vt
vaſallus,rõne vtilis dominij,ſecundùm Inno.qui dicit,ꝙ non
eſt vis,an non tenuerit eontractus propter defectum ſolẽni-
tatis: an tenuerit,ſed propter reſtitutionem detur reſtitutio.
ego in primo caſu(quando non tenuit contractus ratione ſo
lemnitatis omiſſæ) credo , quòd non lucretur fructus , quia
talis cenſetur malæ fidei,vt in reg.qui contra iura. niſi dicas,
quòd qui mercatur contra iura , cenſetur bonæ fidei,quò ad
lucrum fructuum,vt no.in l. nunquàm. de vſuc. & l. ſed ſi le-
3 ge.§.ſcire.de peti.hære. ¶ † Tertiò not.quòd propter enor-
me damnum eccleſia poteſt petere reſciſionem contractus,
quaſi pro modico hoc non poſsit,vt l.Scio.de reſtit. in integ.
quod credo verum pro vigore reſtitutionis, ſed per remediũ
nnllitatis ( etiam ſi nulla læſio appareat ) reſtitutio peti po-
teſt,vt C.de prædi.mino.per totum.vbi patet, quòd non con
ſideratur læſio,ſi contractus eſt læſus. ¶ Quartò not.quòd ſi
eccleſia reſtituitur ad rem;etiam aduerſarius reſtituitur ad
pretium.concor.C.ſi aduer.tranſa.l.1. & 2. & eſt ratio. quia
reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio,vt l. quod minor.
4 §.reſtitutio.ff.de mino. ¶ † Quintò no. ꝙ monachi poſſunt
res monaſterij infeudare. hodie circa infeudationem talium
rerum,vel fructuum pleniùs eſt prouiſum in clemen. 1.j̃.e.c.
¶ Oppo.dicitur hic , quòd poſt multos annos percepit red-
ditus &c.& ſic videtur , quòd poſt multum tempus eccleſia
fuit admiſſa ad reſciſsionem contractus. Sed contra. qa poſt
quadriennium non datur reſtitutio, vt c. 1.& 2.de reſti.in in-
teg.lib.6.ſol.dicit glo. 1.multos, accipe pro duobus , vel tri-
bus,ibi.[nã duo dicuntur multi.]Inſti.de iure perſo. in fi.vel
dic,quòd etiam poſt quadriennium admittitur ex iuſta cau-
ſa, vt d,c.2.iuſta autem cauſa eminentiſsimum damnum.Ho
ſtien.dicit,quòd iſti fuerunt auditi iure communi. quia con-
tractus iſte non tenuit:quia in eo defecit auctoritas epiſcopi.
& ita dicirur habere factum notum , & quòd hic à tempore
contractus lapſi erant plus decem anni .

*S V M M AE.*

1 *Alienationes factæ de feudis, vel alijs eccleſiaſticis rebus,non tenẽt,
etiam ſi per conſtitutionem laicorum approbentur .*
2 *Laici(quãuis religioſi)non poſſunt habere regimen eccleſiæ , vel cle-
ricorum .*
3 *Laici non debent clericis præcipere,ſed parere .*
4 *Principes ſeculares,quibus priuilegijs muniuerint res eccleſiæ .*
5 *Conſtitutiones laicorum ſuper rebus eccleſiæ ſiue rebus ſpiritualibus,
vel eidem connexis ipſo iure ſunt nullæ.*
6 *Statuta laicorum,ne poſt funus poſsint ferri,pluſquàm duo cerei tot
librarum, vel quòd non liceat,niſi filios indui de nigro , vel quòd
non liceat niſi tot clericos inuitare,an valeant.*
7 *Feudum an poſsit donari, vel relinqui eccleſiæ .*

1 CVm laicis. † Alienationes factæ de feudis , vel alijs eccleſia-
ſticis rebus,non tenẽt,ẽt ſi per conſtitutionẽ lai-
corum approbentur.communis diuiſio. ſecunda ibi [volen-
tes.] ¶ Not.primò,ꝙ laici dicuntur religioſi. quod dic,vt j̃.
2 de regu.in rub.& de voto.c.ex multa. ¶ Secundò not.† lai-
cos (quamuis religioſos) habere non poſſe regimen eccle-
ſiæ, vel clericorum.ad idem.89.diſt.c.iudicatis.& 96. diſt.c.
3 bene quidem. ¶ † Tertiò no. quòd non debent laici clericis
præcipere,ſed parere.quia non habet poteſtatem filius in pa
4 rentes.ſ.de maio.& obe.c. cùm inferior. ¶ † Quartò not.ꝙ
principes ſeculi eccleſias , eccleſiaſticas,ve perſonas multis
priuilegijs muniuerunt.de quibus priuilegijs glo. aliqua enu
merat,& Hoſt. & primò priuilegium , quòd quilibet põt eis
donare,& relinquere,vt l.generali.& l.iubemus.C.de ſacro-
ſan,eccle.nec talis donatio indiget inſinuatione.eo tit.l.illud
& quod Imperator donat eccleſiæ,ſola immenſitas eſt men-
ſura.in Auten.eod.§.ſi minùs. Item ſunt dicta priuilegia ex-
tendenda.j̃.de dona.c.cum dilecti.hæc autem priuilegia ſi-
milia debent eſſe manſura: nec inferiorum ſtatutis , vel con-
ſuetudine tolli poſſunt.C.de ſacroſun.eccle.l. decernimus.&
l.fin.C.de epiſ.& cleri. & hæc priuilegia æqua ſunt , & indu-
cta propter Dei honorem:quæ etiam loco filiorum habẽtur.
in Auten.de ſanc.epiſc.§.ſed hoc de præſenti. & ſ.de proba.
c.in præſentia.tertiò propter fauorem beneficij principiũ,vt
l.beneficiũ.de conſti. prin. quartò propter fauorem anima-
rũ.13.q.2.c.animæ.quintò propter fauorẽ vltimæ voluntatis
C.de ſacroſan.eccl.l.1. hic ergo funiculus nõ ſolùm duplex,
ſed multiplex nullatenus rũpi poteſt. de treuga,& pace.c.1.
5 ¶ †Quintò no.reg.quòd conſtitutiones laicorum ſuper re-
bus eccleſiæ, ſiue rebus ſpiritualibus, vel eidem annexis ip-
ſo iure ſunt nullæ.& vide quod circa hoc no.Bar.in l.omnes
populi.de iuſti.& iure.& quòd dixi.ſ.de foro compe.c.quod
clericis. & c.cum veniſſent.de eo qui mit. in poſ. & facit hoc
6 in argu. † an ſtatuta laicorum , quæ vigent ( maximè in Tu-
ſcia)ne poſt funus poſſint deferri,pluſquàm dno cerei tot li-
brarum,& non poſsint niſi filij indui de nigro : quòd non li-
ceat niſi tot clericos inuitari,an valeant hæc ſtatuta.videtur,
quòd nõ;quia diſponunt ſuper honoris diminutione in ſepul
tura adhibendi:ſepulturæ verò, & funera fore iuris ſpiritua-
lis,nemo eſt,qui neſciat.Inn. tenet contrarium . facit qđ ca-
non dicit,quòd iſte pompæ ſunt ſolatia viuentium: non ſub-
ſidia mortuorum.13.q.1.c.eccleſias.Cogita,quid de iure ſit,
de facto ſeruatur:quia ſtatutum imponit pœnam ſuo ſubdi-
to tranſgreſſori : licèt fortè extra rem ſuam iuriſdictionem
non tangentis. ¶ Sextò videtur,ꝙ conſilium irritat conſtitu
tiones laicorum, contra iſtud conſilium diſponentes.prælati
tñ (velut canes muti) tranſitoriam pacẽ quærentes Laicos fa
cientes contrarium nõ compeſcunt,ſed diſsimulant. & ideò
dominus Bertr.epiſcopus Graſſen.facit verſus.

*Pontifices muti ac iure ſuo malè tuti.*
*Cum ſint cornuti non audeat cornibus vti.*

Contra quos Gregorius 43.diſt. c. ſit rector. & c. ſciſmus.
16.q.1.in canonibus. ¶ Opp.ex prædictis iuribus,& multis
alijs clarè liquet,ꝙ eccleſijs multum fauent iura in acquiren
do,difficulter ſe exhibent in perdendo.præterea omnia,quę
quæruntur tam eccleſijs,quàm eccleſiarum perſonis,exẽpta
ſunt à muneribus,& honoribns laicorum,vt patet in c.fin.ſ.
de vi.& hone.clerico.facilè ergo quærere, & difficulter per-
dere,eſt potiſsima cauſa augendi patrimonium, & minuen-
di:ſicut lupus comedit agnum.diuitias,& bona laicorum ad
eccleſiam peruenire.& laicos in grauaminibus non ſufficere
ad publica onera ſubeunda.& hæc ſatis vidẽtur abſurda.Sol.
dicit Hoſtiẽ.ſi ex iſtis iuribus domini temporales ſentiunt ſe
grauari,debent recurrere ad Papam, & ipſe apponet conſi-
lium.de immu.eccleſia.c.aduerſus. Imperatori verò nõ licet
talia reuocare,vel infringere.j̃. de pœnis. c. ſignificauit. &c.
7 ¶ † Quærit Io.An.an feudum poſsit donari, vel relinqui ec-
cleſiæ. videtur,quòd feudum non poſsit pro anima iudicari:
nec in dotem dari,vt eſt caſus in tit.feu. qualiter de iure vaſ.
do.c. donare.& de feu. non alienan. c. Imperialem.§. habi-
to.& vaſallus factus clerius perdit feudum.eo.tit. ſi vaſal.in-
terpel.fuerit.cap.clericus. & de beneficio feu.§.ex hoc illud.
Hoſtien.dicit,quòd conſideranda eſt natura feudi ; nam aut
eſt temporale,vel perſonale:& tale,ꝙ ad hæredes non trãſit.
eo.tit.qui feu.do.poſ.per totum.Ita nec in eccleſiam. aut nõ
eſt talis naturæ,& tunc, aut tale feudum habet naturam : qđ
perſonaliter ſeruiatur in armis.& idem,quia non tranſibit in
eccleſiam . cùm non poſsit in armis belllcis deſeruire ex eo:
ꝙ eorum arma ſunt lachrimę.23.q.8.§.1.aut eſt feudum,qđ
trãſit in alium hæredem ſine tali onere perſonali armorum:
& tunc tranſibit etiam in eccleſiam quocunque titulo . eodẽ
titu.de gra.ſuc.c.1. & 2. & de inueſti. quid Titius.ac.§. item
placet.& c.ſeq.& idem in allodio , vt ibi not. & circa hoc la-
tiùs vide in ſumma per Hoſt.de immu. eccle. §. inquantum.
verſi.[ſed nec illa.]vbi omnino videas:hic non plus dico.

# De precarijs.

VIſo de alienatione in genere: quia preca-
rij cõceſsio ſpeciem alienationis cõtinet.
ideo &c. vel aliter . viſo de contractibus,
per quos dominia rerum alienantut:ſequi
tur videre de his,per quos transfertur cõ-
modum,& vtilitas fructuum,& vſus.habe
tur,de materia. 10.q.2.c.precarie.& c.ſæpe fit. 11.q.3.c.cle-
rici.& c.ſequenti.

*S V M M AE.*

1 *Contractus precariorum debent reuocari de quinquennio in quin-
quenium .*
2 *Contractus precarij an ſit noua ſpecies contractus .*
3 *Renouatio precarij ſi non fuit petita lapſo quinquennio, quid iuris.*

PRecarie. Iſtud cap. & ſequens habentur pro paleis. 10.quæſt.2.¶ Not.
1 primò quòd † de quinquennio in quinquennium
debent renouari contractus precariorum. & hoc de conſue.
vt dicit tex. ſed de iure ſcripto , vſque ad mortem recipien-
tis.10.q.2.c. precarie. & loquitur iſte tex. de generali con-
2 ſuetudine, non ſpeciali, ſecundùm Ioan.An.¶ † Quæro an
ſit noua ſpecies contractus . & videtur, quòd non : nam, aut
talis res conceditur ad vitam recipientis : & erit conceſsio
vſusfructus . aut conceditur,etiam poſt mortem,hæredibus
recipientibus: & erit contractus emphyteuticus, vt C. de iu-
re emphy.l.1.& 2.aut conceditur ad modicum tempus (pu-
ta in quinquennium) & tunc ſi pro mercede , & erit locatio.
ſi, dono, erit donatio vſufruct. ad tempus , & verè ( vt im-
becillitatem intellectus mei fatear ) non video,quare ius ca-
nonicum hoc nomen de iure ciuili incognitum adinuenit.
nec Doct. aliter declarant . Abb.ponit exemplum , cùm in
littore, vel in terra inculta archiepiſcopi Genuenſis vult ali-
quis ponere ædificium lignorum : ad eius preces poteſt ar-
chiepiſcopus hoc permittere datis ſibi.30. ſed & poſtea ſin-
gulis annis 10.& his contractus debebit de quinquennio in
quinquennium renouari , ſecundùm conſuetudinem , & ſe-
cundùm hunc intellectum titulus de ſuperficiebus apertiſ-
ſimè aptatur ad illum . nam licèt ſuperficies cedat ſolo , vt l.
obiectum.§.placet.de actio. & obligat. illud eſt verùm quò
ad directum dominium. ſed vtile competit ſuperficiario. &
ita no.in l.1.§.qui ſuperficiem.ff.de ſuperfi.Item exemplum
Abb.intelligo,quando eccleſia recipit.30.pro ſolo:non,ꝙ ſo
lùm venderet:ſed hoc acto,& conuento,vt ſibi ſoli dominiũ
remaneret: aliàs iſta verba[ducentum pro ſolo illo]vt ponã
ſuper eo, non impediunt tranſlationem dominij,vt l.ſpecies.
de auro, & arg.lega. & quod not Doct.in l.ſi mulier C.de iu
re do.poteſt tamen quandoque dari prò ſolo tam parua quã
titas,ꝙ nõ cenſebitur eccleſia vẽdidiſſe ſolum, ſed locauiſſe,
& ex quãtitate parua,vel magna præſumitur emptio,vel lo-
catio dicto caſu,vt no.in dicto §.qui ſuperficiem.& in diſpu-

a tatione Bar. Publicanus quidam. iſti autem ſuperficiarij a pa
rum diſtant ab emphyteuſi. quia vt iſti, ita illi poſſunt vende-
re meliorationes ſuas, iuxta formã. l. 2. C. de iure emphy. &
de emphyteuta eccleſiæ vide tex. in l. 2. C. ne rei do. vel temp.
& per Bar. in l. 1. §. ſi ſeruum. ff. de ſuperfici. ¶ Extra op. & vi
detur, ꝙ iſta renũciatio non ſit facienda, poſtquàm. n. cõſtat
per inſtrumenta principaliũ rem illam ad eccleſiam pertine-
re: ille, qui tenet, vel hæres, non põt eccleſiæ vllo tpe referre
q̃õnem dñij, vt l. malè agitur. C. de præſcrip. 30. ann. Si ergo,
nec pſcriptio, nec aliud incõmodũ ſequi põt eccleſiæ, vide-
tur, ꝙ nõ ſit renouatio ſuperflua facienda, vt ff. vt leg. no. ca.
l. ſtipulatio. §, diuus. ſo. fateor, ꝙ ille, qui habet cãm, & titulũ
ab eccleſia, non põt ſibi referre quæſtionẽ vllo tpe, vt d. l. ma
lè agitur. & l. ſi quis conducti. §. loca. tamen quia longinqui-
tate tẽporis perditur rerum memoria. Ideo iſta renouatio de
conſuetudine eſt inducta: & à iure in ſimilibus approbata, vt
3 hic. & 12. q. 2. c. longinquitate. & in feudo. vt ibi no. ¶ † Quæ
rit glo. ſi non fuerit petita renouatio, lapſo quinquennio: di-
cit, ꝙ intelligitur contractus tacitè renouatus. ar. contra. alle.
dictum c. longinquitatis. cui contrario eſt ſtandum, ſecundũ
Io. An. nam videtur colonus renunciare iuri ſuo, ſi non petijt
renouationem. nam talis renouatio eſt inducta in fauorem
eccleſiæ: ne origo contractus ſit incerta. & hoc eſt verùm, niſi
eccleſia velit eum inuitum retinere. de eo, qui duxit in matri.
c. 1. & C. de legi. l. quod fauore.

ADDITIO.

a ¶ Superficiarij. Superficiarius dicitur procurator domini Bar. & Pau. de Ca. & Alex. in l. 2. §. ſi ego. de oper. no. nunc.

*SVMMAE.*

1 *Contractus quando non tenet, nec pœnæ appoſitio.*
2 *Contractus prælati de iure validus poteſt pœna adiectione vallari.*
3 *Contrahens cum eccleſia an poterit petere reſciſionem contractus inualidi: ſi nolit eccleſia.*

DE precarijs. Reuocat ſucceſſor p̃
cariam per rectorẽ
eccleſiæ irrationabiliter factam. & præmittit fa
ctum: cui ſecundò prouidet. ibi [præcipimus] Pet. & Abbas
ponunt caſum. ſic laicus recipiebat de domo ſua ſita in loco
ſtudij decem pro penſione, eam tradidit prælato, & recepit
rem eccleſiæ precario ad penſionem. 30. ſtudio recadenti:
res laici non reſpondet decem (adeo ꝙ tamquàm ex tali pre
caria læſa eſt enormiter) ideo reuocatur, non obſtante pœnæ
appoſitione. de hoc vide in Specu. eo. titu. in prin. & vide om-
1 nino, quod ibi not. Ioan. An. in additio. ¶ No. † primò, quòd
ſi contractus non tenet, nec pœnæ appoſitio. vt l. non dubiũ.
2 C. de legi. à contrariò ergo ſenſu † contractus prælati de iu-
re validus poteſt pœnæ adiectione vallari. vt s̃. de arbit. c. di
lecti. ¶ Tertiò no. quòd in ſucceſſoris poteſtate relinquitur,
3 velit contractum nullum reuocari, vel non. & ſic † contrahẽs
cum eccleſia non poterit petere reſciſionem talis contractus
inualidi, ſi eccleſia hoc nolit: quia cùm eccleſiæ beneficium
nullius ſit: non poteſt contrahens vti illo beneficio contra
eam l. ſi iudex circũuento. de mino. & l. amiciſsimos. de ex-
cu. tuto. & vide ad prædicta l. ſi procur. & quod ibi no. Bart.
ff. de iure fiſci. &c.

*SVMMAE.*

1 *Precarium cuius ſit naturæ. Et ſoluitur morte eius, cui conceſſum eſt num. 4.*
2 *Voluntas hominis non finitur morte.*
3 *Iudex poſuit aliquem ad confinia, donec voluerit: deinde moritur. an confinia ſint finita.*
5 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare ei, cui res precario eſt conceſſa.*
6 *Dominus, qui precario conceſsit rem aliquam: ſi illam alteri vendidit, an poſsit amodo reuocare precarium.*

PRecarium. Non recipit breuiorem
ſummam, quam tex. po-
1 nat. ¶ Nota † naturam precarij, vt tamdiù duret,
quamdiù patitur, qui conceſsit. ex quo patet, quòd precariũ
non conſtituitur tempore limitato, ſed ad beneplacitum cõ-
cedentis. & ideo dicit l. cum precario alleg. in glo. quod ſi cõ
ceſſum ſit vſque ad certum tempus, ante tempus finitum po-
terit reuocari: quia non tenet pactum initum contra naturã
contractus, vt d. l. cum precario. & l. vbi ita donatur. ff. de
donat. cauſa mor. per quas. ll. dicunt Doct. quòd ſi conſti-
tuo procura. cum pacto, quòd mihi nõ ſit licitum reuocare:
quòd reuocare potero, non obſtante pacto. & idem in omni
bus, quæ dependent à voluntate mea à prin. & ex poſtfacto:
quia non poſſum reſtringere voluntatem meam: ita quòd
eam non liceat reuocare, vt patet in l. ſi quis in prin. teſtam.
de lega. 3. quod not. Dy. in reg. quod ſemel placuit. ¶ Secun
2 dò hic collige. † quòd voluntas hominis non finitur morte.
quod patet: quia precarium, quod durat pro libito conce-
3 dentis, eius obitu non finitur. facit ad quæſtionem. † Iudex,
vel dominus ciuitatis poſuit aliquem ad confinia, donec vo-
luerit: deinde moritur: an confinia ſint finita? videtur, quòd
16 tò quæro, † q̃d eſt culpa latior. dicit ipſe. culpa latior eſt fallax calliditas ad decipiendum, fallendumve alterum adhibita, præſumptiuè, vt probatur in d. l. 1. ff. de dolo. & ponitur in diffinitione præſumptiuè, ad differentiam doli manifeſti. poſſet tamen obiici, quòd nullus dolus poſſit dici manifeſtus, ſed præſumptus: nam cùm dolus conſiſtat in animo: nõ poteſt probari: niſi ſecundùm quod ex indiciis præſumitur. vt C. de dolo. l. dolum. nullus ergo dici poterit manifeſtus. reſpondeo. quædam ſunt indicia manifeſta, & iſta probata inducunt dolum manifeſtum, vt d. l. dolum. quædam ſunt indicia, ſeu præſumptiones non ita manifeſtæ, quæ non includunt dolum neceſſariò. & iſtæ inducunt dolum præſumptũ.
17 vt hic. & d. l. quod Nerua. ¶ Sed incidenter quæro, † quæ eſt differentia inter dolum verum, & præſumptum, ſeu culpam latiorem. reſpondeo, quia minor à dolo vero non excuſatur: ſed à dolo prę ſumpto ſic, vt ff. de edend. l. argentarius. Item à vero dolo nulla eſt excuſatio, à præſumpto ſic, ſi eſt aliqua præſumptio, quæ illum tollat, vt ſi res erat communis, vel ſi res depoſitarii erant prætioſiores, vt dixi ſupra. Item quia in cauſis criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce clariores, vt l. ſciant. C. de proba. iſte dolus præſumptus non ſufficit, quia non debet quis ex præſumptionibus condemnari, vt l. abſentem. ff. de pœnis. &c. ¶ Quintò quæro,
18 † quid eſt lata culpa. Reſpondet Bar. multorum diffinitionẽ refertas in d. l. quod Nerua. ſed poſtea ponit ſuã, quæ eſt talis. Lata culpa eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam communiter habent omnes, qui ſunt eiuſdem conditionis, & profeſſionis: verbũ [deuiatio] ipſe ponit, tanquam nomen generale, quod comprægendit omnem culpam, ut patet. ſ̃. in diffinitione culpæ in genere. Item comprehendit culpam, quæ conſiſtit in faciendo, & non faciendo. ponitur ergo hic iſtud nomen, vt genus. Item [incircumſpecta] ponitur ad differentiam veri doli, & præſumpti, hoc eſt culpę latiſſimę, & latioris, quę veniunt ex animo prę ſumpto, & manifeſto. ſequitnr in diffinitione [ab ea diligentia, quam habent communiter omnes.] & hoc dicitur ad differentiã culpæ leuis, & leuiſſimæ, quæ in alio conſiſtit, vt j̃. videbimus. Sequitur [eiuſdem profeſſionis.] hoc propter medicos, & alios, qui in arte ſua committunt latam culpam, vt ff. ſi mẽſ. fal. mo. dixe. l. 1. §. 1. & l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offi. præſid. ſequitur in diffinitione [& conditionis.] &c. hoc eſt dictum, vt excludat eos, qui habent iuſtam cauſam ignorantię [puta abſentes.] quando aliquid actum eſt in ciuitate, vt in c. cum in tua. qui ma. accu. poſſ. lata ergo culpa in artifice eſt errare in eo, quod communiter omnes ſciunt. ſed ſi erretur in eo, quod ſciunt artifices excellentes, erit culpa leuis. Si verò erretur in eo, quod ſciunt excellentiſſimi, erit culpa leuiſſima. ad hoc allego, quod no. Inſti. de obl. quæ ex quaſi delicto. in prin. vbi de iudice aliter, & aliter puniendo, qui errauit in l. Fuſia Canina. vel errauit in l. Gallus. ¶ Sed circa hoc incidẽ
19 ter quæro, † vtrùm iuris error ſit lata culpa in quolibet non
b literato [b]. videtur, quòd non: niſi in his, qui ſunt eiuſdem profeſſionis, vt patet ex diffinitione prædicta. facit ff. qđ quiſq; iuris. l. 2. econtra videtur, ꝙ ſic. quia iura omnes ſcire debẽt, vt l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. ergo hoc ignorare eſt lata culpa, vt l. lata. de ver. ſigni. pro hoc glo. in l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui notan. infam. Item lex iſtos errantes in iure appellat ſtultos. ff. de iuris & fact. ignò. l. regula. §. pe. Bar. ſic diſtinguit. aut loquimur de ignorantia iuris communis. aut de ignorantia iuris municipalis. primo caſu, aut eſt certum, & limitatum ius (puta quia eſt caſus l. expreſſus.) & talis ignorantia eſt lata culpa, vt d. l. leges. & l. lata. aut eſt ius dubium, quia de hoc non habemus caſum. l. expreſſum. ſed argumenta, & ſimilitudines, vel de hoc ſunt opiniones Doc. & tunc talis ignorantia non eſt lata culpa, ſed debet iudicari leuis, vel leuiſſima, ſicut dicimus de ignorãtia facti. ff. de iur. & fact. igno. l. 2. in gl. ſuper ver. [finitũ.] ſecundo caſu, quando quæritur de errore iuris municipalis. & tunc, aut loq̃mur in hominibus eiuſdem municipii, & idem quod ſ̃. eadem ratione, ſi ſunt eiuſdem conditionis: quia omnes ſunt præſentes. ff. de Decr. ab or. fa. l. fin. aut loquimur in hominibus alterius municipii, & tunc eſt dicendum idem, quod in errore facti. j̃. de conſti. c. 1. lib. 6. Non obſtat prædictis, quòd non omnes ſunt eiuſdem profeſſionis. quia non omnes homines ſunt iuriſtæ. quia illa ſcientia, quæ eſt in iureperitis, videtur eſſe in quolibet vulgari. quia peritos poſſunt conſulere. & illud communiter faciunt omnes: & ad illud communiter lex eos coarctat. ff. de bon. poſſ. l. bonorum. ¶ Incidenter etiam
20 quæro, † vtrùm lata culpa æquiparetur dolo. dominus Ioan. And. hic tangit caſus, in quibus æquiparatur. glo. de hoc no. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Nam regula eſt, quòd lata culpa æquiparatur dolo. fallit ſecundùm gl. quando tractatur de pœna corporali infligenda. ſecus vbi tractatue de pœna pecuniaria. hoc non videtur verum, vt not. in l. 1. §. & ideo. ff. ne vis fi. ei. Barto. ſic diſtinguit, aut loquimur in actionibus deſcendentibus ex contractibus, vel quaſi: & lata culpa æquiparatur dolo, vt dicta l. quod Nerua. aut loqueris in accuſationibus, vel actionibus deſcendentibus ex delicto. & tunc, aut quæris quò ad pœnam corporalem. & lata culpa non æquiparatur dolo. vt no. in dict. l. in actionibus. aut quò ad pœnam pecuniariam: & tunc, aut lex, ſiue ſtatutum requirit expreſsè dolum: aut loquitur ſimpliciter. primo caſu non æquiparatur dolo. ff. ne vis fi. ei. l. prima. §. ſi q̃s. & quod not. in l. magna negligentia. ff. de regulis iuris. Secundo caſu æquiparatur dolo. vt l. prima. §. non autem. ff. ſi quis teſtam. li. iuſſ. eſ. fu. habes ergo, quando culpa ęquiparatur dolo. & quando non, quò ad pœnam infligendam. ſecundo dicit. glo. in dicta l. in actionibus. quòd lata culpa non æquiparatur dolo, quantùm ad infamiam irrogandam, vt not. Inſtitu. de ſuſpect. tutorib. §. ſuſpectus. & C. de ſuſpect. tutor. l. final. Bartol. diſtinguit, quia, aut loquimur de infamia, quæ infertur per ſententiam, & lata culpa non æquiparatur dolo, vt in iuribus prædictis. aut de infamia, quæ infertur ipſo facto, & tunc comparatur dolo, vt l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui notan. infami. & ibi in glo. & in dicto §. ſuſpectus. in glo. magna. tertiò dicit glo. in dicta l. in actionibus.

nibus. quod fallit in iuramento in litē.& bene dicit,quod ta
le iuramentum defertur ob contumaciam , ſiue delectum.&
l.expreſſè requirit dolum,vt in d.l.in actionibus. ergo idē di
cendum eſt,quod dictum eſt.ſ. in alijs actionibus deſcendē
tibus ex delictis.Quartò fallit in petitione reſtitutionis in in
tegrum:quæ non petitur aduerſus verum dolū:ſed aduerſus
latam culpā ſic,vt l.vbi.& ibi not.ff. de eden. & de mino.l.ſi
ex cauſa §.non videndum.Quintò fallit quantùm ad malā fi
dem inducendam.nā dolus inducit malā fidem:ſed lata cul-
pa non.ff.de peti.hęre.l.ſed ſi lege.§.ſcire.vbi dicit de ignorā
tia iuris,quę eſt lata culpa,vt ſ.dictum eſt.& ex hoc ſumitur
ſextus caſus,quia lata culpa non impedit fructum acquiſitio
nis,licèt dolus impediat. vt ff.de vſuca.l.ſi fur.§. 1. & ibi no.
& no.Dy.in cap.poſſeſſor malę fidei.de reg.iur.li.6.¶Sextò
principaliter quæro,quid eſt leuis culpa.Barto.in 6.q. refert
quorūdam diffinitiones.ipſe verò dicit, quòd leuis culpa ve
nit tripliciter conſideranda.nam leuis culpa aliter aſſumitur
in rebus alienis:aliter in rebus communibus incidenter:ali-
ter in rebus communibus ex conuentionibus.triplicem er-
21 go diffinitionem ponit. & quò ad primam dic, † quòd leuis
culpa in rebus alienis eſt deuiatio incircumſpecta ab ea dili
gentia,quam adhibent homines diligentes eiuſdem profeſ-
ſionis.iſtud quod dixi [:deuiatio incircumſpecta ] expone,
vt ſupra in diffinitione latę culpę.Item in eo,quod dixi[quā
adhibent homines diligentes]probatur.ff.de pigno. actio.l.
cum venderes.in fi.cum l.ſequen.& l.ſi putator.ff.ad l. Aqui
liam.Item quod dixi(eiuſdem profeſsionis. & conditionis:)
dixi propter artifices,vt l. 1.§. 1.ff.ſi men.fal.mo.di.Item qđ
dixi(in rebus alienis.)idem intellige in rebus proprijs,quæ
ſunt alij reſtituendæ:vt dotalibus.ff. de iure doti.l. in rebus.
22 &c.¶Venio ad ſecundum,& dico,† quòd leuis culpa in re-
bus communibus incidenter eſt deuiatio , circumſpecta ab
ea diligentia,quam ipſe deuians tunc adhibuit in rebus pro-
prijs. hoc probatur in l.hæres. §. non tantùm.ff.fami.herci-
ſcū. Sed pone,quòd in rebus proprijs nullam diligentiā ad-
hibet:ſed eſt negligens omnino : vtrum tunc teneatur ſocio.
dicit,ꝙ ſic.quia tunc talis deuiatio cadit in latam culpam,vt
ſupra dixi.dicta ergo diffinitio habet locum, quando in ſuis
eſt aliqualiter diligens. facit.ff.ſo. matrimo.l. conſtante.§.ſi
23 maritus.ad tertium dico , † quòd leuis culpa in rebus com-
munibus ex conuentione eſt deuiatio incircumſpecta ab ea
diligentia,quam ipſe deuians rebus ſuis adhibere ſolebat tē
pore contractus.hoc probatur Inſtit.pro ſo.§.fi.& ff.pro ſo.
l.ſocius ſocio.¶Nunc videamus, quare aliud in re aliena,&
aliud in re communi.Reſpondeò mea,& aliena, ſunt contra
ria,& extrema:commune verò eſt medium. modò ita eſt,ꝙ
in re mea non eſt tractandum de culpa. quia debet eſſe im-
punita.vt.C.mand.l.in re.In aliena verò culpa punitur. quia
nō ſufficit,quòd faciat id,quod facit in ſuis,vt dicto.§. ſi ma
ritus.In re verò communi(quia eſt quoddam medium inter
meum,& alienum) eligitur quædam media via , ne culpa ſit
totaliter impunita:quia ſufficit adhibere illam diligentiam,
24 quam in ſuis.†Item eſt vidēdum de ratione diuerſitatis inter
rem communem re ipſa:& communem ex conuentione. Re
ſpondeo,quando ego contraho ſocietatem cum aliquo,ego
inſpicio illam diligentiam , quam ipſe ſolitus eſt adhibere,
& ſic ipſe facit de me,& de hac diligentia videtur actum in-
ter nos.ſed iſtud non poteſt dici in communione:quæ cōtra
hitur re ipſa:ideò inſpicitur illa diligentia, quam in ſuis ad-
hibet.modò ad prædicta vide quod notat Bar.in l. 1.ff.de ſo.
25 ¶Septimò principaliter quæro†quid eſt leuiſsima culpa.di
cit Bart. quòd leuiſsima culpa eſt deuiatio incircumſpecta
ab ea diligentia,quam habent homines diligentiores, & dili
gentiſsimi eiuſdem profeſsionis,& artis,& omnia iſta verba
expone,vt ſupra ſunt expoſita.illud verò,quod diligētes , &
diligentiſsimi probatur de actio.& obligatio.l. 1.§. is quoq;
& iſti quibus mo,re contra.ob.§.ac is.& ff.commoda.l.in re

bus in principio.& per hoc differt à leui culpa:quę eſt deuia
tio ab illa diligentia,quam habent homines diligentes eiuſ-
dem profeſsionis.Item per hoc differt à leui:quæ eſt deuia-
tio incircumſpecta ab eo,quod habent communiter homi-
nes. ex prædictis ergo plenè potes inſtrui , qualiter debeas
formare articulos:quando vis aliquem redarguere de dolo.
lata culpa,leui,vel leuiſsima. Scias tñ ꝙ leuiſsima,ſiue leuis
culpa in faciendo ęqparat̄ latæ in nō faciēdo.vt no. ff. ſolu.
matrimo.l.ſi mora. Itē ſcias , ꝙ ſi aliquis eſt diligentiſsimus
in ſuis.ſed in alienis non eſt ita:tunc dicitur eſſe in culpa la-
tiori, hoc eſt in dolo præſumpto. non ergo poteſt tunc dici
conſideratio incircumſpecta,ſed circumſpecta , & prouiſa,
26 procedens ex animo.¶Octauò principaliter quæro,†quali
ter iſtę culpę veniant in contractibus:vel quaſi contractibus
& primò in actione depoſiti:in cuius materia ſumus,in qua
breuiter ſic diſtingue:quòd aut depoſitum ſit contra depo-
nentem tantùm: quòd regulariter fit , aut gratia depoſitarij
tantùm,aut gratia vtriuſque.primò caſu aut quæris de actio
ne depoſiti contraria:& in ea venit leuiſsima culpa, vt ff.eo.
l.quod ſeruus.§.idemque.& de furt.l.ſi ſeruus communis.§.
in actione.vbi deponens tenetur adhibere illam diligentiā,
quam tenentur adhibere diligētiores: (quæ eſt leuiſsima cul
pa,)vt ſupra dictum eſt;& ita ſentit Azo.C.eodem titulo cir
ca finem. aut de directa. & tunc,aut depoſitarius ſe obtulit.
& tenetur de leuiſsima,vt in iſto capit.& ff.ſi cert.petatur.l.ſi
quis nec cauſam.aut ſe non obtulit : & tenetur de dolo , vt l.
l.contractus.ff.de regu.iuris.ſecundo caſu,qaando gratia de
poſitarij:tunc tenetur de leuiſsima,vt dicta l. ſi quis nec cau
ſam ſecundùm veram opi. deponens contraria tenetur ſolū
de lata,vt ff.commo.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.tertio ca
ſu,quando gratia vtriuſque,quilibet tenetur de leui,vt dicto
§. nunc videndum. & hæc vera : niſi pactum,vel mora aliud
inducat, vt in iſto capitulo. & hæc diſtinctio adhibita in de-
poſito habet locum etiam in contractu commodati, vt dicta
27 l.quòd Nerua.in 12.quæſtio.¶Nonò quæro † quid in actio
ne mandati.dicit Mar.quòd in alijs contractibus , in quibus
diſtinguitur,cuius gratia celebretur.Gar.& alij gloſ.indiſtin
ctèdicunt,quòd leuiſsima culpa:quia ſuſcipiendo mandatū,
videtur ſe aſſerere induſtrioſum,vt l.à procuratore.C. man
dati.& Dynus in regula contractus. de regulis iuris. libro.6.
Barto. ſic diſtinguit in mandato , quod ſit gratia mandantis
tantùm:aut quæris de actione mandari contraria:& in ea ve
nit leuiſsima culpa,vt ff.de fur.l.ſi ſeruus.§.quod verò. & §.
ſe. Aut quæris de actione mandati directa. & tunc,aut in mā
dato venit illud, quod modicam , vel nullam requirit indu-
ſtriam.vt in mādato facto fideiuſſori,vt ſoluat,& ſimilibus ;
& tunc ipſi mandatario imputatur ſolus dolus,& lata culpa.
ff.mandati,l.ſi fideiuſſor. in principio. §. 1. Aut in mandato
venit illud,quod non requirit magnam induſtriam : ſed ali-
quam diligentiam.(vt vendere aliquid,vel emere , vel nego-
tia gerere.)& tunc venit dolus,lata culpa,& leuis:quia vide-
tur ſe aſſerere diligentem,vbi quis tenetur facere illud,quod
homines diligentes facerent : tenetur de leui culpa , vt ſupra
dictum eſt.& probatur.C.mandati.l.in re mandata. & ff.mā
da.l.ſi procurator.§.fina.aut in mandato venit illud,quod re
quirit exactiſsimam diligentiam,& induſtriam (vt in procu
ratore ad litem,& ſimilibus.& tunc tenetur de leuiſsima , vt
dicta l.à procuratore.C.mandati.Sed poſſes contra hoc ob-
ijcere de meſſore,in quo cadit induſtria,& tamen non tene-
tur niſi de lata . Reſpondeo illud ideò, quia cum nulla ciuili
actione teneatur,prætor noluit eum nimis grauare,vt l. 1.§.
1.ff.ſi men.fal.mo.dixe.& quod nota per glo.ff.de regulis iu
ris.l.imperitia. poſſes etiam inſtare. cùm quilibet,qui locat
operas ſuas,videatur aſſerere ſe peritum,vt not.in l.3. quod
quiſque iuris.quare non tenetur de leuiſsima culpa: ſed tan
tum de leui,vt no.in gl.in d.l.imperitia.& per Dy. in reg. nō
eſt ſine culpa.Reſponde ideò magis imputatur mandatario
quia



quia cùm mandatum ſit gratuitum , habet vim cuiuſdam a-
ctus ſe ingerendi,ſicut videmus in aduocato,& medicis iu-
uenibus,qui vadunt gratis,vt homines ad ſe alliciant,& acce
dant.& ſic homines magis in eos labuntur, & decipiuntur .
ſed quando ſit pecunia accepta(vt locatio) tūc homines ma
gis cogitant,nec videtur quis ita ſe ingerere, & ideo non ita
ſibi imputatur illud,quòd videt̄ aſſerere ſe peritum. ¶De-
28 cimò quæro,†quid veniat in actione tutelæ,cùm gratia pu-
pilli tantùm gerantur negotia. Reſpondeo venit dolus,lata,
& leuis culpa.C.arbit.tu.l.nec quicquid.& de regu.iu. l.con
tractus.facit in duobus caſibus.C.arbit.tut.l.nomina. & de
adminiſtra.tuto. l.tutor qui re .§.competit.in quibus tutor
non tenetur,niſi de lata tantùm, & ſecundùm hoc glo. quæ
eſt Inſtitu.de ſuſpect.tu.§.ſuſpectus(quæ dicit tutorē remo-
ueri propter leuisſimam culpam) fortè non bene dicit . Sed
poſſetis inſtare,nonne tutor creatur propter induſtriam , &
bonos mores,vt ff.de excuſa.tuto.l.ſcire oportet.§.pen. er-
go debet teneri de leuisſima , vt ſupra dixi in mandatario .
ſolu.hoc ideò,quia tale officium ſumitur ex neceſsitate. ar-
gum.ff.de his,quæ,vt indig.l.poſt legatum.§.aduocatis . fa-
cit quod not.ff.de procura.l.procura.qui pro euicti. ¶Vn-
29 decimò quæro,†quid in actio.negotiorum geſtorum.& di-
ſtingue,vt ff.de nego.geſt.l. 3.§.interdum.& ſi dicas, quare
non ſemper tenetur de leuisſima:nam, cùm pretium non ac
cipiat,videtur ſe ingerere, vt dictū eſt ſupra in depoſitario ,
& mandatario.Reſpondeo,vt faciliùs homines accedant ad
gerenda negotia alterius abſentium:aliter perirent.ff.de ac.
& obliga.l.ex maleficiis. §. 1. & Inſtitu.de ob.quę ex quaſi
30 contract.§.1.¶Duodecimò quæro,†quid in precario.Re-
ſpondeo,aut quæris ante moram,& venit dolus, & lata cul-
pa tantùm.de regu.iur.l.contractus.& de preca.l.quęſitum.
§.illud.aut poſt moram,& venit leuisſima, vt d.l.quæſitum.
§. ex hoc.Et ſi dicas,quę eſt ratio diuerſitatis, quòd in com
modato venit leuisſima,& non in precario:cùm vtrunq; ce-
lebretur gratia recipientis tantùm?Reſpon.quia precarium
poteſt reuocari,quando domino placuerit.& ſic ab initio,&
ex poſt facto,pendet à domini voluntate . & ſic cùm in hoc
recipiens releuetur in alio, vt ſcilicet teneatur ſolùm de lata
culpa,vt d.l.quæſitum.§.illud.& expresſiùs per Roff.in libe.
31 in titulo de precar.¶Decimotertiò quæro, †quid in cōtra-
ctibus innominatis.dicit Bart. quòd de hoc non poteſt da-
ri particulariter doctrina: quia contractus innominati iudi-
cantur ſecundùm naturam cōtractuum nominatorum,qui-
bus aſsimilantur.quod eſt nota.& probatur.ff.commodat.l.
eum qui.§.ſi rem inſpectori.& l. 1.§.ſi quis ſeruum. ff. eodē.
32 ¶Decimoquartò quæro,†quid in actione ex teſtamento.&
glo.variant.ff.de lega. 1.l.cum res.§.culpa.& l.ſi ſeruus.§.cū
quid.eod.titu.& l.mulier.§.ſed, & enim.ff.ad Trebel.Barto.
diſtinguit,quòd,aut ex hæredi.hæres percipit modicam vti-
litatem,legatarius,ſeu fideicommiſ.magnam,& venerit ſo-
lus dolus,& lata culpa,vt dicta l.mulier.§.ſed enim.aut e cō
tra hęres magnam,legatarius, ſeu fideicommiſſarius paruā,
& tunc uenit leuisſima culpa,vt dicta l. cùm res.§.culpa.aut
vterque magnam, ſiue æqualem , & tunc venit culpa leuis :
ſicut in contractibus,qui vtriuſque gratia celebrantur.vt di
cta l.ſi ſeruus.§.cum quid.de lega. primo. coniuncta l.ſi vt
certo. §.nunc videndum. ff.commodat. ¶ Decimoquintò
33 quæro,†quis debeat probare rem eſſe perditam, ſiue amiſ-
ſam,an ille, qui hoc dicit,& qualiter probetur.dicas , quòd
quandoque aliter non probatur rem perueniſſe ad aliquē ,
niſi ex ſua confesſione . & tunc de amisſione ſtatur ſuo iu-
ramento , niſi probetur contrarium,vt ff. de edend.l.prętor
& l.cum ita.§.ſpecies.de lega.ſecundo.& ad leg.Falci. l.cum
de lega.& ibi glo.nam res dicitur deperdita,eo ipſo,ꝙ adhi-
bita diligenti inquiſitione,non poteſt reperiri.vt l.3.§.Ner-
ua.de acquirend.poſſesſio.& l.deperditum. de peti.hæredit.
ſi verò probetur rem fuiſſe penes eum, tunc ſi quidem ipſe
tenebitur ad exhibendum rem officio iudicis , tunc probat
ſe perdidiſſe ſuo iuramento.l.fina.C.de fide inſtrum. Si ve-
rò tenebatur exhibere iure actionis. tunc debet probare eā
dem rem ſe perdidiſſe manifeſta probatione , vt l. ſi credi-
tor.C.de pignor.actione. & eodem modo,quando rem eſſe
amiſſam,eſt cauſa actionis,ille,qui agit.debet probare ſe a-
miſiſſe manifeſta probatione,vt dicta l,ſi quis ex. §.prætor
34 ait.¶Sed incidenter hic quæro, †quæ erit iſta manifeſta ꝓ-
batio. Reſpondeo,quidam ſunt caſus multùm manifeſti (vt
ruina,incendium,vis hoſtium,mors ſeruorum,& ſimilia.) &
iſta poſſunt apertè probari.quidam ſunt caſus fortuiti, non
manifeſti,ſed clandeſtini,& occulti(vt furtum.) & hoc pro-
batur per coniecturas,vt per hoſtii fractionem , vel ſimile.
argum.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili. & iſta proba
tio per coniecturas ſatis poteſt dici manifeſta,vt l. licèt. de
lega.primo.& de manum.teſtam.l.ſi quis locuples.[ibi ma-
35 nifeſta ſunt.]&c.¶Decimoſextò quæro,†quis debeat pro-
bare de culpa;an ille,qui dicit culpam commiſſam in perdē
do:an ille , qui conuenitur , debeat probare ſe caſu fortuito
perdidiſſe.dicit Cyn. in contractu pignoris, quòd creditor
conuentus ad pignoris reſtitutionem probabit amisſionē ,
& modum admittendi.& tunc ſi debitor velit dicere , quòd
per dolum,vel culpam amiſit.hoc poteſt dicere , & proba-
re.probabit autem amiſsionem per coniecturas.l. quòd in-
trauit nemus equitans,& teſtes producet , quòd exiuit ſine
equo , & quòd per famam conſueuerunt mali homines ibi
eſſe,vt dicto §.à barbaris.& ita notat Cyn. in l. ſi creditor .
C.de pignor.actione.& de hoc in ſpecu.de pigno. §. primo.
verſicu.& no.verſicu.ſequen.Bart.aliter dicit,& ſic.quidam
ſunt caſus fortuiti, qui poſſunt de facili euenire abſque cul-
pa.vt furtum.ff.pro ſo.l.cum duobus. §.damna.& incendiū.
vt l.ſi vendita.de peric.& commod. rei vend. & etiam fuga
ſeruorum,& aliorum,qui debuerunt cuſtodiri.& in iſtis prę
ſumitur culpa,niſi probetur caſus, vt l.qui fundum. §.Impe
rator.loca.& l.penultim.de cuſtod.reo. & in hoc bene dicit
glo.in dicto §.prætor ait.& §.ſpecies , quòd debet probare
caſum.quia pręſumitur culpa,cùm debuerit cuſtodire. Sūt,
& alii caſus fortuiti, qui poſſunt regulariter euenire ſine cul
pa(vt vis hoſtium,impetus aquarum,)& ſi, & tunc probata
amiſsione dicto modo, caſus fortuitus præſumitur,niſi cul-
pa probetur.ff.de regu.iuris.l.contractus.& ff.loca. l.ſi mer
ces.§,culpæ.& ita intelligit,quod notatur in dicta l. ſi credi
tor.de pignor.action.& ita notat Bar.in dicta l.ſi quis ex.§.
prætor ait.ff.de edend. ¶Decimoſeptimò quæro, circa ſe-
cundam partem cap. in qua tractatur de compenſatione .
36 †quæro in quibus rebus habeat locum compenſatio.dic, ꝙ
in illis,quæ in ſuo genere recipiunt functionem,vt toto titu.
de compenſa. C.& ff. de ſpecie verò ad aliam ſpeciem com-
penſatio non admittitur.vt ff.de pignora.action. l.ſi conue-
nerit . & ratio, quia compenſatio eſt ſolutio : ſed ſicut aliud
pro alio, &c.ita nec compenſari.vt dicam in ſol.quæſtio. &
hoc verum de compenſatione directa.In compenſatione au
tem indirecta(puta res debitoris mei eſt penes me) an poſ-
ſim pro debito eam retinere.diſtingue, aut debetur ex eo-
dem contractu,& ex eadem cauſa,& tunc licèt directò non
admittatur compenſatio ſpeciei, vel quantitas ad ſpeciem :
tamen indirectè admittitur.& non eſt vera compenſatio:im
mò retentio propter fidem , quæ frangitur , donec ſoluatur
ſpecies,vel quantitas debita.vt ff.de action.emptione. l. Iu-
lianus. §.offerri . Aut non debetur ex eodem contractu , &
ex eadem cauſa,& tunc ſubdiſtingue . aut vna cauſa eſt de-
pendens ab alia,& tunc ſimiliter indirecta cōpenſatio,ideſt
retentio datur.vt ff.commod.l.in rebus.§.poſſum . aut nul-
la eſt dependens,ſed ex diuerſis , & ſeparatis cauſis penitus
debetur.& tunc,aut res illa,quæ peruenit ad me,eſt mihi ob
ligata,aut non.primo caſu retinere poſſum.quia cùm habeā
actionē,multò magis exceptionē,vt i reg.cui damus.aut nō

eſt mihi obligata,& volo mihi retinere eã propter aliud de-
bitum. & tunc,aut illum debitum eſt contractũ propter hoc
vt haberẽ rem. aut ob aliam cauſam. primo caſu, aut cõuer
ſum eſt in vtilitatem debitorum.& retinere poſſum,vt l.em-
ptor.ff.de rei vendica.& C.ſi alie.res pign.dat.ſic l. 1.aut non
eſt conuerſum in vtilitatẽ debitoris.& retinere non poſſum,
vt l.in ciuile.C.de fur.ſecundo caſu quando fuit contractum
ob aliam cauſam:tunc,aut res peruenit ad me ſine uoluntate
debitoris:& non retinebo.C.in quibus cau.pig.ta.contra l.ſi
non inducta.aut peruenit ad me voluntate ſua:tũc refert,aut
peruenit ad me transferendo dominium,vel ius rei concedẽ
do:& retinere poſſum ob aliud debitum, ut l. ſi non fortem.
§.ſi centum.ff.de condi.inde.vbi de ſcriptore.an poſsit reti-
nere quinternos pro mercede laboris ſui.& l. 1.C. etiam ob
chiro.pec.aut non fuit tranſlatum dominium,vel eius rei cõ
cedendo.(vt in debito:& commodato.)& nõ poteſt propter
aliud debitum detineri. vt in depoſito patet hic, & in com-
modato eſt expreſſum.C.commoda.l.ſub prætextu, vbi hãc
diſtinctionem ponit Cyn.& C.de compenſa.l.vltima in 4.q.
37 ¶ Decimooctauò quæro † quid eſt compẽſatio, & in quibus
debitis habeat locum.Reſpon.compenſatio eſt debiti,& cre
diti inter ſe contributio. vt ff. de compenſa.l. 2. & ideò dixi,
debiti,& crediti,quia iſta recipiũt inter ſe functionem,vt C.
de re credi.l. 2.§.mutui.nam ille.qui compenſat, videtur ſol
uere,ut l.amplius. ff. rem ratam habe. & ſic non poteſt ſolui
aliud pro alio,vt l. 2.ita nec ſimiliter compenſari.quia (vt di
xi)compenſatio habet locum in his, quæ in ſuo genere reci-
piunt functionem,vnde ſpeciei ad quantitatem non fit com-
penſatio,nec in his,quæ ſunt diuerſorum generum.ſed bene
vnius generis ad ipſum genus.quod dic, vt notat Cy.in l.fin.
C.de compenſa.in 6.& 7.q.vbi etiam quærit in quibus debi
tis habeat locum compenſatio. & an compenſatio fiat ipſo
iure.quod dic per eum pleuè in l.ſi conſtat.C.de compenſa.
¶ Vltimò circa materiam compenſationum ſubijcio talem
quæſtio.tu es mihi obligatus in 10.naturaliter, & ciuiliter:&
ego tibi in alijs.10.naturaliter tantùm,quod eſt compenſa-
bile cum debito naturali,& ciuili, vt l.etiam.de compenſati.
ego timens,ne ſi peterem debitum meum ciuile,& naturale:
obijcias mihi exceptionem de tuo debito naturali tantum:
cedo actionem meã alteri ex cauſa non lucratiua. modo iſte
ceſsionarius agit contra te.an poteris ſibi compenſationem
obijcere de illo debito naturali, in quo tibi teneor, videtur
non:quia ille,qui vult compenſare videtur petere, vt l.inter
tutores de adminiſtra.tuto.& nota in c.cum inter priorem.
de excep.& ſic uidetur reconuenire. ſed in cauſa reconuen-
tionis ceſsionarius ex cauſa nõ lucratiua non tenetur defen
dere cedentem,ut ff.de procurato.l.ſi quis rem. vbi ponitur
hæc quæſt.prætèrea hæc compenſatio debet opponi de eo,
quod debet agens,nõ de eo,quod debet alius, vt l.ſi eius.C.
de compenſa.ad hoc l.apud Celſum.§. ſi cum legitima.ff.de
excep.doli.contrarium notat Cyn.in dicta l.ſi eius.quia ne-
mo plus iur.&c.vt l.traditio.ff.de acqui.re.do. qd tenet Dy.
alia ratione in c.ſi quis ius.de reg.iur.lib.6. facit qd notatur
in c. 1.de iure patrona.lib.6.& per Bal.in diſputatione fœne
ratoris.

ADDITIONES.

a ¶ Deponentis pœnitentia.Quid aũt ſi à deponẽte conſtituto in extre-
mis dare depoſitum fratribus pro omnia ſua an teneatur dare, ſi depo-
nens reductùs ad ſanitatem reuocet mandatum,& perhibeat dare. vide
Bar.in l.ſi.de Sol.Bal.in l.mandatum.C.mandati.

b ¶ Quid ſit culpa.Vide Bal.in l.ſi.C.man.Sali.in l.ſi nullam. C.de pign.

c ¶ Verùm iuris error ſit innata culpa in quolibet non literato. Aude vi
dendum Bar.in l.quod Nerua.ff.depo.& l.de ætate.§.qui iuſto.de inter
ro.actio.in l.liberorum.§.notanter.ff.de infamibus. Car. in Clem. 1.in
princi.de ſepul.

# De Emptione, & venditione.

DICTVM eſt.s̃.de contractibus,per quos rei
in contractu deductæ cõmoditas transfer-
tur:vel ſimplex cuſtodia. ſequitur videre d
contractu,per quem transfertur poſſeſsio,
& dominium, ſi venditor erat dominus,
aliàs vſucapiendi contraditione. vt l. exce-
pto.ff.de ac.em.vnde autem iſte contractus habuit originẽ,
eſt tex.in l. 1.ff.e.facit ad materiam.de pœ.di.5.qualitas.j.q.
j.qui ſtudet.& c.eos qui.& q.3.quaſi per totum. conueniunt
multa iura huius voluminis,de quibus hic in nouella.

SVMMAE.

1 *Neceſſaria non ſunt cariùs tranſeuntibus uendenda, quàm uende-
rentur in mercato.*

2 *Conſuetudine ciuitatis poſſunt uiatores, & tranſeuntes ſe tueri in
contractibus ibi initis.*

3 *Vendere rem ſuam nemo poteſt cariori pretio, quàm communiter uẽ
di poteſt in foro.*

4 *Tranſeuntes, & peregrini, qui minùs humaniter recipiuntur in ciui
tate, habent recurſum ad epiſcopum.*

5 *Epiſcopi habent iuriſdictionem ordinariam contra laicos: ut peccata
corrigant, & pauperes non opprimant.*

6 *Habitatio continetur appellatione uictus, ſiue uictualium.*

PLacuit. Vnus ſenſus eſt, quòd presbyteri
debent eſſe hoſpitales, & monere
parochianos,vt non cariùs vendant, &c. alius eſt
ſenſus,prout litera ſonat.quòd presbyteri admoneant par o
chianos, vt ſint hoſpitales,&c.& expone [hoſpitales,] ideſt
echaritatiui quò ad pauperes. nec enĩ ſufficit dare decimã
integram,niſi de nouem partibus fiat eleemoſyna. 16.q.j. c.
1 decimæ.& c.reuertimini.¶ Nota primò, † quòd tranſeunti-
bus non ſunt cariùs neceſſaria vendenda,quàm venderẽtur
in mercato: iuſtum ergo rei pretium conſideratur reſpectu
loci,vbi contrahitur:non contrahentis, ſi eſt fortè forenſis.
quod ergo dicit l.pretia rerum,non ex opi.ſingulorum, ſed
2 communiter fungi,&c.vt l.pretia rerum.ff.ad leg.Fal.intel-
ligitur de loco contractus,vt hic.† conſuetudine igitur ciui-
tatis viatores,& tranſeuntes poſſunt ſe tueri in contractibus
ibi initis.ſed forum idem non ſortiuntur, vt l.hæres abſens.
3 ff.de iud.¶ Secundò not.† quòd non poteſt quis vendere rẽ
ſuam cariori pretio, quàm communiter vendi poteſt in fo-
ro.& eſt argumentum,quòd ſi eccleſiæ volenti vendere rem
ſuam offeratur vltra iuſtum pretium,ꝙ non recipiat illud vl
tra:hoc tenet Io.And.10.q.2.c. hoc ius porrectum.& Hoſt.
hic.Sed Lau.contra. dicit enim, quòd eſt hoc periculoſum:
quia difficile eſt inter vendentes,& ementes commercium.
&c.de pœnit.diſt.5.c.tempòris qualitas. nam licitum eſt cõ
trahentibus,&c.vt l.ſi in cauſæ.ff.de minor. ¶ Tertiò nota,
4 † quòd tranſeuntes,& peregrini,qui minùs humaniter reci-
piuntur in ciuitate,habent recurſum ad epiſcopum, ipſorũ
enim defenſio ad epiſcopos,& presbyteros pertinet, ſecun-
dùm Inn. hic.& s̃.de of.delega.c.ſignificantibus.& c.vlti.de
5 fo.comp.Ex quo ẽt collige caſum, † ꝙ epiſcopi habent iuriſ
dictionem ordinariam contra laicos,vt peccata corrigãt, &
pauperes non opprimant 23.q.5.c.adminiſtrator. 23.q.3.
c.ſi qs depoſi.& dicit Ab. audiuiſſe magiſtrũ ſuũ inducentẽ
hunc tex ꝓ iuriſdictione eccleſiaſtica contra tpalẽ, vt poſsit
punire quoſdã, q̃ farinam fabarum miſcebant cere venali.
ſicut punit plus debito vendentes.¶ Oppo.innuit iſte tex.ꝙ
quis cogitur rem ſuam vendere.contra nõ cogitur quis ven-
dere,



dere,ſi pretium,vel menſura ſibi diſplicet.de contrahen. em
ptione.Imperator.& C.eo l.inuitum.& l.dudum.& ff.manda
ti.l.in re mandata.Sol.iſta iura habẽt locum à principio. ſed
ex quò quis rem ſuam venalem exponit diſtingui poteſt: vt
iuſto pretio vendat.Hoſt.dicit,quòd ſpeciale eſt in rebus ꝑ-
tinẽtibus ad victum:vt poſtquam quis eas venales expoſuit,
poſsit taxari pretium,& ad vendendum cogi,vt l. 1. §. cura
carnis.ff.de off.præ.vrb.pro hoc facit l. 1.§.fi.ff. de fur.aduer.
nau.vbi dicitur,quòd non poteſt caupo itinerantes expelle-
re,ex quo tabernam tenet, & res habet ibi venales. ſpeciale
eſt ergo in victualibus expoſitis venditioni: vt poſsit taxari
iuſtum pretium vẽditori.quinimo de facto ſeruari videmus,
quòd coguntur homines vendere granum, & aliàs res ſuas
tempore cariſtiæ.de fer.cap.licèt.nam ſi tempore tali eſſet li
citum hominibus victualia illi furto ſubripere.de fur.ſi quis.
multo magis debent cogi iuſto pretio vendere.quia tali tem
pore omnia ſunt cõmunicãda,vt l. 2.ad leg.Rho.de Ia. Mar.
Sil.alijs verbis vtitur dicit enim,quòd tria ſunt conſideranda
primum ſcilicet vendere:ſecundum vendere minus iuſto ꝓ-
tio.tertium vendere iuſto pretio.ad primum nullus cogitur.
de iure deli.l.nec emere.nec ad ſecũdùm:ad leg.Iul.de amb.
l.fin.circa tertium dicit duobus modis rem conſiderandam,
vno modo ſingulariter:& tunc non compellitur ſingulariter
vendere.ff.rerum amo.l.non enim. alio modo vniuerſaliter,
& in communi. vt cùm præcipitur, quòd libra carnium, vel
ſtarium grani,vel barrile vini non vendatur vltra decem, &
tunc pro pretio taxato vendere tenetur,vt dicto §. cura car
nis.& eſt ſpeciale in iſtis victualibus. vt pretiũ ſic taxari poſ
ſit;in alijs rebus(puta domo,fundo libris,& ſimilibus:) quili
bet eſt moderator,& arbiter rei ſuæ.vt l.in re mãdata.C.mã
dati.facit l.item ſi verberatus.cum l.ſequenti.ff.de rei vendi-
6 ca.& l.Lucius.de euict.& per prædicta dicit Cyn.† quòd cũ
habitatio contineatur appellatione victus, ſiue victualium,
vt ff.de uerb.ſign.l.uerbo uictus. poterunt taxari hoſpitia,ſi
ue domus dandæ ad penſionem. vſque ad certam ſummam:
ſimiliter(quia ueſtimenta continentur appellatione uictus:)
poterit taxari pretium pannorum, quòd non ſit licitum uen
dere brachium ultra tantum.Ita notat Doc.meus.& ibi etiã
Cy.C.de epiſc.audi.cuius dicta refert hic Io.An.

SVMMAE.

1 *Menſuræ, & pondera debent eſſe iuſta.*

2 *Pœna ſpiritualis eſt imponenda ei, qui vtitur falſis ponderibus, vel
menſuris.*

1 VT menſurę. Not.† quòd menſurę,&
pondera debent eſſe iu-
ſta.& de menſurarum diuerſitate uide de conſi.c.
2 ex parte.¶ Secundò no. † pęnam ſpiritualem imponendam
a illi, qui utitur falſis ponderibus, a uel menſuris.de quo in gl.
& pleniùs.ff.de dolo.l.arbitrio.§.eo.poſſunt tamen menſuræ
& pondera conſenſu partiũ alterari. ff.eo.l. Imperatorẽ &c.

ADDITIO.

a ¶ Falſis ponderibus.Vide in l.annonã ff.de extraordina.crimi. Panor.
hic dicit quód punitur.l.cornelia de falſis.

SVMMAE.

1 *Res quando venditur minùs dimidia iuſti pretij, eſt in emptoris pote
ſtate, velit ſupplere iuſtum pretium: vel reddere rem, quã emit.*

2 *Iudex non debet auferre per ſententiam arbitrium eligendi à iure
conceſſum.*

3 *Poſſeſſio ſi aufertur alicui vigore ſententiæ, quæ eſt nulla: debet exe
cutio retractari, & poſſeſsio reſtitui.*

4 *Sententia quando declaratur nulla, iura omnia reſeruantur parti
illæſa.*

5 *Executio ineptitudinis libelli poteſt opponi, etiam poſt ſententiam.*

6 *Officium iudicis, qui de nullitate cognoſcit, quod ſit in pronunciando.*

7 *Pronunciari qualiter poſsit ſuper nullitate.*

8 *Emptor re perempta, non liberatur ab obligatione pretij ſoluendi.*

9 *Dolus an reddat contractum ipſo iure nullum, ſi contractus dolo ini
tus eſt.*

10 *Dolus quando dicatur dare cauſam contractui, vel incidere in con-
tractu.*

CVm dilecti. Cùm res venditur mi-
nùs dimidia iuſti pretij
in arbitrio eſt emptoris,ut uel rem reſtituat, recu
perato pretio,uel iuſtum pretium ſuppleat. & prima pars fa
ctum,& proceſſum narrat.ſecunda diffinit ibi: [quia in arbi
trio.¶ No.primò,quòd ex narratis in petitione canonicorũ
reſultabat duplex remedium reſcindendi cõtractum: vnum
ratione nullitatis.(quia conſenſus capituli deficit: ) aletrum
quia pro libris. 10.cùm tunc valeret.40.marcas.& ſic minùs
quàm dimidia iuſti pretij.poteſt ergo in libello deduci mul-
tiplex nullitas ad contractus reſciſſos.quod dic,vt s̃.de reſti.
in integrum.c.conſtitutus.¶ Secundò no.quòd iſti canonici
retulerunt ſe ad valorem rei temporis contractus: quaſi di-
minutio,vel augmentum pretij ex poſt facto ſubſequens nõ
curetur.de quo glo.& l. 2.C.de reſcin.ven.¶ Tertiò no.clau-
ſulam.[quod ſi vtriuſque cauſæ cognitionem]&c. hac enim
non appoſita vnus ſine altero nihil poſſet.quod dic.vt ſup.de
offi.dele.c.prudentiam.In arbitris dic,vt c. 1.de arbi.li.6. In
executoribus teſtamentorum dic, vt c.vltimo de teſta.lib.6.
In procuratoribus tutoribus,& ſi.dic,vt j̃.de procurato.c.ſi
duo.lib.6.¶ Quartò no.quod delegatus Papæ exequitur ſen
tentiam ſuam.quod dic,vt d.c.quærẽti.& c.ſignificaſti.quod
no.Bar.in l.à diuo.ff.de re iudi.in prin.ſiue in §. 1.& l.iubere
1 cauere.ff.de iuriſ.omnium iudicum.¶ Quintò no.† quòd cũ
res venditur minùs dimidia iuſti pretij,eſt in emptoris pote
ſtate,velit ſupplere iuſtum pretium:vel reddere rem, quam
emit.& hoc ſumptum eſt ex l. 2.C.de reſcin.vẽ.quæ l. an ha
beat locum in contractu locationis, ſi minùs dimidia iuſtæ
mercedis eſt res conducta: & quid in contractu permutatio
nis.dicit Io.An.quòd etiam in iſtis duobus contractibus lo-
cum habet.dicam latiùs.j̃.eo.c. cauſa. vbi referam quædam
2 vtilia ſuper iſto articulo.¶ Sextò no.† ꝙ arbitrium eligendi
à iure conceſſum non debet iudex per ſententiã auferre.vn-
de obligatum alternatiuè ad duo non debet iudex ad alterũ
condemnare præciſè.& ex hoc dicitur ſentententia iuri con
traria:& ideò eſt nulla,vt cap. 1.s̃. de re iudicat. debet ergo
ſententia formari alternatiuè:ſicut obligatio,ſuper qua fun-
datur ad hoc j̃.de teſta.c.Raynutius.§.fin. & c. Raynaldus.
3 §.fi.¶ Septimò no.† ꝙ cùm alicui auferẽ poſſeſsio vigore ſniæ
q̃ eſt nulla,debet dicta executio retractari, & poſſeſsio reſti
tui.facit de reſti.ſpo.c.conquerente.& ꝙ no.Bar.in l.iuſtè de
4 acqui.poſ.¶ Octauò nota.† quòd cùm ſententia declaratur
nulla, vtrique parti ſua iura omnia reſeruantur illæſa.& po-
teſt dicta quæſtio iterum apto modo in iudicio refricari, vt
hic patet,& l.cum quærebatur.ff.de re iudica.& c.examina-
ta,de iudi.¶ Nonò nota,quòd audiui dominum meum, do-
minum Bald.allegantẽ ſæpius hunc text.ad hoc † quòd exce
ptio ineptitudinis libelli poteſt opponi, etiam poſt ſenten-
tiam.nam(vt dicit hic Ioann.An.) in hoc fuit pactum in pro
ceſſu decani. quia non fuit formata petitio, & ſententia ſub
diſtinctione,vt debuit,& docet Decret.p.j̃.eo. ſi enim peti-
tio fuiſſet bene formata de veritate conſtaret:tunc Papa ſub
diſtinctione monachos condemnaſſet.vt dicto.c. Raynutius
& Raynaldus.& hoc etiam tenet Ab.dicens iſtos canonicos
petijſſe pure,ꝙ alternatiuè debebat:& ſic petebant plus cau
ſa:ideò puniendi,vt s̃.de plus peti.c.vno.licèt ergo cõſtitiſſet
huic decano minus dimidia cõparaſſe:tamen ſub diſtinctio-
ne nõ potuit cõdemnari,quia petitũ non fuit.& ſic ineptitu-

de huius petitionis,& libelli omiſſa in primo iudicio,oppo-
ni poterit poſt ſententiam.quod not. ¶ Decimò, & vltimò
9 nota,†quod ſit officium iudicis in pronunciando,q de ſen-
tentiæ nullitate cognoſcit: non enim talem ſententiã in me-
lius reformat:ſed ſimpliciter annullat, reſeruato parti iure
iterum agendi,non ita facit iudex appel. quia debet ſenten-
tiam malè latam in melius reformare,vt dicto cap.Raynu-
tius,& Raynaldus.ſed Bar.videtur dicere,ꝙ idem debet age
re iudex aditus ſuper nullitatem,ad quem tota cauſa deuol-
uitur,vt notat in l.ſi expreſſum.quod poteſt eſſe verum, quã
7 do nullitas deducta concernit iudicium,& proceſſum.† ſe-
cus autem,ſi nullitas eſt in fundamento,ideſt in libello.quia
tnnc non poteſt reformare, ſed ſimpliciter pronunciare nul
lam,vt in illo tex.quod dictum no.quia credo meum.¶ Op.
hic conſtitit iudici,ꝙ per aliquos fratres de Capitulo vendi-
tio facta fuit: & etiam ꝙ minùs dimidia iuſti pretii, vt dicit
litera:ergo videtur bene pronunciare non tenere iuriſdictio
nem,cuius contrarium dicit tex.ſol.vt in gl. [ſed cum vendi
tio,]&c.quæ dicit,ꝙ ad hoc non fuit actum.Inn.dicit,quòd
fortè de ignorantia Capituli non conſtabat:nec de deceptio
ne pretii,verum eſt fortè,quod dicit gl.quia text.dicit,ꝙ de
his conſtitit.¶ Secundò oppo.& videtur,ꝙ ſi conſtitit iudi-
ci de exceſſu immoderato in pretio, potuit ſimpliciter con-
demnare fratres ad reſtitutionem rei,& poſt ſententiam ip-
ſi fratres poſſent eligere,an velint rẽ reddere,vel ſupplere iu
ſtum pretium: ſicut cùm condemnatur dominus ad reſtitu-
tionem damni dati per ſeruum: nam etiam poſt ſententiam
poterit,vel damnum reddere,vel pro noxa ſeruum dare, vt
l.miles.§.decem.ff.de re iudi.& l.item veniunt.§.cum prædi
ximus.ff.de pet.hæred.ſol.quandoq; vnum eſt in obligatio-
ne:alterum in poteſtate ſoluendi,vt in noxalibus actionibus
& ſufficit,quod eſt in obligatione,deducere in ſentẽtia:licèt
alterum,quod eſt in ſolutione, ſoluere poſſit condemnatus,
ex legis poteſtate.& ſic loquuntur contraria:quandoq; ſunt
duo in obligatione alternatiuè: ſiue diſiunctiuè ex iuris di-
ſpoſitione.& tunc, ſi alterum tantùm in ſentẽtia deducatur:
ſententia erit nulla,vt hic. nam res vendita infra dimidiam
iuſti pretii eſt in obligatione.ſimiliter,& ſuppletio iuſti pre-
8 tii.& ex hoc ſequitur,†ꝙ perempta re, nõ liberatur emptor
ab obligatione pretii ſupplendi, quia obligatus ad duo (ſi
vnum dare non poſſit)tenetur præciſè ad alrerum, vt ff.de
iure do.l.plerunq;.§.pen.Cyn.tamen dicit,quòd ſi res ven-
dita minùs dimidia iuſti pretii eſt perempta,non tenetur em
ptor ad ſupplementum verò iuſti pretii, & hoc ideo, quia
res vendita eſt in obligatione: ſupplementum verò iuſti pre
tii eſt in ſolutione.quo caſu, perempto eo, quod in obliga-
tione verſatur:non poteſt agi ad id,quod eſt in ſolutione, vt
l.electio.§.ſi is.ff.de noxa.& l.Titię textores.§.ſi.ff.de leg.1.
& ita notat in d.l.2.in 10.q Ioann.tamen And.hic inclinat,
ꝙ etiam,re perempta, ad ſupplementum iuſti pretii tenea-
tur:quod an ſit verum,ſi res vendita perit ante traditionem
factam emptori(cùm tunc ad eum ſpectat periculum, ut l.
neceſſariò.de peri.& commo.rei ven.) ſatis durum videtur.
¶ Quæro dicitur hic,quid iuris,ſi eſt deceptio vltra dimidiã
9 iuſti pretii.†quid ergo,ſi dolo initus eſt contractus,vel inci-
dit in contractum:an talis dolus reddat contractum ipſo iu-
re nullum.glo.fin.diſtinguit, quòd,aut loquimur in contra-
ctibus bonæ fidei.aut in contractibus ſtricti iuris. primo ca
ſu,aut loquimur de dolo tertii, aut alterius contrahentis. ſi
de dolo tertii, talis dolus non reddit contractum ipſo iure
nullum:ſed annullandum,vt l.eleganter.& ibi nota.ff.de do-
lo.& patet exemplum in tertio,qui dat pecuniam,vt ſenten-
tiam pro me ferat:vel vt me ad ordines ꝓmoueat. de quo ta
men dic,vt 1.q.1.ſi autem loquimur de dolo, alterius cõtra
hentis,& in contractu bonæ fidei,tunc gl.diſtinguit: quòd,
aut dolus dat cauſam contractui.& reddit contractum nul-
lum.aut incidit in contractum,& tunc tenet contractus: ſed
agitur ad ſupplementum reſidui.& iſta eſt opinio glo.quam
ſequuntur glo.iuris ciuilis.in l.eleganter.ff.de dolo.& d.l.2.
C.de reſcinden.vend.& l.ſi dolo.de inuti.ſtipu. Pet.de Bell.
a Perti.(vt refert hic Ioan.An.) dicit, quòd ſicut dolus a dans
cauſam contractui ſtricti iuris non reddit eum nullum ipſo
iure.Ita etiam,ſi det cauſam contractui bonæ fidei: quia nul
la eſt lex(ſecundùm eum)qui ponat iſtam differentiam.præ
terea ſi contractus habet ſua eſſentialia,tenet ipſo iure. nec
per extrinſeca annullatur.ff.de pact.l.iuriſge.§. ſi maleficiũ.
Ad contraria reſponde,vt hic notat Ioann.And. ſed pleniùs
per Cyn.in d.l.2.in 16.quęſtio.ſed dominus Bart.in dicta l.
eleganter.tenet opin.glo.duabus rationibus.prima eſt,quã-
do dolus purgatur per acceſſ. ex contractu deſcendentem:
illa actio datur contra hæredem,ſicut contra defunctum, vt
l.ſi hominem.§.datur.ff.depo.& l.ex contractu.de action. &
obliga.ſed quando dolus dat cauſam contractui bonæ fidei,
ad purgandum iſtum dolum non datur iſta actio contra hæ
redem,vt in §.aliquando.Inſti.de perpe.& tempo.actio. er-
go non purgatur per actio.ex contractu.vt l.ab emptione.ff.
de pact.ſecunda ratio eſt. dolus dans cauſam libertati red-
dit libertatem ipſo iure nullam,vt dicta l.eleganter. §.1. er-
go multò magis alium contractum, qui non eſt ita fauora-
bilis. ex quibus concludit,quòd vera eſt opini. gloſſatorũ.
probatur etiam,quia dolus circumſcribit conſenſum, vt ff.
de tranſact.l.qui cum tutoribus.§.qui per fallaciam.& ſic de
ficit ſubſtantiale.igitur,&c.vt ff.de action.& obliga.l.in om-
nibus.& l.obligationum ſubſtantia.& de contrahen. empti.
l.in venditionibus. vide Bald.in repetitio.l.2. C. de reſcind.
ven.ſubtiliùs vltra omnes.Non obſt.ratio pe.quòd contra-
ctus bonę fidei per metum initus, non eſt nullus ipſo iure.&
tamen in metu ineſt dolus,vt l.metum.§.nolenti.ff.quod me
tus cauſa.nam aliud in ſimplici dolo,vt l.ſi dolo.ff.de inutil.
ſtipu.& ratio,quare aliud in contractu per metum inito. qa
in ipſo ſcio contractum,& cauſam contractus: ſed in ſimpli
ci dolo ego bene ſcio contractum,ſed in cauſa error,quia in
dolo induxiſti me,cùm non venderem, ſi ſcirem: ideo con-
tractus redditur nullus:tamen ſi traditio ſubſequatur ex ta-
li contractu inutili,transfertur dominium: ſicut transfertur
ex quacunque cauſa putatiua,non vera, vt patet in titul. de
condiction.indebit.C.& ff.& probatur in dicta l.eleganter.
vbi dicitur,quòd emptor inaniũ ſit,& libertas datur. quod
non eſſet,ſi non fuiſſet translatum domintum in emptorem.
conclude ergo ſecnndùm glo. quòd contractus bonæ fidei
per dolum initus ipſo iure eſt nullus.quod eſt verum, dece-
pto volente.ſi autem deceptus vult ſtare contractui: hoc po
teſt.& ita notatur in dicta l.eleganter.Sed dices,quare dolus
dans cauſam contractui ſtricti iuris,non reddit eum ipſo iu
re nullum,ſicut contractum bonę fidei? dicit Bartol.quia in
his:quæ dant cauſam contractui:ſi dolo fuit erratum in cau
ſa,contractus bonæ fidei eſt ipſo iure nullus, quæ cauſa non
ita cohæret in contractibus ſtricti iuris: ſicut in contracti-
bus bonę fidei.ita notatur in dicta l.eleganrer. & ibi de do-
10 lo proxenetæ:nota.¶ Reſtat modo declarare,†quando do-
lus dicatur dare cauſam contractui, vel incidere in contra-
ctu.dic,quòd tunc dat cauſam contractui,vbi aliàs non erat
quis contracturus:niſi dolus alterius eſſet.ponit Ho. exem-
plum in eo, qui habebat pulcherrimum corpus iuris, aliàs
non venditurus,& ſi ſua venderet. quia alia compilatio fa-
cta erat:qua publicata,iſti libri modicum valerẽt. tunc autẽ
incidit in contractu:cũ aliàs non erat contracturus:ſed cre-
didit vendere pro decem. & ille dolo eum induxit, quòd
venderet pro decem, affirmans fortè, quòd niſi citò ſic
venderet, venient naues oneratæ ſimilibus mercibus in
tanta quantitate: quòd, poſtquam applicuerint non vale-
bunt tria. & de hoc ſuaſor iſte doloſus affirmabat ſe literas
accepiſſe, vt proximis diebus factum hic Venetiis audiui.
& iſta conſideratio de dolo dante cauſam incidenter col-
ligitur.



ligitur.ff.de dolo.l.eleganter.in prin.de ac.emp.l.Iul. §.ſi vẽ
ditor.& §.per contrariũ.Reliqua,quæ reſtant circa iſtã ma-
teriam dimidiæ iuſti pretii dicam j.e.c.cum cauſam.

ADDITIO.

a ¶ Dolus.Vide Bar.in l.in cauſæ.la 2.ff.de min.gl.in l iuriſgentiũ.§. prę-
tor ait.de pact.& ibi Bal.& Alex.in l.eleganter.ff.de dolo.Bar. in l.ſub
prætextu.C.de tranſact.Bal.in l dolo.C.de inutil. ſtip.Bal.in rub.C. de
inſtitu.Bal.in l.qui nondum. C. de hæred.vel eundem in l.dolum.C.de
peri.& com.rei vend.

SVMMAE.

1 *Donatio propter nuptias quæ dicatur.*
2 *Mulier,non obſtante conſenſu,vendicat rem ſibi à uiro donatã propter nuptias.*
3 *Præſcriptio non currit conſtante matrimonio in rebus dotalibus mulieris,vel donatis propter nuptias per uirum alienatis.*
4 *Factum iudici notum iuuat partem,etiam ſi per illud pars ſe nõ exiſtimet adiuuari.*
5 *Mulier dedit fundum in dotem æſtimatum, quem uir conſtante matrimonio,conſentiente muliere,alteri uendidit,uxore prouiſa ſuper alijs bonis uiri, an poſt mortem uiri poſſit illa mulier agere contra emptorem,qui obijcit de conſenſu uxoris.*
6 *Mulier an poſſit alienare rem dotalem,nolente uiro.*

PEruenit. Si vir habens alia bona tantum
vxor ſibi conſulere poterat, cõ
ſentiente vxore rem ſibi donatam propter nuptias
vendidit, & in vſus ſuos, & uxoris pretium conuertit, em-
ptorem,qui rem ſpatio 30. annorum poſſedit, ſuper illa re
vxoris inquietare non poteſt,& ſecundùm hoc inducit ſpe-
cialem cauſam,ſecundùm quam, concurrentibus omnibus
hic expreſſis,tutus ſit emptor,quod placet Io.And.adducit
ſimile,quod notat ipſe.s̃.de offi.delega. c.conſultationibus.
ſecundùm glo.iſtud hoc dicit. Si uir rem donatam propter
nuptias uendidit,eo mortuo uxor emptorem ſuper illa re in
quietare non poteſt.communis diuiſio ſecunda ibi [qa igi-
1 tur.]¶ Pro iuuenibus præmitte ad euidentiam, †quòd do-
natio propter nuptias eſt illa,quam facit maritus uxori an-
te conſummationem matrimonii, uel eo durante,ut l.ſi con
ſtante.C.de dona.ante nuptias. Item præmitte:quòd rem
ſic mulieri donatam non poteſt maritus uendere,uel obliga
re,etiam muliere conſentiente, niſi in aliis bonis uiri ſit ple-
ne mulieri conſultum,& lapſo biennio dictam alienationem
confirmat.quod dic,vt in Auth.ſiue à me.C.ad Velle. ¶ His
præmiſſis.no.j.ꝙ ſoluto matrimonio, mulier agit ad rẽ ſibi
per uirum donationis titulo aſſignatam.quod qñ ſit uerum.
2 dic,ut in gl.¶ Secundò no.†ꝙ mulier,non obſtante conſen-
ſu,uẽdicat rem ſibi à uiro donatam propter nuptias. & hoc
ideo.quia talem conſenſum ius expreſsè reprobat.unde ip-
ſe conſentiens põt actum reſcindere,vt d.Auth.ſiue à me.de
quo dic,ut s̃.de cle.coniu.c.diuerſis fallaciis.¶ Tertiò no.de
ſenſiones,quas iſte emptor per ſe inducit.quia.ſ.30.an. &c.
3 ſed hoc ſibi non prodeſt,†quia conſtante matrimonio non
currit præſcriptio mulieris in rebus dotalibus, uel donatis
propter nuptias,per uirum alienatis,ut de an. excep.l.j. niſi
dicas,ꝙ quandoq; etiam conſtan.matrimonio,currit ꝑſcri-
ptio mulieri in rebus alienatis.ſ.quando uergit ad inopiam:
& malè incipit uti ſubſtantia ſua.ex tunc enim contra eũ in-
cipit præſcriptio, cũ ex tunc habeat exercitium actionis ad
talẽ donationem pp nuptias,vt j.de don.c.inter uir. & uxo.
c.per tuas.ſecundùm Ho.¶ Quartò no.ꝙ iſte allegauit præ-
ſcrip.30.anno. & deduxit titulum,ꝙ non fuit expediens de
iure ciuili,ut l.ſicut.& l.omnes.de præſcrip.30.ann.ſecus de
iure canonico,in cuius foro cũ hic ageret, meritò allegauit
etiam titulum,ſecundũ Goffr. quod dic,ut j.de reſcrip.c.1.
lib.6.¶ Quartò no.ꝙ iſta.B.allegauit,quòd in cões uſus fuit
pretium illud uerſum,ſed hæc allegatio non profuit in par-
te,quæ ceſſerat in commodum mariti,nec pro alia. quia de
bonis mariti ali debebat,ſecundùm Innoce. repetam ſuper
glo.¶ Sextò nota,quòd iſta. B. allegauit, quòd uenditionis
tempore poterat illa conſulere in aliis uiri facultatibus. &c.
ſed nec illud prodeſt,ſecundùm Innoc. quia licèt tunc age-
re poſſit,non tamen cogitur.C.de iure do.l.ubi. & hoc not.
pro intellectu dictæ Auth.duæ à me.quę permittit alienatio
nẽ,ſi ſunt aliæ uiri facultates.&c.debet enim intelligi, ſi ſunt
tempore,quo mulier agit, non cùm uir alienationi rei pro-
pter nuptias ſibi aſſignatæ conſenſit,quod nota.ex his clarè
liquet,ꝙ nulla allegatio huius.B.contra dictam dominã ven
dicantem fuit per ſe ſufficiens.ſimul autem iunctæ proſunt.
& ideo dicit tex.ſi uera ſunt,quę præmiſimus.quare omniũ
veritas requiratur,vt Papę deciſio bona ſit,quæ ſequitur ad
hoc.s̃.de reſcrip.c.2.& l.ſi hæredi.pluri.de condi. inſtitu. &
hoc uideiur mirum,ſi neutra per ſe ſufficit,ſimul coaceruа-
tæ ſufficiant.cùm plures defenſiones imperfectæ non faciãt
vnam perfectam,vt no.ſolet.C.qui mi.tu.¶ Oppon.& vide-
tur,ꝙ Papa malè hic pronunciauerit,quia non obſtante, ꝙ
mulier conſenſerit, vel ꝙ in communes vſus pretium fuerit
uerſum,vel qđ lapſi ſint 30.anni.videtur, quòd poſſit talem
rem vendicare.unde uidetur obſtare Authen. ſiue à me.C.
ad Velle.ſo.glo.laborat in ſolutione huius contrarii, prima
ſolutio eſt vera in ſe:ſed tunc Decre. nullam contineret du-
bitationem,ſi mulier non debebat lucrari. ſoluit ergo ſecun
dò, quòd mulier ideo ſoluto matrimonio vendicabat, quia
debebat ex pacto eam lucrari,ſed tunc ſtat contrarium, &
quòd non obſtantibus allegatis in tex.debuerit pro ea ferri
ſententia.ſol.dicit glo.quia hic non ſupererant liberi de pri
mo matrimonio,quibus debet dicta donatio applicari, uel
in uiri ſubſtantia remanere,ut in §.& hoc dicimus allega.in
glo.ideo iſta mulier fuit excluſa, quia ſua non intererat, cũ
liberos non haberet.& hæc ſolutio,ſecundũ Io. And. placet
4 cõiter Doct.per quam no.Abb.†ꝙ factum iudici notum iu
uat partem, etiam ſi per illud pars ſe non exiſtimet adiuua-
ri.ad hoc allego.l.Titianus.ff.quod cum eo. Hoſt.tñ dicit,ꝙ
iſta ſolu.glo.non valet vnam fabam.nam pro conſeruatione
dotis mulieris ſtatutum eſt,ne res donata propter nuptias,
alienari poſſit,vt in Authẽ.de æqua.do.§.hoc igitur. & ſe.&
§.his conſequens.& ſe.col.7.& in Auth.ut immobi.añ nup.
do.coll.5.& quod no.Io.An.j.de don.inter virum,& vxorẽ.
c.fina.in glo.ad quid.dicit ergo Ioann.And. ꝙ ex dictis per
eum.& Doct.hic poſſunt colligi tres ſufficientes rõnes: qua
rum quælibet per ſe ſufficeret:multò magis ſimul iunctæ.qa
funiculus triplex &c.de treu.& pac.c.1.ita dicit ipſe,ex cu-
ius omnibus dictis hic (ſi bene conſideratis) non poſſumus
elicere ſolutionem ad contraria, quæ non ſine diminutione
procedat. nam Papæ deciſio fundatur ſuper allegationibus
partis expreſſis in tex.quod patet,dũ dicit.ſi vera ſunt. &c.
& tamen nulla ex eis ſola ſufficit: ſimul autem coaceruatæ
videntur ſufficere,ſecundùm iſtam deciſionem, cui obſtat,
quod dixi s̃.in 6.no.Aliæ ſunt ſolutiones glo. & Doct.vel ꝙ
hic fuerit conuerſum pretium in vtilitatem mulieris conſen
tientis:vel ꝙ bona viri, & vxoris fuerunt omnia communia,
vel ꝙ ipſa non debebat lucrari, vel quod non remanſerint li
beri:(& ſic ſua non interſit petere)vel ꝙ ipſa iurauerit nõ cõ
trauenire,vel ꝙ poſt biennium confirmauerit talem aliena-
tionem.omnes iſtæ ſolu.(quanquam veræ in ſe) non tamen
deciſio c.ſuper his fundatur: ſed ſuper rationibus allegatis
à parte:quarum quælibet nulla ſufficit? cogita ergo pro ſo-
lutione perfecta.¶ Extra gl.& Doct.opp.dictum eſt s̃.ꝙ do
natio propter nuptias, ideò non põt alienari, vt mulieri ſit
cautum pro dote ſua,vt d.§.hoc igitur.& §.his conſequens.
Sed hæc ratio infert,ꝙ iuri hypothecæ, quã habet mulier in
bonis viri, ꝓ conſeruatione ſuæ dotis ipſa mulier renuncia-
re non poſſit.ſed hoc eſt falſum,vt l.etiã.& l.iubemus. C.ad

Vellei.vbi viro alienanti rem,vxori obligatam pro dote,mu
lier renunciando hypothecæ,parit ſibi præiudiciũ. ſol.aliud
in donatione propter nuptias,aliud in hypotheca.nam rem
donatam vxori vir non poteſt alienare,etiam cum conſenſu
mulieris,ſed rem mulieri hypothecatam poteſt,vt in cõtra-
riis.quia in re donata mulier habet dominium,& fere in re-
bus propter nuptias donatis eadem ſibi competunt priuile-
gia,quæ in dote,vt patet in l.in rebus.C.de iure do.ſecus eſt
in ſimplici hypotheca, in qua etiam non teneret renũciatio
mulieris,ſi in aliis bonis viri non poſſet ſibi conſulere,ſuper
do.ſecundùm Ia.de Are. in l.Mæuia.§.fin.ff.ſolu.ma.& ꝙ iu
re nouiſſimo Auth.non teneat renunciatio hypothecæ, quã
facit mulier in bonis viri(ſi non habet alia bona)probat ip-
ſe ſic.mulier non poteſt obligari pro viro.vt Auth.ſi mulier.
C.ad Velleia.ſed ſi renun. obligatur ad non petendum pro
uiro.nam ille,qui exceptionem repelleret, dicitur teneri ad
non petendum.vt d.l.Mæuia.& hoc verum (vt dixi) ſi vir nõ
habet alia bona.aliàs renunciatio tenet,ſecundùm Iaco. de
Are.& Dy.in l.ſi pignus.ff.de his,quæ in frau. cre. & per Ia.
de Bel.in Auth.vt immò.ante nup.do.colla.1. ¶ Scd̃ò quæ-
5 ro de quæſtio.facti,quam Senis habui de facto.† Mulier de-
dit fundum in dotem æſtimatum,quem contracto mr̃imo-
nio,conſentiente muliere,vir alteri vendidit (habebat tamẽ
vir tempore venditionis alia bona : ſuper quibus erat plenè
vxori conſultum : ) demum ſoluto matrimonio per mortem
viri,nihil habebat in bonis ipſe vir.vult mulier agere contra
illum emptorem, qui obiicit de conſenſu vxoris in venditio
ne adhibito.iſta quæſtio dependet ab illa, quæ not. in dicta
Auth.ſiue à me,an ſcilicet cõſentiente muliere,poſſit res de
ta in dotem per virum alienari,ſicut & res donata. Mar. ꝙ
ſic.Hugo diſtinxit.ꝙ aut dos datur inæſtimata.& nullo mo-
do poteſt alienari.ff de fundo do.per to.aut fuit æſtimata,&
tunc poteſt alienari ſecundùm formam dictæ Authẽ.Iacob.
de Are.dicit,ꝙ in dote æſtimata mulier renunciando p̃iudi-
cat ſibi,duobus concurrentibus,ſcilicet,ꝙ conſentiat, & ꝙ
ſuperſint viro res,ex quibus mulieri poſſit ſatisfieri: aliàs ſi
non ſupereſſet,non nocet ſibi conſenſus, cùm in his habeat
vtilem in rem,ac ſi non fuiſſet æſtimata,vt l.in rebus.de iure
do.uolente muliere, tamen ſi ſunt æſtimatæ, etiam æſtima-
tione,quæ non faciat emptionem,alienari poterunt, ut not.
6 Bar.poſt Pe.ff.ſo.ma.l.ſi æſtimatis.vbi quærit,† an mulier ip
ſa poterit alienare rem dotalem,volente viro, tenet ꝙ non.
diſtingue ergo.aut quæris, an uir poſſit alienare rem vxori
obligatã pro dote,ea volente.& tunc,aut poteſt ſibi eſſe cõ-
ſultum in aliis bonis,& poteſt:aliàs non,aut quæris de alie-
natione rei propter nuptias obligatæ,& dic,vt d.Authẽ.ſiue
à me.Aut quæris de re dotali,& tunc æſtimata, aut non, ut
patet ex prædictis.¶ Eſt,& aliud membrum,cũ.ſ.mulier ꝓ
debito viri vult pignus conſtituere in re ſua propria. & dic,
vt in Auth.ſi qua mulier.C.ad Velle.aut uult ſe perſonaliter
pro debito mariti obligare.& tunc eſt certum, ꝙ iuuat Vel-
leiano regulariter,niſi in caſibus exceptis.

*S V M M Æ.*

1 *Pactum põt opponi in contractu emptionis, & venditionis de reſti tuendo rem,reſtituto pretio emptori infra certum tempus.*
2 *Sententia ex præſumptionibus ferri poteſt;& maximè contra uſurarios.*
3 *Agi põt contra hæredẽ ad reſciſſionem contractus vſurarij.*
4 *Conſtitutio pœnalis locum habet non ſolũ in contractu, qui celebratur contra ipſam expreſſè,ſed etiam,vbi aliud ſimulatur,& contractus prohibitus in ueritate agitur.*
5 *Iurans non uenire contra contractum,an poterit opponere exceptionem ſimulationis.*
6 *Fraudes multæ,quas excogitant uſurarij,ne conuinci poſſint de uſuraria prauitate.*

A D noſtram. Fictus emptor,qui ve
rè ẽ creditor, reſtitue
re cogitur,rem in veritate pignoratam, ſed fictè
venditam:ſi ſatisfactum eſt ſibi de ſorte fructibus computa
tis.prima narrat factum.ſecunda dat iudicem,ibi [quia igi-
tur.]ad euidentiam tu iuuenis præmitte.quòd qui recipit rẽ
pignori,fructus,quos percipit, non lucratur, ſed extenuant
ſortem,vt ſ.de iureiurando.c.ad noſtram.j. qui autem emit
rẽ,[lucratur omnes fructus: quia dominus,& poſſeſſor effici
tur,vt l.Iul.§.ſi fructibus.ff. de actio.empti. iſte ergo mutuũ
dare volens:(quia volebat fructus lucrari]nolebat rem in pi
gnus recipere,ſed emere, vt hoc titulo lucraretur fructus.
1 ¶ Nota primò,† quòd in contractu emptionis,& venditio-
nis opponitur pactum de reſtituendo rem, reſtituto pretio
emptori infra certum tempus.& ſic emptor,antequam fiat ſi
bi pretij reſtitutio lucratur fructus.hoc pactum tenet de iu-
re.vt l.2.C.de pactis inter empto.& vendito. nec illud pactũ
intendit iſtud cauſa reprobare. niſi alia adminicula concur-
rant.ex quibus præſumitur tale pactum appoſitum in frau-
a dem vſurarum.ſicut hic aderant.nam iſte.M.erat vſurarius.a
Item ille volebat pignorare:iſte verò emere. Item paucitas
pretij,quæ erat minus dimidia iuſti pretij.Item non licebat
iſti recipienti pecuniam,& tradenti demum redimere, cùm
volet:ſed demum poſt ſeptẽnium.vt ſic iſte demum recipiẽs
lucraretur fructus ante ſeptennium: & ſortem recipere non
cogeretur ante tempus in ſuum fauorem appoſitum, iuxta
no.in l.qui Romæ.de verbo.oblig.oportet enim multa admi
nicula cõcurrere,vt venditio rei facta cum pacto de re ven-
dendo præſumatur ſimulata:nec ſolùm tale pactum talem p̃
ſumptionem inducere,vt notat Cy.in l.emptione.C. plus va
lere quod agitur.& dixi ſ.de iureiuran.c.ad noſtrã. 2.¶ Se-
cundò nota,quòd hic ſit fraus legi de contractu ad contra-
ctum.alios modos,quibus fit fraus legi,ponit hic Hoſt.quia
2 proſequere,vt j.de priuilegio.c.quanto.¶ Tertiò no.† quòd
Papa fert hic ſententiam ex præſumptionibus, & maximè
hoc fieri debet contra vſurarios,qui contractus ſuos occultè
conficiunt,& vix poſſunt conuinci,vt c.1.de vſuris.in Clem.
& ideò in iſtis actibus,qui occultè,& domeſticè celebrãtur:
bonis verò copia eſt laxanda,vt l.conſenſu.de repu.¶ Quar
3 tò nota,† quòd ad reſciſſionẽ contractus vſurarij poteſt agi
contra hæredem. & ſic tenetur heres ex delicto defuncti de
iure canonico.quod dic,vt infra de ſepulc.parochiano.& de
4 vſur.c.conqueſtus.& de rap.c.pen.¶ Quintò no.† quòd con
ſtitutio pœnalis locum habet non ſolùm in contractu,qui ce
lebratur contra ipſam expreſſè:ſed etiam,vbi aliud ſimulat:
& contractus prohibitus in veritate agitur.nam talis videtur
offendere mentem conſtitutionis.& ſic non minus ligatur,q̃
ſi verba conſtitutionis offenderet,vt notat Dynus in c.finali
de reg.iur.lib.6.& de iſta ſimulatione vide, quòd notat Cy.
5 in l.1.C.plus vale.quod agitur:& l.2.quæritur.† ſi iuraui non
venire contra contractum.an potero opponere exceptionẽ
ſimulationis.ſentit ibi glo.quòd ſic. qualiter autem probet
ſimulatio:pone per inſtrumentum publicum apparet, quòd
vendidi:volo probare,quòd fuit pignus: licèt verba contra-
ctus ſonent aliud nunquid poſſum per teſtes. nam contra p̃-
ſumptionem inſtrumenti bene admittitur probatio per te-
ſtes,etiam duos,vt notat in l.iuriſgentium.§. quod fere.ff.de
pactis.contra tenorem verò, quem confiteor verum eſſe ſed
aliud actum fuiſſe in veritate: an poſſim probare per duos
teſtes.Cynus dubitat in dicta l.1.ad quod vide quod notat
in Authen.de inſtrumen.cautel.& fina.§. ſi verò aliquid ta-
le. vbi nota. quòd ſimulatio contractus poteſt probari per
teſtes:niſi contractus fiat in ſcriptis:quia tunc ſecus,vt l.ge-
neraliter.& quòd ibi notat.de non nume.pecu. Cynus tamẽ
in l.optimam.ſic diſtinguit.aut ille,qui obijcit inſtrumentũ,
negat de voluntate ſua factum eſſe:& tunc (ſiue ſit publicũ,
ſiue priuatum)poteſt contrariũ probare:& eſt materia Doc.
in cap.



in cap.cùm Ioannes.de fide inſtrum. aut confitetur volũtate
ſua factum,& tunc,aut eſt priuatum,& hoc refert.aut vult ꝓ
bare contrarium per inſtrumentũ,& poteſt, vt dicta l. gene-
raliter:in fine.aut vult probare per teſtes,& nõ põt, vt ibi;an
ſi per numerum quinque teſtium,qui ſuccedunt loco proba-
tionis faciendæ per ſcripturam.de teſti.l. teſtium. aut eſt in-
ſtrumentum publicum,quod confitetur ſua voluntate factũ.
& hoc caſu, aut vult probare contrarium per inſtrumentum
derogatorium,& poteſt: puta confectum fuit inſtrumentũ,
ꝙ contractus venditionis,qui inter partes agitur, in veritate
eſt pignoris.certè inſtrumentum purum venditionis ſubſe-
quens prò pignore reputabitur.C. plus va. quod agitur. per
totum.aut vult probare contrarium per inſtrumentum non
derogatorium,ſed ſimpliciter contrarium.& tũc, aut conti-
netur in inſtrumento veritas facti,& nõ põt,vt l. antiquæ.C.
ad Velleia.& l.vlt.ar.tu.aut continetur ibi tantùm cõfeſſio,
& tunc poteſt probari contrarium alio modo,vt l.cũ de inde
bito.ff.de proba.& vide ad materiam ſimulationis,quod no.
Bar.in l.1.ff.quod vi,aut clam.vbi ſi contra inſtrumentũ gua
rentigiæ non poteſt opponi exceptio ex forma ſtatuti:an po
6 terit opponi exceptio ſimulationis.& dicit,quòd ſic. ¶ † Vl-
timò Ioan.An. enumerat multas fraudes, quas excogitant
vſurarij, ne conuinci poſſint de vſuraria prauitate. quidam
enim,cùm pignus accipiunt, vt lucrentur fructus, donec eis
pecunia reſtituatur, volunt confici inſtrumentum ſub titulo
emptionis cum pacto de reuendendo. quidam de iſto pacto
ex interuallo volunt confici inſtrumentum de per ſe.quidam
verò ſimpliciter volunt inſtrumentũ venditionis puræ. & qđ
debitor(vt de Petro apoſtolo)confidat ſuo verbo ſimplici,ꝙ
reuendet. Quidam tamen liberant ab obligatione debitorẽ,
& volunt,quòd debitor remittat ſibi totum,quod extortum
eſt nomine vſurarum,vel actionem,quæ pro vſuris repeten-
dis competit contra eos, volunt cedi eorum amico: de quo
bene confidunt nõ vexari.& hos, & alios prauos modos hic
no.in nouella excogitant, ne conuinci poſſint.Ideo dicit Io.
An.vellet videre contra eos conſtitutionem talem,quòd re-
ſtitutiones, remiſſiones, donationes, & quietationes vſura-
rum intelligerentur ficticiæ, & ſimulatæ hoc ipſo, quòd poſt
illas adhuc appareret vſurarios fęneraſſe, & vitianda eſſent
inſtrumenta ſuper his confecta.& iſta prouiſio Ioan. An. eſ-
ſet bona,quando conſtaret de vſuris. ſed vidi curialem vſura
rium Senis: qui non potuiſſet de vſura conuinci:mutuabat.n.
omnibus,qui videbantur ſibi idonei ad reddendum, gratis,
appoſito termino ad ſoluendum. & quia, vt plurimi non po
terant in termino ſatisfacere (ne ipſos cogeret ad ſoluendũ)
donabant ſibi.10.vel 20.vel eſto,quòd redderent, prouide-
bant ſibi titulo donationis. vbi autem non prouidiſſent ſibi
de aliquo, non mutuabat alia vice, vel exhibebat ſe difficilẽ
in exigendo.& hoc timore perterriti,qui ſæpe pecunijs indi-
gebant, ſemper vltra ſortem aliquid porrigebant: & de hoc
nunquàm ſcriptura apparuit. videtur enim iſte vſurarius mẽ
talis.de quo infra de ſimo. c. fina. & de vſu.c.conſuluit.Sunt
enim multi, qui quod recipiunt nomine vſurarum, ponunt
in ſchedulis,& dilacerant,vel nullum librum conficiunt: ſed
recipiunt bona pignora in abſcondito,vt conuinci non poſ-
ſint.ſicut not. in d.clem.1.de vſu.còntra tales per prouiſio-
nem prędictam non eſſet plenè cõſultum. Ideò ad coniectu
ras etiã ſine dicta prouiſione eſſet recurrendum.nã ſi mul-
ta inſtrumenta mutui reperirem, eſto quòd non appareret
talem mutuantem aliquid recipere, ſi tamen appareret ſuũ
patrimonium augmentatum, nec in alia induſtria, ſiue arte,
quàm in exercitio mutui,verſaretur, præſumerem acquiſita
per eũ proueniſſe de vſuris, ſicut prælatus præſumitur quæ-
ſiuiſſe de bonis eccleſiæ, & maximè accedente fama,vel vul-
gi opinione,quòd ita ageret,& eſſet conſuetudo ſua, vt l.vel
vniuerſorum.ff.de pign.actio.& l.ſi ſeruus plurium.§.fina.ff.
de lega.2.

A D D I T I O.

a ¶ Vſurarius.An recipientes ab eccleſijs poſſeſſiones tenendas tempore vitæ ſuæ:(ita vt poſt eorum mortem ad eccleſiam reuertantur)committant vſuram vide Io.de Turre cremata in c.quicunq; 14.q.4.

*S V M M Æ.*

1 *Læſio vſque ad dimidiam iuſti prætij toleratur, ſed vltra dimidiam non.*
2 *Electio in alternatiua iuris eſt rei.*
3 *Alternatiua petitio qualiter procedat.*
4 *Intereſſe commune ſi excedat conuentum vltra duplum: tunc intereſſe conuentum reducitur ad commune.*
5 *Vendens rem ſuam, ſi re ipſa deceptus eſt vltra dimidiam iuſti pretij: an poterit venire contra.*
6 *Res quando dicatur empta,vel vendita minùs dimidia iuſti pretij.*
7 *Cap.iſtud in quibus contractibus habeat locum. Et an in contractibus ſtricti iuris num.9.an in datione inſolutum nu.10.an in quaſi contractu in aditione hæreditatis. num.11. In permutatione beneficiorum nume. 12. an quando quis emit ſpem de futuro nume.13.*
8 *Lex ſecunda de vſucap. pro empto.an habeat locum in contractibus bonæ fidei.*
14 *Emens ſpem fructuum futurorum, ſi poſtea caſu fortuito nihil percipitur, an teneatur ad pretium.*
15 *Læſio ſi eſt in modo, ſiue onere extrinſeco,an per hoc cap.minuatur tantum de modo,quòd reducatur ad condignum.*
16 *Actio quæ competat ad reſcindendum contractum ratione deceptionis.*
17 *Iurans non contrauenire an poſſit petere reſciſſionem prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretij.*
18 *Iuramentum repreſentat minorem maiorem, ſi ſit certioratus de beneficio minoris ætatis.*

C Auſam. Item dicit in ſumma, quod
Decre.cum dilecti.ſupra eod.
vel dic venditor deceptus vltra dimidiam iuſti
pretij agere poteſt, vt res ſibi reddenti pretium acceptum
reddatur: vel iuſtum pretium ſuppleatur. & in hoc caſu eſt
1 optio emptoris. hoc dicit. ¶ Nota primò † quòd toleratur
læſio vſque ad dimidiam iuſti pretij incluſiuè, ſed vltra di-
midiam lex non tolerat. ratio poteſt eſſe.quia quando actus
participat de pluribus,regulatur à potentiori.de ſtatu homi.
l.quæritur. vbi ergo ratio fauens contractui eſt potentior,
vel æquè potens, ſtatur contractui, vbi eſt potentior cauſa
infringens ( vt quia excedit vitium) tunc poteſt peti, quòd
amoueatur vitium. ſimilis diſtinctio. ff. de contrahen. em-
2 ptio.l.ſi domum.& C.de teſta.l.noſtrum. ¶ Secundò no.† ꝙ
in alternatiua iuris eſt electio rei.In alternatiua hominis dic,
vt l.Lucio.de leg.2.facit quod dixi ſupra de vita.& hone.cle-
3 rico.c.à crapula. ¶ Tertiò no. † quòd procedit petitio al-
ternatiua: nam cùm ſit in electione emptoris conuenti rem
reſtituere, vel ſupplere: non poteſt actor deducere certum
in libello, cùm incertitudo cauſatur à reo. Ideò admittitur
libellus incertus,vt l.1.§.qui autem.ff. quorum leg.& not. in
4 c. vt quis duas.de electio. lib.6.&c. ¶ Quartò no. † quòd ſi
intereſſe commune excedit conuentum vltra duplum.inter-
eſſe conuentum,tunc reducitur ad commune.de iſto intereſ-
ſe triplici,ſcilicet conuento,communi,& ſingulari.dic,vt no.
Inno.j.de ſent.excom.cap.ſacro.& l.1.ff.de actio.emp.¶ Ve
nio ad oppoſitiones. & primò oppo.& videtur, quòd vbi eſt
deceptio contractus,non valeat.ff.de dolo.l.eleganter. verſi.
hoc enim. ſo.aut deceptio prouenit ex dolo: aut ex imperi-
tia.primo caſu.aut dolus dat cauſam contractui, dic, vt di-
ſtinxit.ſ.c.cum dilecti. vbi glo. magiſtra. ¶ Secundò oppo.
licitum eſt contrahentibus iuregen. ſe inuicem decipere, vt
l.etiam.§. idem Pomponius.ff. de mino. ſi licitum eſt: ergo
nõ debet reuocari.quia ea,quę leuè geſta ſunt, reuocari nõ
debent.vt l.de in integrum. ff. de mino. ſo. de rigore licitum
 eſt

eſt contrahentibus ſe decipere abſque dolo.ff.ad leg.falci.l.
ſi hæres.ille tamen rigor vtroque iure mitigatur,vt hic,& di
cta.l.2.¶Tertiò opp.& videtur, quòd libellus alternatiuus
a 2 non procedit, quia incertus. vt ff. de iniur.l.prætor edixit.
§.cùm autem. Sol. vbi obligatio eſt ſimplex, & ſoluta:non
procedit libellus alternatiuus, vt in contrario.ſed ſi obliga-
tio eſt alternatiua,pacto procedit,vt no.Inno.de reſti.ſpoli.
c.ex parte,& quod not.in c.conſtitutus. de reſti. in integ.&
quod dixi ſupra in 3.no.facit quod not.in l. vbi autem ff.de
verbo.obli.& l. ſtipulationes non diuiduntur. verſi. Celſus.
de verb.oblig.per Bar. ¶Quartò opp.quòd in alternatiuis,
vt l.Lucio.de leg.2.So.in alternatiua legum eſt electio debi-
toris,vt hic: in alternatiua conuentionis. & idem. ff.de iure
dotium.l.plerunq;.§.fi.in alternatiua vltimæ voluntatis dic,
vt d.l.Lucio.vbi per Bal. & dic,quòd quãdoq; cadit electio
inter res debitas, vt hic. interdum inter beneficia ſoluendi
aliud pro alio.& dic, vt not. ff.de mino.l. quod ſi minor.§.ſi
pacto.ff.de pa.¶Quintò opp. & videtur, quòd ratione mi-
noris deceptionis,quàm ſit dimidia iuſti pretii,ſubueniatur
decepto.vt ff.pro ſo.l. vnde ſi Neruæ.& de oper.li.l.ſi liber-
tus.ſo.aut qui decipitur à ſe,& per imperitiam ſuam,aut ab
alio:& per imperitiam arbitratoris. primo caſu habet locũ
illud c. ſecundo caſu loquitur l. contraria. & eſt ratio. quia
non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. vt l.
iniquiſsimum. de iuris & fa.igno. Item quia arbitrator fuit
aſſumptus tanquam bonus vir: vnde æquè debet arbitrari.
¶Sextò opp.& videtur,quòd etiam ratione minoris damni
ſuccuratur. vt ff. de mi.l.ſi ſiue. §.1.& l. cùm mandato.ſo.
aliud in minore fauore ætatis,& reſtitutionis in integ.vt ibi.
aliud in maiore,vt hic.¶Septimò op.& videtur, quòd etiã
pro immenſa læſione non reſcindatur contractus. nam ſi vẽ
ditor ſcit rem tantũ plus valere,videtur donare, vt not.in l.
quiſquis.C.de reſcinden. vendi. ergo non reuocatur, vt ibi.
quia non decipitur,vt l.1.§.1.de actio. empti. intelligitur er
go idem cap.in ignorante,vel errante,vel in eccleſia, cuius
adminiſtrator hoc modo, vel alio donare non poteſt. ſicut
nec ille,cui peculij adminiſtratio eſt conceſſa,vt l filiusfami
lias.de donat.& l.contra iura.§. fi.ff.de pactis.ille ergo, qui
ſcit rei valorem,videtur donare illud, quod excedit vltra di
midiam inſti pretii:& ideò ſi eſſet exceſſus quingentorũ au-
reorum,indigeret inſinuatione:ſicut alia quælibet donatio.
vt l.ſancimus.C.de do.& hoc tenet Doctor meus in dicta l.
2.Et ideò notarii ſemper conſueuerunt apponere in contra
ctibus venditionum[& quod plus eſt donauit]&c. quæ pra
ctica deſcendit à l.cum donati.ff.de coutrahen.emptio.Bar.
tamen dicit, quòd iſta verba referuntur ad modicam ſum-
mã.ff.de verb.ſigni.l.hæc adiectio.de hoe not. Bart.in l.ſi qs
cùm aliter.de verb.obli.& de iſto articulo, cùm emptor ſcit
pretium rei,vide in Spec.eo.ti.§.nunc dicendum. 1. verſicu.
quid ſi aliquis.& ibi in verſi.[vbi autem vſque] ad ver.[ſi au
tem]Inuenies hanc materiam, & libellos ſuper ea,ſecũdùm
5 Ioan.And.hinc ſumpta occaſione quæro, † aliquis vendidit
rem ſuam:& re ipſa deceptus eſt vltra dimidiam iuſti pretii:
nunquid poſsit venire contra talem contractum.videtur, ꝙ
ſic.vt hic.In contrarium facit præſumpta ſcientia valore rei
ſuæ, vt dixi.& probatur in l. quiſquis de reſcin. ven. vbi re-
fert Cy. opi. Pet.qui tenet indiſtinctè, quòd deceptus vltra
dimidiam iuſti pretii, poteſt contrauenire: nam quantun-
cunq; homines diligentes debeant ſcire vires ſui patrimo-
nij,vt dicta l.quiſquis.tamen ſi enormiter ſunt decepti,poſ-
ſunt contrauenire. Non obſtat dicta l.quiſquis. quia verum
eſt, quòd homo paterfamilias ſic ignorando eſt culpabilis:
non tamen damnabilis ff.ſo. ma.l.etiam. §.licèt præterea l.
dicit,quòd dolus præponderat culpæ, vt l.item ſi obſtetrix.
§.fi.ad leg.aqui.& alia.l.reputat,vt paria, quem locupletari
cùm aliena iactura;vel eſſe in dolo, vt l.1.an in pupillum.ff.
de dolo.ergo &c.& ex hac opi. apparet non fore verum,qđ

ſupra dixi:quòd ſciens rem plus valere videatur illud dona
re.& vide quod not. Bar. in l ſi quis cùm aliter. de ver.obli.
¶Octauò oppo.contra prædicta.& videtur,quòd non poſ-
ſit quis pro parte vendere,& pro parte donare, vt l.per di-
uerſas.& l.ab Anaſtaſio. C.man. ſo.ibi. loquitur in ceſsione
actionum, vbi non habet locum illud c. niſi ceſsio eſſet ac-
ceſſoria vniuerſitati:vel rei corporali venditæ, & traditæ,vt
d.l.per diuerſas verſi.except.c. ergo illud loquitur, quando
venditur res corporalis, vel etiam ius, ex quo non dirigitur
petitio contra tertium: ſed ſolùm contra venditorem. quia
hoc caſu non poteſt quis præſumi redemptor litium.¶Ve-
nio ad quæſtiones primò gloſſ. poſtea Doct. quæro primò
6 † quando dicatur res empta, vel vendita minùs dimidia iu-
ſti pretij.Reſpondeo, vt in gloſſ.1.quæ ponit exemplum in
venditore decepto:deinde in emptore.In venditore,puta va
lebat res.10.vendidit pro quatuor. & ſic habuit minus,quã
ſit dimidia iuſti pretij:quæ eſt quinque.e conuerſo in empto
re.rem valẽtem.10.emit pro.16.& ſic pro vno pluri, quàm
ſit dimidia iuſti prætii,quod eſt 5.& iſta opi.placet glo.licet
Cy.aliter dicat in dicta l.2.in 2.q.dic, vt ibi.¶Secundò quæ
7 ro†in quibus contractibus habeat locum illud c.& gl. vlti.
reuocat in dubium: an habeat locum in contractu tranſa-
ctionis.de illo ergo, & aliis contractibus videamus. & in trã
ſactione dicit glo.hic illud c.non habeat locum:quia in tran
ſactione non poteſt prætendi læſio, cùm maximum ſit cõ-
modum diſcedere à lite.fallit,dicit glo.in mino.vt in ea vide
tis:in tranſactione ergo non poteſt prætendere quis ſe læ-
ſum:nam bonum pacis (quæ ex tranſac.naſcitur) præponde
ratur ciuili pecuniariæ vtilitati, vt colligitur.ff.de mino.l.ex
minorum.& de præben.c. niſi eſſent. nã lites bonis viris exe
crabiles ſunt, vt l.item.de ali. iudi.mu. cauſa fac. & hãc opi.
tenet Dyn.in l.Lucius.in fi. ad Trebel.Sed glo.ibi dicit con-
trarium.quia ita habet locum in contractu tranſactionis, ſi
cut in aliis contractibus. ſed eſt differentia in modo æſtimã
di.nam in tranſac. æſtimabitur dubius litis euentus: ad hoc
vt videatur,an quis ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij,
in cæteris æſtimabitur,quantùm valet in veritate.& hoc te-
net Bar.qui dicit.quòd idem eſt, quando ſententia arbitra-
toris petitur reduci ad arbitrium boni viri. nam cùm arbi-
tramentum ſit tranſactio quædam, ut no. in Aut.ut diffe.iu
di.§.1.ille, qui dicit arbitramentum iniquum, debet proba
re,& concludere,quod inſpecto dubio euentu litis, ille ini-
què arbitratus eſt.ille autem, qui defendit, e contra debet
articulare e conuerſo. & ita not. in l. ſi quis cùm aliter. ff.de
uerbo.obliga.Sed Doc.meus iſtam. q.tranſactionis pleniùs
pro ſequitur in dicta.l.2.de rei uen.& tenet contra Barto.&
cùm iſta gl.dicit enim, quòd in actu liberatorio non habet
cùm dicta l.2.nec illud. c.nam liberatio non reſcinditur per
læſionem ultra duplum.arg.ff.de pac.l.ſi intra. quia fauor li
berationis facit eum(etiam ſine cauſa)ualidum,ut eod.tit.l.
tale pactum.ad hoc facit: quia ille, qui remittit conditionis
incertum,nõ poteſt ſe dicere læſum.de pact.c.1.& de in of-
fi.teſta.l.ſi pater puellæ. incertus autem eſt euentus litis cõ-
certationis.& multi pereunt ſub clipeo ueritatis.ff. de pecu.
l.tempore.& l.quod debetur.& de ap.l.1.in prin.& de quæ-
8 ſti.lib.1.¶Tertiò ad idem quæro. †an iſta l.habet locum in
omnibus contractibus bonæ fidei. Bal.in d.l.2. ſuper tertio
articulo principali arguit,quòd ſolùm in emptione,& uen-
ditione:quia in hoc titulo ſituata eſt,d.l.in contrarium quia
nomine uenditionis omnes contractus includuntur, ut not.
in l.2.C.de uſuca.pro emp.& l.ſtatuliberi à cæteris.§. Quin
tus de ſtatulib.dicit ipſe,quòd d.l.2.& idem c. habet locum
in omnibus contractibus bonæ fidei, ut l.item.§ fin. ff loca.
unde habet locum in contractu permutationis,& in contra
ctu diuiſionis:ubi quædam permutatio celebratur, ut l.ma
ioribus. communia utri. iudi. Item in contractu locationis
& conduc.& etiam in contractu innominato.do, ut des, ut
no.C.



no.C.loca.l.ſi olei.Item & in contractu dotis,vt no.de mino.
l.ſi ex cauſa.§.in dotem. Item in contractu emphyteutico:
quia,cũ vnus contractus habet ſimilitudinem cũ alio, iudica
tur pariter de vtroque.ff.depo.l.1.§.ſi quis ſeruum. ſed con-
tractus emphyteuticus habet ſimilitudinem cũ locatione,&
conductione.vt Inſti.loca.§.adeo.ver.ergo venditionis latiſ-
ſimè hic ſumitur.quod dic,vt no.Cy.in l.fina in 3.q.C.de re.
ali.nõ ali.& d.l.2.de vſucap.pro emp.¶Vlterius ad idem q̃-
ro † an hoc.c.habeat locum in contractibus ſtricti iuris. Cy.
dicit,quòd etiam iſti reſcinduntur ratione talis læſionis: ſed
non remedio dictæ l.2.vt no.ipſe ibi in prima quæſtione. de
qua quæſtione dic per Bar.in l.ſi quis cũ aliter. de verb. obl.
vbi not. quid iuris, ſi in contractu emptionis, & venditionis
contingit iſta læſio, & erat vallatus ſtipu. an habeat locũ re-
mediũ huius. c.vel illius.& l.tenet, quòd remedium huius c.
locum habeat: quia talis ſtipulatio coęqueua non nouat con
tractum bonæ fidei,niſi ſit actum, vt l.duo ſocieta.ff. pro ſo-
cio.vel ſi nouat, nouat cũ omnibus qualitatibus, & priuile-
gijs, quæ inerant in contractu primo,vt l.ſtip. de vſur. & l. ſi
10 legati ſerui nomine.de leg.1.¶Quæro etiam† an in datione
inſolutum habeat locum illud. c. Old. conſuluit, ꝙ ſic: quia
talis datio habet vim venditionis,non quidem à vendente ꝓ
cedentis,ſed ab alio,cuius res erat.ff.de euic.l.ſi plus.§.ſi iuſ
ſum.fam.erciſ.l.qui erat.de diſtra.pig.l.reſcriptum.§.ſi alie-
nan.C.de euic.l.ſi prædium.& l. ſi ob cauſam.& ita tenet cõ
11 ſil.25.ad idem quæro. † an habeat locum in quaſi cõtractu,
puta in aditione hæreditatis.dicit Bal. quòd non,quia habet
locum illud remedium in actu duorum, non vnius tantùm.
12 quærit etiam. † an habeat locum in permutatione beneficio
rum.dicit,ꝙ non;quia non habet vnus titulum,alius cauſam
13 ab alio:ſed à collatore. ¶ † Sed vtrũ habeat locum,quando
quis emit ſpem de futuro,vt iactum retis.dicit, ꝙ ſic, relata
conſideratione ad pretium ſpei: nam & ſpes æſtimationem
14 recipit.ff.de mino.l.denique.§.ſi quid filio.† ſed pone,quòd
quis emit ſpem fructuum futurorum: poſtea caſu fortuito ni
hil percipitur: vtrum teneatur ad pretium,arg.eſt hic,quòd
non.& d.l.2.ſed non faciunt,quia hic à principio,ideſt tem-
pore contractus. Sed in quæſtione noſtra.ex poſtfacto emer
ſit;ad hoc ff.de mino.l.verũ.§ ſi locupleti.ſo.dicit Bal.quan-
do contractus celebratur ſuper ſola ſpe,non receditur: licèt
poſtea ſpes deficiat, argu.ff.de tranſac.l.ſi de poſſeſsione. &
de actio.emp.l.ſi iactum retium.& tunc dicitur contrahi ſu-
per ſpe, quando non pendet ex naturali curſu, ſed merè ex
caſu,& fortuna,vt captura piſcium in mari.aut non contra-
hitur merè ſuper ſpe: ſed ſuper re futura, quę verò ſimiliter
erit, & quæ per rerum naturam habet eſſe ad præſentia, vt
ſuper fructibus futuris.& tunc refert, aut eſt talis cõtractus,
in quo ſtatim de natura contractus conſueuit tranſire peri-
culum in accipientem(vt contractus venditionis,) & tũc,aut
requiritur præſtatio venditionis:aut ſola patientia.primo ca
ſu in re futura eſt periculum venditoris,ſi non naſcitur, quia
contractus non erat purus,ſed conditionalis, de contrahen.
emp.l.debitor.§.veroſimile.ſecundo caſu eſt periculum em-
ptoris,niſi venditor in ſe ſuſceperit periculum. de contrahẽ.
emp.l.fiſtulas.§.ſacramenta.Item niſi ipſe venditor præſtite
rit impedimentum,vel occaſionem. vt ff. loca.l. ſi in lege.§.
colonus.& l.ſi merces.§ culpæ.eo. tit. Si verò de natura con
tractus non tranſit periculum in accipientem (vt in locatio-
ne)tunc domini eſt periculum ſi damnum contingit in rebus
domini,prout in fructibus pendentibus: ſecus ſi in rebus co
loni,vel in fructibus ſeparatis.de fur.l.ſi ſeruus.§. locaui. Ita
diſtinguit in dicta l.2.de qua.q.pleniùs per Bart. in diſputa-
tione,quæ incipit.Publicanus.& l.conte. §. qui maximos. ff.
15 de publi.¶† Quid ſi læſio eſt in modo,ſiue onere extrinſeco,
an per hoc c. minuatur tantũ de modo,ꝙ reducatur ad con-
dignum,videtur,ꝙ ſic.quia modus videtur eſſe quoddam ꝓ-
tium.ff.de cõtrahen.emp.l.fundi partem.dic, ꝙ ſi modus eſt

inæſtimabilis,vel indiuiſibilis,nulla eſt diminutio, ſecus for
tè in modo diuiſibili. vide de leg.1.l.planè.verſi.2.& de ope.
liber.l.Titius.pone etiam, ꝙ res non efficitur maioris pretij
poſt contractum:quia tunc commodum eſſet emptoris,vt s.
c.cũ dilecti. no.declaratur tamen,& apparet plus valuiſſe tẽ
pore contractus,quia reperta ſunt inſtrumenta, quomodo il
li domui debebatur ſeruitus: ex qua eſt ſatis maioris pretij
an habebit locum illud.c.& dicta l.2.dicit Bal.ꝙ nemo emit
ea,quæ non apparent,vt l. Rutilia. de contrahen. emptio. &
de non apparentibus non eſt iudicium hominis. & tunc con
ſideranda eſt æſtimatio latens tempore contractus, non quę
poſtea emerſit in lucem: ſicut nec conſideratur theſaurus po
ſtea repertus,ſecundũ Bald. ¶ Quartò principalitet quæro
16 † an ad reſcindendum contractum, ratione huius deceptio-
nis, competat actio ex eo contractu,vel condictione ex l.vel
officium iudicis.quidam,ꝙ officium iudicis.& ſic infra qua-
driennium durabit ius petendi talem reſciſsionem, quia offi
cium iudicis plus non durat.& hanc opi. ꝙ detur iudicis offi
cium tenet Pet.in d.l.2.in 3.q. Sed ꝙ non duret illud officiũ
plus quadriennio,non videtur bene dictum,nam lex dicit ꝙ
iudicis officium durat,30.annis: ſicut actio perſonalis,& ſi-
cut actio realis.C.de præſcrip. 30.ann.l.ſicut.& l.querela.de
falſis.Non obſt.l.ſuperuacuum.C.de tempo.in integ. reſtitu.
quia loquitur vbi iudicis officium imploratur pro reſtitutio
ne in integrum conſequenda: ſecus vbi habet paratam viam
ad petendum rem ipſam.facit ff. de no. oper. nunc.l. de pu-
pillo.§.habet autem.& hoc ſentit hic Ioan.An. poſt Hoſt.&
tenet Accur.in l.in contractibus.ex qui.cau.ma. glo. tamen
hic refert.Vin.tenuiſſe,ꝙ non,officio iudicis, ſed ex eo con-
tractu debeat agi.& dicit,ꝙ fuit opi.Iaco. Bal. quam opi.ſe-
quitur glo.in dicta l. 2. & idem ibi Bal. vbi plenè tractat de
17 iſta condi.ex l. ¶ Quintò quærit gloſſ. † quid ſi quis iurauit
non contrauenire: an poſsit prætextu læſionis vltra dimidiã
petere illam reſciſsionem. glo. dicit, ꝙ aut maior iurauit, &
non poteſt contrauenire,aut eſt minor, & poterit contraue-
nire. quia renunciatio cũ iuramento excludit eum à ſingula-
ri beneficio reſtitutionis in integrum: non à beneficio iuris
communis: niſi iuraſſet non repetere reſciſsionem, etiam ra
tione deceptionis in pretio. Ita dicit glo. tollit ergo tale iura
mentum ſingulare beneficium ætatis,ſed non ius cõmune di
ctæ l.2.& hoc c.non tollit,quia fortiùs tollitur ſingulare pri-
uilegium: quàm ius commune, vt l. eius militis.§.militia.de
teſtamento mil.& iſtam opin.glo. tenet glo. in dicta l. 2. Sed
nunquid hoc ſit verum,ꝙ prætextu iuramenti dictis caſibus
excludatur, ſiue minor ſit certioratus de beneficio minoris
18 ætatis,ſiue non.Dy.de facto conſultus dixit, † ꝙ tunc iura-
mentum eum repreſentat maiorem, ſi ſit certioratus de be-
b neficio b minoris ætatis: aliàs non,quia ſecundũ eum iuramẽ
tum firmat actum contra ætatem, ſed non contra errorem.
quod ſic oſtenditur. fortius eſt beneficium ætatis,quàm ſe-
xus.ff.de mino.l.ſi apud.ſed beneficium Velleiani non perdi
tur, niſi mulier certioretur.ff.ad Velleia.l.fi.& no.in l. ſcien-
dum.de verb.obl.& s.de foro compe.c.ſi diligenti.ergo nec
beneficium ætatis.facit l.doli mali.§.diuerſum.de verb. obl.
præterea radix actuum humanorum eſt conſenſus, vt l.1.§.
conuentionis.ff.de pac.ſed ignorans non conſentit.de dona.
l.nec ignorans.ergo cũ præſumatur minor ignorare, præſu-
matur diſſentire Iuramentum enim ſine conſenſu eſt ſicut
corpus ſine anima.de non num.pec. l.fi. Item pro Dy.facit,
quod no.in Auten.quomodo oportet epi.§.ſed nec. in gloſſ.
Pe.de Bel.perti.dicit, ꝙ non eſt neceſſaria certioratio; quia
iuramentum repreſentat eum maiorem,& ſic præſumitur ſci
re, ſicut maior,quia poſito,ꝙ fingitur maior,ſtatim ſequitur
præſumptio ſcientiæ,& ceſſatio beneficij.ar.ff. de minor.l.de
ætate.in fi.Idem tenet Bar.quia licèt non conſentiat ſpeciali
ter,conſentit generaliter. de tranſac.l. ſub prętextu. & quia
iurando ſuper facto,videtur plenè iurare ſuper iure:quod ex
illo

illo facto deſcendit, vt l.duobus.§.colonus.ff.de iureiuran.&
quia Auten.ſacramenta nihil aliud exigit: niſi quòd ſit iura-
mentum ſuper contractibus non reuocandis.opi. tamẽ Dy.
videtur ſequi Cy.in dicta l.2.in 6.q.& dominus Ioan.An.hic
dominus Bal.dicit, ꝙ aut iuramentum accedit renunciatio-
ni,& tunc ſit neceſſaria certioratio.ar.l. Clodius.ff. de acqui.
hære.aut accedit promiſsioni, & tunc non. & ita no.in dicta
l.2.nec aliquid ad hoc allegat.Tutius eſt tenere cũ Dy. Cy.&
Ioan. An.hoc tamen not. ꝙ ſi minor eſſet deceptus dolo ad-
uerſarij, non noceret ſibi iuramentum, vt not.C.ſi mi.ſe ma.
di.l.ſi alterius. & idẽ fortè in maiore inducto per dolum ad
contrahendum, vt iuramentum non firmet contractum con-
tra dolum aduerſarij. quia vbi talis eſt dolus, abeſt conſen-
ſus, vt dixi ſ.eo.c.cũ dilecti.eſſet hic etiam tractandum, qđ
dicatur iuſtum pretium rei, ad hoc, vt habeat locum diſpo-
ſitio huius c.dic, vt not.Bart.in l.pretia rerum.ff.ad l.falci.

ADDITIONES.

a Libellus alternatiuus. Adde l.vbi autem.§.qui illud.& ibi Doct.maximè Alex.de verb obl.Quod verum, ſi electio eſt creditoris: ſecus ſi debitoris: quia tunc eſt in poteſtate actoris certum petere: ideo valet alternatiuus.glo.in c. Abbate. de re iu.in 6. Inn. in c.reſtitutus.de reſti.in inte. Bar.in l.1.§.quod autem.quorum lega.& in l.2.C. de ſent. quæ ſine cer. quanti.profe. Ang.in l.ſi rem.de rei vendi.Cy.& Bal.in l.Gallus.§.ſi eius. in fi.de libe.& poſthu.& vide ibi Imolam, & Alex.

b ¶ De beneficio. & an ſi iurat non contrauenire, alius, præſumatur ſcire beneficium, vt illi videatur tacitè renunciare. Vide Bar.& Rom.in l.ſciẽdum de verbo.obli. quòd non. Idem Sal. in Auten. ſacramenta.C.ſi aduer.vend. Bal.contra in c.item ſacramenta. in fi.de pace iur. firman.in l.2.in 9.q.C. de reſcin. vend & idem ibi Cy.vide Alex. conſi. 29. primo volum.

*SVMMAE.*

1 *Denunciatio quomodo ſit facienda.*
2 *Emptor quid debeat renunciare venditori.& num.3.*
4 *Venditor coram iudice emptoris tenetur defendero, & non ad ſuum forum cauſam reuocare.*
5 *Emptor, qui ſe contumaciter abſentat tempore ſententiæ non habet recurſum de euictione contra venditorem.*
6 *Iniuria iudicantis potiùs nocet emptori, quàm venditori.*
7 *Caſus, in quo emptor, qui ſuccubuit, de euictione non agit.*
8 *Venditor ſi ſcit litem motam eſſe emptori, an debeat ſibi denunciari.*
9 *Sententia ſi lata ſit contra emptorem per iniuriam iudicis: an teneatur venditor de euictione, & nu.10.*
11 *Venditor, qui emptorem defendere tenetur, quandocunq; ſibi controuerſia moueatur, inſtrumenta ſua tituli ipſius rei debet retinere penes ſe, & non tradere emptori.*
12 *Vniuerſitas iuris, vel facti ſi vendatur, & euincitur vnum, vel duo corpora ipſius vniuerſitatis, an poſsit agi de euictione.*
13 *Donatarius an poſsit agere de euictione, euicta re donata.*
14 *Emptor ſi fuit expulſus de fundo per iniuriam priuatæ perſonæ: an poſsit agere de euictione.*
15 *Venditor an teneatur miniſtrare omnes ſumptus in lite mota contra emptorem.*

SI venditori. Tres caſus ponit, in qui-
bus re euicta venditor nõ
tenetur emptori de euictione. ¶ Not.primò, ꝙ c.lo-
quitur in vẽditore.quid in donatore; in legato euicto, & alijs
cõtractibus: an euicta re, teneatur quis de euictione.dictã.ĩ.
1 ¶ Secũdò no.† quomodo ſit denunciatio facienda, quia poſt
inſtitutũ iudicium.quo autem tempore, poſt dicam.ĩ. ¶ Ter
2 tiò no.† quid debet renunciare emptor venditori, hoc ſcili-
cet, ꝙ defendat rem à ſe venditam: non ergo ad finem ſimpli
cis ſcientiæ, ſed ad finem defenſionis ſuſcipiendæ iſta denun
3 ciatio eſt inducta. † & ſic ſimplex ſcientia venditoris, ꝙ lis
mota ſit, non releuat emptorem ab onere denunciationis. vt
4 ĩ. dicam. Ex hoc etiam collige, † ꝙ venditor coram iudice
emptoris tenetur defendere: non autem ad ſuum forum cau
ſam reuocare, vnde clericus venditor debebit defendere em
ptorem laicum coram iudice ſeculari, vt l. venditor.ff. de iu-
5 di. ¶ Quartò no.† ꝙ emptor, qui contumaciter ſe abſentat
tempore ſententiæ, non habet recurſum de euictione contra
venditorem: videtur enim tunc condemnatus propter ſuam
contumaciam, potiùs quàm propter malam cauſam, vt di-
cit glo.2.facit, quod no.Bar.in l.cũ filius.de ver.obl. ¶ Quin-
6 tò no.† ꝙ iniuria iudicantis potiùs nocet emptori, quàm vẽ-
ditori.nam ꝙ iudex faciat iniuriam, eſt quidam caſus fortui
tus, & ideò periculum ex iniuria iudicis procedens imputa-
tur emptori: ſicut omne aliud poſt perfectam venditionem
contingens, vt l.neceſſariò.C.de pericu. & commo. rei vend.
¶ Opp.& videtur, ꝙ re euicta (etiam ſi non denunciauerit)
poſsit emptor agere de euictione, vt l.haberemus.1. Reſpõ.
ff.de euic.ſo.ibi fuit remiſſa denunciandi neceſsitas: hic nõ.
¶ Secundò ad idem op.& videtur, ꝙ etiam ſine denunciatio-
ne poſsit agere, re euicta, vt ff. de euic. l. & ideo.§. præſente.
ſo.dicit glo.ibi venditor latitabat, ne poſſet ad eum denun-
ciatio peruenire. hic ſecus.ad hoc vide, quod not. Bar.in l.1.
ff.quod vi, aut clam. & idem intelligas, etiam ſi ſine latitatio-
ne emptor denunciare non poteſt.C. de euic.l.antepen. ſecũ
dùm Abb.vtile eſt ſeruare dicto caſu, quod dicit cle.cauſam.
de elec. ¶ Tertiò oppo.& videtur, ꝙ etiam ſi denunciauerit,
non poſsit agere de euictione.vt ff.de euic.c.ſi rem.§. quoli-
bet.ſo.ibi denunciauit nimis tardè: ſecus ſi tempeſtiuè.nam
ſera denunciatio nihil prodeſt, vt l.ſi putator.ff. ad leg.aquil.
vſque ergo ad quod tempus iudicij denunciare poſsit; Hoſt.
dicit, quòd quãdiu ius ſaluum ſit venditori: vnde no.de accu
ſa.in l.ſi rem.§.quolibet.ꝙ ibi emptor denunciat in cauſa ap
pel.tantũ valebit denunciatio, ſi omnia integra ſunt actori
circa teſtes, & circa alia, & ei nihil deperit.ff.de op.leg.l.vi.&
idem Vin.& Cyn.in l.emptor.C.de euic.Alij dicũt, quod de-
nunciare poteſt, antequàm iudicium accipiat, per l.qui con-
cubinam.§.hæres.de leg.3.Sed glo.ibi exponit iudicium pro
ſententia.Dyn.diſtinguit, ꝙ aut de euictione agitur ex cauſa
non lucratiua. & habet locum, quod ſupra dixi.Aut ex cau-
ſa lucratiua, & tunc habet locum §. hæres. non enim eſt par
ratio &c.vt C.de codi.l.fina.ſecundùm Ioan.And. ¶ Quartò
ad idem oppo.& videtur, ꝙ denunciatio nihil proſit, vt l.ſi di
ctum §.ſi compromiſero.ff.de euic.ſo. illud verùm, cùm em
ptor, cui mouetur queſtio, in arbitrum compromiſit, & ſuc-
cubuit.ſecus ſi per ſententiam.Ratio differentiæ eſt.quia iu-
dicium redditur in inuitum, vt l. inter ſtipulantem. §. ſi Sti-
chum. de verb.obl.arbitrium verò voluntarium: ideò magis
ſuccurrendum ei, qui inuitus ſuſcipit iudicium, quàm ei, qui
ſponte, vt l.ſi fideiuſſero. §.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda. cog.&
ex hoc dico, ꝙ ſi ex forma ſtatuti cogeretur emptor ad com
promiſſum, & ſuccumberet, haberet recurſum contra ven-
ditorem: de euictio. ſicut ſi corã iudice ſuccubuiſſet. ad hoc
c. ab arbitris.de offi.deleg.lib.6.vbi iſti arbitri neceſſarij, q à
partibus aſſumuntur, magis participant de natura iudicum,
7 quàm arbitrorum.facit l.cũ ſpecialis.C. de iudi. † habes er-
go caſum, in quo emptor, q ſuccubuit, de euic.nõ agit, ſunt.
& alij caſus.primus ſi emit rem alienam ſcienter, quo caſu
non agit.vt l.ſi fundum.C.de euict.& ibi no.Cyn.an emptor
ſciens teneatur ſoluere pretium. eſt, & alius, ſi pactus eſt de
poſſeſſore petitor.vt ff.de euic.l.ſi rem.§.duplæ. Item ſi non
appellauit de euict.l. habemus.§. 1. Alij contra. de quo per
Io.And.ſ.de procura.c.non iniuſtè. Item, & tres caſus ponũ
tur in tex.& alios hic enumerat Ioan.And.ſuper glo.1.ad fi.
¶ Venio ad quæſtiones.& primò quero. dicitur hic, ꝙ em-
8 ptor tenetur denunciare venditori † pone ergo, ꝙ venditor
ſcit litem motam eſſe emptori: an debeat ſibi denunciari. vi
detur, ꝙ non: quia qui certus eſt, certiorari non debet, vt in
c.eum qui certus. de reg.iur.lib.6.& l.1.de act.emp.Io.And.
dicit, ꝙ tutius eſt etiam ſcienti denunciare.ar.ff.de adul.l.de-
nunciaſſe.Guli.in Spe.dicit hoc neceſſarium.eo.ti.in fi. & ibi
hoc



hoc tenet Ioan. An. hic, & Bart. in dicta l.denunciaſſe.& ibi
reddit rationem, quare expedit denũciare abſenti. circa hoc
tamen no.verbum, quod ponit Dy.in d.reg. eum qui certus.
dicit enim, ꝙ quando dubium eſt an denunciatio, vel ſcien-
tia ſit de ſubſtantia, præſumitur ꝙ ſcientia. & ita refert hic
Ioan.An.& Cy.in l.emptor fundi.C.de euic.vbi ponit prædi
9 ctam quæſtionem. ¶ Secundò quæro. dicitur hic, † ꝙ ſi per
iniuriam iudicis ſententia lata ſit contra emptorem. non te-
netur venditor de euict.vtrùm iſtud ſit verũ: ſiue iniuria illa
proueniat culpa emptoris: ſiue etiam ſine culpa, glo.in l. ſi p
imprudentiam.ff.de euic.videtur dicere, quòd quando iniu-
ria iudicis procedit ſine culpa emptoris, nihilominus agit.
contrarium videtur no.ff.de fideiuſ.l.ſine excep.& dicit Ioã.
An.ꝙ hoc communiter approbatur per l.ſi ſeruus. quam al-
legat illa glo.& per l.ſi pro ea.C.man.& ff.de bo.lib.l. qui cũ
maior.§.ſi tamen.& intelligit Inno.de tali iniuria, ex qua iu-
dex teneatur, vt l.1.C.de pœna iu.qui ma.iudi. Si autem talis
eſſet caſus, ꝙ iudex non teneretur (puta ſi non ſufficientes ꝓ
bationes induxiſſet emptor ſine dolo malo) tunc tenetur vẽ-
ditor, qui de probationibus illius rei debet eſſe ſolicitus: ven
ditori enim imputatur defectus probationum: vt hic patet.
emptori verò culpa ſua, & iudicis iniuria ſecundùm Io.And.
10 ¶ † Sed incidenter queritur.dixi ſ.ꝙ ſiue culpa, ſiue ſine cul-
pa emptoris iudex per iniuriam pronunciauit, venditor non
tenetur de euic. ſed quare aliud in fideiuſſore per iniuriam
iudicis condemnato; talis enim, ſi non commiſit culpam, in-
iuria iudicis ſibi facta imputatur domino, & non ſibi, vt di-
cta l.excep.ff.de fideiuſ.Bar.in dicta l.dicit, quòd aliud in fi-
deiuſſore: aliud in emptore per iniuriam iudicis condemna-
to: nam cauſa contra fideiuſſorem mota non pertinet princi
paliter ad emptorem, ſed ad reum principalem: modò ſentẽ
tia lata contra eum, ad quem negotium non ſpectat princi-
paliter, non nocet ſibi, ſed domino: licèt iniuria ſit, vt l.etiam.
C.man.& ſic in fideiuſſore, & principali; in emptore autem
non poteſt dici, ꝙ culpa partis ſit iudicis imprudentia, ſed
culpa ipſius iudicis, vel eius, qui fecit eum præeſſe illi officio.
& ideò non datur regreſſus illi emptori: quia emptione per-
fecta, periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem, vt l. 1.
C.de peri.& commo.rei ven.ſed iſtud, quod fecit iudex, fuit
caſus fortuitus quò ad partes, & ideò ad emptorem ſpectat.
11 & ita dicit Bar.in d.l.except.Ex prædictis collige, † ꝙ vendi-
tor, qui emptorem defendere tenetur, quandocunq; ſibi con
trouerſia moueatur, inſtrumenta ſua tituli ipſius rei debet re
tinere penes ſe: non autem tradere emptori. quod dic, vt l.
creditor.& l.Lucius.de ac. emp. & l. inſtrumenta.C.de fide-
iuſ. Item ꝙ dicitur hic in tex. [ſi per iniuriam iudicis] &c.
Idem intelligas, ſi per imprudentiã, vel errorem, ſecundùm
Ioan.And. ¶ Tertiò quæro.dicitur hic de re ſingulari euicta,
12 † quid ſi venditur hæreditas, vel alia vniuerſitas iuris, vel fa-
cti (vt peculium, grex, armentum, & ſimilia) & euincitur vnũ,
vel duo corpora ipſius vniuerſitatis: an poſsit agi de euic.
dic, vt no.Cy.in l.1.C.de euic. ¶ Quartò quæro.ca. illud lo-
quitur in contractu oneroſo emptionis, & venditionis: quid
in alio contractu (puta tranſactionis & permutationis.) dic,
13 vt l.ſi pro fundo.C.de tranſac.† quid in donatione: an euicta
re donata, poſsit donatarius agere de euictione. diſtingue ſe
cundùm Cyn.aut donator promiſit de euictione ſolemni ꝓ-
miſsione, ex qua poteſt agi: & tunc agetur de euictione, vt l.
quoniam.C.de euict.aut non promiſit de euictione, & tunc
aut donatio incœpit à præcedenti cõuentione, aut à traditio
ne. Si à præcedenti conuentione: tunc refert, aut à præcedẽ-
ti conuentione veſtita, aut nuda.ſi veſtita per ſtipulationem,
tenet iure nouo, & veteri poteſt agi de euictione. Si incœpit
à nuda conuentione: tunc, aut quæris vtrùm potuiſſet agi iu-
re veteri.& dicit, quòd non, vt dicta l. quoniam. aut iure no-
uo.C.& poteſt.vt l.ſi quis argentum.C. de dona. nam ſicut ſi
præceſsit conuentio veſtita, donator tenetur facere rem acci
pientis: quia tenetur dare, quod eſt accipientis facere, vt l.
vbi autem.in fin.ff.de verb.obl.coniuncto.§.ſic itaque. Inſt.
de act.ita hodie, ſi præceſsit nuda conuentio de donando, vt
dicta l.ſi quis argentũ. aut donatio incœpit à traditione.qa
ſemel, R ſemel donat, & tradit: tunc dic, aut quæris vtrũ aga
tur ad particulare intereſſe (vt ad ſumptus,) & tunc; aut non
fuit donator in dolo, & non agitur, aut fuit: & tunc ſic, vt l.
Ariſto.in fi.ff.de dona.Si ad totale intereſſe: tunc, aut agitur
de euictione propriè, nec impropriè.& ita diſtinguit Cyn.in
d.l.quoniam.vbi etiam quærit, ſi res legata euincitur, an poſ
ſit legatarius agere contra hæredem de euic. nam legatũ eſt
quædam donatio in teſtamento relicta, vt l.legatum. de leg.
2.diſtingue, vt ipſe no.C.de leg.l.cũ alienam. ¶ Quintò quæ
ro quando poſsit agi de euic.an demum re euicta in totum,
vel in partem, vel etiam poſt litem motam, antequàm euin-
catur.dic, vt no.Cy.in dicta l.quoniam.in vlt.glo. ¶ Vltimò
quæro.dicitur hic, ꝙ venditor non tenetur, ſi per iniurioſam
14 ſententiam res fuerit emptori euicta. † quid ſi per iniuriam
priuatæ perſonæ emptor fuit expulſus de fundo, quia ille pri
uatus ſe dominum prætendebat: an poſsit emptor agere de
euic.dic, ꝙ non: ad hoc enim, vt venditor teneatur emptori
de euic. oportet, quòd per viam iuris amittat emptor præ-
dium: non per viam iniuriæ, ſeu violentiæ, vt eſt caſus in l.vl
ti.C.de actio, empti. Sed quia in inſtrumentis conſueuit ap-
poni, ꝙ venditor promittit defendere emptorem de iure, &
de facto, quid importet illud verbũ [de facto] dic, vt no.Bar.
in l.ſtipulatio iſta.in prin.ff.de verb.obl. ¶ Vltimò quæro, ſi
mouetur emptori quæſtio ſuper re empta ante ſolutum pre-
tium, an ſoluere teneatur, cũ fuerit rei emptæ poſſeſsionem
adeptus.& poſtea ſibi mota quæſtio, pretio nondum ſoluto.
dic, vt no.in l.ſi poſt perfectam.C.de euic. ¶ Vltimò ex eo, ꝙ
hic, & in multis alijs iuribus dicitur, ꝙ venditor tenetur de-
15 fendere emptorem.collige arg.† ꝙ teneatur a miniſtrare om-
a nes ſumptus in lite.& an ad hoc poſsit agere emptor ante rẽ
euictam, vt miniſtret ſumptus litis: videtur ꝙ ſic, per l. qui
abſentis. de procura.ubi dicitur, quòd mota lite tenetur de-
fendere uenditor.ergo ſi non defendat: tenetur ad intereſſe
ob rem non defenſam.ff.iudi.ſol.l.cum quærebatur.Itẽ pro-
bo per rationem. uenditor tenetur emptori, ut ſibi habere
liceat, ut l. empto.§.pen.ff.de actio.emptio.modò in obliga-
tione, habere licere, ueniunt ſumptus ex lite, ut l. ſtipulatio
iſta.§.ꝙ ſi forte.de uerb.obli. & ibi not. Non obſt. l. 2.C.de
euic.quia illud in euic.rei hæreditariæ. Non ob.l.ſi ſtatus.eo.
tit.quia uerũ eſt, ꝙ non poteſt agi ex clauſula de euict. quia
non eſt euicta: ſed ex clauſula ob rem nõ defenſam: ſiue hoc
fuit expreſſum, ſiue non; quia aliàs intelligitur: unde poteſt
agi ad intereſſe.Non ob.ratio: quia iniuria uenditori nõ no-
cet.ut l.ſi per imprudentiam.de euict.quia illud eſt uerũ, ſi p
iniuriam iudicis: ſecus ſi per iniuriam partis, à qua me po-
tuit liberare ſuſcipiendo litem. & hoc cũ emptor vult agere
ad particulare intereſſe expenſarum lite pen. lite autem fini-
ta, quia emptor obtinuit: an poſsit ſumptus litis repetere à
venditore.dic, vt no.in l. 1.C.de euic.& hoc no.Bar.in l.ven-
ditorem.ff.de uerb.oblig.

ADDITIO.

a ¶ Quod teneatur.Vide Bal.in l.3.C.de peri.& commo.rei vendi.

# De locato, & conducto.

QVIA contractus locationis habet nimiam ſimilitudinem cũ contractu emptionis, & uenditionis: in tantùm, ut ſint quidam caſus, in quibus probabiliter dubitet, an ſit emptio, uel locatio, ut l.1.ff.eo. Ideò propter talem uicinitatem, ſiue ſimilitudinem hunc titu, poſt illum immediatè ſubnectit.de materia habetur. ſ.q.a. c.perpetua.cum ſe.conuenit de pact.c. pleriq;. ut lite pen.c. eccleſia.

eccleſia.2.de fide inſtru.c.inter dilectos.in fi. de re.eccl. non
alin.c.ad audientiam.de deci. c. dilecti. c. licèt à nobis.& c.
tua nobis.cum ſimilibus &c.

*S V M M Æ.*

1 *Conſtitutio legati durat,etiam finito legationis officio.*
2 *Conſtitutio, quæ loquitur de ſcholaribus, non extenditur ad doctores.*
3 *Scholaris vnus, vel magiſter non poteſt conducere hoſpitium, ſiue domum ab alio conductam ante tempus conductionis elapſum. Et quid de alijs,qui occaſione ſcholarum ibi moram trahunt numero 6.*
4 *Hoſpitium in aliquis poſſit conducere in præiudicium inhabitantium.*
5 *Conſtitutio pœnalis,ſi concernit fauorem alicuius,poteſt ille illi actui conſentire.*
7 *Excommunicatio an infligatur ipſo iure contra facientes,vel per ſententiam,ex conſtitutione,qua cauetur.prohibeo ſub pœna excommunicationis,vel anathematis.*

EX reſcripto. Excommunicati ſunt magiſtri, & ſcholares
Bono. qui ante tempus conductionis conducunt
hoſpitia aliorum magiſtrorum,vel ſcholarium ſine ipſorum
conſenſu.& primò decidit relationem legati. ſecundò ponit
ipſius conſtitutionem,quam confirmat.tertiò illam publica
ri mandat.ſecunda ibi [conſtitutionem ] tertia ibi [ſtatuen-
1 tes.]¶No.primò.† ꝙ conſtitutio legati durat etiam finito le
gationis officio.concor.s̃.de offi.leg.c.fi.ſimiliter,& ſenten-
tiæ,& præcepta iudicũ.quod dic,vt l.& puto.ff.de poſtu.& l.
geſta.C.de re iudi.& quod no.in c.à nobis.j̃.de ſent.excom.
¶ Secondò no.ibi [nullus magiſtrorum,ſiue ſcholariũ] &c.
ex hoc enim datur intelligi,ꝙ altero ipſorum expreſſo,aliud
2 genus non veniret: † vndè conſtitutio, quæ loquitur de ſcho
laribus non extenditur ad Doctores, vel è conuerſo. de quo
dic,vt in ſalutatione.de qua in principio voluminis Decreta
lium.& in procœmio Cle.facit,quod not.Io.And.in reg.cùm
3 q̃d prohibetur.in mercurialibus.¶ Tertiò no.† ꝙ vnus ſcho
laris,vel magiſter non poteſt conducere hoſpitium, ſiue do-
mum ab alio conductam ante tempus conductionis elapſũ.
& videtur inducere iſte tex.ſpecialiter in ſcholaribus.& dicit
Hoſt.ꝙ iſta Decre.non intendit aſtringere locatorem, vt ei-
dem inquilino locet ſecundo anno: imò ſecundũ verba po-
teſt locare alteri,lapſo tempore locationis,ſed ante non ſine
conſenſu inquilini. & eſt fortè ſpeciale in clericis ſcholarib.
nam in alijs,etiam durante tempore prioris locationis, pōt
dominus alij locare: dum tamen ſecunda locatio conferatur
in tempus finis prioris.ar.ff.de hęre.inſti.l.in tempus. & qui
po.in pig.ba.l. qui prior.§.à Titio. ſed hoc non poteſt facere
ſcholaris,vt hic patet.& de hoc vide per Cyn.C.eod.l.ne cui.
4 ¶Quartò not. † ꝙ in præiudicium inhabitantium alius non
poteſt conducere illud hoſpitium : quid ergo ſi propè ſcho-
lam,vbi legitur, faber, vel magiſter lignarius conducit do-
mum,& impedit doctorem propter ſtrepitũ.dic,vt no.Bart.
in l.1.ff.ſo.ma.vbi dicir,ꝙ ille,qui præuenit, habet ius:vnde
ſi præuenit ſcholaris, faber debet inde repelli.ſi faber ſcho-
larem,vel doctorem imputet ſibi.dic,vt ibi. ¶ Quintò no. ꝙ
hic pœna excommunicationis imponitur conductori. quid
5 in locatore.j̃.dicã.¶Sextò no.† ꝙ ſi conſtitutio pœnalis cõ-
cernit fauorem alicuius, poteſt ille actui conſentire. ex quo
conſenſu ille,qui cõtrafacit,incidit in pœnam. & hoc verum
ante pœnam inflictam : poſtea verò conſenſus ſuperueniens
non tolerat pœnam iam cõmiſſam.& vide ad hoc,quod not.
in c.p.& g.s̃.dę offi.deleg.& l.inſulam.§.3.ff.ſol. ma. & l.1.ff.
de leg.3.per Bar. ¶ Septimò not.quòd conſtitutio debet an
nis ſingulis publicari.& fortè eſt ratio:quia ſcholares quoti-
die veniunt, & recedunt : vnde quia in loco ſtudij non dicun
tur habere domicilium, vt l. ſcire oportet.ff. ad muni. ideò
magis videtur expediens ſucceſſiua publicatio : quàm in il-
lis,qui in loco continuè hebitant:in quibus ſufficit ſemel pu
6 blicari.facit.s̃.de poſtu.c.1.¶Quæro.iſta† conſtitutio pro-
hibet ſcholaribus, & magiſtris conducere hoſpitia aliorum
ſcholarium, & magiſtrorum:quid ergo de alijs, qui occaſio-
ne ſcholarium moram trahunt in ſtudio(vt ſcriptores,char-
tularij,meretrices, & ſim.) Lau. dixit ad omnes extendi,qui
gaudent priuilegio ſcholarium. de quo in Auten. habita.C.
ne filius pro patre.& hoc etiam tenet Hoſtien. ad meretricẽ
autem dicit non extendi. Sed Hoſtien.dicit eas ligari,ſi par-
ticiparent huic delicto damnato. conducẽdo fortè pro ſcho
lari : vel eum ad hoc inducendo. participat enim in crimine
iſtis caſibus, ergo ligatur,vt c.ſi concubina.j̃.de ſen.excom.
ſecus ſi ſimpliciter ibi ſcholaris cohabitat:vel ſi meretrix cõ
duceret hoſpitium ſcholaris, vel alterius meretricis:tunc.n.
hac pœna non ligatur ſecundùm glo,poſt Ioan.And.& hanc
opi. quòd habitantes gratia ſcholarium ligentur ſi contrafe
cerint,tenet hic Vin. gloſſ. tenet contrarium, quam ſequitur
7 Ioan.Tan.& Goff.¶Secundò quæro.† vtrùm ex conſtitutio
ne ( qua cauetur . prohibeo ſub pœna excommunicationis :
vel ſub pœna anathematis) inffligatur excommunicatio ip-
ſo iure contrafacienti , vel per ſententiam.gloſſ.tenet hic, ꝙ
conſtitutio,quæ loquitur dictò modo,ſit canon latæ ſenten-
tiæ.allegat.64.diſt. c. Salonitanæ. vbi de hoc. & j̃. de ſagi.c.
vno.Idem tenet Vin. Tan. Phi. Bona. contra dic, vt dicto c.
vno.de ſagitta.& de teſta.c.cum eſſes. ¶ Tertiò quæro, qua-
re Papa excommunicat magis conductorem, quàm locato-
rem.dicit,quòd in eos, qui locant (cùm ſint laici) non habe-
bat iuriſdictionem. Hoſtien. dicit, quòd etiam locatores
erunt excommunicati : quia participant in crimine,vt dicto
c.ſi concubinæ.quod ego confirmo alia ratione. dico enim,
quòd in iſtis correlatiuis(vt emptor,& venditor, locator, &
conductor: maritus,& vxor) ſi vnus prohibetur contrahere,
intelligitur per conſequens alteri fore prohibitum ſub eadẽ
pœna,vt l.fina. & ibi Bart.ff. de acceptila. & l. nemo marty-
res.de ſacroſanctis eccle.facit Auten. cui relictum.C. de in-
dic.vidu.tollen. ¶ Quartò quæro. an iſta conſtitutio ſit lo-
calis in ſtudio Bono. tantùm. an generalis ad omnia ſtudia.
& videtur, quòd generalis, poſtquam eſt in corpore iuris
clauſula: licèt de Bononia loquatur, vt Inſtitu. de iure natu.
gen.& ciui.§.ſed quod principi.cum ſe. Item quia eadem eſt
ratio,ergo idem ius,vt l.à Titio.de verbo. oblig.de conſti.c.
tranſlato.& hoc tenet Hoſt.Inno. & Abb.contra quòs tenet
Ioan. And.

*S V M M Æ.*

1 *Epiſcopus non poteſt facere ſtatuta contra iura alterius,niſi quorum intereſt,conſentiant.*
2 *Habens ius decimarum,poteſt ipſarum fructus, locare omnibus, ſiue ſint clerici,ſiue laici.*
3 *Conditionem ſuam ne faciat meliorem, nemo poteſt prohiberi per ſtatutum.*
4 *Prælatis conceſſa eſt locatio rei eccleſiaſticæ, ſed non alienatio, nec infeudatio.*

VEſtra. Reuocatur ſtatutum,quod arctat eccleſias res ſuas certis tantùm lo
care perſonis. & in prima monachorum deciſa
querela. In ſecunda prouiſio cum determinatione,ibi [diœ-
ceſanorum.] & vltra caſum, quem ponit glo. potes dicere,
quòd monachi iſti ex donatione aliquorum vaſallorum de
conſenſu diœceſanorum habebant certas decimas in alia-
rum eccleſiarum parochijs, de quibus epiſcopi ſtatuerant,
1 vt dicit glo. ¶ Not.primò ſecundùm Inno. † ꝙ licèt epiſco-
pus cum Capitulo ſuo poſſit facere ſtatutum quantùm ad
iura ſua, & vbi per id alijs præiudicium non paratur, ſuper
alijs



alijs non poteſt: niſi quorum intereſt,conſentiant,vel ad mi
nùs ſint præſentes,per illud c.& ad hoc.de his,quæ fi.à præ-
la.c.pen.& vltimo.& de ma.& obe.c.ſi.Idem Hoſt. & Ab.ex
quorum dicto ſequitur, quòd non contradicere, vel tacere,
habeatur pro conſenſu,contra no.per Ioan.And. de elec.c.
in geneſi.in glo.no.ſecundùm Inno. ante fi.vbi diſtinguit ap
petibile ab oneroſo.de hoc.j̃.de reg.iuris.c. is qui tacet.lib.
6.& per Cyn. in l. inuitus.C.de procura.& l.contra dotem.
2 ſo.ma. ¶ Secundò no.† ꝙ habens ius decimarum poteſt ip-
ſarum fructus locare omnibus, ſiue ſint clerici, ſiue laici.vt
3 dicã j̃.¶Tertiò no.† ꝙ non poteſt quis per ſtatutum prohi-
beri facere conditionẽ ſuam meliorem: & eſt contra ſtatutũ
vniuerſitatis, quod non permittit locare domos ipſorũ ma-
iori pretio, quàm proximo anno locauerat. & per hoc etiã
conſuluiſſe ſe dicit Io.An.canonico inuito, non poſſe Capi-
tulum ſtatuere canonicum non poſſe locare domum, vel p̃-
bendam,niſi cũ canonico. de hoc ſcilicet ſuper quibus re-
bus poſſint collegia facere ſtatuta. dic per Bart. in repeti.l.
omnes populi.ff.de iuſti. & iure. & l.magiſtri. & l. fina.C.de
4 iuriſdi.omnium iud.¶ Quartò not. in ver. [ita tamen:] † ꝙ
prælatis eſt conceſſa locatio rei eccleſiaſticæ : nõ autem alie
natio,vel infeudatio : vnde ſi quis locaret ad centum annos
(licèt vteretur verbo locationis) tamẽ alienatio cenſeretur,
vt no. Dy.in l.codicillorum.§.ab inſtituto.ff.de leg.2. & de
re.ecc. non ali.c.1.in cle. ex vocabulo ergo nõ cognoſcitur,
an ſit locatio,vel alius contractus,ſed ex effectu,vt dicam.j̃.
c.prox. ¶Oppo.hic Papa irritat ſtatutum epiſcopi. contra
epiſcopus poteſt facere ſtatuta, vt c. cũ conſuetudinis.s̃. de
conſue. ergo inter ſubditos debet tenere. ſo. vt in prima gl.
& dixi in primo no.vel ſi intelligas illud c. de mo. exempto,
planum eſt c.quia tunc mona.non aſtringitur ſtatuto,niſi ꝓ
pter capellas non exemptas. de priuileg. c. ex ore ſecundũ
Vincen.Iaco.& Goff. ¶Secundò oppo. iſte tex.videtur per-
mittere locationem fructuum decimarum quibuſcunque ꝑ
ſonis,& ſic etiam laicis. Sed contra.j̃. depræſcri.c. cauſam.
& de deci.c.quàmuis.ſo. ibi loquitur, cũ ſit collatio perpe-
tua,hic de locatione temporali : vel ex locatione temporali
trãſire poteſt in laicum quoddam temporale ius ad fructus
percipiendos, vt hic iure ſpirituali penes eccleſiam remanẽ
te,vt in dicto c.quamuis.vbi de hoc. transfertur ergo quan-
doq; vtendi commoditas, ſed non ipſum ius inſeparabile à
perſona.concor.l.neceſſariò.§. quod ſi pendente.ff. de peri.
& comm.rei vendi.& eſt hoc mirum,vt illius rei, cuius quis
non poteſt habere commercium, poſſit habere commodi-
tatem fruendi. ¶ Tertiò contra hoc oppo. & videtur, quòd
laicus non poſſit habere cõmercium rei ſpiritualis, nec vtẽ-
di commoditatem.89.diſt.c.iudicatum. ſo. ibi vetat admi-
niſtrationem laico ſuper clericos.de ætate,& quali. c. 2. hic
permittit laico fructus locari, ex quò plus offert : & in hoc
procuratur vtilitas eccleſiæ 10.q.2. de ſimo. c. querelam. &
ſic ſtatutum in contrarium irrationabile eſt : nec ſeruaretur
in hoc iuramentum.de his,quæ fi. à ma. parte ca.c.1. tollen
dum ergo fuit hoc ſtatutum,vt oneroſum, ſecundùm Ioan.
And.& hoc adde pro ſolutione primæ oppo.de qua.s̃. ad pri
mum notabile.

*S V M M Æ.*

1 *Penſio minuenda eſt pro rata propter ſterilitatem contingentem in re locata,ſiue vitio,ſiue caſu fortuito.*
2 *Caſu fortuito quid dicatur prouenire.*
3 *Sterilitas ad hoc vt releuet conductorem à ſolutione penſionis pro rata,quid requiratur.*
4 *Remiſſio penſionis facienda eſt pro rata damni.*
5 *Vbertas præcedentis, vel ſequentis anni debet cum anno medio ſterili computari.*
6 *Penſio an ſit augenda propter vbertatem non compenſandam cum ſterilitate.*
7 *Penſio quando ſoluenda.*
8 *Dominus poteſt expellere inquilinum,ſi vult domum inhabitare,vel reficere, ſi neceſſitas id expoſcat.*
9 *Cautela, quòd conductor non poſſit expelli à domo conducta, vel alia re.*
10 *Neceſſitas non excuſat illum, qui potuit prouidere, & cui ſtatus rei, & conditio erat nota.*
11 *Mulier ſi dat dotem viro,quem ſciebat malè vti ſubſtantia ſua,& vergere ad inopiam, non poterit poſtea petere reſtitutionem dotis illo reſpectu.*
12 *Neceſſitas ſuperueniens facit recedere à contractu.*
13 *Colonus ſi non ſoluit per biennium penſionem; an poſſit expelli.*
14 *Colonus, qui malè verſatur, an poterit propterea expelli.*
15 *Emphiteuta ſi propter penſionem non ſolutam expellitur(qui tamen fecerat expenſas vtiles,& neceſſarias)an poterit eas repetere.*
16 *Penſio an debeat augeri, ſi conductor multum lucratur.*
17 *Famulo infirmanti non debetur ſalarium, niſi pro tempore, quo ſeruiuit.*
18 *Fructus fundi qui dicantur. Et quando dicantur non recipi. numero 20.*
19 *Sterilitas afficiens magno incommodo conductorem(ita quod remiſſio) quæ dicatur.*
21 *Publicanus emit à communi Peruſij pedagium, & omnes fructus &c. vſque ad decem annos &c. ſi vno anno nihil colligit propter bellum,vel aliud impedimentum : an fiet ei remiſſio. Ad de ſimilem caſum nu.25.*
22 *Pretium, & mercedis quantitas faciunt diſcerni emptorem à conductore.*
23 *Emens plures res pro pretio.20.ſol.ſcilicet 10.pro tali.& 10.pro tali &c.an ideo dicetur feciſſe plures venditiones.*
24 *Pretium,verbum quandoq; ponitur pro mercede.*
26 *Emi fructus futuros in plures annos vno pretio: & in vno contingit ſterilitas : an debeat fieri remiſſio pretij.*
27 *Emi fructus vnius anni: cuius erit periculum mei, an venditoris.*

PRopter. Se ſummat, & prima pars loqui
tur de conducente prædium ru-
ſticum: pars verò ſecunda de conducente vrba-
1 num. ¶No.primò †quòd propter ſterilitatem contingen-
tem in re locata ſiue vitio rei, ſiue caſu fortuito, eſt penſio
2 minuenda pro rata. † & intelligitur prouenire caſu fortui-
to, cùm id prouenit propter vim maioris,cui reſiſti non po
teſt : vel propter vaſtitatem hoſtium, vel exercitus tranſeũ-
tis per laſciuiam vndationis, tempeſtatis, incendij, vel
auium, vel ferarum, vt probant.ll.allegatæ in glo.¶Secun-
3 dò not. † quòd ad hoc, vt ſterilitas releuet conductorem à
ſolutione penſionis pro rata : requiritur, quòd culpam non
commiſerit. nam culpa præcedens non excuſat à caſu, vt
ſupra de depo.c.fin. ¶Tertiò not. quæ ſterilitas releuet cõ-
ductorem à præſtatione penſionis. Requiritur enim, quòd
afficiat eum magno incommodo : nam modicum damnum
ferre debet,vt ff. eodem l.habitatores. & l. merces.§. ſi vi-
4 cino. ¶ Quartò not. † quòd pro rata damni eſt penſionis
remiſſio facienda : ſicut ergo minuitur commodum : ita &
onus occaſione emolumenti proueniens. ad quod vide,
quod not. in l.Plautius.ff. de conditio. & demonſt. & colli-
ge ex hoc argum. quòd ſi quis vendidit, vel locauit duas
domos pro vno pretio, vel mercede, & alteram præſtare
non poteſt : tenetur ad alteram, & pro illa pretium,vel mer
cedem ſoluere : quod non credo, imò emptor poteſt rece-
dere à contractu,argum.l. quod autem.ff. de in diem adiec.
5 ¶Quintò not.in ver.[niſi.]† quòd vbertas præcedentis,vel
a ſequentis anni debet cum anno medio ſterili compenſari.
& ex eo, quòd dicit [ præcedentis. ] collige, quòd pro
vbertate non debet penſio augeri: vel ſolui maior, quia iam
fuiſſet ſoluta : ergo non compenſanda in anno ſequenti.
6 & hoc reuocat hic Ioann. And. † in dubium, an propter
 vber-

vbertatem non compenſandam cùm ſterilitate augebitur
penſio.dic quòd,aut vbertas contingit diligentia coloni,ſter
corantis fortè agrum,& non augebitur, argu.C. de fund.rei
pu.l.2.& de omni agro deſer.l.fi.lib. 11. Aut propter boni-
tatem terræ hoc accidit,& nihil augmentabitur:cùm domi-
nus bonitatis terræ ſciens videatur locaſſe, quantò plus po-
tuit ab initio.ff.de ac.empt.l.1.in fi.Aut hæc vbertas contin
git caſu fortuito,& fieret augmentatio penſionis:ſicut fieret
diminutio propter ſterilitatem : quia contrariorum eadem
eſt diſciplina,vt Inſti.de his,qui ſunt ſui,vel ali.iuris.in prin.
¶Sextò no.tex. dum dicit [remiſsio facienda] ex hoc enim
7 datur intelligi, † quòd non eſt penſio ſoluenda in prin. tem
poris: aliàs ſterilitate ſuperueniente diceret tex. [ reſtitutio
facienda]in fi.ergo videtur , ꝙ fieri debeat ſolutio per hoc
verbũ,[remiſsio ]& hoc tenent hic Phi.& Inn.& Ac.C.eo.l.
ædem.& Spec.e.tit.§.poſtquàm.ver.[ſed quæritur quando.]
pro hoc facit , quia ſemper in promiſsione in dubio , quod
minimum eſt,debetur.ff.de regu.iur.l.ſemper. Item cũ quid
promittitur in diem,vel annum,vel poſt annos certos , ſem-
per debetur in fine temporis.ff.de verb.obli.l. eum qui Ca-
lendis.& l.qui hoc anno.& l.eum qui certarum. & idem di-
cit Io.An.dicendum videtur in eo, qui locat operas ſuas,ſi-
ue ſit medicus,ſiue aduocatus,vel alius: niſi aliter ſit actum,
vel de conſuetudine , vel propter aliam iuſtam cauſam alius
præſumatur,ſecundũ eum,qui etiam remittit ad Spec.de ſa-
la.§.nunc.de procu.in fi.& §.ſequitur.ver.[ ſed quãdo] Bar.
dicit,in locatione dicendum eſt, vt tenet glo.in dicta l.ædẽ.
In opera debes aduertere.quandoq; datur pecunia pro ſum
ptibus alijs,quàm pro mercede laboris(vt pecunia,quæ da-
tur legatis,vel quibuſdam alijs:) & illa debet ſolui in initio,
vt l.legatum.§.1.ff.de leg.& l.ſi verò non remunerandi.§.1.
ff.man.quandoque debetur pecunia pro mercede, & hic ad
uertẽdum primò,quod veroſimile eſt : puta ſi eſſet talis,qui
non poſſet operas exhibere,niſi pecunia ſolueretur ſibi : tũc
videtur actum,ꝙ in initio ſoluetur , vel in menſes ſingulos,
vel ſi eſt appoſitum aliquod pactum , per quod poteſt colli-
gi,quòd ſoluatur in factum,vt l.opus,quod in aduerſis.ff.lo
ca. Inſpicimus ergo veroſimile , vbi verò de veroſimili non
apparet in obligationibus,quæ deſcendunt ex cõtractu. dic
ſalarium deberi in fine temporis : licèt cedat dies in initio,
vt no.in d.l.eadẽ.C.e.In his uerò, quæ debentur ex diſpoſi-
tione legis;ſi quidem eſt unum ſalarium conſtitutum,debe-
tur in initio,ut l.1.§.diuus ff.de va.& extraor.cog.ſi verò eſ
ſet conſtitutum annuum : tunc debetur in principio cuiuſli-
bet anni, vt l.poſt duos.ff.de aduo.di.iudi. & ita not.in d.§.
8 diuus. ¶Septimò no.in verſi [verũ]† ꝙ dominus poteſt ex
pellere inquilinum,ſi vult domum inhabitare, vel reficere,ſi
neceſsitas id expoſcat,ex quo argue,ꝙ aliàs non uidetur, ꝙ
poſsit, & ſic poſsit ſibi reſiſtere inquilinus , ar. ad hoc.ff.de
vi, & vi ar. l. colonus. & hoc credo verũ; quia licèt colonus,
vel inquilinus nullum habeet ius in re: tamen quia occaſio-
ne rei conductæ habet domum obligatam ad intereſſe , po-
terit rem conductam licitè retinere , vt l. ſi non ſortem.§. ſi
centum.ff.de condi.inde.& dixi.ſ.depo.c.fi. & hoc tenet gl.
C.e.l.ædẽ.alibi tamen dicit l.ꝙ dominus tenetur ad intereſ-
9 ſe.vt l.inſulam.ff.e.† cautela tamen eſt,ꝙ conductor pro ſuo
intereſſe velit rem ſibi locatam obligatam eſſe:tũc enim , cũ
poſsideat,non poterit à domino,vel ab eo, cui venderet,vel
legaret rem illã, expelli. quod aliàs poſſet ; quia emptor nõ
tenetur ſtare colono.quod dic , vt l.emptor.C.e. per Cyn.&
no.Bar.in l.qui fundum.ff.e. ¶Octauò no. tex. ibi [quæ ta-
10 men non imminebat]&c. † ꝙ neceſsitas non excuſat illum,
qui potuit prouidere:& cui ſtatus rei, & cõditio erat nota.fa
cit ad q.quidam contraxit cũ homine parùm diuite, & quo-
tidie labente facultatibus:vult poſtea facere eum capi , tan-
quàm fugitiuum:certè ( poſtquàm conditio hominis erat à
principio ſibi nota) hoc dicere non poteſt; nec iſto reſpectu
eũ facere detineri.ad hoc optimè.ff. vt in poſ. leg.l.is à quo.
§.fin.cũ l.ſeq.& l.ſi creditor.& ibi Bar.ff.de his, quæ in frau.
11 credi. Item facit ad qõ.† ꝙ ſi mulier dat dotem viro , quem
ſciebat malè vti ſubſtantia ſua , & vergere ad inopiam : non
poſsit poſtea petere reſtitutionem dotis illo reſpectu , ar. ẽt
ad hoc.C.de ſpon.l.fin.contrarium tenet Bar. in l.ſi conſtan
12 te.ff.ſol.mat. Et collige etiam ex hoc tex.† quòd neceſsitas
ſuperueniens facit recedere à contractu : ex quo erat domi
nium tranſlatum.in ſi. dixi, quòd ſi procurator meus incœ-
pit eſſe prodigus , & malorũ morũ : videor tacitè reuocaſſe
mãdatũ,vt l.ſi cũ Cornelius.ff.de ſolu.per hũc etiã tex.dico,
ꝙ ſi locatori erat nota peruerſa conuerſatio cõductoris, nõ
13 poſsit eum repellere hoc prætextu.Nonò no.† ꝙ ſi colonus
non ſoluit per biennium penſionẽ,põt expelli. quod intelli-
git Io.An.de conductore ad modicũ tẽpus:talis enim,ſi ex-
pellitur, non põt ſe prętendere ſpoliatum , quia non poſsi-
det:ideò propria auctoritate dñs potæſt eũ repellere : ſecus
in colono perpetuo:vel qui cõduxit ad nõ modicũ tp̃s. tales
enim poſsident , & habent vtile dñium , vt l.2.ff. ſi ager vec.
pe.C.de fun.pa.l.iubemus.Ideo non poſſunt vi expelli,quod
eſt verũ: niſi in vltimo caſu huius.c. Et circa hoc,an p bien-
nium non ſoluendo poſsit quis expelli.diſtingue.aut loqui-
mur in emphiteuta,aut ſimplici colono. primo caſu, aut eſt
emphiteuta priuati: aut eccleſiæ.ſi priuati, requiritur ceſſa-
tio per triennium,vt l.2.C.de iure emphiteutico. ſi eccleſiæ:
tũc ſufficit ceſſatio per biẽniũ,vt hic.& ĩ.c.prox.& C. de ſa-
cro ſanc.eccle.Auten.qui res.Secundo caſu quando eſt ſim-
plex colonus:& tunc,aut fuit expreſsè actum de non expel-
lendo: & requiritur ceſſatio biennij, vt l.quæro.§.inter loca
torem.ff.eo.aut hoc non fuit actum,& tunc,cùm ceſſat in ſo
lutione,debito tẽpore expelli poterit, vt C. eo. l.ædẽ.& hæc
vera in emphiteuta, & colono.quid in illo,qui ratione rei te
netur ſoluere cenſum,vel tributũ:an ſi non ſoluat, cadat à iu
re ſuo?dic,vt ĩ.de relig.do.c.conſt.vbi tex.& glo.¶Decimò
14 not.† ꝙ ille,qui malè verſatur, poteſt expelli.quid ſi nõ ma-
lè: ſed inhoneſtè (quia retinet meretrices) an poſsit expelli?
Cy.ꝙ ſic , ſi ex hac inhoneſtate generatur p̃iudicium locato
ri,vel rei.ff.eo.l.ea lege §.vlt.& hoc no.Cy.C.e.l.ædẽ. & hoc
caſu licèt expellatur , tenetur ſoluere penſionẽ totius tẽpo-
ris:ſed ſi expellitur(q̃a malè verſatur in ea , retinendo fortè
porcos in ſolario) tunc pro rata ſoluere debet.& ita not.hic
Io.An.in fi.remittit ad Spec.eo.ti.§.poſtquàm ver.[ ſed nun
15 qd.]vbi latiùs.aduerte.† pone,ꝙ propter penſione non ſolu
tã expellitur emphiteuta,vel cõductor de fundo,qui fecerat
in eo expẽſas vtiles,& neceſſarias: an poterit eas repetere?
vr̃, ꝙ non:Auten.de ali.& emphi.§.ſi verò quis.dicit Bar. ꝙ
ſimplex colonus poterit repetere,vt l.colonus.ff.eo. emphi-
teuta verò,ſiue ſit emphiteuta eccleſiæ,ſiue alterius,nõ pote
rit repetere ſuas meliorationes.l.2.C. de iure emphi. rõ põt
eſſe,quia emphiteuta minorem penſionẽ ſoluit:& ideò con-
ſueuit apponi in inſtrumento, ꝙ dat talem rem in emphiteu
ſim meliorandam,nõ deteriorandã. Ita not. in d.l.colonus.
¶Oppo.dicitur hic,ꝙ debet fieri remiſsio per ſterilitatem.
Sed cõtra de l.licèt.C.eo.ſo.vt in glo.1.quæ dicit, ꝙ iſte tex.
tradit regulam.quæ fallit,ſi aliter actum ſit, vt in contrario.
& i.ſi quis fundum.ff.eo.Item fallit, ſi culpa cõductoris hoc
accidit,vt in 1.c.Item ſi colonus culturã deſeruit,vt l.ex cõ-
ducto.§.fi.ff.eod. Item ſi vbertas vnius anni poteſt cũ ſteri-
litate alterius compenſari,vt hic.& hæc regula, & exceptio.
locum habent,cũ colonus allegat fructuum ſterilitatẽ : quia
tũc illius anni debet fieri remiſsio , exceptis p̃dictis caſibus:
quandoq; colonus allegat fundi caſmoſitates , quia caſmate
perijt.& tũc idem:quia debet fieri remiſsio pro rata,vt l.ex
conducto.§.pen.ff.eod.quandoq; colonus allegat fructuum
vilitatem.puta,dicit colonus:fructus bene ſunt collecti : ſed
ſunt multum viles:tunc nõ debet fieri remiſsio , vt dicta l.ex
conducto.§.1.quandoq; colonus allegat fructuum paucita-
tem,



tem,ſeu exiguitatem.puta,quia bene ſunt recollecti fructus
aliqui etiam vltra expenſas: & tunc videtur , quòd non de-
beat ſibi fieri remiſsio,vt l. ſi vno.§.cũ quidam.ff.eo.Quan-
doq; colonus allegat damnum in fructibus poſt perceptis
(quia fuerunt ſibi arrepti vi hoſtium,vel prædonum. & tunc
non debet ſibi fieri remiſsio. quia eoipſo,quòd fructus fue-
runt recollecti,contractus fuit perfectus, & ex parte locato
ris impletus : vnde damnum poſtea contingens debet eſſe
conductoris. & hæc diſtinctio habet locum ex parte locato
16 ris : † ſed ex parte conductoris (ſi fortè multum lucratur:)
an debeat pẽſio augeri. dic breuiter, quòd,aut lucratur mul
tum colonus, non ex eo , ꝙ fructus recolligantur vltra ſoli-
tũ,ſed ex eo,ꝙ multum plus fructus valent (vt anno præteri
[illegible] valuit mina grani 5.florenos)& tunc non augetur
[illegible] pter illam cariſtiã, ſicut non minueretur propter
vilitatem;quia eadem debet eſſe lucri, & damni rõ . Si verò
multum lucratur propter fructnum exuberantiam, & tunc,
aut propter diligentiam coloni,& non augetur,aut non pro
pter diligẽtiam: ſed caſu(vt locaui tibi molendinum: modò
multa alia ſunt deſtructa impetu aquarum, ita ꝙ in duplum
lucraris) tunc debet fieri augmentum penſionis. Ita diſtin-
guit Bar.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.eo. ¶ Secundò oppo.
& videtur, ꝙ locator non teneatur de caſu fortuito in fructi
bus contingente: ſicut in cęteris bonæfidei contractibus nõ
tenetur quis de caſu fortuito contrahenti ſecum,vt l.quæ for
tuitis.C.de pig.ac.ſo. ex caſu fortuito nõ tenetur locator ad
totale intereſſe conductoris , ſed ad illud , quod ipſe debet
conſequi,ſcilicet remittere pẽſionem pro rata.¶Tertiò op.
venditor,re perempta,poſt venditionem perfectam nõ tene
tur reddere pretium , ſed omne periculum poſt contingens
pertinet ad emptorem,vt l.neceſſariò.ff.de peri, & commo.
rei ven.ergo nec locator tenetur reddere,vel remitrere mer
cedem: cùm eiſdem regulis regularetur emptio, & locatio,
vt ff.eo.l.1.ſo.dicit glo.in l.ex conducto.§. cũ quidam.ff.eo.
aliàs.l.ſi vno. ꝙ aliud eſt in venditore , qui certat de damno
vitando,vt ibi : nam ſi non haberet pretium,non totum ca-
reret re vendita,& pretio.aliud in locatore, qui certat de lu
crò.hanc etiam rationem ponit Goffr.hic.eod.c.Sed hæc rõ
non placet. pone enim,quòd res locata eſt perempta: certè
ita certat de damno vitando : ſicut vendicet . & tamen eſſet
remiſsio facienda. Aliam rationem aſsignat Cy.C.eod. l. cũ
quidam. quam etiam Bar.reprobat. & reddit aliam rõnem:
dicit enim,ꝙ periculum interitus ſpectat ad emptorem, qñ
venditur res,quæ eſt in rerum natura. Ita loquitur totus tit.
de peri. & commo.rei ven.C. & ff. Sed ſi venderem tibi 20.
corbes frumenti,qui naſcentur in tali fundo: & non naſcere
tur,niſi 10.fieret remiſsio pretij pro rata,vt l. ſi debitò.ff. de
contrahen.empt.ita in propoſito.locator,qui locat operas,
tenetur ad operas futuras,quæ nõ ſunt in rerum natura . Itẽ
ille,qui locauit rem,tenetur ad patientiam pro toto tempo-
re, quæ patientia non eſt,antequàm veniat tempus: meritò,
cũ caſus euenerit,quo operæ præſtari non poſſunt, fit remiſ
ſio pro rata: ſicut in emptione, & venditione, cũ eiſdem re-
gulis procedant iſti duo contractus,vt dictum eſt.Et ex hoc
17 hoc habes: † ꝙ ſi famulus tuus infirmatus b eſt , non debes
b ei dare ſalarium: niſi pro tempore,quo ſeruiuit,quicquid di
cat glo.in l.arboribus.§.de illo.ff.de vſufruc.& ita dicit Bar.
in d.§.item cũ quidam.vbi quid iuris, ſi ille qui tenetur ali-
quid facere pro mercede ex diſpoſitione legis,vel vltima vo
luntate,& caſu impediatur : an debeat habere ſalarium pro
toto tempore,vel pro rata?dic per eũ , vt l.1.§. diuus. de va.
& extraordi. cog. & quid iuris , ſi ex contractu innominato
quis tenetur dare:vel facere, in caſu fortuito impediatur?qđ
dic,vt l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob tur.cauſam.& vide in vl-
timis voluntatibus de impedito implere condi.vt l.in teſta-
mento.de condi.& demon.& l.1.C.de condi.inſti.¶Sed hic
incidenter quæritur, anno præterito Iubilei. 1309. quidam
de Eugubio credens inde trãſire romipetas , multas domos
conduxit pro hoſpitio retinendo , & habitatione : propter
guerrã nullùs inde tranſiuit . quæro an debeat ſibi fieri re-
miſsio mercedis?videtur ꝙ non; quia fructuum paucitas nõ
inducit remiſsionem mercedis, vt dicto.§.cum quidam.Sed
ex illa domo percipitur fructus: quia poteſt habitare ipſe,&
familia ſua: & commodiùs, quàm ſi tranſiuiſſent romipetæ.
In contrarium facit l.cũ in plurea.ff.eo.quid dicẽdum. Bar.
18 dicit. † ꝙ fructus fundi dicuntur non ſolũ illi, qui ex fundo:
ſed illi , qui fundi occaſione proueniunt : puta capiebantur
ibi feræ,aues,& ſimilia,vt l. item ſi fundi.§. aucupationis.ff.
de vſufruc.dicit ergo, quòd aut ille , qui conduxit domum,
conduxit eam cauſa ſuę habitationis (licèt cogitaret ibi etiã
alios hoſpitare) & tunc (quia inter eum,& dominum fuit ſo
lùm cogitatum de habitatione) nõ debet fieri remiſsio mer
cedis,vt ff.e.l. habitatores. aut fuit facta locatio ad tenendũ
ibi hoſpitium (& ſic fuit cogitatum de fructu , qui percipi-
tur ex illo) & tunc debet fieri remiſsio mercedis , quaſi ſu-
peruenerit ſterilitas, cùm nullum fructum conductor perci
piat: magis enim deberet expendere in lectis,famulis,& ful
cimentis (quæ ſunt ad hoſpitium neceſſaria) quàm ſit com-
moditas.ideò debet ſibi fieri remiſsio , vt l. ſi in lege.§.1.ff.
eo.Aut de hoc dubitatur: & tunc ex qualitate domus,& per
ſonæ conductoris debet hoc iudicari,& præſumi.nam ſi erat
hoſpitator,& conduxit magnam domum : præſumẽdum eſt
pro hoſpitio,& debet fieri remiſsio,vt prædictum eſt : aliàs
ſecus. & hoc no.Bar.in l.cùm in plures.ff.eo.¶Quartò op-
po. & videtur,quòd fructuum ſterilitas non excuſet condu-
ctorem , quominùs teneatur de penſione integrè ſatisface-
re,vt no.in d.§.cum quidam.ſo.quandoque quis locat fun-
dum, vel domum : & loquitur iſte tex. quandoq; quis locat
operas ſuas tantùm: quandoque rem:quandoq; rem,& ope
ram:& in ſingulis iſtis mẽbris,quid iuris ſit? ſi caſus contin-
git in perſona conductoris,vel locatoris.diſtingue plenè, vt
no.in d.§.cũ quidam. & Bart. etiam plenè in l.1.§ diuus.ff.
de var.& extraord.cogn. vbi quid iuris in poteſtate,aſſeſſo-
re,aduocato,doctore, & alijs,qui in medio temporis:vel ali
ter ante finem temporis,quo conducti ſunt,deceſſerunt : vel
aliter ſunt impediti officium, vel lecturam exercere: an de-
beant habere totum ſalarium , vel pro rata temporis , quo
ſeruiuerunt? dic, vt ibi plenè per eum . & l. Mœuia.de an.le.
19 ¶Quæro primò. † quando dicatur ſterilitas afficiens ma-
gno incommodo conductorem, ita quod fiat remiſsio. Ioã.
And. tangit hic.quidam dicunt,quando non recolligitur ſe-
men, vt dicta l.ſi vno.§.fina.& hoc in glo.prima. Alij dicunt
ſtandum eſſe opi.vulgi.Iaco.de Ra. vt refert Cy. C.eod.l.li-
cèt. dicit,quòd tunc videtur ſterilitas,quando cunductor eſt
deceptus,vltra dimidiam iuſti pretij,argum.l.2.C.de reſcin.
vendi.pro dicta opi.videtur caſus in l.ſi merces.§.vis maior.
ff.eo.vbi dicitur[intolerabile]&c. tunc enim poteſt dici in-
tolerabile,vel magno incommodo affici, quando vltra dimi
diam iuſti pretij eſt deceptus.Sed hoc videtur contra caſum
§.cũ quidam ſępius alleg.vbi fructuum paucitas non indu-
cit remiſsionem mercedis.dicit ergo Bart.in d.§.vis maior.
ꝙ quando fructus fundi venduntur , & non naſcuntur,pre-
tium non debetur, vt l.nec emptio.de contrahen.emptio. ita
ita in propoſito, ille, qui conducit fundum ſub certa pecu-
nia,quodammodo videtur emere fructus:ideò quando fru-
20 ctus nõ percipiuntur,non deberetur penſio:†tunc aũt dicũ-
tur fructus non recipi,quando nihil ſupereſt, deducta impẽ
ſa,vt l.fructus.ff.ſol.mat. & tunc dicitur ſterilitas;quia nihil
percipitur.ita loquitur exemplum.t.ex conducto.§.fin. & l.
ſi vno.§.fin.ff.eo.& iſtud eſt dãnum intolerabile: de quo lo-
quitur.§.vis maior. vbi hæc not. Bart. ¶Secundò quæro de
21 quæſt.quam Bart. diſputauit . † Publicanus quidam emit à
cõmuni Peruſij pedagium,& omnes fructus , prouentus, &
redditus,qui percipientur , & percipi potuerunt p ipſum pu

blicanum ex dicto pedagio, & ex quibuſdam ædificijs, &
molendinis, vſque ad 10. annos, & non vltra, pro pretio mil
le librarum ſoluendarum quolibet anno: prout cedit capit
pro rata: contingit, ꝙ vno anno propter gnerram ex dicto
pedagio nil eſt perceptum, & propter inſolitam abundan-
tiam aquarum dicta molendina ſunt deſtructa: nec poſſunt
refici ſine magna impenſa, vnde ex eis ſimiliter nil eſt per-
ceptum, quæritur, an pro dicto anno debeat ſibi fieri remiſ-
ſio pretij, vel non. & videtut primò, quòd non: quia poſt em
ptionem perfectam pertinet periculum ad emptorem, vt l.
neceſſariò. de pericu. & commo. rei. ven. ſecundò probatur
ex natura rei emptæ, ſcilicet vſusfruc. pedagij: quod eſt per-
cipere à tranſeuntibus, vt l. 1. ff. de publi. vnde ſicut ſi vendo
nomen, vel hæreditatem, periculum eſt emptotis, etiam ſi ni
hil percipitnr, vt l. ſi nomen. & l. cũ hæreditas. cũ ſi. ff. de hær.
& ac. ven. Ita videtur hic dicendum. Item videtur hic empta
ſpes, ſiue alea, vel futurus euentus: quo caſu ſi nihil percipi-
tur, periculum eſt emptoris, vt l. ſi iactnm. de acti. emp. Ter-
tiò hic probatur: quia emi ad non modicum tempus (& ſic
dominium vtile tranſlatum eſt, vt l. 2. ſi ager vec.) ergo pe-
riculum fructuum percipiendorum ad eum ſpectat. In con-
trarium probatur, primò ex natura contractus locationis,
vbi fit diminutio propter ſterilitatem, vt in iſto c. cũ ſi. & ꝙ
ſit locatio, patet: quia hoc pretium debet ſolui annuatim:
non ſemel ergo eſt locatio, vt no. in l. 1. C. de iu. emphy. præ
terea poſito, quòd eſſet emptio: tamen (quia emuntur fru-
ctus futuri) fructibus non natis, non eſt emptio. de contra-
hen. emp. & patet, quòd iſta emptio fuit contracta ſub con-
ditione. quia dictum fuit, qui naſcentur, & percipi poterũt.
quæ verba ſonant in conditione, vt l. Stichum qui meus erit.
de leg. 1. ergo fructibus non natis, nihil emptum videtur, vt
l. debitor. § veroſimile. de contrahen. emp. præterea hoc ꝓ-
bat ratio: quæ inducitur ad probandum, quare in emptio-
ne, re perempta, periculum eſt emptoris. & in loeatione, fru
ctibus non perceptis, eſt periculum locatoris, quia fit re-
miſſio, vt hic dicit glo. quia venditor certat de damno. eſſet
enim in damno, ſi non haberet pretium, re perempta: ſed lo
cator certat de lucro, cũ nil de ſuo amiſerit, vt not. in l. quæ-
ro. §. Item cùm quidem. & Roff. in titu. de acti. & loc. in fine.
Sed in illo contractu, eſt eadem ratio, ergo &c. quid dicen-
dum. Bart. ipſe ad cognoſcendum contractum emptionis à
contractu locationis, & conductionis notabiliter ſic diſtin-
guit, aliquando agitur, vt pro certo pretio aliquid tradatur,
& transferatur dominium: tunc conſtat, quòd eſt emptio,
vt l. conuenit. & de contrahen. emp. & ſic loquitur totus ille
titulus. C. & ff. Idem ſi agitur, vt transferatur aliquod ius (pu
ta vſusfru. vel ſeruitutes, vt l. cum manu facta. §. 1. ff. de con-
trahen. emp. & de peri. & commo. rei ven. l. neceſſariò. §. fi.)
aliquando agitur, vt ille, qui pecuniam recipit, nullum ius in
alium transferat, ſed tantùm, quòd aliquid faciat, vel opere
tur. & tunc eſt locatio, & conductio, vt l. cùm venderem. & l.
item ſi pretio. ff. loca. & iſto caſu non refert, vtrùm vnum ꝑ-
tium conſtituatur pro toto tempore, & ſemel tantùm ſolua-
tur, vel ſingulis annis, vel menſibus, vt ff. de vſufru. l. qui ope
ras. & ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. locaui. aut conuenit, vt ille, qui
pecuniam recipit, aliquid mixtum faciat. & de hoc eſt ali-
quid, quod conſiſtat in dando, & faciendo mixtum. Et hic
eſt aduertendum. aut datio, ſeu rei tranſlatio venit principa-
liter (fieri autem venit per quandam contumaciam:) & erit
emptio, vt ff. e. l. 2. & Inſti. loca. §. itẽ quæritur. ibi enim prin-
cipaliter agitur: artifex dat annulos certæ formæ. quod au-
tem ipſe faciat, eſt ex quadam conſequentia. ſ. quia alias da-
re non poteſt. aut fieri venit principaliter: dari autem venit
ex quadam conſequentia (vt quia ædificat in alieno:) & erit
locatio, vt. ff. eo. l. item ſi in pacto. §. inſulam. Aliquando du-
bitatur, quod iſtorum principaliter veniat, & iſte eſt caſus
noſtræ quæſtionis: nam poteſt eſſe, ꝙ principaliter venit
tranſlatio iuris vſusfru. patientia, quæ eſt facti, veniat in cõ-
ſequentiam, vt l. 3. §. dare. ff. de vſufruc. & ſic fructus faceret
ſuos, tanquàm fructuarius: & erit emptio. Item poteſt intel-
ligi è conuerſo, ꝙ patientia veniat principaliter: fructus au-
tem iſtos facias ſuos ex quadam conſequentia, ſcilicet quia
domini uoluntate perciperet, non enim aliquo ſuo iure, qđ
habuerit in re: ut in ſimplici colono, cui dominus tenetur
ad patientiam, ut l. ex conducto. in princ. & l. ſi merces. §. q
fundum. ff. eod. & ſic eſt dubium, an ſit emptio, uel locatio.
22 & iſto caſu glo. ſingularis dat doctrinam, † ſcilicet; quia ꝓ-
tium, & mercedis quantitas facit diſcerni emptorem à con-
ductore, vt no. ff. de ſuperfi. l. 1. §. 1. in glo. ſuper ver. agendo
vult dicere, ꝙ pretium eſt unum, & certum, merces non, cũ
per ſingulos annos ſoluitur. Ita not. C. de iure emphy. l. 1. &
quod ibi tenent Doct. Si ergo eſſet unum pretium conſtitu-
tum, quòd non ſolueretur annuatim ſoluendo: dico, ꝙ eſt lo
catio, & conductio. & ſic debet fieri remiſſio: ſicut in loca-
tione. hoc reſpectu Specu. dum ponit formam contractus
uenditionis fructuum, ſe refert ad unum pretium tantũ: ſed
cũ ponit formam locationis, ponit mercedem annuam, ut
in Specu. de emp. & uen. §. 1. uer. ſi autem uſufr. & de loca. §.
1. & in prima, & ſecunda forma. præterea poſito (dicit ipſe)
ꝙ inhærendo uerbis contractus, cũ dicit [emit, & pretium]
&c. uelles dicere, quòd ſit emptio: tamen remiſſio fieri de-
beret. nam certũ eſt, quòd ſuperficies transfertur in alium,
vel per locationem, vel per venditionẽ, vt l. 1. §. 1. de ſuperfi.
& tamen ſi ſuperficiarius ſuperficio non põt vti: fit remiſſio
eius, quod annuatim eſt ſoluendũ, vt l. inter quos. §. annum.
& ibi no. ff. de dam. infec. nam etiam in contractu innomina
to, vbi aliquid annuum eſt ſoluendũ, fit remiſſio. ſicut in lo-
catione, vt l. licèt. C. eo. & eſt caſus, & glo. in l. excepto. eod.
tit. patet hoc etiam in tributis, quæ annuatim ſoluuntur: in
quibus ſi fructus percipi non poſſunt, non debentur, vt ff. de
cen. l. formam. §. illam. ſimile in emphyteuſi. vt no. Cy. in l. 1.
in fin. C. de iure emphy. & dicam. ĩ. c. prox. Non obſt. ꝙ fuit
vnum pretium conſtitutum: ſed diuiſa ſolutio per tempora,
quia talis inſpectio locum habet in legatis, & alijs obligatio
nibus ſimplicibus, ſed in obligationibus reſpectiuis vnitas
pretij non inſpicitur, ſi fuit habitus reſpectus ad ſingula, vt
ecce ſi plures res emuntur vno pretio, dicitur vna emptio.
23 † Sed pone, quòd emo plures res pro pretio 22. ſolidorum,
ſcilicet 10. pro tali, & 10. pro tali &c. certè dicuntur plures
venditiones, vt ff. de ædi. edic. l. ædiles. circa fi. in glo. quæ in-
cipit meritò. quã tene menti. & ita eſt in quæſt. noſtra, vt pa
tet ex thematẽ. Nõ ob. ꝙ vſi ſunt ver. [emit, & vend]. & ver.
[pretio.] nã ver. [emere] ponĩt pro conducere. C. loca. l. hi
qui. & ff. eo. l. qui inſulã. §. qui edem. & l. cũ te. §. fi. & l. Ceſar.
24 de publica. & hoc ponit Goff. in ſumma de loca. §. 1. † Item
& verbum [pretiũ] quandoq; ponitur pro mercede, vt not.
pet Azo. in ſumma loca. §. 1. & probatur in dicto §. q ædẽ. li-
cèt propriè hoc nomẽ [pretiũ] congruat ſolĩ contractui em
ptionis, & venditionis, vt no. C. de prædijs curi. l. fina. Con-
clude ergo, quòd debeat fieri remiſſio: cùm ex pluralitate
annorum, & diuiſionis pretij per tempora ſit cenſenda lo-
25 catio, & conductio. Sed pone, † quòd vnum ſit pretium con-
ſtitutum: verbi gratia emi pedagium infra quinque annos,
ſiue 10. pro mille. contingit, quòd in vno anno propter guer
ram nil eſt perceptum, an debeat mihi fieri ex computatio
pretij, vel ſi ſolutum eſt, poſſit repeti pro illo anno ſterili.
Bar. latè diſputat in l. licitatio. §. qui maximos. ff. de publi. &
concludit, quòd non. quia quando perceptio, vel percipien-
di cõmoditas emitur: videtur emi alea, ſiue ſpes, ſiue futu-
rus euentus, vt l. ſi iactum. de actio. emp. dicit tamen ſolicitè
aduertendum; quia hoc eſt verũ, quando guerra non infer-
tur locatori, vel ſibi infertur, ſed eſt à longo: ita ꝙ mercan-
tiæ non habent tranſitum. Si enim dominus, vel ciuitas, quæ
locauit, faceret alteri guerram, vel ſibi fieret iniuſtè: eſſet
remiſſio



remiſſio facienda: & deberet fieri excomputatio pretij. Non
ob. l. fina. de actio. empti. quia illa violentia non infertur pro
pter inimicitias venditionis: alias ſecus, vt l. ſi merces. §. cul-
pæ. ff. eod. & ſolu. matr. l. pe. & iſta habent locum in pedagijs.
26 † Sed nunquid idem eſt, ſi emi fructus futuros [c] in plures an
c nos, vno pretio, & in vno contingit ſterilitas: an debeat fieri
remiſſio pretij. diſtingue. quandoq; quis, emit vſusfructus
(& hoc conſtat.) & omne damnum pertinet ad eum: niſi cul-
pa domini accideret, vt l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff.
de peri. & commo. rei vend. quandoq; quis emit perceptio-
nem fructuum: & tunc videtur emere ſpem, ſiue aleam. &
idem, vt d. l. ſi iactum. quandoque quis emit fructus futuros
plurium annorum. & hic eſt aduertendum. aut enim quis
emit certam quantitatem fructuum (vt centum corbes ex ta
li fundo:) tunc ſi minus naſcitur, eatenus fit remiſſio pretij:
vel expectatur, quòd iterum naſcatur, vt l. ſi debitor. §. veroſi
mile. de contrahen. emptione. & de verb. oblig. l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacrã. vbi plenè per Bart. Aliquando quis emit fru
ctus alicuius fundi per tempora ſimpliciter, quantitate non
adiecta: tunc ſi quidem ipſi fructus ſunt percipiendi ab ipſo
emptore, ad eum tranſit cultura, & cura: & tunc ius vſusfru-
ctus videtur emptum, vt l. cum ita. de vſufructu lega. & l. ſi qs
ita. ff. de vſufructu. & ff. vſufru. quemadmo. ca. l. idem eſt. &
ibi not. Si verò fructus ſunt percipiendi ab ipſo venditore, &
tradendi emptori: tunc ius vſufruct. non videtur venditum,
vt l. fundi Trebatiani. de vſufruc. leg. & not. in dicta l. ſi quis
ita. & hoc caſu verba contractus ſunt inſpicienda. nam quan
doque dicitur (vendo fructus naſcituros, vel qui naſcentur)
tunc fructibus vno anno non natis, pro illo anno non vide-
tur perfecta emptio, vt dicta l. nec emptio. de cõtrahẽ. emp.
& debet ſieri remiſſio pretij pro rata illius anni. quandoq;
dicitur (ſi qui fructus naſcentur, ſint tibi venditi: vel vendo
fructus, ſi quos percipi contingeret, vel ſimilia verba) tunc
ipſum incertum, alea, ſiue ſpes videtnr empta. ff. de hære. vel
ac. ven. l. quod ſi in venditione. & l. ſeq. Aliquando verba cõ
tractus ſunt dubia: nec ex eis apparet, vtrũ fructus ſunt per-
cipiendi ab emptore, vel venditore (vt quia ſimpliciter dicit,
vendo tibi fructus:) tunc ſi pars, ſiue quota fructuum vendi-
tur, ab ipſo venditore eſt fienda perceptio, vt l. ſi defun. §. fi.
de vſufruc. Si verò omnes fructus ſunt venditi: tunc ab ipſo
emptore. & præſumitur venditus vſusfructus, vt l. cũ ita. de
27 vſufru. & l. ſi quis ita. de vſufruc. ¶ Vlterius † quæro ſi emo
fructus anni: cuius erit periculum? Reſpondeo, ſi quidem
emo fructus pendentes, & periculum eſt meum, niſi aliud
conuenit, vt l. fiſtulas. §. fi. de contrahen. emp. & de act. emp.
l. qui pendẽ. Si verò emo fructus futuros (vnde ad me tran-
ſit cultura, & cura:) tunc ex annua præſtatione non poteſt
colligi præſumptio locationis, vt dixi ſ. vnde dicit Bar. ſtan-
dum verbis. vt ſi dicit [emo] ſit emptio, & iudicetur ſecundũ
noſtram emptionem. vbi dico [loco] ſit locatio, vt probatur.
ff. de don. l. qui ſaxum. Iſta ſunt, quæ ex dictis Bar. in d. §. qui
maximos. & in illa diſputatione Publicanus, &c. in ſummam
redegi. quæ ſi diffuſiùs vis videre, reperies in eiſdẽ locis &c.
¶ Quærit ipſe vltimò in dicto §. qui maximos. ſi quis emit
fructus molendini, vel alteriùs ædificij, indigentis refectione,
& magna impenſa: propter quod fructus interim non per-
cipiuntur: cuius ſit periculo, & ad quẽ pertinet illa refectio.
dic, vt ibi plenè, & prædicta pro pleniori intelligentia bene
no. per alios hic non tacta, ſine quibus, & cum his ſolùm,
quæ Doct. tangunt parùm intelligeres hoc. c.

ADDITIONES.

a ¶ Cómpenſari. Adde l ſi vno in princ. & ibi Alex. qui pulchrè limitat. ff. loca. Pau. de Caſt. conſi. 54. incip. quia exceptio res Idem Pau. in l. ſi ex conducto § ſi vis. ff loc. Bal. in l. licet 9. & 10 q. C. eo. titu.

b ¶ Famulus infirmatus eſt. vide Bar. in l. diem functo. ff. de aſſeſſo. in c. cõſuetudinem §. qui verò. de cle non reſiden. gl. Doc. & Flori. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufr. Bal in l. fin. ad ſi. de condi. in ſer. Bar. in l operæ ff. de vſufr. leg. in l. ſi vno § item cum quidam. ff loca.

c ¶ Fructus futuros. an tales fructus poſſint emi ſoluendo pretium tempore contractus, ſine reatu. vide Inno. in c. in ciuitate de vſu. Pau. de Caſt. conſi. 19. Bal. in rub. C. de vſur.

*SVMMAE.*

1 *Nunciatio, & requiſitio debet fieri eccleſiæ.*
2 *Dominus ſi dixit ſtatim ſe velle emere: non tenetur vlteriùs emphyteuta ipſum expectare.*
3 *Iudex poteſt ad vlteriora procedere, finita dilatione ab eo conceſſa.*
4 *A dictio denotat ſeparationem.*
5 *Terminus ſi ſtatutus eſt alicui, vt declaret animum ſuum, & in termino nihil dicit, habetur pro repudiante, ſiue recuſante.*
6 *Emphyteuta poteſt ius ſuum, & meliorationes alij vendere.*
7 *Contumacia domini in non reſpondendo tribuit facultatem emphyteutæ vendendi, ſed non perſonis prohibitis.*
8 *Pœna eadem iudicatur vendere, irrequiſito domino, vel ceſſare in ſolutione canonis per biennium.*
9 *Dies ſtatuta à lege interpellat pro homine.*
10 *Emphyteuta ſi agit contra tertium pro re emphyteutica contra tertium: an poterit tertius ei obijcere, quòd cciderit propter canonem non ſolutum.*
11 *Contractus emphyteuſis in quo differat à contractu locationis, & conductionis, & emptionis, & venditionis: & quare fuerit introductus.*
12 *Emphyteuta an poſſit donare rem, quam tenet in emphyteuſim.*
13 *Perſonæ quæ ſunt, quæ prohibentur emere rem emphyteuticam.*
14 *Tempus quantum detur ad purgandum moram.*
15 *Dominus an poſſit expellere emphyteutam ceſſantem ſoluere canonem propria auctoritate. Et eo eiecto, an poterit petere penſionem præteritorum annorum. nu. 18.*
16 *Creditor ex pacto an poſſit ingredi rem ſibi obligatam propria auctoritate.*
17 *Emphyteuta ſi ceſſauit ſoluere canonem infra tempus, ſed dominus recepit eum poſtea ſua ſponte: an amodo poterit eum expellere.*
19 *Res emphyteutica ſi perit in totum, vel in parte: an debebit fieri diminutio canonis.*
20 *Diminutio penſionis, an fiet propter ſterilitatem.*
21 *Res data in emphyteuſim ſi non poteſt laborari propter bellum: an periculum pertinebit ad emphyteutam.*
22 *Domum ſuam quidam dedit alicui abbati, vt eum aleret: ſi domus combuſta eſt, an teneatur poſtea eum alere.*
23 *Hæredum vnus ſi ceſſat in ſolutione partis ſuæ debiti canonis: an alteri, ſoluenti partem ſuam, fiat præiudicium.*
24 *Probare quis debeat, emphyteuta ſe ſoluiſſe canonem: vel dominus non fuiſſe ſolutum.*
25 *Emphyteuta ſi vult ſoluere penſiones plurium annorum futurorum: an poſſit inuito domino.*
26 *Hæres emphyteutæ ignorans conditionem rei hæreditariæ ſi non ſoluit penſionem per teiennium: an poterit expelli.*
27 *Pactum factum de non expellendo, etiam ſi penſio non ſoluatur: an valeat.*
28 *Purgatio moræ quando admittatur.*

POtuit. Gregorius eſt, & ſeipſum ſummat.
1 ¶ No. primò. † ꝙ nunciatio, & re-
quiſitio debet fieri eccleſiæ, quod de prælato intel
ligitur, vt c. ſcire debes. 7. q. 1. facit, quod not. ſ. de conceſ.
præben. poſt electionem. & ĩ. de exceſ. præla. c. tanta. & ſuf-
ficit facere iſtã requiſitionem extra iudiciũ, vt l. qui Romæ.
de verb. oblig. & per Bar. in l. non ſolùm. §. fi. de ope. no. nun.
¶ Secundò no. quid debeat nunciare emphyteuta, ſcilicet ꝙ
vult vendere, & pretium, quod offertur, & ſic re vera ꝓtiũ dẽt
offerri, vt l. fi. C. de iure emphy. & nõ intelligas, ꝙ antequàm


rem

rem venalem exponat, debeat nunciare, ſed antequàm ven-
dat.& vide in Spec.e.tit.§.nunc aliqua.ver.92.& not. contra
illos,qui debent vendere primò conſortibus, vel proximio-
ribus vicinis,pro æquali pretio,quod offertur:debet ergo p̃-
tium verè reperiri,non autem ſimulari.nec ſtaretur in hoc aſ
ſertioni ſuæ in præiudicium proximiorum,vel cõſortum,ar.
C.de dona.ante nupt.Auten. ſed cũ neceſſe. & ff. de caſtren.
2 pecu.l.ſi fortè. ¶Tertiò no.† quòd cùm dominus dicit ſta-
tim ſe velle emere: non tenetur vlterius emphyteuta ipſum
expectare. Ex quo no.quòd ſi datur alicui tempus ad delibe
randum à iure: ſi priùs reſpondeat, eſt ad vlteriora procedẽ
3 dum,non obſtante,quòd adhuc de termino ſuperſit.†Idem
in dilatione conceſſa à iudice,vt cauſa dilationis finita, poſ-
ſit iudex ad vlteriora procedere, & non finem termini ex-
ſpectare.vt l.à filia.§.alumna.ad Trebel.& quod no.Bar.in l.
in illa ſtipula.ſi kalendis.& l. cũ ſtipulatus ſim mihi à procu-
lo.de verb.oblig. & c.commiſſa.de elec.lib.6. ¶ Quartò no.
dilationem duorum menſium à die denunciationis. quot au
tem dierum intelligatur menſis.dic,vt not.j̃. de elec.lib.6.&
4 an dies denunciationis computetur in termino. dic, † quòd
a illa dictio, [à] denotat ſeparationẽ,[a] vt l.3.de actio.emp. &
5 vide quod no.Archi.in c.pia. de exce. Quintò no. † ſi eſt ſta
tutus terminus alicui,vt declaret animum ſuum,& in termi-
no nihil dicit:habetur pro repudiante,ſiue recuſante:non au
tem acceptante.de hoc,an taciturnitas habeat vim repudia-
tionis,vel acceptationis.dic,vt no.ff.de acqui.hęre.l.4.¶Se-
6 xtò no.† quòd emphyteuta poteſt ius ſuum, & melioratio-
nes ſuas alij vendere.& ſic habet in re ius, diuerſum tamen à
iure dominij,& debilius: quod patet, quia licèt emphyteuta
vendere volens teneatur requirere dominum. non tamen è
conuerſo dominus vendere volens, vel donare:non tenetur
requirere emphyteutam.de quo in Spec.eo.tit.§.nũc aliqua.
7 ver.93.¶Septimò not. † quòd contumacia domini in non
reſpondendo tribuit facultatem emphyteutę vendendi, ſed
non perſonis prohibitis.facit quod no.in cle.1.de ſup. negli.
præla.in quæſt.quam refert Ioan.And.ſe diſputaſſe. quæ au-
tem perſonæ intelligantur prohibitæ,tangit glo. & j̃.dicam.
8 ¶Octauò no.† quòd eadem videtur pœna vendere in requi
ſito domino: vel ceſſare in ſolutione canonis per biennium.
aduerte tamen, quòd celeris ſatisfactio reddit eum tutum,
ſi non ſoluit canonem, ſed ſi vendidit,irrequiſito domino,&
celeriter redemit: an euitet pœnam expulſionis, ſentit hic
Io.An. quòd non: dum dicit,quòd iſte ver.[niſi] reſpicit ſo
lùm proximum dictum ar.contra.ſupra de re.eccle. non ali.
c.ſi quis presbyterorum.& c.quod ſicut.de elec. dic, vt tan-
git Bar. in l.ſequi.§.ſi rem.ff.de vſucap. & ſic eſt maius deli-
ctum in faciendo, quàm in omittendo, vt l. ſi ſeruum. ff. de
verb.oblig.& l.ſi mora ſolu. ma. quid autem iuris ſit, ſi ſol-
uit partem: an euitet hanc pœnam. dic, vt in dicto §. nunc.
ver.39.dicam.j̃.poſt gl. ¶Nonò no.in verſi.[niſi] quòd em
phyteuta poteſt moram purgare ad euitationem pœnæ. &
hoc verùm,cùm dies eſt præfixus à iure:ſecus ſi ab arbitrio,
vel ab homine,vt l.Celſus.de arbit. de quo dic, vt l.& ſi poſt
tres.ff.ſi quis cau.& l.inſulam.de verbo.oblig. per Bart.& in
9 fra dicam fortè plenè. ¶Decimò not. † quòd dies ſtatuta à
lege pro homine interpellat.facit l.ſi mora.ff.ſolu.matrimo.
Idem in die ſtatuto ab homine,vt l.magnam. de contrah.ſti-
pul. ¶Vndecimò no.tex.ibi[potuiſſet expelli]&c. quòd ꝓ-
pter non factam ſolutionem, non eſt præciſa emphyteuſis ip
ſo iure: ſed ita demum,ſi domino placuerit.& hinc eſt,quòd
b ſi dominus [b] recipit penſionem pro tempore futuro,præiu-
dicat ſibi in iure expellendi,vt j̃.dicam. & hoc tenet hic In-
10 no.& Doct. † ex quo arguo,quòd ſi emphyteuta egerit con
tra tertium ſuper re emphyteutica,vel ſuis iuribus: non poſ-
ſet ille tertius ſibi obijcere: tu cecidiſti à iure tuo: non quia
ſoluiſti canonem. nam cùm dicta exceptio non ſit excluſiua
iuris agentis ipſo iure: non poteſt opponi à tertio, iuxta no.

per Doct.in l.cum ſeruum.C. de ſeruis fug. & l. conſequen-
ter. & ibi no.fa.her.& l.2.ſi ager vec.Expeditis no. quia ap-
paratus.c.eſt ſolemnis,cum additionibus neceſſarijs recita-
11 bo eum per ordinem,vt iacet. ¶Primò quæro † quę eſt dif-
ferentia inter iſtum contractum emphyteuſis, locationis, &
conductionis,emptionis,& venditionis.glo.prima tractat in
quo conueniant,& differant,vt in ea habes.de hoc.& quo iu
re ſit introductus iſte contractus,& vnde dicatur,& cuius na
turæ ſit.dic,vt in d.§.nũc aliqua.in 1.col.dominus Cy. dicit,
ꝙ iſte contractus differt à contractu locationis in pluribus,
& primò in ſui conſtitutione,ſiue forma. nam in iſto contra
ctu oportet aliquid dari præſentialiter.& hoc dato,ſtatuitur
aliqua merces annua.probatur.C.de ſacroſan.eccl.Auten.q
res iam dictas.& de excu.mu.l.priuato.lib.10.& hoc ſecun-
dùm Iac.de Are.Alij dicunt,quòd non eſt de ſubſtantia,ali-
quid à principio dari: niſi in rebus eccleſiaſticis, vel publi-
cis: contra quos facit ſimilitudo, quam habet iſte cõtractus
cũ contractu emptionis, & venditionis. ad cuius eſſe requiri
tur pretium à principio,vt j̃.de contrahen. empti.§. pretiũ.
propter ſimilitudinem ergo, quam habet ille contractus cũ
emptione, & venditione,idem eſt dicendum,vt in eo. vt In-
ſti.e.§.ad ea.& pro opi.Ia.facit.C.de iure emphy.l. fin. ad fi.
vbj datur quinquageſima pars pretij ꝓ inueſtitura noui em-
phyteutæ.& hanc opinionem tenet etiam iſta gl.prima. Ioã.
tamen And. dicit, quòd hoc non eſt neceſſarium aliquid à
principio dari. Secundò differt à locatione in præſtandi qua
litate. quia in locatione nomine penſionis datur pecunia nu
merata.ff.depo.l.1.§.ſi quis ſeruum. ſed hoc poteſt præſtari
in aliud. Tertiò differt in rei amiſsione. quia conductor per
biennium ſi ceſſat,perdit ius ſuum,ſed emphyteuta per triẽ-
nium.quod tñ dic,vt dixi ſ̃.c.proxi.& Cy.in l.eadem.C.eod.
tit.Item in rei facultate:quia emphyteuta non dat ſubſtitu-
tum ſine domini voluntate, vt hic. ſed conductor ſic, vt not.
Cy.C.e.l.viam veritatis. Item differunt in perſeuerantia ſui:
nam locatio eſt temporalis, ſed contractus emphyteuticus
eſt perpetuus,vt C.ſi ager vec.pe.l. 1. A contractu etiam em
ptionis,& venditionis differt in pluribus: primò in pretij cõ
ſtitutione.quia emptio non eſt ſine pretio, vt d. §. pretium.
ſed in contractu emphyteuſis poteſt etiam dari ſpecies pro
inueſtitura,ſecundùm Ia.de Are.Tertiò differunt in præſtan
di diſtributione. quia in emptione datur vnicũ pretium, ſed
hic aliquid annuum,vt Inſti.loca. §. 2. & Auten. qui res iam
dictas. Item differunt in dominij acquiſitione: quia in em-
ptione,& vendi. transfertur directum dominium, ſi vendi-
tor erat dominus,vt Inſti. de re. di.§. per tradi. ſed in empt.
transfertur vtile,directo penes dominum remanente, vt l.2.
C.de iure emphy. Item differt in periculi tranſlatione. quia
in venditione omne periculum tranſit ad emptorẽ, vt l.1.C.
de pericu.& commo.rei ven.ſed in emphy.nõ omne, ſed par
ticulare.rõ quia ibi perpetuò eſt res apud emptorẽ. ſed hoc
põt ad dñm reuerti: ideò eligitur quædam media via. Item
differũt in rei facultate, quia emptor poteſt facere quicquid
placet: ſed non emphyteuta,vt hic patet.Item differt in ſolu
tionis ceſſatione. quia in emptione, ſi non ſoluitur pretium,
non diſſoluitur cõtractus ſine alterius voluntate.de cõtrahẽ.
emp.l.non idcirco.ſecus in emphyteuſi, vt hic patet. cõiter
aũt differt à locatione,& emptione in ſui origine.quia illi cõ
tractus ſunt de iure gen.Iſti de iure ciuili,vt Inſti.e.§.1. Item
differunt in ſcriptura,quia in illis non eſt opus: in illo ſic.fa-
cit quod no.j̃.de cenſi.c.1.lib.6.Item illi ſunt bonæfidei: iſti
aũt ſtricti iuris,vt Inſti.de act.§.actionum. Item differt in re
rum incongruitate.quia illi ſuper rebus mobilibus,& immo
bilibus: iſti ſuper immobilibus tantũ, vt l.priuatę.C.de exe-
cu.mu. lib. 10. & de his, & alijs differentijs vide per Azo. in
ſumma hoc eo.tit.¶Secundò circa hoc extra quæro,qđ dif-
ferat iſte cõtractus à contractu,qui dicitur libellus, & à con
tractu,qui dicitur præcarium.de iſto libello dic, vt no. Azo.
in



in ſumma hoc eo.c.precario.vt no.C.cõmò.l.2.& de vtroq
ipſe no.C.de iure emphy.l.1.in 2.& 3.q.dic vt ibi. ¶Tertiò
quęro,dr̃ hic,ꝙ emphyteuta non põt vendere,dño irrequiſi
12 to:†ſed an poſsit donare. glo. refert quoſdam dicere,ꝙ non
poſsit:quod tenet Vin.pro quo c.nuper.de dona.inter virũ,
& vxor.& in 10.colla.de feu.non alien.ſine contumacia dñi
Imperialem.ad hoc facit ſm̃ eum: quia de alienatione prohi
bita facit l.mentionem.ſed donatio eſt alienatio, ergo &c.
Alii dicunt,quia donare poterit.quod tenet Accur.in l.fi.de
iu.emph.Phi.& Inn.hic,& Gui.in Spe.eo.§.verſi.97.Alii di-
ſtinguunt inter emphyteutam eccleſiæ, vt non poſſit dona-
re,& emphyteutam priuati,vt poſsit.quod nõ placet Io.An.
Alii Moder.vt refert Cy.in d.l.fi.in 1.q.tenent,ꝙ ſiue vẽdat,
ſiue donet,ſiue alio modo in alium transferat, requiruntur,
q̃ dñr in d.l.fi.ſi ad illum contractum adaptari poſſant: nam
licèt in donatione non poſsint adaptari, quod ipſe dẽat of-
ferre,ſi vult ꝓ tanto adaptari:tñ põt de conſenſu,& de præ-
ſtatione quinquageſimæ partis.& hoc innuit prin.d.l.fin.vbi
dicit,alienare, vel ius emphyteuticum in alium transferre.&
in fi.d.l.dr̃,vel æſtimationis loco, quæ non referuntur ad ven
ditionem.Nec ob.quod hic,& d.l.fin.dr̃, vendere. nam ver.
[vẽditionis,]alienatio,& diſtractio continentur,vt ff.de do.
pe.l.12.reſp.& quod dixi ſ̃.ti.1.c.cum cauſam.& ꝓ iſta op.
facit ratio,& mens legis,quæ fuit,vt ille,in quem emphyteu
ta ius ſuum transferre intendit, dñm recognoſcat, & ab eo
teneat:vt ſic ab eo perſonaliter conueniri poſsit,quod aliàs
non poſſet.Cy.tñ reſidet cum Accur.Phi.Inn.& aliis p̃dictis
per rationem.nam venditor habet affectionem ad pretium:
quæ affectio non concernit magis illum,q̃ illum.ideò eſt do
minus præferendus,à quo emphyteuta eſt beneficium con-
ſequutus,arg.c.cum in officiis.de teſta.ſed in donatione hẽt
affectio ad perſonam,quæ magis põt concernere alium, q̃
dñm.& ita tenet hic Io.And.¶ Quartò extra gl.quęro:nun-
quid emphyteuta poſsit legare,vel in dotem dare:vel extra
neum hæredem inſtituere,vel pignori dare,locare, vel pmu
tare.Remittit Io. An. ad Spec.in d.§.ver.93.ver.125.& an
13 in feudum dare.ver.129.¶ Quintò quęro,† quę ſunt illę per
ſonæ, quæ emere prohibentur.dicit gl. omnes minores,qui
non ſunt idonei conueniendi facilitate:ex quò poſſet dñis p̃iu
dicium generari,quam gl. bene no.cui concor. quod not.in
l.2.ff.qui ſatiſd.co.& gl.j.exemplificat de eccleſia Ho.dicit,
ꝙ eccleſia intelligitur prohibita in emphyteuſi ſeculariũ, &
ſeculares in emphyteuſi eccleſiæ,habito reſpectu ad emphy
teutam alienantis:vt ſi duriorem ſubrogat, prohibita intel-
ligatur alienatio:aliàs non. & hoc cõiter de vtraq; emphy-
teuſi eccleſiæ,& priuati.dicit tñ Io.And. ꝙ eccleſia ꝓhibita
recipere rem emphyteuticam ratione facilitatis non conue
niendi,debebit habere æſtimationem.de quo in d.§.ver.97.
¶Sextò quæro,dr̃ hic,ꝙ p̃t emphyteuta expelli,ſi non ſol-
uit,&c.ſed pone,ꝙ in caſu, quo emphyteuta ceſſaret in ſolu
tione canonis:eſt appoſita pœna,ſubiuncto,rato manẽte pa
cto,&c.contrarium tenet glo.quæ incipit.vt 10.q.2.&c. po-
terit ergo dominus ipſum expellere,& pœnã petere, & hoc
ẽt tenet Accur.& Cy.in l.2.C.de iure emph.in 8.q.¶Cõtra
hoc op.& vr̃,ꝙ per appoſitionem pœnæ vr̃ renunciatum ꝓ-
uiſioni l.ſcilicet deiectioni.quia prouiſio hominis facit ceſſa
re prouiſionem l.in illo caſu,vt l.fi.C.de pac.conuen. ſol.di-
cit Cy.iſta eſt via brocardica:an vna prouiſio tollat aliã, vel
concurrant ſimul,diſtinguit ergo plenè in d.l.2.in 6.qõ. vbi
videas.& vide de prædicta q.in Spec.in prææalle.§. ver.36.&
duob.ſe.& vide quod no.15.q.2.c.ſi eccleſię.& de arb.c.di-
lecti.in fi.in vlt.gl.prædictam etiam quæſt.diſputauit Pileus:
vt patet in quæſt. & incidit illam quæſt. an pœnalis ſtipula-
tio mouet primam:de qua in l.obligationum ferè.§.vltimo.
de act.& oblig.& l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact. ¶Septi-
mò quæro.hic admittitur purgatio morę, ſi celeri ſatisfa-
14 ctione.&c.quæro ergo,†quantum tempus dabitur ad pur-

gandum illam moram.quidam,ꝙ vſque ad ſententiam. alii
vſque ad litis conte.ſed ambæ iſtæ opi.ſunt contra tex.ſi enĩ
non requiritur, ꝙ extra iudicium moueatur: multò minùs
requiritur,ꝙ in iudicio petatur: cùm plus ſit in iudicio pete
re,q̃ extra iudicium amouere,ſecundùm Io.An. Alii dicunt
celeriter prouidere,ſi intra 10.dies.alii,q̃ citò potuit.Alii ar
bitrio iudicis.ſimile quod no.80.diſt.c.fi. & quælibet iſtarũ
opi.tangitur in glo.& ita patet,&c.& ll.quas allegat, ꝓbant
quamlibet opinio.ex quibus elice diſtinctionem, quã ponit
Bar.in l.inſulam.de verbo.obl.Inno.dicit,ꝙ reputat illũ ſibi
celeriter ꝓuidere:qui exactione in iudicio, vel extra ſtatim
ſine vllo termino ſoluit, & multò fortiùs ſibi prouidet ce-
leriter,ſi antequam exigatur in iudicio, vel extra,ſoluat.con
ſulit tamen Ho. ꝙ non meretur:nam ſi tractus ad iudicium.
ſoluit:non vr̃ ſpontaneus.remittit Ho.eo.ti.§.potuit.verſic.
quid ſit de natura.ver.quod verius.& ſe.& in Spec. prææalleg
§.verſi.84.Ego de iſta materia remitto ad Bar.in d.l.inſulã,
vbi allegat.ll.quæ quandoq; admittunt purgationem ſemp:
quandoq; vſq; ad litis conteſta.quandoq; vſq; ad ſententiã:
quandoq; poſt ſententiam,vſq; ad litis conteſta.ſuper actio.
iudicis,quandoq; nunquam admittitur.dic vt ibi.¶Octauò
quæro.dr̃ hic,ꝙ ceſſando ſoluere canonẽ,poſſet expelli,&c.
15 †Sed nunquid propria auctoritate.gl.quæ incipit. ſed nun-
quid,&c.dicit,ꝙ melius facit, ſi iudicis auctoritate hoc fe-
cerit.de hoc plenè in Spec.d.§.48.& Hoſti.remittit ad ſum-
mam.e.ti.§.potuit.ver.[quid ſit de natura.] & quoſdam ca-
ſus.ſ.30.in quibus poſsit quis ſibi ius dicere,vide in Spec.de
actore.§.1.verſic.item quod vltimò aduerte,ꝙ per illũ ver.
melius facit &c. videtur glo.ſentire, quòd ſi vellet dominus
propria auctoritate eiicere, hoc poſſet,& hoc ver. melius,
ſiue tutius,loquitur Accurſi.in l.2.C.eodem. vbi dicit Cyn.
poſt Pe.quod periculum eſt hoc ſequi in emphyteuta: ſed in
ſimplici colono prædicta opinio vera:ratio differentiæ eſt.
quia ſimplex colonus non habet ius in re, nec poſſeſsionem
rei,vt l.non ſolet.ff.loca. Sed emphyteuta habet ius in re, &
poſſeſsionem rei,& ideò ſi propria auctoritate dominus eũ
expellit:videtur ſe vindicare,quod non licet,vt l.non eſt ſin-
gulis.de reg.iu.& hanc opini. quòd non poſsit,videntur ſeq
Bu.& Mar.per l.lex vectigãli.ff.de pigno.C.ſi mand.ita fue.
alie.l.1.in prin.Rayn.de For. tenet cum iſta glo.& ac.ꝙ au-
ctoritate propria poſsit,per dictam l.2,& illud c.niſi permit
titur domino emphyteutam expellere:ergo propria aucto-
ritate,vt l.3.§.cum igitur.ff.de vi,& vi arma. & probatur in
Auth.de ali.& emphy.§.ſi verò. In alia materia habui quæ-
16 ſtion. †an ex pacto liceat creditori rem ſibi obligatã ingre-
di propria auctoritate.& Bart.diſtinguit, quòd aut debitor
reſiſtit ex iuſta cauſa, & non poteſt.aut ex iniuſta: & tũc,aut
reſiſtit ſolo verbo,& nihil operatur talis contradictio: quia
talis licentia, ſiue pactum executiuum iuris realis non tolli-
tur nuda pœnitentia debitoris,per l.aliud.de ſolu. Aut reſi-
ſtit facto,& tunc, aut ſe cõſtituit creditoris nomine poſside
re,& poteſt creditor per vim ingredi.nam per talem conſti-
tutionem precarii penes creditorem eſt vtraq; poſſeſsio, vel
ſaltem ciuilis:vnde debitor reſiſtendo facit ſibi vim: ideò p̃t
incontinenti expelli.& magis dr̃ defenſio, quàm occupatio
poſſeſsionis,vt no.in l.cum fundum. & l. qui poſſeſsionem.
ff.de vi & vi ar. aut non eſt appoſitum dictũ pactũ precarii,
& non p̃t expellere reſiſtentem.quia etiam nec colonũ inter
uertentẽ poſſeſsionem,vt d.l.cum fundum.& l.colonus. de
vi & vi ar.excuſat tamen dictum pactum de ingrediendo à
vitio clandeſtinitatis.qđ dic,vt no.Bar.in repetit.c.credito-
res.C.de pig.quę materia adaptatur quæſtioni propoſitę,in
quantum illa,quæ licent per pactũ, licent per l.vnde in caſi-
bus,in quibus auctoritate propria poteſt quis ingredi ex pa
cto,in illis poterit auctoritate iuris. ad hoc l. ſi cõuenerit.ff.
de pac.¶Nonò quæro.†emphiteuta ceſſauit ſoluere cano-
17 nem infra tempus: ſed recipit eum dominus poſtea ſponte,

an amodo poterit cum expellere?gl.hic diſtinguit.quòd aut
loquimur in emphiteuta priuati:& tunc,aut recepit canonẽ
lapſo termino ſine proteſtatione:& non poterit eum poſtea
expelle.quia videtur renũciare iuri expulſionis:aut cum pro
teſtatione.& poterit vtrumque facere.ſcilicet canonem reci
pere, & expellere. Aut loquimur in emphiteuta eccleſiæ,&
tunc erat vnus ſolus rector in eccleſia.aut erat collegiata. &
ſi erat collegiata:aut ſolus prælatus recepit canonem:& non
præiudicat eccleſiæ in iure expellendi. aut recepit prælatus
cum Capitulo:& præiudicat ſibi.iſta eſt diſtinctio gl. Aduer
te.firmat enim gl.quòd dominus elapſo termino ſolutionis,
recipiendo canonem, ſimpliciter præiudicat ſibi in iure ex-
pellendi.Idem tenet, Accur.in d.l.2. de iure emphite.Cy.ibi
dicit,quòd illa quæſtio poteſt eſſe duplex.poteſt enim quæ-
ri,an poſsit expellere,& petere penſionem futuri temporis,
& non poteſt,vt in Auth.de non ali.§.ſi verò quis.¶Item po
18 teſt quæri.†an poſsit expellere,& conſequi penſionem præ-
teritorum annorum:& videtur, quòd non.quia quoties con
currunt duo ſimul,non petitur vtrumq;,imò alterum, vt ff.
de doli exce.l.apud Celſum.§.Labeo.& videtur caſus,quòd
poſsit expellere,& penſionem non petere,in Auth. de ali.&
emphi.§.ſi quis verò.col.9.Cy.refert ibi opi.Pet. tenentis,ꝙ
poſsit petere vtrumque allegatur pro caſu.ff.loca.l.colonus.
in princi.& hoc tenet Io.de Blanoſco in libello ſuo ſub rub.
de vti·ac in rem,quæ datur emphi.Ia.de Are.dicit,quòd aut
dominus primò deiecit,& poſtea vult penſionem:& poteſt,
vt d.l. colonus. aut primò habuit penſionem, & poſtea vult
deijcere, & tunc aut habuit penſionem futuri tẽporis:& non
poteſt,vt ff. de pact.l. qui in futurum. & de doli excep.l.2.§.
non malè.aut habuit penſionem tẽporis præteriti,& aut ſim
pliciter,& tunc,aut ſimpliciter accepit:& non poteſt expel-
lere,quaſi purgetur mora.ff.ſi quis cau.l.2.pro hoc.ff. de pu
bli.l.vectigalia.§.vlti. Aut recepit cum proteſtatione ſui iu-
ris:& tũc nihilominus poterit deijcere,arg.ff.qui. mod. pig.
vel hypothe.ſol.l.ſi debitor.& iſta diſtinctio placet ibi Cyn.
Io.An.hic remittit ad Specu.eo.ver.23.& 25.¶ Decimò q̃-
19 ro†ſi res emphiteutica perit in totum,vel pro parte: an de-
beat fieri diminutio canonis.tenet,quòd non,ſi pro parte:ſe
cus ſi in totũ.quia tunc liberatur à penſione. de hoc in Spec.
eo.§.ver.135.& idem quod hæc glo. tenet Accur. C. de iure
emphi.l.1.¶ Sed hic incidenter quæritur: quid e conuerſo,
nunquid propter augmentum augmentabitur penſio. & q̃d
iuris,ſi theſaurus eſt ibi inuentus?dic,vt d.§. ver. 131.& ie.
Cy.in d.l.1.diſtinguit, quòd aut augetur augmento latenti:
& non augetur,penſio:aut patenti:& augetur, ſecundùm gl.
ibi.Pet.tenet indiſtinctè,quòd non augetur:ſed augmentum
patens,& forte ex alluuione proueniens nõ cedit emphiteu
tæ,ſicut nec vſufructuario.de hoc no.in l.de quibus.ff.de le-
gi.& in locatione dic,vt nota.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.e.
20 ¶Vndecimò quæro,†an emphiteutæ fiat diminutio penſio
niſnis propter ſterilitatem.glo.hic dicit,quòd non. ſecus in
conductore.vt s̃.c.proximo.de hoc in Spec.præalleg.verſic.
137.& opi.huius glo.tenet.Cyn.in dicta l.1.in 7.q. per tex.
in Auth.de alie.& emphi.& C.de excu.mu.l.priuatæ.lib.10.
& de fundo pa.l.quicunque lib.11. aliud ergo in conducto-
re:aliud in emphiteuta.quid autem de eo, qui recipit ad nõ
modicum tempus:an propter ſterilitatem fiet ſibi diminu-
tio:videtur,quòd non.quia idem iuris videtur in eo,quod in
emphiteuta,ratione utilis dominij,ut l.2.C. ſi ager vecti.uel
emphit.pe.contrarium tenet Cy. poſt Pet.in d.l.1.in 8.q.nã
emphiteuta poteſt tenere rem perpetuò, donec penſionem
ſoluat:ſed conductor finito tempore(licèt non modico)reſti
tuere tenetur.vnde cùm differentia ſit penes rationem, erit
differentia penes iuris conſtitutionem, ſecundùm Cyn. qui
21 ſubiungit ibi notabilem quæſt.†pone,quòd propter guerrã
res data in emphiteuſim non poteſt laborari: an periculum
pertinebit ad emphiteutam. uidetur, quod ſic. quia guerra
inducit ſterilitatem,non amiſsionem dominij,uel poſſeſsio-
nis.ergo &c.contrarium dicit ipſe: quod probat ſic: pariſi-
cat inundatum,& ab hoſtibus occupatum.ff.de bo. Auth.iu
di.poſſ.l.cum unus.§.ulti.ſed illud,quod eſt inundatum,dici
tur deperditum,ut ff.de acqui.poſſeſ.l.3.§.Labeo.& l.inter-
dum.§.1.ergo.& illud,quod per hoſtes, uel aliam iuſtã cau
ſam poſsideri non poteſt.& ita determinat Ia.de Are.ad q̃d
facit.ff.de uerbo.obliga.ſi ſeruum.§.1.& quia res dicitur de
perdita:cuius facultas haberi non poteſt.ff.de fur.l.is qui rẽ
§.eum qui. & ff.fur.aduer.nau.cau.l.1. ad hoc.ff. de contra-
hen.empti.l.quod ſæpe.§.ſi res.Et prędicta inducit ad quęſt.
22 †quidam dedit domum cuidam abbati,ut eũ aleret domus,
combuſta eſt: nunquid tenetur amplius eum alere. videtur,
quòd non,quia res perit.ergo &c.vt dicta l.2. cõtrarium eſt
verum,ſecundum Petrum.quia imò res perit periculo abba
tis,argu.ff.de præſcrip.ver.l.naturalis.§.1. ver.ſed ſcyphos.
non obſtante prædicta. l.2. quia vbi datur res in emphiteu-
ſim,non trãsfertur dominium pleno iure. ſed in caſu noſtro
plenum dominium transfertur in abbatiam.quod eſt no.di-
gnum.¶Ex prædictis ergo cum quæritur,an propter ſterili
tatem,vel caſmoſitatem fiet diminutio pẽſionis:vel annui de
biti.diſtingue,aut plenum dominium eſt tranſlatum,aut vti-
le,aut nec vtile,nec directum. primo caſu non fiet diminu-
tio.ſecundo caſu,aut illud vtile eſt perpetuum: aut ad tem-
pus,licèt non modicum.tertiò caſu quando nõ eſt vtile,nec
directum,& dic vt s̃.patet ex prædictis.¶ Duodecimò quæ
23 ro.†ſi vnus ex hæredibus ceſſat in ſolutione partis, ſeu cano
nis debiti:nunquid alteri cohæredi ſoluenti partem ſuam ſit
præiudicium.glo.dicit, quod non ſoluit totum canonem.ex
quo innuit,quòd ſoluendo partem ſuam tãtùm incideret in
pœnam,& poſſet expelli: videamus primò in principali:an
ſoluendo partem canonis debiti cadat à toto iure ſuo.dicen
dum eſt,quòd ſic.quia pœna,quæ adijcitur dationi, & pro-
pter neglectam dationem committitur inſolidũ, etiam ſi in
parte cõmittatur. ff. de ver.ob.l.ſtipulationes aliæ.§.ſi ſortẽ
C.de diſtra.pign.l.quamdiu.ad hoc l.etiam partis. ff.de leg.
1.præterea dicunt Doc.in iudicijs ſpeciale,vt vno de pręmiſ
ſis completo,alteri competat exceptio contra petitionẽ pę-
næ pro parte.ff. ſi quis cauti.l.ſi ſeruus.§.1. vbi plenè no. Itẽ
ſi pro parte caderet,& pro parte non,dominus ad canonem
compelletur inuitus,contra l.ſi non ſortem. §. ſi centum.de
condi.inde.Non ob.de reli.dom.c.conſtitutus.quia non loq
tur in contractu emphiteutico.ſed cenſuali.in quo non ſit fa
cile,ſicut commiſsio,& multum differt ab emphiteuſi.vt no.
Ber.& Inn.non ob.c.s̃.proxi.vbi pro rata ſit diminutio &c.
quia ibi fiebat remiſsio ex ſuperueniẽti caſu fortuito:qui de
bet commenſurari ipſi caſui.ff.de adimen.leg.l.Seio.hic autẽ
agitur de pœna fraudis,& contumaciæ.leg.Auth. de hære.&
fal.§.ſi quis autem non implens.Non ob.ff.ad Trebel.l.Pau-
lus reſpondit. & ad leg.fal.l. Paulus.ff. de his, qui vt indig.l.
reſcriptum. nam in omnibus his iuribus erant corpora di-
ſtincta, & ſeparata: & ideò vnum propter aliud non perdit
ff.quorum leg.l.1.ſi duo.hic autem erat vna res: & vna pen-
ſio debita.& ita tenet Oldra.conſilio. 27. an autem ita ſit in
hæredibus:vt vno in ſolutione canonis ceſſante,poſsint alij,
qui ſoluerunt partem ſuam,expelli.glo.ſentit hic, quòd ſic.
dum cohœredem dicit ſolidũ ſoluiſſe. pro hoc facit, quia ex
perſona hæredis non mutatur obligationis conditio. vt l. 2.
§.ex his.de verb.obli.& hoc verum videtur, vt in obligatio-
nibus facti diuidui(vt eſt ſolutio canonis)vno contrafacien-
te pœna committitur inſolidum cõtra omnes,vt l.ſtipulatio
num alię.§.ſi ſortem.& in l.in executione.§.pe.ff.de ver.ob-
li.quòd vide plenè per Bar.in repeti.l.eadem.§.Cato.de ver.
obli.de iure canonico tamen materiam diuidui,& indiuidui
non ſubtiliter aduertente,magis eſſet dubium,per c.ſuam.ĩ.
de pœn.& ideo de hoc recurre ad opi. quæ ſunt in iſta q̃ſt.in
Specu.eo.ti.præal.§.ver.71.in quo §.Specu.ponit.173.q.de
iſta



iſta materia per iſta expeditæ ſunt gl.cum additionibus ne-
ceſſarijs vltra omnes.¶Decimotertiò quæro:conceſſum eſt
duobus fratribus prædiũ in emphiteuſim moritur vnus.quæ
ro,an eius pars reuertatur ad dominum: vel ad eius fratrem
Cy.ponit iſtam.q.C.quando non pe.par.l.1. & Bal.in Auth.
ſi quas ruinas.C. de ſacroſan.eccl. & Bar. in l.ſi mihi,& tibi.
de verb.oblig. diſtinguit,ꝙ,aut eſt emphyteuſis paterna con
ceſſa ſibi,& ſuis filijs, aut conceſſa duobus fratribus, &c. dic
24 vt ibi. ¶ Decimoquartò quæro † quis debet probare, vel
emphiteuta ſe ſoluiſſe: vel dominus non fuiſſe ſolutum.Cy.
ponit iſtam q.C.de iure emphy.l.2.in 5.q.& ibi dicit, ꝙ aut
iſtam exceptio.obijcit tertius:& ipſe tertius probare tene-
tur negatiuam: quod emphyteuta non ſoluerit, aut obijcit
eã idſe dñs:& tune emphyteuta tenetur probarè ſe ſoluiſſe:
nam creditor inducit pro ſe obiectionem, quæ aſtringit de-
bitorem ſoluere. Inſti.de obli. in princ. aut cum illo tertio
nulla obligatio eſt contracta:ideò plus arctatur.de iſta q. &
de alijs ad idem tendentibus vide per Bar.in l.in illa ſtipu. ſi
Kalendis.de verb.oblig.& per Inno.in c.ſuper his. de accuſ.
Vnum tñ ſingulariſsimum circa modum probandi ſolutio-
nem canonis aduerte:quia ſi emphyteuta probet ſe in ter-
mino præcedenti immędiatè ſoluiſſe: ꝙ tunc præſumetur re
tro ſoluiſſe ſemper.C.de apo.pu.l.pe.lib.10. vbi dicitur,ꝙ ſi
tributarius obtulit apocham. i. ſcripturam de ſoluto trium
cohærentium annorum:ſuperiorum temporum apochas nõ
cogitur oſtendere.& per hoc dicit Cyn,in d.l.2.5.q.ꝙ euaſit
quidam Abbas,contra quem opponebatur excommunica-
tio contra eum lata,ꝙ non ſoluerat: ipſe verò produxit lit-
teras Capituli, in quibus apparebat, ꝙ ſoluerat triennio p̃-
cedenti.& ſic fuit pro ipſo iudicatum.quod no. ¶ Decimo-
25 quintò quæro. † ſi emphyteuta vult ſoluere penſiones plu-
rium annorum futurorum (fortè 30.ann.)poſsit inuito do-
mino.Dyn.ponit in l.eum qui. aliàs incipit Iabolenus. ff. de
ann.le.dicendum videtur,ꝙ non poſsit:quia iſta ſolutio an-
nuatim fienda,eſt inducta pro intereſſe domini, propter p̃-
ſumptionem,quæ reſultat ex pluribus ſolutionibus, non ex
vna.vt l.ſi certis annis.C.de pac.p̃terea emphyteuta non co-
gitur ante tempus ſoluere: ergo è conuerſo,nec dñs recipe-
re.quia contrariorum eadem eſt diſciplina. & ita tenet Cy.
in d.l.3.in vlti.q.& in Spe.de loca.§.1.ad hoc vide,quod no.
in l.qui Romæ.in princ. de verb. oblig. ¶ Decimoſextò q̃-
26 ro. † hæres emphyteutæ ignorans conditionem rei hæredi-
tariæ non ſoluit penſionem per triennium: nunquid poterit
expelli.Cy.in d.l.2.in 12.q.videtur ſentire poſt Pe.ꝙ poſsit,
ſiue minor ſit, ſiue maior. nam ex quò contractus cępit in
perſonam maioris:committitur pœna ipſo iure ſinę ſpe re-
ſtitutionis.ff.de mino.l.Aemilius.glo.in d.l. 2. videtur dice-
cere,ꝙ cadat:ſed detur reſtitutio ex clauſula generali. Idem
tenet Dy.in l.cum filius.§.in hac. ff.de ver.ob.& c.cum quis
in ius.de reg.iur.ib.vi.& Spec.in titulo de loca. §. nunc ali-
qua ver.18.& hoc tenet Bar.in d.§.in hac.reprobata opi.Pe.
nam ſecundùm eum etiã emphiteutæ ſuccurrentur, ſi ex iu-
ſta cauſa in ſoluendo ceſſarent.quod bene no.¶Decimoſe-
27 ptimò quæro.† factum fuit pactum de non expellendo,etiã
ſi penſio ſoluta non fuerit:an valeat tale pactum.gl. in d.l.2.
ponit opin.& tenet,quòd valeat tale pactum. idem ibi Cyn.
reſpondet ad contraria, vt ibi patet. & videtur caſus in l.1.
C.de iure emphiteu.ibi Saly.& l.2.eodem titu.in princi.ſi be
ne conſideres. ¶ Decimooctauò quæro. vtrùm filij emphi-
teutæ inſtituti pro partibus inæqualibus æqualiter admit-
tuntur in emphiteuſi, vel pone, quod vnus eſt exheredatus:
an nocebit ſibi in emphiteuſi:ita quòd in ea etiam intelliga-
tur excluſus.& q̃d iuris,ſi vnus ex filiis eſt inſtitutus in certa
re,alij vniuerſaliter:an ille admittetur in emphiteuſi. de his,
& alijs quæſtionibus circa hoc vide per Bar.omnino in l.iu-
iuſiurandi.ff.de oper.liber.alleg.Specula.in titulo.de loca.§.
nunc aliqua, verſicu. 78. & illo §. nunc aliqua.vide reliqua.
quę hic cauſa breuitatis omitto.Eſſet etiam hic tractandum
ſi emphiteuta commiſit delictum: propter quod veniũt bo
na publicanda,an publicabitur emphiteuſis. dic,vt no.Bar.
in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de dam. inf. facit quod not.
Inno.s̃.de prob.c.in præſentia.¶Vltimò (quia materia pur
gationis morę ſuper iſto c.bene cadit.) pono diſtinctionem
28 Bar.quam ponit in l.inſulam.ff.de verb.obli.†Cùm ergo q̃-
ritur,an admittatur purgatio moræ,diſtingue.quia,aut loq-
mur ex parte actoris:aut ex partę rei.primo caſu, aut actor
vult purgare ad conſeruandam actionem iam conſtitutam,
& poteſt,vt l.ſi ita quis.§.Seia.de verbo.obliga. aut de noua
actione quærenda,& tunc,aut principaliter de nouo quærẽ
da,& non poteſt,vt l.Thais.§.intra.de fideicomm.liber. aut
de actione quærenda acceſſoriè,& poteſt,vt l.Celſus.§.fina.
ff.de arbi.hæc tamen purgatio ab actore facta non egredietr
perſonam eius:cuius reſpectu fit purgatio, nec valet quò ad
alios fortè conreos: aduerſus quos actor fuit in mora,l.mo-
ra.§.fi.de verb.oblig.¶Secundò caſu principali cùm loqui-
mur ex parte rei:& tunc,aut pœna eſt commiſſa propter ma
leficium,aut propter non factum.primò caſu dic, ꝙ quod-
dam eſt factum momentaneum, quoddam ſucceſsiuum, ſi
momentaneum:tunc ſi pœna eſt commiſſa,vel intereſſe:(q̃a
malè factum)non admittitur purgatio,vt l.1.§.ſi rem.ff.de-
poſiti.& in 10.colla.quid iuris ſi va.feu.alii ven.c.1.quoddã
eſt factum ſucceſsiuum,& tunc, licèt in modico quis cõtrã-
faciat,admittitur purgatio moræ infra modicum tempus,vt
l.inſulam.§.colonus.ff.loca.¶Secundò caſu, cùm pœna eſt
commiſſa propter non factum, & tunc,aut facta eſt execu-
tio à lege,& idem ꝙ purgari non poterit,vt l.is cui.de leg.2.
poſt factam ergo executionem ab homine,vel à lege nõ ad-
mittitur moræ purgatio.ad hoc facit,quod no.Io.And. in c.
cupientes.li.6.in gl.ſed pone,ꝙ facta. aut nulla facta eſt exe
cutio,& tunc,aut eſt iuratum,& non admittitur purgatio,vt
l.ſi quis maior.C.de tranſact. & ideo in caſu huius c. ſi em-
phyteuta iuraſſet ſoluere canonem tempore debito: nõ vr̃,
ꝙ poſſet ſibi celeriter prouidere: eſſet tamen dubium, quia
illud,quod de iure debetur,in promiſsione deducitur: an ſit
dicendum obligatio deſcendens ex lege,vel ex cõuentione.
de quo dixi s̃.de reſcri.c. ſuper literis. aut non eſt iuratum,
& tunc,aut in diſpoſitione eſt dies,& pœna,aut dies, & non
pœna.aut pœna,& non dies.aut nec pœna, nec dies. primo
caſu quãdo eſt dies,& pœna.aut eſt dies adiectus cauſa mul
tiplicandæ obligationis:& non impeditur purgatio, vt l.1.
de penu leg.aut eſt dies cauſa limitandæ obligationis,& tũc
aut loquimur in conuentionali:& non admittitur purgatio,
vt l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obliga.Aut in ſtipula
prætoriis,& iudicialibus,& tunc, aut pertinent ad litis ordi-
nationem,& admittitur purgatio: niſi ius actoris ſit factum
deterius,vt l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau. dum tamen ĩ.pau-
cos dies,vt ibi.niſi ſit fideiuſſor de iudicio ſiſti,vt l.ſãcimus.
C.de fideiuſſo.aut pertinent ad litis deciſionem, & tunc,aut
eſt dies appoſita ab homine.& non admittitur purgatio.ſi à
lege,admittitur,vt l.ſi cum dies.§.fi.& l.ſeq.& l.Celſus.ff.de
arbi.Secundò caſu,quando eſt dies,& non pœna: & admit-
titur purgatio cum diſtinctione,quam dicam ĩ.in quarto ca
ſu.ſ.quando non eſt dies,nec pœna. Tertio caſu quando eſt
pœna,& non dies:& admittitur purgatio, vt d.l. 1. de penu
lega.quod intellige cum diſtinctione,de qua ſtatim.Quarto
caſu quando non fuit appoſita dies, nec pœna, tunc diſtin-
gue.aut quæris,vtrùm admittatur purgatio ante litis conte.
aut poſt ſententiam.primo caſu admittitur purgatio, ſi ius
actoris non ſit factum deterius, & intra modicum tp̃s arbi-
trio iudicis æſtimandum,vt l.inſulam. & l.1.ſi quis ita pro-
miſerit.§.Seia canit.de verb.oblig.ſecundo caſu quando lis
eſt conteſtata,aut poſt litem conteſtatam,offertur illud idẽ,
quod petitur:aut aliud. primo caſu per ſolam oblationẽ nõ
purgatur,vt l.ſed ſi alia.ff.de conſti.pecu.ſecus ſi offerret, &
conſi-

conſignaret, vt in §.ſi.Inſt.de pœna te.lit. aut vnum petitur, & aliud offertur.& tunc, aut quis cœpit eſſe in mora poſt litis conte.& admittitur purgatio pœnæ:exemplum cùm mora contracta fuit in ipſa litis conte. vt l.in fideiuſſ. ff.de vſur. & admittitur tunc purgatio, vſque ad ſniam. de hoc eſt glo. C.de tranſacti.l.ſiue apud acta. & l.ſiue maior.intelligendo eas,ꝙ facta litis conteſt.tranſegiſti: & id,quod conueneras dare nomine tranſactionis,non ſoluiſti in termino. & ſic fuiſti in mora poſt litis conteſt. ego proſequor primam inſtantiam.certè habes facultatem ſoluendi, vſq; ad ſententiā.quādoque cœpit eſſe in mora ante litis conteſta.& tunc regulariter non admittitur purgatio.fallit in l.3.§.ſi.cum l.ſequē. iudi.ſolui.tertio caſu,quando poſt ſententiam,non admittitur purgatio:niſi in caſibus,qui eliciuntur ex cõtrariis.Bart. in d.l.ſi inſulam.de verbo.oblig. vbi ponit prædictam diſtinctionem.Et quærit,ſi in ſtipu.eſt appoſita pœna, & dictum rato manente pacto.vtrùm admittatur purgatio.latè diſputat.& concludit,ꝙ ēt admittatur.quærit ēt in 8.q.ſi conuētio eſt collata in perſonam vnius,& pœna in perſonam alterius.& tunc pœnalis ſtipulatio cõmiſſa poſſit purgari.inclinat,ꝙ non poſſit. dic tamen,vt ibi plenè,&c.

ADDITIONES.

a ¶Separationem.Adde Cy.Sal.& Doc.in l.à Caligato.C.de uup.Bart. in l.meminiſſe in prin.de of.procon.& le.in uer.& no. & in conſi. incipi. ſtatuto cauetur.

b ¶Quod ſi dominus.Vide Bal.in l.Mæuius.§.duobus. de le.2. Bar. in l. Sabinus.de in die.adie.

# De Rerum permutatione.

SVMMAE.

1 *Permutare eſt nomen generale conueniens ad omnia,quæ verſantur inter manus hominum.*
2 *Permutatio quare non potuit ſortiri nomen ſpeciale.*

DICTVM eſt ſ̄. de emptione, & venditione: ſed quia permutatio vicina eſt emptioni:
1 ideò &c.Et no.†ꝙ permutare eſt nomē ge
a nerale a conueniens ad omnia, quæ verſantur inter manus hominum, & priùs inter homines frequentatus fuit iſte cõtractus, quàm emptio,& venditio,vt patet in l.1.ff.de contrah.emp. & propter ſui generalitatem remanſit in ſuo nomine generali,vt dicit gl.C.eo.in rub.& l.iuriſgentiū.in prin.ff.de pac.
2 poſſet tamen quæri,†quare permutatio nō potuit ſortiri nomen ſpeciale.dic,ꝙ iō, qa plures ſunt res,quam noīa,vt ff.de præſcr.ver.l.nam natura.hr̄ de materia 10.q.2.c.ſed & permutare.12.q.2.c.diaconi.& c.precario. & c.ſine exceptione.& c.eps qui mancipium.repetitur in 6.& cle.cui conuenit.de excep c.cum vener.de præb.c.cum maiorib.& c.inter cetera.de re.ec.non alie.c.1.& c.nulli.

ADDITIO.

a ¶ Eſt nomen generale. Vide glo. & Bartol. in rubrica. C. de rerum permutation.

SVMMAE.

1 *Eccleſia poteſt permutare cum alia re rem ſuam.*
2 *Res,quā eccleſiā accipit loco permutationis, debet eſſe maioris pretij,vel æqualis.*
3 *Princeps ineundo contractum aliter quàm iura diſponant, debet ſuper hoc conſtitutionem facere.*

SI Princeps. Eccleſia poteſt res mobiles cum principe permutare. & dic, princeps.i.Imperator . cùm alius prę ter eum non poſſit facere pragmaticam ſanctionem.de qua ſanctione loquitur fin.c.vide quod no.in cle.j.de bapti.¶No.j.
1 †ꝙ permutare poteſt eccleſia rem ſuam cum alia re ex cauſa rationabili:quæ verſatur in hoc. ſi eccleſia habet caſtrum in confinibus hoſtium, in cuius cuſtodia multum expendit, vel habet domum , ſiue hortum iuxta palatium Imperatoris:ita ꝙ hæc habere non multum ſibi vtile eſt, & Imperatori ſatis:cuius intereſt,ſicut cuiuſlibet, quandoq; cõfines ſundos ſupra iuxta æſtimationem habere,vt l.fundus ille. ff. de
2 leg.2. ¶Secundò no.†ꝙ res,quam eccleſia accipit loco permutationis,debet eſſe maioris pretii,vel æqualis. & ſi eſt æqualis, non facit eccleſia meliorem , vel deteriorem conditionem ſuam.vnde cum alio,quàm cum principe, iſte contractus non videtur de re eccleſiæ,quæ iniri debet, vt meliora proſpiciat. vt in gl.& j̄.dicam.¶Tertiò no.ibi [pragmatica.]&c. quòd talis permutatio exigeret pragmaticam ſan
3 ctionem:nam ex hoc videtur, †ꝙ princeps ineundo cõtractum,aliter quàm iura diſponāt,debet ſuper hoc primo cõſtitutionem facere. & ſic non videtur aliter contrahēdo contra iura diſpenſare,ar.contra.C.de teſta.l.omnium.& l. quidam conſulebat.de re iudi.ſentit Ioan.An.ꝙ iſta ſanctio fuerit neceſſaria ad excuſationem cleri. ꝙ accuſari non poſſit: quia permutatio improuidam fecit : nam principis priuilegio excuſantur. & ad hoc potuiſſent cogi per ſuperiorem . de iure patron.c.nullus.¶Oppon.tex.iſte ſolùm exigit ſanctionem pragmaticam,vt teneat permutatio: contra immò videntur exigi aliæ ſolemnitates.de quibus j̄.de reb.ecc.nō alie.c.vno.lib.6.Inno.fatetur contrarium,& dicit,ꝙ iſta ſolemnitas,& aliæ exiguntur.Hoſt.contra. & ꝙ aliæ ſolemnitates(q̄ hic expreſſè)non requirantur.aliàs princeps, cui intēdit eccleſia dare priuilegium, eſſet deterioris conditionis: quàm quilibet priuatus.Ioan.And.dicit, ꝙ in hoc eſt princeps priuilegiatus,quia ſufficit,ꝙ det rem æqualem: vt cum ipſo permutare fieri poſſit , quod in alio non eſſet ita, & in hoc principem priuilegiare ſatis eſt æquum,cùm eccleſia infinitis priuilegiis ſit dotata per principes, vt patet ex not.de reb.eccle.non alien.c.ſi.& per hoc penultima glo. non bene loquitur tam malè intelligens hunc tex.cõtra l.ſi id quod. §.ſi quis ſerui operas.de don.inter virum,& vxorem. & hoc tenet Ioan.And.

SVMMAE.

1 *Succeſſor poteſt reuocare,qđ prædeceſſor ſuus improuidè attentauit.*

VT commutationes. No. j.†ꝙ
1 ſucceſſor pōt reuocare, qđ pdeceſſor ſuus im,puidè attentauit,ipſe et idē,q malè pmutauit, hoc facere pt. qđ dic,vt ſ̄.de cler.coniu.c.diuerſis fallaciis.& de ele.c.noſti.in hærede aūt priuati an poſſit reuocare factum defuncti ex perſona propria,vel alio mō.dic,vt not. in l.cū à mr̄e.C. de rei ven.& l.ſi.§.in compu. C.de iur.delib. & l.cū iur.ff.de vſuc.& l.quæ à patre.C.de teſt.mil.

SVMMAE.

1 *Mancipia ſerui quare dicantur.*
2 *Mancipium eccleſiæ poteſt ſine læſione eccleſiæ permutari.*

MAncipia. Tolle principium. c. pro ſumma. & quod ſequitur
1 hic,& j̄.c.prox.eſt ipſius expoſitio. †& dicūtur ſerui mancipia à manu,& capio.& dic mancipia Chriſtiana non Saracena.Item non fugitiua, vt j̄.c.prox. ¶Not.j.ꝙ hic
2 tex.non conuenit.& ſic loquitur de honeſtate. †quaſi de iure,



re,ſicut bos eccleſiæ ſine læſione eccleſiæ commutari pt: ſic & mancipium,ſecundùm Vince.Alii dicunt,ꝙ loquitur iſte tex.de mancipiis conuerſis monaſterio. & pro hoc facit litera.quod.n.ſemel Deo,&c.& litera, cõſecratis,quod eſt in c.ſeq.vel loquitur iſte tex.in prin. & ſic non debet trahi ad conſequentiam,vt dicit gl.ſi.Scđò no. reg. quod ſemel Deo &c.concor.reg.quod ſemel.vbi diſputat Io.An.an Papa poſſit diſpenſare,vt monachus contrahat matrimonium. & dic cõſecratū iuſtè.vt non obſt.c.ex antiquis.& ſaluo priuilegio principis,vt ſ̄.c.prox.& ſalua fuga.j̄.c.prox.ſiñ Ho. qui per iſta dicit ceſſare contraria.

SVMMAE.

1 *Seruus eccleſiæ non debet alienari,alicui ſeculari perſonæ.*
2 *Eccleſia poteſt diſtrahere ſeruos fugitiuos.*

1 INiuſtum. No.j.†ꝙ ſeruus eccleſiæ nō debet alienari alicui ſeculari perſonæ.& dicunt quidam,ꝙ loquitur de honeſtate , vt ſ̄. c.prox.dixi.ſed certè principium iſtud,dum dicit [iniuſtū, & impium,]&c.uidetur ponere ius,non honeſtatē. ¶Secun
2 dò not.†ꝙ ſeruos fugitiuos pōt eccleſia diſtrahere.& iſtius fugitiui uidetur dominus retinere poſſeſsionem ciuilem: licèt conſpectum eius effugerit.ut l.3.§.per ſeruam.ff.de acq. poſſ.quod nō eſt ita in rebus inanimatis: in quibus facilius perditur poſſeſſio.& q̄ ſit rō.dic,vt l.ſi rem mobilē.de acqu. poſſ.de monacho fugitiuo quid iuris.dic,vt alibi not.& quis dicatur fugitiuus.dic vt l.quid ſi fugitiuus.ff.de ędil.edict. & vide quod no.de ſeruis non ordi.c.j.per Innoc.& l.1.C.de ſer.fug.& l.quicunq;.cum ſimi.ubi de pœna ipſorum, & receptatorum eorundem &c.

SVMMAE.

1 *Iura,quæ loquuntur de dignitatibus,habent locum in præbendis.*
2 *Conuentio præcedens tacita,uel expreſſa vitiat permutationem.*
3 *Pacta ſuper ſpiritualibus inita continent ſimoniam.*
4 *Simonia committitur circa connexa ſpiritualibus : ſicut circa ſpiritualia.*
5 *Connexa ſpiritualibus quæ dicantur.*
6 *Clericus ſi ex pacto non pōt permutare beneficium : an ei ſit licitum ſupplicare ſuperiori, vt cum in ſua præbenda non poſſit ſecurè morari,prouideat de ipſa alij,& ſibi alibi.*
7 *Authoritas iudicis maioris eſt efficaciæ in beneficijs, quàm partiū conuentio.*
8 *Inferiores ab epiſcopo non poſſunt præſtare auctoritatem permutationis.*

QVæſitum. Præbendæ pacto præcedēte,permutari non poſſunt; poteſt tamen epiſcopus ex cauſa de loco ad locū permutare perſonas. & primò ponitur quæſtio . ſecunda ibi [generaliter.]quæſtionis ſolutio,diſtinguens modum illici-
1 tum à licito.¶No.j.†ꝙ iura,quæ loquuntur de dignitatibus habent locum in præbendis:vt ſicut in illis: ita in præbendis ſit permutatio interdicta,& hoc habet locum in diuerſis eccleſiis,& etiam in eadem:ſi diuerſo iure præbendæ cenſeantur.puta quia vna habet onus ſpirituale annexum:altera nō. exemplum.ſ̄.de præb.c.ſignificatum.& idem,ſi ſint in eadē eccleſia diuerſæ dignitates:omnibus.n.iſtis modis aliena cōmutatio prohibetur.In eadē tamen eccleſia poſſet vnus canonicus commutare præbendam cum alio concanonico:nā præbenda in ſola temporalitate conſiſtit : ſed canonica uel dignitas in ſpiritualitate: vnde præbenda permutata cū canonico non dicitur alienata:quia in corpore eccleſiæ retinetur,vt l.vnum ex famil.& l.Imper.§.1.ff.de lega.2.tutius tamen eſt,ſecundùm Io.And. ꝙ permutatio talis fiat cum auctoritate ſuperioris propter connexitatem: quam habet pbenda cum canonia. vnde idem debet eſſe iudicium in connexis,vt ſ̄.de conſtitu.c.tranſlatio. & c.quanto.de iudic.
2 ¶Secundò no.†ꝙ præcedens conuentio a tacitè,vel expreſ-
a sè vitiat permutationem,quæ poſtea ſequitur. nam vī ſequi vigore præcedentis conuentionis illicitæ, & videtur in contractu permutationis,qui ſubſequitur,repetita.arg.not.in l. quædam mulier.ff.de rei vendi.facit quod not. Inn.ſ̄.de de-
3 poſi.c.ſi.¶Tertiò no.†ꝙ pacta ſuper ſpiritualibus inita continent ſimoniam:ſunt enim liberaliter conferenda, non pa-
4 ctis,vt c.ſignificatum.ſ̄.de pręb.¶Quartò no.†ꝙ circa connexa ſpiritualibus committitur ſimonia : ſicut in ſpirituali-
5 bus.†& dicuntur connexa ius patronatus.ſ̄.de iud. c.quanto.ius funerandi.Inſtit.de rerum di.§.in communem.iſta.n. à ſpiritualibus ſeparari non poſſunt.de pecu. c.quis ergo caſus.ſecus de corporalibus,& realibus annexis ſpiritualibus: quę tamen poſſunt ſeparari(vt domus,poſſeſsiones,& ſimilia)talia enim poſſunt permutari,vendi,& qualitercunq; paciſci.vt j̄.c.prox.& v.de l.ſi ſponſus.§ j.& quod ibi no. ff.de
6 dona.inter virum & vxorem.¶Circa hoc quærit Io. An.† ſi clerico ex pacto non eſt licitum permutare beneficiū: vtrū ſit licitum ſupplicare ſuperiori,vt cùm in ſua præbenda non poſſit ſecurè morari,prouideat de ipſa alii, & ſibi alibi. dicit,ꝙ eſt licitum.nam & ſi prohibetur pactio : non ſuppoſitio,& iudicis officii imploratio,vt c.cum nobis . de elect. & quod no.de cle.excomm.min.c.propoſuit.¶Quintò not.in
7 verſi.[ſi autē]†ꝙ maioris eſt efficaciæ auctoritas iudicis, q̄ pretium conuentionis.& hoc verum in beneficiis,in quibus clerici non ſunt domini.ſed miniſtri,& procu. & eſt eis alienatio interdicta,niſi ex cauſa neceſſaria.nōn ergo mirum, ſi proprio motu prohibentur inuicem permutare,vel ſuper iure publico paciſci.iudicis auctoritate hoc poſſunt:quia talis auctoritas ritè interpoſita purgat omne vitium, & excuſat partes,vt l.furti.§.qui iuſſu.ff.de his,qui no.infa.& c.niſi eſſent.ſ̄.de præbē.& eſt ſimile, quod dicimus in tranſactione ſuper alimentis,vt facta iudicis auctoritate ſit ualida, & nō aliàs, vt l.cum hi.per totam l.ff.de tranſact.alias rōnes reddit glo.j̄.eod.c.cum olim.¶Sextò no.ꝙ examinatio,ſit neceſſaria,& expediens eccleſiis permutatio , nec ne , ſpectat
8 ad epiſcopum.†inferiores ergo ab epiſcopo auctoritatē permutationis præſtare non poſſunt,vt no.Ho. in ſumma huius ti.uer.quid poteſt.ver.& nunquid.& no.in clem.j.eo.c.quid ergo ſi collatio illorum beneficiorum non ſpectat ad epiſcopum:ſed ad Capitulum?dicit Io.An.conſenſum illorū, quorum intereſt,requirendum.de of.archi.de hoc. de maior. & obe.c.ſi.& no.de hoc.j̄.eo.c.vno.lib.6. ¶Septimò not.quid verſetur in cauſæ cognitione ſuper permutatione prohibita,vel permiſſa.requiritur enim , ꝙ cauſa neceſsitatis eccleſiæ hic fiat:idem ſi cauſa vtilitatis eccleſiæ.7.q.1.c.ſcias. idē dices,ſi vertitur vtilitas perſonarum: pone magiſter in theologia habebat eccleſiam ruri indigentem potiùs,ruſticano presbytero, quàm theologo optimus agricola habebat eccleſiam indigentem theologo:certè hic eccleſiaſticarum perſonarum verſatur vtilitas . Aduerte tamen,ꝙ in maioribus beneficiis non conſueuit fieri hæc tranſlatio, niſi exigēte neceſſitate,vel vtilitate eccleſię. ſed quando fit ob gratiam perſonarum,prout fit.ſ̄.de renunc.c.ad ſupplicationem. & 74. diſt.c.quorundam. conſueuit fieri tantùm in beneficiis minoribus,ſecundùm Hoſt. de forma permutationis, vide in Spe.eo.titu.ſuper Rub.

ADDITIO.

a ¶ Præcedens conuentio.Vide Bald.& Salyc.C.de reſtit.d.ven. l.ſi voluntate.& pleniùs.vide,quod dicit Bald in l.pacta nouiſſima. de pact. in 5.colum.in iſta particula diſtinctionis,in qua inducit. l.item quia.§. idem l.Iul.ff.de pactis.

SVM-

### S V M M AE.

1 *Eccleſia una poteſt cum alia permutari.*
2 *Res, quæ permutantur cum eccleſia, ſi non ſunt æqualis valoris, pōt reſici pecunia.*
3 *ContraƐtus in permutationibus rerum eccleſiaſticarum ſuper quo fundetur.*
*Et an talis contraƐtus cenſeatur permutatio, emptio, ſiue venditio.*
4 *ContraƐtus ſuper rebus ſpecialibus debet eſſe diſtinƐtus à contraƐtu ſuper rebus ſpiritualibus earundem.*

AD queſtiones. Eccleſiæ iure ꝓprietatis poſsūt
adinuicem permutari, & poſſeſsiones ēt ipſarū
permutari poſſunt, & pro minus valentibus pretium ſupple
ri. In prima conſultatio. In ſecunda reſponſio. ibi [reſponde
1 mus.] ¶ No. † ꝗ vna eccleſia poteſt cum alia commutari, ſi
commutatio iſta tendit ad commodum eccleſiarum pmu-
tare volentium, & cenſeatur verſari commodum, ſi utraque
eccleſia in permutatione deducta eſt magis alteri, q̃ ſibi vi-
cina: vicinos enim fundos ſæpe ſupra iuſtam æſtimationem
intereſt noſtra acquirere, vt l. fundus ille. de leg. 2. ¶ Secūdò
no. ꝗ res eccleſiarum, poſſunt permutari: ſiue vna eccleſia p̄t
cum alia permutare, ſicut contractus inire, vt meliora con-
ſpiciat, vt c. ſine exceptione. 12. q. 2. ¶ Tertiò not. remediū.
2 † cùm res, quæ debent permutari, non ſunt æqualis æſtima-
tionis. nam additamento pecuniæ poteſt res minoris pretii
adæquari alteri plus valenti. pecunia ergo omnia exequat:
ideò eſt inuentus eius vſus, ut l. 1. ff. de contrahend. emptio.
3 ¶ Quartò no. † ꝗ in permutationibus eccleſiarum contra-
ctus fundetur non cum ipſis eccleſiis ſubiectis: ſed cum illis,
quibus ſubeſſe noſcuntur: ipſarum enim eccleſiarum domi-
nantium accedentium conſenſu, & auctoritate ſuperioris ꝑ
mutatio eſt efficax, de tranſact. c. præterea. & quod me. cau.
c. pen. poteſt ergo eccleſia ſubiecta ſola dñi voluntate in al-
terum transferri. arg. contra. ff. de fideicom. lib. l. inuitus. vbi
ſubditus vnius non poteſt alteri per dominum delegari, eo
4 inuito &c. ¶ Quintò not. † ꝗ contractus ſuper rebus ſpiri-
tualibus debet eſſe diſtinctus à contractu ſuper rebus tem-
poralibus eorundem: ne eccleſia, quæ eſt res ſpiritualis, ꝓ
rebus temporalibus videatur concedi. In habentibus ergo
ſymbolum facilior eſt tranſitus. & per hoc dicunt quidam,
ꝗ eccleſia poterit permutari cum decimis, vel caliçe. quod
non placet Vin. quia mobilia temporaliter æſtimari pñt, ſal
tem per conflationem. 12. q. 2. c. aurum. non ita in eccleſia,
etiam terremotu diruta: quia ſolum remanet ſacrum, vt l.
pacta conuenta. §. æde ſacra. ff. de contrahend. emp. ¶ Sextò
collige, ꝗ commiſsio habet vitiare iſtos contractus: quando
enim vtile non poteſt ab inutili ſeparari: vtile per inutile vi-
tiatur, iuxta not. per Bar. in l. 1. ff. de verb. obl. nam quando
contractus conficitur ex duobus, quorum vnū reddit ipſum
validum: alterum verò reddit inualidum, inſpicimus id, qđ
nocet: non id, quod prodeſt, vt l. ſi vir vxori. ff. pro donat. per
Bar. vide c. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de dona. inter virum &
vxorem. & quod ibi no. ¶ Oppo. dicitur hic. ꝗ ex pacto pñt
eccleſiæ permutari. contra immò videtur, ꝗ non ex conuen-
tione. ſed auctoritate ſuperioris tm̃, vt s̃. c. proxi. hic dicitur
contrarium. ergo malè. ſol. ibi loquitur de permutatione, q̃
fit in titulum. hic de permutatione, quæ fit in proprietate: q̃
faciliùs toleratur, vt patet ex c. 1. s̃. de conceſſ. præb. cōiun-
cto c. conſultationibus. j̃. de dona. & c. eum qui. de eo q mit-
ti. in poſſ. li. 6. vel vbi loquitur de permutatione perſonarū,
quam ipſæ perſonæ facere non poſſunt: vt puta aliis obliga-
tæ, vt s̃. de renun. admonet. hic de permutatione rerum, quę
à dominis fieri poteſt: vel quaſi dominis, vt l. 1. C. eodem.
¶ Secundò opp. & videtur, ꝗ res ſpiritualis poſsit deduci in
conuentione pro re temporali, etiam pro pecunia. puta vil-
lam tuam, in qua eſt eccleſia, vendis mihi: vel permutas cum
re alia temporali. certè illa eccleſia ſita in villa erit mea, vt
c. in literis. j̃. de iure patro. ſol. dicit gl. cum vniuerſitate tem
porali vendita bene tranſit, vt in contrario: aliàs eccleſia ꝓ
re temporali non poteſt permutari, vt hic. quædam ergo trā
ſeunt cum vniuerſitate, quæ transferri non poſſunt de ꝑ ſe,
vt l. quædam. ff. de acqu. re. do. & l. 1. de fundo do. Refert ta-
mē hic dominus Ioan. An. rñdiſſe, ꝗ ſi monaſterium vendi-
dit caſtrum, in quo habebat eccleſiam: non tranſibit eccle-
ſia in emptorem, cùm ſit pretioſior caſtro. hoc ēt tenet Inn.
in d. c. ex literis. vbi dicit, ꝗ merè ſpiritualia, (vt eccleſiæ, vel
decimæ) non tranſeunt cum vniuerſitate temporali: ſecus in
iure patronatus, quod percipit de temporalitate, & ſpūalita
litate, vt d. c. ex literis. & in hoc concor. Gul. Na. allegat 16.
q. 1. c. ſi quis laicus. Hoſt. tenet contrarium. opin. Inno. vera
eſt: cùm vniuerſitas transfertur in laicum, ſed ſi in eccleſiam
transferatur, tranſit cum vniuerſitate. & ſic vera opin. Hoſt.
ſm̃ Io. An. ¶ Quęro dicitur hic, ꝗ pecunia mediante, res ꝑtii
5 inæquales rediguntur ad æqualitatem. † quæro ergo: an ta-
lis contractus cenſebitur permutatio, vel emptio, & vendi-
tio. ſi conſideres pecuniam ex vna parte, & rem ex alia, erit
emptio, vt Inſt. de contrahen. emp. §. pretium. Si conſideres,
ꝗ interuenerit res hincinde, erit permutatio. & cōtractus,
do, vt des: ſed quia ex vna parte interuenit res, & pecunia: ex
altera res tantùm. quæritur quis contractus erit iſte. & expe
dit hoc cognoſcere, propter plures differentias inter iſtos
tractus, vt no. Cy. in l. permutationem. C. eod. tit. tex. iſte in-
nuit, ꝗ iſte debeat cenſeri contractus permutationis, quod
patet: quia iſte caſus, vbi iſta miſtura ponitur ſub hoc. c. arg.
ad hoc l. Imperatores. ff. de in diem adiec. Alii dicunt, ꝗ aut
pretium eſt maior pars æſtimationis, & erit emptio. aut res
præponderat, & erit permutatio. arg. in hermaphrodito. qa
illi ſexui attribuitur, in quo magis incaleſcit, vt l. quæritur. ff.
de ſta. ho. & c. quod in dubiis. de conſecra. ec. vel alta. Barto.
dicit, ꝗ ſi principaliter emitur, (licèt aliqua ſpecies detur)
totum erit emptio, vt l. tenetur. §. 1. de act. empt. ſi principa-
liter permutatur, & totum erit permutatio, vt in iſto c. inſpi
ciam. quòd plus valet. vt ſi valet plus res: quam dat pro re: q̃
pecunia, erit permutatio, vt in illo c. aliàs eſſet emptio, arg. l.
quicquid. §. ſi. ff. de acquir. re. do. Et prędicta inducit ad qō.
Papa conceſsit abbati, ꝗ poſſit vendere de bonis monaſte.
ex cauſa. abbas vendit fundum pro c. & pro quadam alia pe
tia terræ: opponebatur, ꝗ non valet, quia licentiam habuit
de vendēdo, ſed hic fuit emptio, & permutatio mixtim, nec
apparet in quantū, ergo nihil valet, ar. ff. de in diem ad. l. cum
duos. ſed veritas eſt, ꝗ in totum eſt venditio, vt s̃. patet. & ita
no. in l. Ariſto. ff. de do. & de iſtis actibus compoſitis ex duo
bus diuerſam naturam habentibus. dic vt dixi s̃. de iudic. c
quanto. ad quod ēt facit. ff. de do. præle. l. 1. & c. ſuper qōnū.
de of. deleg. & l. pręcipimus. C. de appel.

### S V M M AE.

1 *Confeſſio unius alteri non præiudicat in connexis.*
2 *Dignitates, etiam diuerſæ ſpeciei, poſſunt permutari.*
3 *Clerici quare ex paƐto non poſſunt permutare beneficia.*

CVm olim. Beneficia ſua perdunt, ꝗ
ea propria auctoritate ꝑ
mutant. & in prima proceſſum narrat. In ſecūda
diffinit ibi [cum ergo.] ¶ No. j. ꝗ ex tex. non apparet quali-
ter contra iſtos ageretur, poſſumus ergo intelligere, quia ex
officio iudicis, ad quem ſpectat inquirere de canonico titu-
lo poſſeſſoris. vt c. ordinarii. de of. ord. li. 6. ¶ Secundò no. ꝗ
hic agebatur contra ambos permutantes, & vnius cōfeſsio
non parit præiudicium alteri, niſi aliter conſtaret de crimi-
1 ne, ut ex tex. patet. † In connexis ergo confeſsio unius alte-
ri non præiudicat, ſicut nec ſententia. j̃. de adult. c. ſignifica-
ſti. & ff. de adul. l. denunciaſſe. §. ſi. ¶ Tertiò no. ꝗ ordinarius
purè, & bona fide conferat beneficia vacantia per renuncia
tionem: tamen ſi renunciationem præceſſit conuentio de ꝑ-
mutando, collatio ordinarii bona fide facta vitiatur: nam ſic
credo, ꝗ debeat intelligi, illud ca. ꝗ ipſi primò permutaue-
runt, & poſtea vtriq; ordinarius contulit beneficium ab alio
renunciatum: fraus ergo, & dolus beneficiati vitiat collatio-
nem conferentis: licèt fraude careat. ad hoc 1. q. 4. & in ſen-
tentia idem patet, cùm à tertio datur iudici pecunia, vt ſentē
tiam ferat. & vide no. in l. eleganter. in princi. ff. de dolo. & s̃.
2 de empt. & vendi. c. cum dilecti. ¶ Quartò no. † ꝗ dignitates
poſſunt permutari etiam diuerſæ ſpeciei. (vt archidiacona-
tus, & præpoſitura.) dicam j̃. eo. c. ſi. ¶ Quintò no. ꝗ non mi
tiùs agitur cum confeſſo, q̃ cum conuicto. quandoq; cōtra.
quod dic, vt in illa diſputatione Bar. per Italiam communi-
3 ter ſunt ſtatuta. ¶ Quærit glo. † quare clerici ex pacto non
poſſunt beneficia permutare. dicit glo. quòd duplex eſt ra-
tio. prima, quia permutatio contrahitur à domino: ſed cleri-
ci non ſunt domini. ſecundò, quia permutatio ſimilis eſt em
ptioni. & emptio beneficii nulla eſt. ergo nec permutatio. vt
in glo. patet. tetigi hic s̃. eo. c. quæſitum. in 5. nota. Adde aliā,
quòd non ex pactione, ſed canonica inſtitutione bñficia poſ
ſidentur, vt cap. 1. de reg. iur. lib. 6. Inſtitutionem autem ca-
nonicam nullus alius ab epiſcopo dare poteſt, vt cap. ex fre
quentibus. de inſtitu.



### S V M M AE.

1 *Clerici per ſe ſua beneficia non permutant.*
2 *Iura non ſubueniunt decipientibus, ſed deceptis.*
3 *Venia datur ſimplicitati, & quare.*
4 *Renuncians ex certa cauſa non ſecuta, poteſt redire ad beneficiū renunciatum.*
5 *Beneficium renunciatum propter fraudem tertij, non poteſt tertio iuſtè conferri.*

CVm vniuerſorum. Dicit Ioan.
An. non ſummo. quia in rei vtilitate continet gra
1 tiam: poſſet tamen ſummari, † ꝗ clerici per ſe ſua beneficia
non permutant. & in prima facti narratio. In ſecunda gratio
ſa prouiſio. ſecunda ibi [cum igitur.] ¶ Not. ꝗ iſti habuerūt
inter ſe tractatum de permutatione: qui tractatus videt̃ ita
prohibitus: ſicut, & permutatio, ad quam per tractatum per
uenitur. ar. in reg. cum quid. de reg. iu. li. 6. minùs tamen pu-
nitur attentatio, q̃ delicti conſummatio, vt patet hic, cōiun-
cto c. s̃. prox. facit l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur. ¶ Secūdò
2 no. † ꝗ iura non ſubueniunt decipientibus: ſed deceptis. in-
terdum non multum differunt decipere, & decipi. 16. q. 1. c.
3 ſi cupis. quod intellige, vt ibi not. ¶ Tertiò not. † ꝗ datur ve-
nia ſimplicitati: quia ſimplicitas eſt amica legis: non tñ igno
rantia, præſertim in clericis. 36. di. per totum. ¶ Quartò no.
4 † ꝗ ſi quis renunciauit ex certa cauſa: cauſa non ſecuta, pōt
redire ad beneficium renūciatum. de quo plenè dic, vt s̃. de
elec. c. cum inter R. & collige, ꝗ ex promiſsione ſola de per-
mutando non pōt promiſſor ad permutationem cogi. & ſic
habet locum pœnitentia etiam re non integra. quod dic, vt
l. ſi pecuniam. ff. de condi. ob cau. hoc tamen non dicitur, ꝗ
permutare promiſerunt: ſed quòd tractatum habuerunt. tan
5 gam j̃. ¶ Quintò not. † ꝗ beneficium renunciatum propter
fraudem tertii non pōt tertio iuſtè conferri. intelligit tamē
Inn. ꝗ iſte tertius fuit conſcius iſtius fraudis: nā illa renuncia
tio fuit ſimoniaca. qa facta ſpe alterius beneficii obtinēdi:
& ita ſicut nō tenuiſſet collatio ſimoniaca: ita nec renuncia
tio. hodie verò beneficia ex cā permutationis vacantia non
poſſunt conferri aliis: q̃ ipſis permutantib. vt in cle. j. j̃. eodē.
¶ Opp. & vr̃, ꝗ vterq; debuerit beneficio priuari, vt s̃. c. ꝑx.
ſolu. dicit glo. hic alter non renunciauit; licèt habuerit de re
nunciatione tractatum: cùm ergo delictum non fuerit con-
ſummatum: non habet locum pœna. ſupra cap. proximo. ex
parte verò renūciantis (vt ad ſuum beneficium reſtituatur)
continet gratiam iſta Decre. cui dedit cauſam: ne alter ex
ſuo dolo commodum conſequeretur. ¶ Extra quæro. re-
ctor eccleſię in manibus ſui epiſcopi renunciauit eccleſiam
ex cā permutationis faciendæ cum Titio rectore alterius ec
cleſiæ: qua reſignatione recepta, ille Titius non vult renun-
ciare: vel moritur ante renunciationem: vel alia de cā per-
mutatio non pōt fieri. quæritur, an Petrus poſsit ſua aucto-
ritate ſine noua collatione redire ad ſuam eccleſiam. & vide
tur quòd ſic. de pręben. c. ſi beneficia. li. 6. C. de rerum per-
muta. l. rebus. cum ſimi. dico, quòd non. nam beneficium re
ſignatum ex cauſa permutationis exprrſſa, vel tacitta, re ve
ra vacat. vnde de iuris rigore expectans auctoritate apoſto-
lica poſſet illud acceptare. niſi per ius nouū eſſet aliter pro-
uiſum. infra eo. c. 1. lib. 6. vbi dicitur, ꝗ vacant beneficia, an-
tequam ſubſequatur permutatio. hinc eſt etiam, ꝗ habens
gratiam de percipiendis fructibus beneficiorum vacantiū,
poteſt petere fructus beneficiorum vacātium ex cā permu
tationis, ſm̃ Io. An. qui ita no. infra de reſcri. c. ſi pp. lib. 6. in
gl. quæ incipit [morte.] ad hoc facit gl. penul. in ſi. q̃ eſt hic.
non ob. iura ciuilia, de quibus in dicto c. cum inter. R. nam
ibi patet reſponſio. Non ob. c. ſi beceficia. quia ibi non reſi-
gnauit: ſed facto dimiſit. quæ admiſsio non hēt vim renun-
ciationis: quia ex eo futuro euentu apparet ibi eum nō fuiſ
ſe verè tranſlatum. & ſic non hēt locum. c. de multa. de præ-
bē. & 21. q. 2. c. ſi quis iam tranſlatus. præterea ſi renuncia-
tio facta in manu non ſui iudicis valet in præiudicium re-
nunciantis, vt no. de renun. c. quod in dubiis. quantò magis
facta in manu ſui prælati, licèt ex cā permutationis? & ita
determinat. d. Fed. de Senis conſi. 151. cui ob. illud c. vbi ex-
preſsè dicitur, ꝗ redire pōt ad ſuum beneficium, etiam alte
ri iam collatum: ſed non obſtat, quia continet gratiam, vt
dicit Io. And. ¶ Vlteriùs quæro ad idem, ſi duo auctoritate
ſuperioris beneficia permutarunt: deinde apparet alterum
non habuiſſe ius in beneficio permutato: an collatio talis be
neficij facta alteri permutanti ſuum: quod canonicè obtine
bat, valeat. Idem d. Fede. de Sen. conſi. 159. dicit, ꝗ qui pōt
conferre bñficium aliquo iure. & ipſe conferat, vel collatio
ni conſentiat eo iure, quo non pōt: vel non intēdebat, nō va
leat quod agitur, vt notat Hoſt. de conceſ. præben. c. ex par-
te. & quod legi. & no. de reſcrip. c. ſuſceptum. li. 6. ad idē qđ
no. Spe. in ti. de arbi. §. vl. in 12. col. ver [quid ergo] ad diē in
rub. & nig. C. ſi ex fal. inſtru. & C. de tranſac. l. ſi ex falſis. Itē
quia cā nō fuit ſecuta pp quā fuit facta reſignatio: ſicut res
tradita ſpe nunciationis, nuntiis, non ſequutis, reuocatur. de
iure do. l. ſtipu. nihil. n. eſt tā contrarium cōſenſui, quàm er-
ror. de iu. l. 1. & 2. maximè cùm ꝑmutatio numeretur inter
contractus bonæ fidei. vt c. cùm venerabilis. de exce. in qui-
bus contractibus ſi dolus dat cām contractui: cōtractus eſt
ipſo iure nullus. facit quod not. ſpec. in ti. de loca. §. nūc ali-
a qua, verſi. 18. Itē intentio permutare volentium attendi-
tur in beneficiis conferēdis cōtra rigorē iuris, vt dicto. c. 1.
eo. ti. lib. 6. & cle. 1. eo. ti. eodē modo dēt ſeruari æquitas ex
parte conferētium: vel ꝑmutationi conſentiētium: vt non vi
detur renunciare iuri ſuo, niſi certificati. ad hoc quod not.
de reb. eccle. non alie. c. ſi quis, preſbyterorum. in gl. 1. & de
materia no. per Archi. 7. q. 1. quàm periculoſum. facit quod
no. Io. An. in nouella. e. ti. 1. li. 6. vbi dicit, ꝗ vbi alter permu
tantium not hēt ius in beneficio, cui renunciat: non valebit
permutatio, & neuter eorum quæret ius in beneficiis ex per
mutationibus habitis. & vide in d. c. in nouella. ſuper verbo
[ſua] facit quod no. Innocen. in ſi. ſupra de pręſcrip. c. cùm
ex offi.

ADDITIO.

a ¶Permutare. Vide Bal. in l. 1. C. de re. permu. Innoc. in c. inter cætera. de præb. Do. de Rota deciſi. 59. inc. ſi lite in nouiſs.

*SVMMAE.*

1 *Quæſtio decimarum poteſt in arbitros compromitti.*
2 *Iudex poteſt eſſe arbiter ſuper cauſa ſibi delegata.*
3 *Quæſtio ſi mouetur ſuper re ſpirituali, an poſſit ſuper ea trāſigi pro re corporali.*
4 *Poſſeſſiones an poſſint dari pro decimis, quæ ex certis poſſeſſionibus ſolui debent.*
5 *Epiſcopi an poſſint adinuicem permutare epiſcopatus.*
6 *Abbates, & prælati an poſſint permutare.*
7 *Manualia habentes an poſſint permutari.*
8 *Beneficia commendata an poſſint permutari.*
9 *Expectantes, pro quibus ſunt affectæ præbendæ, vel habentes ius ad eas: an poſſint permutare dicta iura. & nu. 10.*
11 *Canonici eiuſdē eccleſiæ an poſſint adinuicē permutare præbendas, quas habent in eadem eccleſia ſine ſuperioris auctoritate.*
12 *Hoſpitalia cum beneficio an liceat permutare.*
13 *Ius patronatus cum eccleſia an poſſit permutare.*
14 *Permutationibus qui debent conſentire, uel auctoritatem præſtare.*
15 *Prælati duo eccleſiarū collegiatarum ſi uolunt permutare, & ep̄s præbet auctoritatem, an poſsint facere inuitis collegijs.*
16 *Renunciatio, quæ fieri debet ex cauſa permutationis: an debeat fieri in manibus epiſcopi, vel illorum, ad quos collatio, vel electio pertinebat.*
17 *Vicarius ep̄i an poſsit auctoritatē præſtare permutationibus. Capitulum ſede vacante an poſsit auctorizare permutationibus.*
18 *Capitulum ſede vacante, an poſsit recipere reſignationes beneficiorū ad collationem ſolius epiſcopi ſpectantium ex cauſa permutationis faciendas.*
19 *Duo ſi ſint in curia volentes permutare, an requiratur auctoritas ſui epiſcopi, uel Papæ.*
20 *Permutatio facta de beneficijs ſpecialiter reſeruatis non valet ſine mandato ſedis apoſtolicæ.*
21 *Optionem habentes an poterunt optare beneficia uacantia ex cauſa permutationis.*
22 *Permutatio ſi non tenuit aliqua ratione: an ualeat ſaltem reſignatio facta cauſa permutationis.*
23 *Reſignantes ſi non poſſunt conſequi beneficia permutata, an poſsint redire ad reſignata.*
24 *Permutantium alter ſi non habet ius in beneficio, quid iuris.*
25 *Permutantes per fraudem ſi poſſederint beneficia taliter permutata (quia fraus erat occulta) detecta fraude, ipſis mortuis, an dicantur beneficia vacare per mortem, an per reſignationem, an per iuris priuationem.*
26 *Permutatio an poſſit fieri ex interuallo.*
27 *Superior, in cuius manibus ſunt reſignata beneficia ex cauſa permutationis: infra quantum tempus teneatur illa conferre.*
28 *Inæqualitas beneficiorum ſine ratione redditiuum, ſiue onerum incumbentium vni beneficio, & non alteri: an reddat permutationem nullam.*

EXhibita, Spūale cum tpali permutari nō pōt. In prima facti narratio. In
1 ſecunda diffinitionis commiſsio. ¶No. j. † ꝙ de qōne decimarum poteſt in arbitros compromitti. quod eſt verum, ſi fiat tanquam in amicabiles compoſitores. de arbitr. c. cum olim. & c. niſi eſſent. de præbend. ſecundùm Hoſtien.
2 ¶Solu. no. † quòd iudex poteſt eſſe arbiter ſuper cauſa delegata ſibi. an idem in ordinario: vt poſsit aſſumere partes arbitri. & partim vno modo, partim alio poſsint in cauſa procedere. dic, vt d. c. niſi eſſent. & c. pen. de arbitr. & quod not. Innocen. de arbitro, & arbitratore in c. Quintauallis. de iure iurand. & quod no. in l. 1. ff. de iudic. & l. ſi miles. de teſtam.
mili. per Bal. & Bar. per Dy. ¶Tertiò no. Ioan. An. ꝙ quandoq; literæ impetrantur ad ſcholares Bononiæ commorantes. vnde videtur, ꝙ ibi poſsit cognoſcere quātumcunq; ſub nomine ſuæ dignitatis alibi ſitæ commiſsio facta ſit, qđ dubito, an ſit verū: maximè ſi à loco, ſtudii diſtat ille, cōtra quē impetratio facta eſt dietis limitatis in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. &c. ¶Quartò no. ꝙ ſententia hic lata fuit ſub conditione, quæ licèt ferri non debeat: lata tamen tenet, vt l. 2. §. biduum. ff. quando ap. ſit. & 2. q. 6. c. biduū. ad hoc vide no. p
3 Bar. poſt glo. in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. ¶Quintò no. † ꝙ ſi eſt quæſtio de re ſpirituali, non poteſt ſuper quæſtione tali tranſigi pro re temporali. vnde ſicut res ſpiritualis non poteſt permutari cum re temporali: ita nec quæſtio de re ſpirituali cum re temporali tranſactione ſopiri. quod eſt nota. vt ſic eiuſdem naturę æſtimari debeat litis pendentia ſuper re: cuius eſt res ipſa in quęſtione deducta. & ideò ſi de re principali non poteſt eſſe quęſtio (quia vſura petitur) nō valebit tranſactio ipſius. vt no. Innoc. in c. 1. s̃. depoſi. ¶Sextò not. ꝙ ſuper acceſſoriis fertur ſententia incerta, dum dicitur [quicquid ſecutum eſt.] &c. de hoc s̃. de procur. c. auditis. & j̃. de exceſs. præla. c. tanta. & quod no. Innoc. de ſententia incerta ſuper fructibus in c. gratus. de reſti. ſpoli. & l. cum in ꝓpria. C. ſi quis alteri, vel ſibi. ¶Septimò, & vltimò no. glo. fin. quæ
4 ex illo tex. colligit argu. † vt pro decimis, quæ ex certis poſſeſsionibus ſolui debent, non poſſent aliæ poſſeſsiones dari, etiam quò ad plenum dominium, & poſſeſsionē. ad hoc. C. de pe. bo. ſub. i. 1. & de deci. c. quamuis. in glo. laici. & de hoc 16. q. 7. c. omnes decimæ. & in quæſt. Bar. Brix. dominicali. 49. vbi tenet, ꝙ tale pactum factum ad decennium eccleſia ſeruare tenetur: etiam ſi res pro decimis permutata caſmate pereat, ſecundùm Io. An. huius glo. ratio fortè eſt. quia decimæ ſunt ſibi in domo domini: & ideò ſuper alimentis ceſſat compenſatio, vt l. cum hi. de tranſact. vel decimæ ſunt tributa, quæ dominus ſibi in ſignum vniuerſalis dn̄ii reſeruauit: vt c. tua nos. de deci. Si igitur talis cōpenſatio eſſet permiſſa: nō recognoſcerent annis ſingulis chriſtiani auctorem omnium bonorum. i. Deum. Ideo iſta diuiſio annua Dei intuitu facta eſt: nec poteſt ſemel pro toto tempore vitæ ſuæ. ſ. opponēdo eo modo, quo glo. dicit. facit quod dixi s̃. de loca. c. potuit. in 15. q. ¶Vltimò, quia in materia permutationis beneficiorum p iam dicta in illo titu. p Doc. vt s̃. non plenè, nec ēt ſemiplenè liquet. Ideo, vt clarius illuceſcat: oīa, q̄ ex quodam tractatu D. Fed. de Sen. vtiliter tacta, & deciſa reperi, ſuccinctè hic referam per aliquas qōnes principales, & aliis acceſſoriis. ¶Primò principaliter quæro: q poſsint beneficia ſua permutare. primò an epiſcopi. ſecundò an prælati, vel abbates. tertiò an monachi habentes beneficia manualia. quartò an expectantes: pro quibus ſunt affectæ prębendæ: vel habent tantummodo ius ad rem, poſsint inuicem permutare. quintò an habentes ius in re: non tamen poſſeſsiones. ſextò an canonici ſub expectatione præbendæ poſsint permutare titulos ſuorum canonicatuum. ſeptimò an beneficia cōmendata: vel hoſpitale cum beneficio, & contra: vel ſimplex cum curato, vel e conuerſo, vel vnum cum pluribus, & e conuer-
5 ſo, valeat permutari. ¶† Ad primum de epiſcopis certū eſt, ꝙ non poſſunt permutare: quia non habent liberum votum ſine auctoritate Papæ, vt s̃. de tranſac. per totum. nullius igit auctoritate, præterq Papæ poſſunt epiſcopatus permutari.
6 ¶Quò ad ſm̄. † an alii abbates, vel prælati poſsint permutare. de iſta permutatione dignitatum, dic vt s̃. de præb. c. maioribus. quod debes intelligere, vt no. s̃. eo. c. quęſitum. & qđ etiam dignitatum fieri poſsit: ſatis colligitur ex dictis D. Federici, & Io. de Lig. hic. vbi quærunt: an inuitis collegiis fie-
7 ri poſsint, vt j̃. dicam. ¶Quò ad tertium. † an habentes manualia poſsint inuicem permutare: videtur, quòd non. cùm poſsint pro libito remoueri. dic contra, quia per eorum reuocationem vacant beneficia, vt no. de ſup. neg. præla. c. vno. in glo.



in glo. magna. in cle. Item poſſunt dici perpetui: cum eorum titulus duret ad ſuperioris beneplacitum, & incertum ſit, qn̄ reuocentur. ergo ex hoc perpetui ſunt cenſendi, vt no. in ſimili. in cle. & ſi principalis. de reſcri. & eo. ti. c. vlti. li. 6. per l. ſufficit. de condi. indebi. vbi dubia exceptio, dubietate pendente vim habet perpetuæ. & hoc tenet Fed. in 16. q. hic cō-
8 gruè applicatur. ¶Septimò quæro. † an beneficia commendata poſsint uicem permutari. idem Feder. 15. q. dicit fortè ſic: immò commendatum cum alio beneficio poterit pmutari. In contrarium facit: quia non obſtante commenda, eccleſia vacare intelligitur: donec ſit eccleſiæ de prælato prouiſum, vt no. vt lit. pend. c. 1. in cle. vnde ſi tpe commendæ beneficium vacabat in curia, ſublata cōmenda remanet vacās in curia. tn̄ ſi commenda fiat per Papam: ea ſublata an poteſtas conferendi redibit ad ordinariū. vide no. in nouell. poſt Inno. in c. inter dilectos. de exceſ. præla. ¶Quò ad quartum:
9 † an expectantes, pro quibus ſunt affectæ præbendæ: vel habētes ius ad rem poſsint dicta iura ſua permutare. vr̄, ꝙ ſic: quia vtrūq; ſpirituale. vt s̃. eo. c. ad quæſtiones. contrariū vr̄ primò. per c. 1. j̃. eo. li. 6. vbi dat facultatem permutādi beneficia ſua, & expectantes non poſſunt dicere, beneficia fore ſua, antequam vacent, vel ſibi conferantur: ſed ſibi debita, vt c. pen. & vlt. de præb. c. præterea auctoritate ordinarii non poteſt vnus de expectantibus cum alio permutare tale ius: quia tales ſunt manus ipſius ordinarii quò ad illa, vt c. ſi ſoli. & c. ſi conce. de conceſsio. præb. lib. 6. Item ſimiliter nec auctoritate executorum ſuorum. nam in permutatione debet ſequi collatio beneficii permutati: vt dicam infra. quomodo ergo executor gratiæ meæ, quam alteri cedo, poterit conferre illius beneficium mihi, vel meum ſibi. certè nō poterit, vt c. P. & G. de offic. deleg. & his rationibus videtur, ꝙ etiam recepti in canonicos vltra numerum auctoritate apoſtolica ſub expectatione præbendarum non poterunt permutare dictos canonicatus cum dicta expectatione. nam ſi talia iura ſupernumeralia permutentur: non manet eadem ſubſtantia: ſed ipſa permutatione extinguuntur: & collatione ſequuta, renaſcuntur, vt s̃. de præben. c. dilecto. In permutatione aūt iura debent eſſe eadem in ſubſtantia poſt pmutationem, ſicut erant ante. Conclude ergo, ꝙ iura, quæ quis habet ad beneficium, non p̄t pmutare cū alio, ſimile ius habente: vel etiam habente ius in beneficio. ſed huic dicto obſtat c. ad audientiam. de reſcri. vbi habens literas ad beneficium ex pacto pōt renunciare, vt habeat aliud beneficium, ſubdens rationem: ꝙ ſpiritualium pōt inuicē fieri permutatio, vt ibi no. Ho. Sed dicit, ꝙ Ho. non dicit ibi, ꝙ fiat permutatio: ſed ideò hoc dicit, vt excuſet illud pactum, ne ſit ſimoniacū. pręterea ius illi competens beneficio literarum, nullibi quæritur: ſed extinguitur per renunciationem talē factā illi, qui dicebatur obligatus ad beneficium. & ita dicit Fed,
10 q. 13. ¶Quò ad quintum † an habentes ius in re, nō tn̄ poſſeſsionē, poſsint dicta iura permutare, quæſtio in hoc conſiſtit: an tale beneficium poſsit dici ſuum. & Inn. dicit, ꝙ ſic in c. inter cætera. de præben. pro hoc facit c. ſi tibi abſenti. eod. titu. lib. 6. ¶De ſexto dubio de canonicis ſub expectatione præbendæ, an poſsint permutare tit. ſui canonicatus. dixi s̃.
11 † ſed nunquid canonici eiuſdem eccleſiæ poſsint inuicē permutare præbendas: quas habent in eadem eccleſia ſine ſuperioris auctoritate. Dominus Io. de Lig. tenet ꝙ non: quia illæ præbendæ, licèt in temporalitate conſiſtant: ſunt tamē annexæ iuri ſpirituali, ſcilicet canoniis, quas certum eſt non poſſe ſine ſuperioris auctoritate in permutatione deduci. vt s̃. eodem c. quæſitum. licèt Hoſt. aliter dixerit. ¶Quò ad ſe-
12 ptimum. † an hoſpitale cum beneficio: vel ſimplex cum curato, vel econuerſo: vel vnum cum pluribus, & e conuerſo, valeant permutari: in hoſpitali, dic, q ſi conceditur in titulum, poterit cum beneficio permutari. & idem in præſtimonia, vt no. Io. An. j̃. eo. ti. li. 6. & cle. ſecus ſi non in beneficiū: ſed vt bono iure etiam clerico ſit cōmiſſum illud hoſpitale. tamen D. Fed. dicit, ꝙ poterit ſi clerico ſit commiſſum: qa licèt hoſpitale non ſit bn̄ficium: non tn̄ eſt titulus totaliter ꝓfanus: ſed eccleſiaſticus. non. n. poſſet vendi ſine vitio ſimoniæ, per id, quod legitur, & no. de ſimo. c. cum pſallere. & accedunt ſibi ſpiritualia. de præben. c. per literas. in cle. & ex hoc etiā infert, ꝙ duo tales clerici, vel laici hoſpitalarii poſsint dicta hoſpitalia permutare. ita dicit in 14. q. ex cuius mente hēs, ꝙ ſpirituale cum quaſi ſpirituali pōt permutari. quod adde s̃. eo. c. ad quęſtiones. † vnde ius patronatus cum eccleſia, vr̄,
13 ꝙ poſsit permutari. An autem ſimplex cum curato an e cōuerſo, ſentit D. Io. de Lign. ꝙ ſic. & an habens duo poſsit permutare cum vno, & e conuerſo. Io. An. de exce. c. cum venerabilis. ſuper ver. [eccleſiis.] dixit ꝙ ſic. primo caſu, qa ſicut vbi iure proprietatis duæ eccleſiæ, pro vna poſſunt pmutari: ſic eadem rōne, & in titulū. & dicit, ꝙ vidit fieri hoc de facto. ſed D. Fed. in 12. q. dicit, ꝙ qn̄ quis habet duo bn̄ficia curata ex diſpenſatione vult permutare cum vno curato, uel ſimplici, certè non poterit fieri: quia diſpenſatio iſtius eſt pſonalis, & nō tranſiret ad illum, cū quo vult permutare. de priui. c. ſanè. nec ep̄s pōt in hoc diſpenſare. Sed ſi iſte, qui habet duo curata ex diſpenſatione, vult vnum ex illis permutare cum habēte vnum curatum, pōt. ſed caueat ſibi, recipiendo illud curatum: vacabit. n. etiam aliud, quod remanſit ſibi, vt c. non pōt. 2. reſponſo. de præb. lib. 6. & eo. tit. c. ſi plures. in clem. Sed ſi permutat vnum de ſuis curatis cum beneficio ſimplici: certè poterit retinere illud ſimplex cum alio curato, ſaltem ex diſpenſatione epiſcopi. qui circa talia pōt diſpenſare. de elect. c. dudum. de conceſſ. præb. c. literas. dicere eſt igitur in vtroq; quæſito, ꝙ ſiue ex vna parte, ſiue ex vtraq; beneficia teneantur ex diſpenſatione, illius diſpenſatio requiritur in permutatione, cuius fuit neceſſaria in ipſo-
14 rum primęua collatione. ¶Secundò principaliter quęro. † q debeant conſentire, vel auctoritatem interponere in pmu-
a tationibus a. & primò quæro de ipſis permutantibus: an debeant conſentire, vel inuiti poſsint transferri de ſuis beneficiis ad alia. & vr̄, ꝙ non: quia nemo cogitur recipere beneficium, vel dignitatem eccleſiaſticam: licèt aliud ſit in honoribus ſecularibus. de his, quæ fi. à ma. parte Capitu. c. 1. ad hoc facit c. q̄ ſit. de elec. lib. 6. & de præb. c. ſi tibi. eo. lib. & 84. di. c. geſta. cum ſimi. & hoc tenet Io. 7. q. 1. c. ep̄s de loco. vbi dicit, ꝙ inuitus non pōt cogi per ep̄um tranſire ad maius: qa nemo cogitur creſcere. in contrarium facit s̃. de ætate, & quali. c. quæris. vbi inuitus cogitur quis ſuſcipere ordines. ad idem s̃. eod. c. quæſitum. vbi videtur dari poteſtas transferēdi perſonas de loco ad locum, ſi viderit expedire. & ibi dicit Hoſt. ꝙ illa permutatio eſt commendanda, cùm ad eam inuiti compellantur. ad hoc 40. diſtinct. c. ante omnia. 3. q. 4. c. diſplicet. & 8. q. 1. c. in ſcripturis. hoc etiam videntur tenere Inno. & Hoſt. in c. niſi. §. propter malitiam. de renunc. ſuper ver. [pſecutio.] vbi dicunt, quòd ſi periculum deſtructionis eccleſiæ imminet, vel magnum ſcandalum, cogitur p̄latus inuitus cedere: dumtamen bonum cambium alterius p̄laturę, vel dignitatis ſibi aſsignetur. & ſic poteſt intelligi dictum c. quæſitum. & hoc videtur tenere Archid. in d. c. epiſcopus de loco. vbi dicit, ꝙ cùm neceſsitas, vel vtilitas eccleſiæ expoſcit, poteſt cogere epiſcopus clericum ad permutandum, idem no. de reſcri. c. ſi propter. in ver. [vacabunt.] li. 6. & idem tenet Dominus Fed. in 25. q. dicens, ꝙ ſi nec per dationem coadiutoris, nec alio modo poteſt conſuli neceſsitati eccleſiæ: quòd inuitus poſsit transferri: ita quòd fiat ſibi bona recompenſatio in alio beneficio: vt ſic publica vtilitas præferatur. de maior. & obediē. c. cum inferior. nec mirum: prælatus enim non eſt dominus: ſed procurator, & diſpenſator. de dona. c. 2. ep̄s verò eſt præordinator in cunctis. 25. q. di. 1. & cura totius diœceſis ad eum pertinet. 10. q. 1. p totū. & ſic non ob. l. id quod noſtrum. de regu. iur. nam & maiora

poteſt epiſcopus.de exceſ.præla.c.ſicut.& cle.ſi vna.de reb. ec.non alie.debet tamen hoc facere eps̃ cum cõſilio ſui Capituli,ſicut collationes,& inſtitutiones.de his, q̃ fiunt à p̄la. c.nouit.& c.quanto.niſi contrarium præſcripſerit.ſ.ꝙ ipſe ſolus.eo.ti.c.ea noſcitur.ad p̄dicta facit, quod no.Io.An.ſ̃.de poſtu.præla.c.fi.ſuper ver.[violatum.]de reg.iu. c.quod ob gratiam.li.6.& prædicta ſm̃ Ab.non habẽt locum in epiſcopis religioſis:qui velint,nolint,trãsferri,poſſunt.& fortè idẽ in curatis propter rem publicam maximè:ſed in non curatis prædicta ſine dubio locum habent. & in hoc reſidet Fed. in 25.q.Et prædicta faciunt,ꝙ epiſcopus cum Capitulo ſi illi(quorum conſenſus in permutatione requiritur.de quibus j̃.dicam)conſentire nolunt: vbi permutatio, vel tranſlatio ſit ſummè vtilis,poterit expedire, eis inuitis. nam eps̃ põt maiora,vt dixi.contrarium in hoc tenet D.Fede.in q.24.

15 ¶Secundò quæro,†ſi duo prælati eccleſiarum collegiatarum volunt permutare:an poſſint hoc facere, & eps̃ auctoritatem præſtare,inuitis collegiis.dicas, ꝙ,aut fit hoc ꝑ Papam, & non eſt dubium.ipſius enim priuilegium eſt auferre de iure vnius,& dare alteri.de reli.do.c.conſtitutus.aut hoc vult facere epiſcopus: & tunc,aut ad ipſum ſpectabat collatio talium dignitatum.& poteſt,etiam inuitis collegiis. aut ad collegia ſpectabat electio,vel præſentatio,& tunc cõiter omnes tenent, quòd illi, ad quos ſpectabat electio, collatio,vel præſentatio,debent conſentire. ratio quia ipſis inuitis,nec eps̃,nec legatus poteſt auferre electionem collegio. de offi.leg.c.3.li.6.ſed ſi permutatio fieret eis inuitis: iã indirectè haberent prælatum ſine ſua electione, & priuarẽtur poteſtate eligendi,& præſentandi,ꝙ non poteſt eps̃ eos priuare.de exceſſ.præla.c.2.16.q.6.c.decernimus.& eccleſiaſticis ordo,&c.10.q.1.c.peruenit. Item cùm in permutatione interueniat vacatio(vt j̃.dicam.)patet, ꝙ ẽt epiſcopus ſine præſentatione patroni,vel electione Capituli non põt proprio arbitrio inſtituere, vel conferre tale beneficium: cuius collatio,electio,vel præſentatio ſpectàt ad alium, vt c. cum Bertoldus.de re iud.cum ſimi.conclude ergo, ꝙ in permutatione debet collegium conſentire,vel maior pars,& ſimiliter ſi habet patronos,debent.n.omnes, vel maior pars aliarum partium conſentire.de iure patron. c.3. & hoc verum, ꝙ ſufficit conſenſus maioris partis, quando permutatio eſt neceſſaria,vel vtilis eccleſiis.ſecus autem ſi voluntaria: tunc enim eſt melior conditio prohibentis,per not.de conſt.c.cũ oẽs.& hoc no.Io.An.j̃.eo.titu.1.li.6.& Pau.in clem.1.eo.ti.& Fede.in 19.20.& 21.q. ¶Tertiò quæro ad idem: an permutatio facta per epiſcopum competenter collatoribus,electoribus,vel patronis ſit nulla ipſo iure, vel annullanda per ſententiam.Pau.eo.ti.in cle.dicit, ꝙ conſenſus iſtorum p̃t interuenire ante,& poſt.& per hoc dat intelligere, ꝙ non ſit nulla,ſed annullanda.nam ſi fuiſſet nulla,non poſſet ratificari per ſubſequentem conſenſum.de elect.c.auditis.cũ ſimili. & ꝙ ſit annullanda,videtur per c.ꝙ ſicut.de elect.& de præben.c.cum in eccleſiis.li.6.ad hoc optimè de his, quæ fiunt à præla.c.ea noſcitur.vbi contemptus conſenſus totius Capituli,vel maioris partis,reddit actum annullandum, ſm̃ expoſitionẽ Ho.& Io.An.in ver.[conuenit.]allegat dictum c. quod ſicut.§.ſi autem.& vr̃ caſus de iure patro.c.illud. in fi. ad hanc partem tenet Dominus Fede.in 30.q.nam ſecundũ eum iſti actus permutandi,& auctorizandi depẽdent ab epiſcopo:quamuis collatio ad eum non pertineat,vt no.in cle. 1.eo.tit.non eſt ergo defectus ex parte facientis: licèt malè faciat contemnere,quorum intereſt. Et ex hoc ſequitur, ꝙ facta permutatione auctoritate epiſcopi,electores,vel collatores ante caſſationem illius permutationis inualidæ nõ potuerunt eligere,vel conferre.ſecus ſi diceremus talem ꝑmutationem fore nullam,iuxta no.in c.inter dilectos. de exceſ. præla.per Io.And.poſt Inno. Dominus Fede.tamen reſidet, ꝙ iſti, ad quos ſpectat eligere, vel conferre potuerunt hoc facere, etiam non caſſata tali permutatione: quia non præſtat impedimentum,&c.in reg.iuris. &c. ¶Sed incidenter circa hoc quæritur.infra quantum tempus debent iſti agere de contemptu,& idem põt quæri de eo, qui fuit contẽptus in collatione.circa hoc dicit in q.31.aut iſte contemptus cõſenſit tacitè,vel expreſsè,& non audiatur vlteriùs. de his, q̃ fiunt à præla.c.ex ore.de ap.c.concertationi.li.6. vel audiantur intra ſex menſes à tempore ſnĩæ computandos, ſm̃ Ho. allegat de conceſ.pręb.c.quia.vt lite non conte.c.quoniam. §.ſi verò.de his,quæ fiunt à præla.c.2. ſecus in electione, vt ibi no.Ioan. An.ex quo non comparuit infra tempus edicti: ſaluo quod habetur.qui matri.accu.poſſ.c.fi.de illis, qui permutationem veroſimiliter.ignorare poterunt. Ad idem etiã hic quæritur,dictum eſt ſupra,ꝙ epiſcopus debet permutationibus auctoritatem pręſtare, & non inferior,vt no.Ioan.
16 And.in cle.1.eo.ti.†pone ergo, ꝙ ad inferiorem ſpectat collatio,vel inſtitutio:an renunciatio, quæ fieri debet ex cauſa permutationis,debeat fieri in manibus epiſcopi: an verò in manibus eorum,ad quos collatio, vel electio pertinebat,epiſcopo auctorizante.D.Fed.q.32.arguit, ꝙ in manibus illorum, ad quos alià s pertinebat,auctorizante epiſcopo.à ſimili eius,quod habetur 12.q.2.c.placuit.& c.abbatibus.17.q.4.c.in venditionibus.ex quibus apparet,ꝙ cùm alienatio facienda eſt per aliquem prælatum:ille prælatus alienat, conſentiente,& auctorizante epiſcopo.Item ex contrario.ſ.ſi renunciatio,& collatio fieret per epiſcopum,ſequeretur abſurdum,ꝙ in proxima vacatione diceret eps̃ ſe eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi,& hoc cauendum eſt:ne vocati ad actũ aliqua iuſta de cauſa ius prætendant.7.q.1.c.pontifices.& ꝑ Ioan.An.& Pau.eo.titu.c.1.in clem.vbi tenent contrarium, ſcilicet ꝙ totum poſſit epiſcopus expedire de conſenſu electorum.& hoc videtur probari in c.quæſitum.ſ̃.e.& ex hoc ſequitur mirabile,ꝙ eccleſia conſueta reformari per viã electionis,& confirmationis,vel per viam præſentationis,& inſtitutionis:reformabitur nunc per viam collationis per epiſcopum,videlicet qui alià s non habebat confirmare,vel inſtituere,ſed certè nullum eſt inconueniens: poſtquam cõſenſus eius requiritur,qui conferre,vel eligere debet.& eſt ſimile,quod no.Hoſti.de iure patron.in fi.vbi dicit,ꝙ patronus poteſt recipere eccleſiã vacantem ab epiſcopo:licèt ad epiſcopum non pertineat collatio,ſed inſtitutio.& idem no.Io. An.poſt eum.de iure patro.c.per noſtras. Non ob.c.pontifices.nam illud habet locum,vbi ſimpliciter epiſcopus conferret.de cauſa poſſ.& proprie.c.vlti. cum ſimi.& quod non eſt in caſu noſtro.& vide cle.1.de foro compe.ad fi.¶Quar
17 tò quæro,†an vicarius epiſcopi,vel Capitulum, epiſcopali ſede vacante,poterunt permutationis auctorizare.de Capitulo ſede vacante,tenet Ioan.An.j̃.eo.c.1.in clem. ꝙ ſi electio, præſentatio, vel collatio talis beneficii permutati ſpectat ad ſolum epiſcopum,non poterit Capitulum permutantibus auctoritatem præſtare:ſecus ſi prædicta ſpectarẽt cõmuniter ad vtrunq;:nam cum ſede vacante pertineret collatio,vel præſentatio ad Capitulum ſolum: ergo, & auctoritatis accommodatio.dicto caſu dic,vt ibi. de vicario vr̃ dicen
b dum etiam,ꝙ non poſſit auctorizare b: nam ille poteſt renunciationem beneficii recipere,qui inuitum deſtituere. de renunc.c.quod in dubiis,per Innocen. ſed vicarius non poteſt deſtituere.de offic.vica.c.2.lib.6. præterea in beneficiis permutandis requiritur ſubſequens collatio. de rerum permuta.c.1.in clem.ſed vicarius conferre non poteſt:ergo nec permutantibus auctoritatem præſtare.Ad prædicta facit qđ no.in clem.1.de hæretic.per Ioan.And.& eodem titu.c.vno. in clemen.hoc no.Dominus Fede.¶Sed incidenter quæro,
18 †an Capitulum ſede vacante, poſſit recipere reſignationem beneficiorum ad collationem ſolius epiſcopi pertinentium ex cauſa permutationis faciendam.videtur,quòd nõ, vt no. Io.An.j̃.eo.in cle.in penul.gl.in contrarium vr̃, quòd Capitulum,



tulum,tanquam vicegerens epiſcopi,poteſt beneficiatos priuare:per conſequens reſignationem beneficiorum recipere, vt no.in d.c.1.in clem.epiſcopus. ergo ſucceſſor perficiet ꝑmutationem,quam ex licita cauſa vicegerens inchoauit. ad hoc faciunt no.per Docto.poſt Innocen.de reſcript.ca.eam te.In contrarium tamen facit,quòd Capitulum,ſede vacante,non poteſt facere gratiam:licèt poſſit illa,quę ſunt iuriſdictionis contentioſæ,vt no.in d.c.vno.de maiorita. & obe. in nouella.Sed reſponde,quia multa poteſt Capitulum ſede vacante,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis:nam poteſt commendare beneficia ſpectantia ad collationem ſolius epiſcopi,vt no.argum.eod.titu.c.vno.lib.6.ſic, & epiſcopus commendare poteſt beneficia,quæ ſpectant ad collationem Papæ,vt no.in c.nemo deinceps.de elec.in ſi.gl.magnæ.& hoc no.Dominus Fed.q.36.ubi in fine q.dicit, quòd ſi gratioſè fiat reſignationis receptio:non poteſt eam recipere, ſede vacante.ad hoc quod no.de renunciat.c.admonet. Si verò fiat in pœnam reſignantis,tunc poſſit.facit eod.tit.c.quidam.& l.alienationes.ff.fami.erciſcun.& extrauagantis execrabilis. §.quia verò.& § cæterum.& ex his,quæ dixi, quòd renunciatio debet fieri in eius manibus,qui poſſet inſtituere,& cõferre: conclude, quòd ſi duo diuerſarum diœceſum volunt permutare beneficia ſua: requiritur vtriuſque epiſcopi auctoritas: vnius in recipiendo renunciationem beneficii ſuæ diœceſis:alterius ſuper alterius collatione. ad hoc c. pro illorum.de ſen.excommun. & l.iuriſperitos.§.cum oriundus.
19 de excuſa.tuto.¶Ad idem quæro.†ſi duo ſunt in curia permutare volentes,& ibi eorum epiſcopus:an epiſcopi ſui,vel Papæ auctoritas requiretur?dubium facit,quia dicta beneficia per talem renunciationẽ dñr vacare in curia. & ad Papam pertinet collatio,vt c.2.de præb.li.6.ergo vr̃ eius auctoritas,non epiſcopi,requirenda.& idem põt quæri,ſi duo morantes in curia conſtituant procuratorẽ ad reſignandũ cauſa permutationis extra curiam:an locus, in quo actus geritur:vel quo actus debet perfici quò ad iudicis auctoritatem debeat conſiderari.de his dic,vt ſubtiliter no.in clem.vt lite penden.facit,quod no.Bar.in l.ſi vt proponitur.de fideiuſſo. ¶Tertiò principaliter quæro,dictum eſt ſ̃.proxim.qõ.cum ſuis acceſſoriis de auctoritate,& conſenſu permutationibus adhibendo.Sed vos ſcitis,quòd in permutationibus interuenit vacatio inducta per reſignationem, & poſt ipſam ſubſequitur collatio,quæ non poſſet ſubſequi, niſi vacatio ꝓceſſiſſet,vt c.poſt electionem.& c.1.de conceſſ.præben. & hoc no.Io.An.in c.ſi propter.de reſcri.li.6.& probatur in c.vno. de rerum permuta.in clem.1.beneficia reſignata, &c.& ibi Paulus.Item ſcitis,ꝙ beneficia vacatura quandoq; debẽtur expectantibus:vt c.tibi qui.cum ſimi.de reſcri.li.6.quãdoq; ſunt reſeruata,vt c.pro illorum.de præb.c.propoſuit.de cõceſſ.præb.quandoq; habent aliqui optionem, vt c.vltim.de conſuetud.lib.6.quandoq; ſunt aliis vnita, vt c.conſultationibus.de dona.& c.ſi vna.de rebus eccl.non alie.in cle.quãdoq; aliquis expectat fructus beneficiorum vacantium, vt c.ſi propter.de reſcr.lib.6.quandoq; per obitum,vel receſſum reſtrictus eſt numerus canonicorum in eccleſia. modò in his caſibus dubitatur:an ſi duo reſignant beneficia ſua cã permutationis poſſint prædicti expectantes reſeruantes: & illi,pro quibus vnio facta eſt,& alii prædicti talia beneficia,(tanquam vacantia)ſibi vendicare,vel præciſè ipſis permutare volentibus debeantur,& in expectantibus, ꝙ eis nõ debeantur beneficia ex cauſa permutationis vacantia, eſt expreſſum.j̃.eo.ti.c.1.lib.6.vbi glo.idem dicit,ſi expectant auctoritate reſeruationis legatorum, vel receptionis Capituli. de reſeruatis autem per Papam generaliter, vel ſpecialiter eſt dubium:an permutantibus debeantur, vel illis, in quorũ fauore reſeruatio facta fuit.& videtur,quòd talis reſeruatio non impediat permutantes: quia nec reſeruatio executorũ Papæ,etiam cum decreto,vt d.c.vno. contrarium tenet dominus Feder.in dicto tractatu permutationum. q.1.ꝑ Dec. Benedicti.12.quæ incipit.c.dudum. & per conſt. execrabil.
20 in fi.ex quibus probatur,†ꝙ permutatio facta de beneficiis ſpecialiter reſeruatis, non valet ſine mandato ſedis apoſtolicę:nam inferior non poteſt ſe intromittere de his,quę princeps ſibi ſpecialiter reſeruauit.de app.c.vt noſtrum.cum ſua glo.hinc eſt,ꝙ per reſeruationem Papæ ligantur manus ordinari,etiam re non integra.de elect.c.ſi eo tempore. lib.6. Item ſecundùm Archid.paria ſunt, beneficia vacare in curia,& beneficia,eſſe reſeruata,& ꝑ ipſum collata,vt ipſe not. c.vltimo.de conſuetud.lib.6.nec poteſt negari, quin in permutatione interueniat vacatio,& collatio,vt dixi ſ̃. Nõ ob. c.primum.eod.tit.li.6.quia literæ ad beneficia ſunt odioſæ: reſeruationes autem ſpeciales, vel generales (quia fiunt ꝓprio motu Papæ)ſunt fauorabiles.ideò ampliandæ. Illæ aũt reſtringendæ,vt c.ſi pluribus.de præb.li.6. Item illud c.vnicum præfert in illo caſu æquitatem rigori.In caſu ergo reſeruationis(vt dicta ęquitas ceſſet)habeat locum rigor, vt dominus Ioan. de Lign. proſequitur ſ̃.eodem. c.quæſitum:ſed quia de rigore,& æquitate contrariis non eſt hic noſtra materia.te remitto ad not.in l.1.C.de leg.& per Cy.¶Vlteriùs
21 quæro de habentibus optionem beneficiorum. †An optare poterunt beneficia vacantia ex cauſa permutationis.D.Fed. 28.q.hic.& conſilio ſuo 60.iſtam quæſt. plenè proſequitur, & arguit,ꝙ poſſit optari ꝑꝑ vacationem mediam. Item q̃a conſuetudines, & ſtatuta ſunt ſeruanda: nec eſt intentionis Papæ ipſa tollere,vt c.1.de conſue.li.6. ergo nec ſi mãdat cõferri beneficia permutantibus: per ſuam cõnſtitutionem vr̃ velle conſuetudini derogare. Item permutantes ſciebant cõſuetudinem.imputent ergo ſibi, ſi renũciant permutationis cã.nam ſic per reſignationem vacantia optantibus debebũtur.In contrarium facit dictum c.1.eo.ti.li.5. & eo.tit.cle.1. nam niſi ipſis permutare volentibus concernãtur:non erant alià s reſignanti.Item dicta cle. præciſè mandat ipſis permutantibus conferri debere.& hoc tenet D.Fed. de quo latiùs per eum in allegatis locis.¶Deinde quæro. pone,ꝙ duæ ęccleſiæ ſunt vnitæ canonicæ menſæ cuinſdam mon. decedentibus,vel cedentibus rectoribus, &c. quæro an dicti rectores poterunt permutare.& eſt dicendum,ꝙ nõ: nam cũ ſint factæ de menſa,ammodo vacare non poſſunt.de exceſ. p̄la. c.vno.§.quidam.2.in cle. ibi [q̃q̃ ipſæ propter hoc eccleſiæ in veritate non vacent.] & ex cõtrario ſequeretur abſurdũ. nam ſi iſti poſſent permutare:ergo,& illi, & ſic deinceps. & ſic vnio nũquam ſortiretur effectũ,& nõ ſubueniretur mẽſæ monaſterii:cuius intuitu vnio facta fuit.Et ex hoc ẽt dico,ꝙ talia beneficia ſic vnita mortuis rectoribus non debebunt, expectantibus etiam cum decreto auctoritate apoſtolica, vt dixi ſupra ne ſede vacan.c.1.alia,& ſimilis eſt quæſtio, ſi numerus decimus eſt reſtrictus ad octauum] cedẽtibus,vel decedentibus.]&c.& iuramento vallatus: an duo de numero exceſſiuo poterunt permutare, etiam accedente auctoritate legati:videtur,ꝙ non:per illa,quæ dicta ſunt. ſ̃. de vnitis,à quibus iſta reſtrictio non videtur diſtare: nec auctoritas legati poteſt tollere ſtatutum eccleſiæ, vt notat Archid. de præbend.c.ſi à ſede.lib.6. Auctoritas tamen legati videtur eos excuſare à periurio,ſi eius mandato conueniunt: q̃a intelligitur excepta eius auctoritas,vt c.debitores. de iureiurand.vnde ſi quis iurauit non exire domum infra quindecim dies: & interim citaretur à iudice, tenetur ſibi parere: nec erit tranſgreſſor iuramenti,vt notat Archidiac.15.q.4. c.auctoritatem.& Guliel.in Spe.de cita.§.j.ver.[quid ſi q̃s.] & Io.And.de appell.c.cum parati.in nouel.¶Quid autem ſi illi, q̃ numerũ reſtrinxerunt, cum iuramento conſenſerunt huic permutationi:an valeat permutatio: quaſi per contrarium actum videantur reſtrinxiſſe numerum.quod vr̃.per c. cum acceſſiſſent.ſ̃.de conſt.iſtius q̃onis ſolutio depẽdet ab illa.an teneat receptio contra ſtatutum iuramentum. Arch.

ꝙ non in c.ſi à ſede.de præben.li.6.Ioan.An. contra in c.di-
lecto.de præben.dic vt ibi.& c.vlti.de offi.vica.in nouella.&
Fed.côſ.35.de alia quæſt.an expectãtibus fructus beneficio
rum vacantium uſque ad annum : debeant fructus benefi-
ciorum vacantium ex permutatione. dic vt c. ſi propter. de
22 reſcrip.li.6.in nouella & in gl. ¶Quartò principaliter quę-
ro † ſi non tenuit permutatio ratione reſeruationis Papæ,
vel alia ratione:an valeat ſaltem reſignatio facta cauſa per-
mutationis.dominus Federi. in 3. quæſt.tenet, ꝙ renuncia-
tio remaneat valida:& fiet prouiſio hincinde per Papam. ar
23 gu.de renũ.c.quidam.¶† An autẽ taliter reſignantes (poſt-
quam impediente reſignatione non poſſunt conſequi bene-
ficia permutata) an poſsint ad propria taliter reſignata re-
dire,dic,quòd non ſi reſeruatio erat nota generaliter : ſecus
aũt ſi occulta:tunc enim poſſunt redire ad ſua beneficia, per
c.ſi beneficia.de preben.li.6.& quod legitur,& not.de poſt.
præla.c.1.& de conſtitu.c.2.li.6.Sed an illo caſu, & aliis,vbi
permutatio non poteſt effectum ſortiri, poſsit redire pro-
pria auctoritate: an indigeant noua collatione, vel inſtitu-
tione: probabiliter dubitatur. & tractat Federi. in ſeptima
quæſtione.refert Ioan.And. dicere, quòd de æquitate illius
c.ſi beneficia.poſsit redire ad ſuum beneficium propria au-
ctoritate.alleg.C.eodem.l.cum precibus.& l.ſequen.Ita no.
Ioan.And.infra eo.c.vno lib. 6. Alii dicunt contrarium,per
nota.in dicta l.precibus.in glo.2.vbi dicitur, quòd quanuis
ex altera non ſit ſecuta traditio : tamen ille,qui tradidit do-
minium, amiſit.cùm ergo beneficium per reſignationem,&
traditionem ſit perditum: non poteſt ſibi reſtitui ſine cano-
nica inſtitutione.de regu.iu.c.1.lib.6.nam ſeipſum inſtitue-
re non poſſet.de inſti tu.c.fi.dicit Federi.quòd opinio Ioan.
And.eſt ęquior : per quam circuitus euitatur.vt in cle.audi-
tor. de reſcrip. Ex prædictis ſequitur, quòd ſi ex vna parte
permutatio non poteſt perfici : poteſt alter, qui reſignauit,
ad ſuum beneficium redire, vt c.ſi beneficia. de præben.li.
6.Item tamen dominus Fede.in conſilio.151.tenet, ꝙ noua
collatione opus ſit. Sed pone, quòd vnus ex permutantibus
non habet ius(puta ſimoniacus:vel alius non habens titulũ)
non tamẽ iſtud beneficium pertinet ad aliũ : nunquid acqui
ret ius in beneficio : quod côſequitur ex cauſa permutatio-
nis in 10.q. dicit Federi. quòd non duplici ratione : quia ex
hoc ſequeretur abſurdum:nam quis per fas, & nefas acqui
reret beneficium : & videns ſe non poſſe iſtud tenere, ſalua
conſcientia, permutaret cùm alio ius habẽte. Alia ratio eſt:
quia rem alienam dans, non contrahit permutationem. de
excep.c.cùm venerabilem. Item epiſcopus, qui confert iſti
beneficium, intendit ſibi conferre illud beneficium loco il-
lius,quod dimittit.ſed iſte nihil dimittit : ex quo non habe-
bat ius:poſito,ꝙ alia's epiſcopus potuiſſet iſti ſimpliciter cô
ferre beneficium : quia tamen non contulit ſimpliciter ( ſed
ex cauſa permutationis)ille nihil côſequitur. & habet locũ,
quod potuit noluit &c.ſup. de offi. delega. c.cum ſuper. de
conceſſ.præbendę.c.ex parte.& quod ibi nota.& de reſcrip.
c.ſuſceptum lib.ſexto.& hoc tenet Io.An. de rerum permu.
24 c.1.lib.6.Ex prædictis ſequitur,† quòd ſi vnus ex permutan
tibus non habet ius in beneficio, non conſequitur ius ille ta
lis ex collatione epiſcopi,in alio beneficio ſibi dato loco il-
lius. ſimiliter tradens beneficium canonicè poſſeſſum cauſa
permutationis,in beneficio,quod recepit canonicè nô poſ-
ſeſſo per alium, à quo recipit, non acquirit titulum canoni-
nicum ex collatione epiſcopi. hoc etiam tenet in conſiliis
conſilio. 159. poterit tamen iſte, qui beneficium canonicè
poſsidebat,& tradidit cauſa permutationis, ipſum recupe-
rare,vt dixi ſupra ſecundùm eum.ad vnum tamen eſt aduer
tendum, ꝙ prędicta habent locum, quando quis iuſto du-
ctus errore beneficium permutationis cauſa reſignauit, &
aliud obtinere potuit.ſi aũt in permutatione ambò, vel al-
ter fraudem commiſit, nô poteſt ille talis, vel ambo fraudẽ
committentes redire ad priora beneficia:ſed priuati ſunt ip
25 ſis,vt s̃.eo.c.cum olim.¶Sed incidenter tunc quæro. †ſi iſti
cum fraude permutantes poſsiderent beneficia taliter ꝑmu
tata(quia fraus erat occulta)an ipſis mortuis, & fraude de-
tecta,dicta beneficia dicantur vacare per mortem: an ꝑ re-
ſignationem:an per iuris priuationem. nam ius priuat taleſ
cum fraude permutantes,vt d.c.cum olim. & hoc tenet dñs
Fed.q.7.allegat c.eum qui.de prębl.li.6.& hoc habet locũ in
beneficiis,in quibus habet locum Decre.de multa.Si autem
non propter fraudem,ſed alia ratione ſine culpa permutan-
tium permutatio fuit nulla(quia erãt forte reſeruata (vt di-
xi)tunc dicta beneficia dicuntur vacare per reſignationem,
non per mortem:quia nec in vita ius aliquod habuerunt:te-
net tamen ipſe quæſt.6.ꝙ dicatur vacare per mortem : quia
illa reſignatio facta fuit ſub conditione,ſaltem tacita,ſi per-
mutatio ſortietur effectum:quo non ſecuto, prior titulus in
effectu durauit,quod per mortem diſſoluitur. & hoc ( dicit
ipſe)videtur ſentire Io.And.in c.vnico.& c.ſuper gl.quæ in-
cipit,quid ſi ſuper ver.ſui epi.lib.6.in nouel.¶Quintò prin-
26 cipaliter quęro. † an permutatio poſsit fieri ex interuallo,
puta beneficiati in diuerſis diœceſibus volunt permutare:&
primò vadunt ad vnum.& vnus reſignat, deinde alter ad a-
lium reſignat.Ioan.Mona.& Ioan.And.ſuadent, ꝙ fiant om
nia in inſtanti,& ꝙ ambo epiſcopi ſint præſentes.de ſenten.
excommu.c.cum illorum.alia's poſſet contingere difficultas
talis.pone enim,ꝙ ego primò renunciaui permutationis cã
beneficio meo,quod tibi collatũ, & traditum fuit. certè tũc
nô dicetur vacare ex reſignatione,quam poſtea faceres:ſed
ex adeptione mei beneficii,vt c.de multa.de pręb. alia exẽ-
pla,ex quibus patet,ꝙ propter interuallum poſſet ſequi in-
tricatio,vide per Io.Aa.in d.c.1.eo.titu.lib.6.in nouella. pp
quæ vtilius eſt in inſtanti omnia fieri, ſecundùm D.Fed. qui
ſubiungit ad idem quæſtio.25.quia in permutatione debeat
interuenire renunciatio,& collatio,vt ſæpius dixi.quid iuris
ſi epiſcopus præſentibus permutare volentibus, & petenti-
bus renunciationem admitti, & collationem hincinde fieri:
reſpondeat epiſcopus[placet nobis,& permutamus.]& vr̃,
ꝙ ſic, vt hac breui locutione verborum videantur iſti renun
ciaſſe,& epiſcopus recepiſſe,& contuliſſe.propter celeritatẽ
enim actuum quandoq; gerendorum,medius occultatur,&
pro expreſſo hr̃,vt l.3.ff.de don.inter virum,& vxorem, & l.
ſingulariter.ſi cer.pe.& l.illud.de acqui.hær.ad hoc facit,qđ
notat Inno.de præb.c.inter.vbi dicit, ꝙ permutationes ha-
bent ius in beneficiis permutatis ſtatim, ꝙ ſuperior ſuã au-
ctoritatem interponit.ad hoc etiam optimè quod no. Ioan.
And.poſt Hoſt.de his,quæ fiunt à præla.c.ex ore.vbi dicũt,
ꝙ ſi epiſcopus confert c beneficium de voluntate beneficia-
ti,valet collatio:quia ille videtur renũciaſſe, & epiſcopus ac
ceptaſſe.dicit D.Feder.ꝙ de ſubtilitate iuris poſſet ſuſtineri
hæc opin.tamen tutius & ſecurius eſt,vt etiam côſuluit Ho.
in d.c. ex ore. ꝙ fiat expreſſa renunciatio, & collatio. & ſic
ſeruat conſuetudo.& probatur in c.vnico.eod.titu. in clem.
27 ¶Sextò principaliter quæro, † infra quantum tp̃s ſuperior,
in cuius manibus ſunt reſignata beneficia ex cauſa permuta
tionis,teneatur illa conferre.Pau.in dicta clem.vnica.eod.c.
dixit,ꝙ non eſt tempus præfixum à iure:ſed compelli debet
per ſuperiorem,vt conferat,ſi deprehenderetur negligens.
de iure pat.c.nullus,ſimiliter no.Pau.in clem.2.de relig. do.
vbi dicit,ꝙ non eſt tempus præfixum in iure: infra quod ho
ſpitalia committantur.& idem no.de executore.de præbẽ.
c.penul.eo.tit.& idem in electionibus canonicorum: vbi nu
merus non eſt,vt not.Ioan.And.poſt Ho.de elec.c.cũ eccle-
ſia,& de conceſsio.præb.c.ex parte.Non ob.c.2.eo.tit. quia
ibi vacant beneficia ſimpliciter. hic.ſ.in caſu permutationis
vacant,ſecundum quid,vel ex cauſa.Item ibi collator habe-
bat arbitrium conferendi,cui volebat:hic verò præcisè ipſis
permutantibus.Sed hæc ratio tollitur per no.Ioann.And. in
c.pu-



c.publicatæ.de elec. vbi aſtricto eligere certam perſonã cur
rit tempus:melior eſt ergo ratio, ꝙ hic non eſt tempus præ-
fixus,& ideò per ſuperiorem debet ſtatui, quo elapſo ſupe-
rior ipſe faciat.ad hoc de offic.ordi.c. irrefragabili.§. exceſ
ſus.& c. quantò.cũ refert tamen Lappum & Abba. tenere,
ꝙ elapſo termino per ſuperiorem prefixo,vel elapſis ſex mẽ
ſibus,ſit in arbitrio permutantium, vel ad priora beneficia
redire: vel ipſum collatorem ad conferendum per ſuperio-
rem compelli.allegat.c.ſi beneficia. & c.1.de ſupplen.negli-
gen.præla.& quod no.Hoſt.in dicto c.irrefragabili.quod an
ſit verũ,ꝙ poſsint redire propter moram, & culpam collato
ris,dubito. ¶ Septimò quæro.quidam tractantes de permu
tatione ſuorum beneficiorum conuenerunt adinuicem,data
fide, procurare permutationes illorum beneficiorum per il
los,quorum intereſt: & facere,quod auctorizare poſſet: mo
dò alter vult pœnitere, & non vult reſignare ex cauſa prædi
cta.quæro an altero inſtante, poſsit ad permutationem cô-
pelli.videtur, ꝙ nô:quia pactio non videtur licita in ſpiritua
libus. 1.quæſt.2.c.quàm pio.ſup.de pactis.c. vlt. In contra-
rium videtur; quia iſti non conuenerunt permutare: ſed da-
re operam cũ habentibus poteſtatem, quod non videtur ꝓ-
hibitum.de reſtitu.ſpolia.c.olim.& quod no.de reſcrip.c.ad
audientiam.2.in glo.ſed nunquid.& de præben.c. ſignifica-
tum. Concludit dominus Federi.q.38. ꝙ iure actionis non
poſsit compelli: ſed officio iudicis, ſi permutationem vide-
rit expedire,vt c.quæſitum s̃.eo.& poterit iſte (qui ſic pro-
miſit) ad permutationem compelli. ad hoc facit, quod not.
de renun.c.quod in dubijs.& quod metus cauſa.c.pen.Non
obſtant iura,quæ prohibent pactionem : quia loquuntur de
pactione illicita: ſed hic promiſerunt dare operam cũ ſupe-
riore. quod non videtur reprobatum : nam qualitercunque
permutatio pendeat ex ſuperioris arbitrio, & pactione etiã
reprobaretur, vt dictum eſt:tamen ſimplex manifeſtatio,&
declaratio voluntatis beneficia poſsidentium, quòd volunt
permutare,non videtur prohibita : nec etiam ſuperioris adi
tio,& imploratio ſuper hoc.& hoc ſentit gl. in cle.vnica.eo.
titu.ſuper ver.[volentibus.]& qđ no.Archi.eo.tit.c.1.lib.6.
in glo. intelligas. Et aduertendum ſuper iſta pactione pro-
hibita,& datione rei temporalis : non enim habet locum,ſi
deducitur in expreſſum, quod tacitè inerat.pone enim. pa-
ciſcitur alter ex permutantibus: ꝙ alter teneatur ſoluere de
bitum tali,& tali nomine ſui beneficij permutari contractũ.
certè quia ad hoc ex debito tenebatur,non vitiabit permu-
28 tationem: vt pleniùs Fed.no.q.39. Qui vltimò quærit. † An
inæqualitas beneficiorum, ſiue ratione redditũum, ſiue one
rum incumbentium vni beneficio,& non alteri, reddat per-
mutationem nullam,quaſi fraude probata.tenet, ꝙ non : li-
cèt ſit præſumptio fraudis.& in ſumma ſibi placet,quod no.
Ioan.And.& Io.Mo.eo.tit.c.1.lib.6.vbi etiam no.ꝙ non eſt
permutatio,ſi renuncio beneficium meum, vt tu habeas il-
lud: & tuum detur nepoti meo: an in permutatione debeat
fieri mentio de alijs beneficijs:cũ hic non ſit impetratio,nec
collatio ſimpliciter facta: ſaluo ſtylo curiæ ſecundùm eum,
cuius tractatum pro pleniori notitia huius materiæ neceſſa-
riò pro canoniſtis hic interſerere viſum fuit : quia materia
quotidiana ; ideò plenius explicanda, vt dicit Iuriſconſul-
tus in ſimili in l.legaui ff.de lib. leg. in prin.

ADDITIONES.

a ¶ In permutationibus. Vide Ioan.And. in cle.1.de re.permu.& ibidem Car.in 9.q.Inno.in c.quæſitum.ſup.eo.
b ¶ Auctorizare. Eſt autem auctorizare iuriſdictionis. & pertinet etiam ad magiſtratus municipales.Spec. in titu.de iuriſ.omn.iudic.in verſicu porro.
c ¶ Confert. Adde Inno.in c.inter cętera. in verſi.poſſet etiam. de præbẽ. Bal. in l. 1. in verſi. quęro an poſſunt.C. de rerum permu. Card.in cle. 1.de rerum permuta.

# De feudis.

VIſo de quibuſdam modis, & contracti-
bus,quibus res eccleſiæ alienantur.de feu
dis videamus. habetur de materia.22.q.
5.de forma.conuenit rub.de conſti.c.quæ
in eccleſiarum.de pactis.c.pleriq;, de iud.
c.cæterum.& c.nouit.de foro compe.c.ex
tranſmiſſa.c.ſeq.& c.ex parte. de iureiuran. c. veritatis.& c.
nimis.de præſcrip.c.ad audientiam.de his, quæ fiunt à præ-
la.c.cũ apoſtolice.de rebus eccle.non alie. c. ad noſtram. &
c.ſi.de loca.c.2.de dona.c.per tuas: de decimis.c.tua. de ſta-
tu mo.c.recolentes.de iure patro.c.cũ ſecundũ. de dona.in-
ter virum & vxo. c. nuper. de pœnis.c.ad aures. & c. in qui-
buſdam.de ſenten.excommu.c.grauem.de elec.c. vbi peri-
culum.§.ipſos inſuper. & c. fundamenta. lib.6. de pœnis.c.
felicis.& clemen.eo.titu.c.ſi quis ſuadente.& clemen. de re
iudi.c.paſtoralis.§.denique.

*SVMMAE.*

1 *Pignus qualiter poſsit conſiſtere in re propria.*
2 *Eccleſia poteſt recipere rem pignori, vbi aliquam vtilitatem ex pignore licitè poteſt conſequi.*
3 *Caſus, in quo fructus non computantur in ſortem, ſed cedunt ad commodum creditoris.*
4 *Vaſallus tenetur eccleſiæ, & prælato ad ſeruitium, ratione feudi.*
5 *Feudatarius, qui non poſsidet rem feudalem, non tenetur præſtare ſeruitium.*
6 *Feudatarius an poſsit renunciare feudos inuito domino, vt à ſeruitio liberetur.*

INſinuatione. Si eccleſia à ſuo vaſallo
recipit feudũ in pignus
abſtinendo ab eius ſeruitio, non tenetur computare
1 fructus in ſortem. ¶Nota primò,† ꝙ in re propria a poteſt
2 pignus côſiſtere : quod eſt verũ, inſpecto iure tertio compe
tenti in re illa: vt hic erat.alia's ſecus,vt l.neque pignus.ff.de
regu.iuris. quinimo licèt regulariter extinguatur pignus, ſi
dominium rei pignoratæ creditori quæratur. tamen ſi quæ-
ritur reuocabiliter,non extinguitur: nec talis acquiſitio de-
bet creditori nocere. vt l. debitor.ff. ad Trebel. facit quod
not. Doct.poſt glo.in l.3.C.quod metus cauſa. & Cyn.C.de
his,qui in prio.cre.l.fina.& l.in bello.§. ſi quis ſeruum.ff. de
cap.& l.ex ſextante.§.Latinus. ff.de excep.rei iudi.¶Secun-
2 dò no. † ꝙ eccleſia poteſt recipere rem pignori ( & ſic inire
contractum pignoris) vbi aliquam ex pignore poteſt vtilita
tem licitè conſequi,vt hic erat: alia's ſi non poteſt, quomo-
do poſsit, pecuniam mutuare : ꝙ inde nihil ſperare valeat,
non videtur : cũ debeat contrahere, vt meliora proſpiciat,
3 vt in c.tua nuper.de his,quæ fiunt à prælatis.¶† Tertiò no.
caſum, in quo fructus non computantur in ſortem, ſed ce-
dunt ad commodum creditoris.contra quod oppo. de c.ad
noſtram.s̃.de iureiuran.C.de pigno.l.1.Sol.Ioan.And.mul-
tipliciter ſoluit: primò, ꝙ ſpeciale ſit in feudis eccleſiæ pro-
pter eorum odium.ſimile infra de vſu.c.1. vel poteſt intelli-
gi illud c. in caſu, quo feudum ab eccleſia illicitè detinetur:
& ſine ſcandalo non poteſt recuperari,vt dicto c.1.quod eſt
diuinare, ſecundùm Hoſt.alij dicunt, ꝙ iſtud eſt inductum
in priuilegium eccleſiæ: nec extendendũ.de priuile. c. ſanè.
quod non placet Ioan.An.nam ſi hæc eſſet vſura,cùm ſit re-
probata per vtrumq; teſtamentum.de vſuris.c.ſuper eo. nô
poſſet in hoc eccleſia dare priuilegium, vt patet ex nota.de
conceſ.præben.c.propoſuit. & minus eſſet dandum priuile-
gium clericis,quàm laicis.arg.88.diſtin.cap.fornicari. & de
cenſi.c.ex parte.dicit ergo, ꝙ eſt ſpeciale in re feudali do-

mino obligata, ne fructus computet ſibi in ſortem propter
naturam rei feudalis: quæ eſt, ꝙ dominium penes concedē-
tem remaneat: cuius ratione recipiens obligatur domino ſe
cundùm diuerſas conſuetudines regionum, & ipſis deficien
tibus iure ſcripto, vt patet in lib.feudo.c.1. Item feudũ obli
gat naturaliter vaſallum ad antidora, cũ ab eo recepit bene-
ficium. vt dicto c.1.& de pēti.hæredi. l. ſed ſi lege.§. conſul-
uit. & de teſta.c.cũ in officijs. Ex his conſideratis, quando va
ſallus obligat feudum domino: patet rem reuerti ad primã
naturam.argu.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus. & infra de cenſi.
c.cũ vene.& in Auten.de non eligen. §. & non ſolũ. ibi [hoc
autem aliquid adeſſe peregrinum] &c. & l.filio quem pater.
de libe. & poſthu. & his rationibus Papa motus declarat
hic fructus non debere computari in ſortem: nam ex cauſa
poteſt Papa ius diuinum, loquens ſimpliciter, declarare, vt
facit in caſu iſto, & in ſimili.j.de vſuris.c. conqueſtus. & c.
1.eo.titu.& hæc ratio ita in feudo ſeculari, & fortiùs, quàm
in eccleſiaſtico locum habet. Quid ergo dices in emphiteu-
ta, qui obligatur domino: vel vſufructuario, qui obligatur ꝓ
prietario. dicit Hoſtié. principem conſulendum. remittit ad
ſummam tit.de vſu.§.an aliquo caſu.ver.1. & ſe. ¶ Quartò
4 habes hic, † ꝙ vaſallus tenetur eccleſiæ, & prælato ad ſer-
uitium ratione feudi. ad quæ autem vaſallus ſit domino obli
gatus, habes. 22.q.5.c.de forma.& ibi in fi. è conuerſo habe
tur ad quæ dominus teneatur vaſallo: & quã pœnam incur-
rat eorum alter, promiſſa, vel illa, ad quæ obligatus eſt, non
ſeruans. dic vt in lib.feu.qualiter feudum amit.per totum.&
ſi de feu.contro.fue.c domino committuntur.& qualiter do
minus proprietate priuetur.c.ex facto. aliàs eſt ſub rub. de
5 cap.qui cu. & eſt.§. ¶ Quintò & vlt.no. † ꝙ feudatarius, qui
non poſſidet rem feudalem, nõ tenetur præſtare ſeruitium.
quod eſt verũ, quando res eſt penes dominum. ſi autem deti
neretur ab alio mala fide fortè idem ſi caſu fortuito deſie-
rit poſſidere. vt dicit Cy. in emphiteuſi ab hoſtibus occupa
ta, vt dixi.ſ.eo.c.potuit.in 11.q. ¶ Sed hic vltra Doct. quæ-
ro: hic dicitur, ꝙ ſi fendatarius domino ſe obligauit, libera-
6 tur interim à ſeruitio. † quid ſi renunciat feudo, vt à ſeruitio
liberetur? an hoc poterit facere, inuito domino? videtur, ꝙ
non. de lega.2.l.Imperator.§.ſi centum. & l. quicunque. de
fun.pa. in contrarium facit l.cũ vſusfructus.& l. ſi fortè.§.La
beo.ff.ſi ſeruitus vendi. per hæc iura determinatum fuit, ꝙ
non poſſit. quod videtur contra caſum. 10.colla.de vaſal. qui
contra conſti.Loth.c.1.ſed dictum c.loquitur, quando feu-
dum fuit conceſſum ſimpliciter. ſecus ſi cauſa certi ſeruitij,
vt plenè no. 10.colla.de cap.qui cu.ven.c.fi. Bart. pleniùs ſic
diſtinguit. aut aliquis conuenitur ex ſuo contractu: & non
liberatur, cedendo, vt dicta l. quicunque. & l. ſicut.de actio.
& obligat. aut ex ſuo delicto: & idem, vt l.is cũ quo. de aqua
pluuia arcen. Aut conuenitur actione reali: & liberatur ce-
dendo, vt l.fortè.§.etiam. ſi ſeruitus vendi. aut officio iudi-
cis: & idem, vt l.prætor.§.hoc edicto.de dam. infec. nam de
vtroque eſt eadem ratio; ſcilicet defectus obligationis, vt l.
qui per colluſionẽ.de actio.emp.& Inſti. de actio. poſt prin.
Aut conuenietur aliqua actione perſonali ex virtute contra-
ctus, vel quaſi contractus præambuli (vbi hoc expreſsè non
promiſit: ſed venit occaſione rei) & tunc, aut illud onus oc-
caſione rei proueniens erat ab initio certum: aut incertum.
primo caſu non liberatur. ſecundo ſic. dico tamen, ꝙ vbi ab
initio onus eſſet certum: ſi cedendo reis plus faceret; ſatis
eſt, vt dicta l.ſi prius.& l.illud.de tribu. Et per illa concludit
Bar. ꝙ cùm collecta imponatur perſonæ pro rebus (& ſic in
certum ab initio, quia onus extraordinarium) quòd ceden-
do fundo quis non tenetur ad collectas. ſecus eſſet in tribu-
tis certis, & ordinarijs, ſecundùm Barto. qui ita no. in dicta
l.ſi prius.de aqua plu.arcen.

ADDITIO.

a ¶ In re propria. Vide in l.ſextante.§.Latinus.de excep.rei iu. Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.de damno infec.Bal.in Auten.ſi.C.ad Velleia.

*SVMMAE.*

1 *In feudare de nouo, & feudum antiquum ad eccleſiam reuerſum infeudare iterum, differunt.*

2 *Feudum ſi alienat vnus ex conſortibus: eius portio an reuertatur ad eccleſiam.*

3 *Ius accreſcendi non habet locum in contractibus, & an in vltimis voluntatibus.*

4 *Dominus ſi concedit duobus fratribus remanentibus emphiteuſim paternam: an dicatur noua emphiteuſis, vel antiqua.*

5 *Filius propter delictum feudatarij priuatur iure ſucceſsionis feudi.*

6 *Caſus, in quo eccleſia ius ſibi competens, poteſt cedere in potentiorem.*

7 *Feudatarius an poſsit dare feudum ad liuellum, vel pignori obligare. Et ſi dat pignori, an dicatur alienare. nu.8.*

9 *Feudatarius ſi alienat feudum in caſu dotis: extincto iure feudi, an extinguetur dotis conſtitutio.*

10 *Liber vſus feudorum præter conſtitutiones imperiales an contineat ius commune: & an ſit approbatus.*

EX parte. Ponit tres caſus, in quibus nõ
obſtante iuramento de nõ in-
feudando, poteſt epiſcopus antiquum feudũ nouo
vaſallo concedere. communis diuiſio. ſecunda ibi [in pri-
mo.] ¶ No. primò, quòd quandoque iurant prælati nõ alie
nare, Romano pontifice inconſulto: quo caſu non poſſet le-
gatus de latere dare licentiam alienandi. vt no. Spe. in titu.de
lega.§.conſequenter.verſi. ceterum. facit quod not.de præ-
ben.c.pro illorum.in fine.antepe.gl.& Spec. in duobus verſ.
ibi ſe.tractat an poſſit legatus dare licentiam inferiori præ-
lato: qui ſic iurauit epiſcopo. & quid ſi ille epiſcopus nõ eſt
de ſua legatione. & tenet, quòd primo caſu poteſt. ſecun-
do non poteſt. ¶ Secundò nota, ꝙ quandoq; feudum, mo-
riente vaſallo, ad eccleſiam reuertitur. quod eſt verũ, quan-
do nõ extendebatur ad filios. quib.mo.feu. amit. circa prin.
vel non ſupereſt maſculus, nec femina. de gra.ſuc.in feu.c.1.
1 ¶ Tertiò nota, † ꝙ aliud eſt infeudare de nouo: aliud feudũ
antiquum ad eccleſiam reuerſum iterum infeudare. concor.
ſunt in glo.penul.ad finem. cui adde 24.quæſt.2.c. non ſatis.
vbi de hoc.& ff.de itine.actuq; priua.l.3.§.reficere. ibi aliud
eſt reficere: aliud facere. & videtur hoc mirũ, ꝙ poſtquàm
feudum conſolidatum eſt cum proprietate (& ſic ſit extin-
ctum, ſicut vſusfructus morte fructuarij) retineat priſti-
nam conditionem: cum de natura rei extinctæ ſit non re-
uiuiſcere, vt l. qui res. §. aream. de ſolu. & c. ſi laicus.
j.de iure patro.lib.6.& l.Paulus. de acqui.hære. Sed reſpon-
de, vt no.ſ.de reb.eccl.non alie.c.vt ſuper. nam attẽditur na
tura rei ad illum vſum deſtinatæ.ar.ff.de fideiuſ.l. ſi tutor.&
l.id quod.de dona. facit quod not.in l.quod dicitur.ff.de im-
2 pen.& c.literas.de reſcrip.in cle. ¶ Quartò no. † ꝙ ſi vnus ex
conſortibus feudum alienat, ipſius portio ad eccleſiam re-
uertitur, vt patet hic. ibi [conſanguineum, vel conſortem]
&c.& facit ad q. ſi conceſſum eſt duobus fratribus in em-
phiteuſim: an altero decedente, eius portio reuertatur ad do
minum, vel ad fratrem.& videtur, quòd ad dominũ, vt hic.
3 † Item quia in contractibus non habet locum ius accreſcen
di: licèt ſecus in vltimis voluntatibus, vt l.ſi mihi, & tibi. de
verbo.oblig.per Bar. vbi de illa.& per Bar.& in Specu. de lo
ca.§.nunc aliqua.verſi.54. & Cyn. in l. 1.C. quando non pe.
par.& hoc meus in Auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan.ec-
4 cle. dic, vt dicta l.ſi mihi, & tibi. vbi etiam quærit Bart. † ſi
emphiteuſim paternam dominus conceſsit duobus fratri-
bus



bus remanentibus: an iudicetur noua emphiteuſis, vel an-
tiqua: vt ſic ſciamus, an frater fratri ſuccedat, ſecundùm
theoricam ibi not. & tenet, quòd cenſeatur antiqua. al-
leg. pro caſu.c.1.de ag.ſuc.c. in præbendis. & de duo. fratri.
c.1. quaſi omnia repetita videantur, vt l. item quæritur.§.qui
impleto.loca. pro quo dicto bene facit iſtud c. & quod not.
34.q.2.c.non ſatis. & l. quod dicitur. de impen. & quod ibi
5 notatur. ¶ Quintò collige, † ꝙ ex delicto feudatarij priua-
tur filius iure ſucceſsionis feudi. de quo dicam poſt glo. Col-
lige, & aliud: nam ex eo quod permittit filio, & conſangui-
neo poſſe concedi: videtur ipſi feudatario delinquenti talis
conceſsio denegari, arg.l.cum prætor.ff.de iudi.& ſic ꝙ pro
pter ſuum delictum pater acquirere prohibetur: non vide-
tur talis prohibitio ad filium eius extendi. quod facit ad not.
ff.de contra tabu.l.non tantũ. credo tamen, ꝙ iſtam pœnã,
& offenſam poſſet ex cauſa feudatario, remittendo, reſtitue-
re eum ad dictum feudum. arg.no.in d.l. quod dicitur.ff. de
impenſis.& faciunt ad hoc no.in ſimili. in c. commiſſam.de
6 elec.lib.6. ¶ † Sextò nota caſum, in quo eccleſia ius ſibi com
petens poteſt cedere in potentiorem: cũ ſcilicet feudum alie
natum recuperare non poteſt, ſcilicet de facto: nam de iure
vaſallus alienans, ipſo iure cadit à iure feudi. & eſt ſpecialis
caſus, ꝙ eccleſia poſſit potentiori cedere iura ſua, cùm ſcili-
cet de facili recuperare non poteſt. regulariter contra.ſup.
de ali.iudi.mutã.cauſa fac.c.1.& 2. quod dic, vt ibi, & in ſum
ma illius.c.ſub rub.de actioni. ſecũdùm Hoſt. ¶ Vltimò col
lige tres caſus, in quibus feudum reuertitur ad eccleſiam, ſci
licet prole deficiente, feudatario alienante, tertio ipſo ſub-
uertẽte: & in quolibet reuertitur ipſo iure. ¶ Oppo. iſte tex.
innuit, ꝙ patre delinquente, filius priuetur feudo. contra de.
l.4.ff.de iure patro.& C.de quæſt.l.diuo. Sol. vt in glo.vlt. de
quo dic, vt in 10.collati. quibus modis feudum amit.c.vlt.&
per Dyn.in c.non debet aliquis.de reg.iur.lib.6. vbi dicit, ꝙ
ſi feudum eſt paternum, priuatur; ſi à rerum natura, vel ge-
nere vlteriori non priuatur. Hoſt. remittit ad ſummam.eod.
titu.§.quibus mo.feu.amit.ante finem.& pleniùs in Spec.eo.
titu.§. vltimo.in princ. Tu dic poſt Bart. quòd quandoque
quis committit aliquod delictum, propter quod directò de-
bet feudo priuari (vt quia aliquid contra dominum: vel ali-
quid facit contra conuentionem feudi) & delictum patris
tunc indiſtinctè nocet filio, vt c.1. ſi vaſ.feu.pri.&c. pro hoc.
l.1.ſi quis ali.te.prohi. vbi ſi proximior committit delictum
(propter quod aufertur ſibi hæreditas, vt indigno) nocet ſe-
quentibus in gradu: ſi verò propter delictum aliud debebit
priuari feudo non principaliter, ſed conſequenter (puta qá
non deliquit contra dominum:) & tunc diſtingue, vt not.
Cy. in l.2.in fine.C.de liber. & eorum liber. & idem in con-
tractu emphiteutico, quando quis recepit emphiteuſim pro
ſe, & ſuis hæredibus, & nepotibus. vt ſi primus, vel ſecũdus
deliquit circa ipſum contractum (puta non ſoluendo canoñ.
vel alienando ſine licentia domini) nocet ſequentibus per iu
ra præallegata. ſed ſi aliàs delinqueret, propter quod bona
publicarentur: iſta bona debent remanere apud filios, & ne
potes: quia non tranſeunt ad eos, vt hæredes: ſed habent iu-
re ſuo, etiam ſi hæredes non eſſent, vt l. iureiurandi.§.ſi libe-
ri.de ope.li.& ibi per Bar.& de bo.dam.l. 1. vbi de prædicta
q. per eum latiùs. facit quod not.ff.de iure pat.l. diui fratres.
¶ Quærit glo. 2. hic prohibetur feudatarius alienare feudũ.
7 † An poſsit ad libellum dare: vel pignori obligare. & pri-
mò debes ſcire, quid ſit libellus. dixi ſup.de locato. c.potuit.
in 2.quæſt.& Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff. de dam
no infecto.& dic, vt in gloſ. quæ concludit, ꝙ partem ad li-
bellum dando: vel pignori obligando: non perdit feudum
deſuper: quia dicit Ioan.An. ꝙ iſtud, quod dicit glo. videtur
correctum: quia, & ſi pauca vendat ſine conſenſu domini,
feudum amittit. vt in lib.feu.de prohi.feu. ali. c.imperialẽ.§.
habito. ſecundũ Hoſt. ſed glo. ibi, & communiter dñi legum
contra: ſcilicet ꝙ ſi partem vendidit, illam ſolam perdit ſecũ
dũ Io.An. contra iſtam deciſionem. vide quæ dixi. ſ. de lo-
8 ca.c.potuit.in 12.q. ego pro declaratione glo. quæro † an feu
a datarius, qui dat pignori,[a] dicatur pignori alienare: vt ſic ꝑ
dat feudum: & ad dominum reuertatur. vide remiſsiones,
quas dedi ſupra de loca.c.potuit.in 4.q. & vltra illa videtur,
ꝙ ille, qui obligat, non dicatur vendere, vel alienare, vt l.in
quorum.ff.de pigno. vbi Bar. dicit, ꝙ quandoq; prohibetur
res vendi, ſiue alienari: & tunc non poteſt obligari: quia per
obligationem deuenitur ad venditionem, & diſtractionem
pignoris, vt ff.de diſtrac.pigno.per totum. & ſicut prohibe-
tur venditio: ita eius præambulum, vt l.oratio.ff. de ſponſa.
quandoque perſona prohibetur emere res, non impeditur
pignus accipere, vt dicta l. quorum ratio: quia licèt accipiat
pignus: per hoc non deuenitur, ꝙ ipſe accipiat ſibi inſolu-
tum, vel in emptionem: ſed ꝙ alius vetat pro ſuo debito, qđ
non, eſt prohibitum. quod eſt verum, niſi accipiat pro tanto
pretio: ꝙ non ſit veroſimile luiturum. argu.l. qui habebat.
de lega.3.in prin.& per hoc concludit, ꝙ forenſis, qui eſt ꝓ-
hibitus per ſtatutum emere in territorio Peruſino, poſsit pi
gnus accipere.& de hac materia latiùs, vide per eum in l.ſi
quis ita promiſerit.§.ea lege.de verbo. oblig. & l. ſi ea lege.
C.de condi.ob cauſam per glo. & Cy. ¶ Sed hic incidenter
9 quæritur. † Si in caſu permiſſo alienat feudum, vt in caſu do
tis. vt dicitur in prima glo. vel obligat pignori: an extincto iu
re feudi in caſibus, de quibus in tex. vel alijs: an extingua-
tur, & reſoluatur talis dotis conſtitutio, ſiue pignus. glo. 1. ꝙ
ſic. per c.nuper. infra de dote, poſt diuor.reſti. & facit ad q-
ſtionem. vendidi fundum pacto appoſito de reuẽdendo. em
ptor obligat rem emptam: vel ſeruitutem in ea conſtituit: po
ſtea renendit. an reſoluatur ſeruitus illa: vel pignoris conſti-
tutio. vel pone. emptor obligauit, vel ſeruitutem in fundo
empto conſtituit: deinde venditor rem auocat (quia dece-
ptus fuit vltra dimidiam iuſti pretij) an extincta ſit ſeruitus,
vel pignoris obligatio. Ex prædictis videtur, quòd ſic. quia
reſoluto iure auctoris, reſoluitur ius ſucceſſoris, ſiue haben-
tis ab eo cauſam, vt dicto c.nuper.& l.lex vectigali.de pign.
de qua quæſt. vide per Barto. in l. concedendo.§. in diem.ff.
de aqua pluu.arcen.& l.ſi res diſtracta.ff.quibus mo.pig. vel
10 hypothe. ſolua. ¶ Vltimò dominus Ioan.And. quærit. † An
liber vſus feudorum præter conſtitutiones imperiales conti
neat ius cõe. & arguit primò, quòd non, ex defectu conſti-
tuentis: nam ille liber compoſitus eſt de conſuetudinibus
Mediolaneñ. non à principe: ſenatu: populo Romano, vel ꝑ-
fecto prætorio: qui ſoli habẽt iſtam poteſtatem. vt C. de offi
cio præfe.præto.l.forma. ſecundò probatur: quia partes di-
cti libri non habent formã legibus requiſitam traditã in l.
humanum.C.de legi.ex forma aũt partium concluditur eſſe
totius.de acquiren.rerum domi.l.adeo.§.cũ quis.de donati.
inter virum.& vxorem.l.ſi mulier. ergo &c. tertiò (vt quidã
dicunt) liber feu. ille fuit æditus à Fed. per eccleſiam condẽ-
nato, vt patet in c.ad apoſtolicæ. de re iudicata. ergo &c. vt
c.fornicaris.de hæreticis. In hac tamen non iuſiſtas, ſecun-
dũ eum. In contrarium videtur lex eſt omne, qđ rõne conſi-
ſtit. 1.diſt.c.cõſuetudo.de bonis dãna.c.quæ liberis. in prin.
ſed naturalis rõ dictat id, quod eſt in ipſis legibus diffinitũ.
ergo &c. Scđò probat, qa gloſſatores vtriuſq, iuris illũ librũ
allegant.& gloſſatus eſt ſolẽniter: & lectus ꝑ Doct. illuſtres
in ſtudio Bonon. legũ nutritore, vt no. in prohœmio.Dig. ha
bet hæc aũt tria.& hoc ꝑ tanta tẽpora: ꝙ nõ eſt memoria in
contrarium ergo debet haberi pro ſolẽniter facto, ſecundũ
formã dictæ l.humanũ. facit infra de verb.ſign.c. ſuper qui-
buſdã. & de reſcrip.c.1.lib.6. & hanc partem tenẽt multi.&
Iaco.de Bel. in dicto titu.c.1. pro iſta opinione adducit Ioã.
And. quod ipſe notat poſt Hoſtien. de ſum. Trin.c.firmiter,
ſuper verb. depoſitis. circa finem gloſſ. vbi inter libros iuris
ciuilis enumerat conſtitutiones feudorum. Sed contra
not.

not. in ſumma de immu.eccle.§.inquantum.§.ſi verò pater
num. vbi dicit,ꝙ iura vſus feudorum nõ aſtringunt aliquos:
niſi ſint imperiales leges. ibi[ſi te.]Ioan. An. dicit Hoſtien.
ſibi non contrarium,cùm enumerauerit conſtitutiones feu-
dorum inter ius ciuile, ſi intellexit de imperialibus: & ſub-
dit Ioan.And. ꝙ D.ſuus in legibus multũ accedebat ad opi-
nionem hanc,ꝙ non ligent.adducit pro eo, quod not. infra
qui filij ſint legiti.c. lator.ſuper prima gloſ. Ad caſum facit,
quod dicimus de volumine Digeſt. per Gratianũ edito. qui
auctoritatem ius condendi non habuit: & tamen habet pro
approbato. In contrarium facit; quia ipſius verbis, vel dif-
finitionibus non ſtamus. ſuper quo remittit ad not.per eum
de reſcrip. c.1.

ADDITIO.

a ¶ Qui dat pignori. feudatarius non poteſt pignorare feudum quo ad
ius reale conſtituendum in feudo. Bal. in §.1. de prohi.feu. alie.per Fe-
de. & ſi pignorat, qualiter punitur: & q̃d ſi pignorat domino, vel vni
ex dominis vide late ibidem Bal.

# De pignoribus, & alijs cautionibus.

POST prædictas alienationis ſpecies,de pi-
gnoribus videamus Goffre. vel aliter, vt
ſup. rub.proxima.ad ſecundam partẽ rub.
facit vltima Decre.infra eodem. ad mate-
riam facit 10.queſt. 2.c. hoc ius.poſt prin.
& in fine. ver.[creditor.]congruit rubricæ
vt lite pend.c.eccleſia. 2. de iureiurã. c.ad materiam. 1. & c.
ex literis.de re iudi.c.cum aliquibus. de deci.c.fi.de vſu.c.1:
2.&.c.conqueſtus.&.c.ſalubriter.facit clem. ſi beneficiorũ.
de deci.in fi. & quia rub. dicit [& alijs cautionibus.] dic, ꝙ
multiplex eſt cautio. quædam eſt ſimplex, vt nuda promiſ-
ſio.quædam eſt iuratoria: de qua. s̃.vt lite nõ conteſt.c.quo
niam.§.in alijs.&.c.1.de dolo & contu.lib.6.quedam fideiuſ
ſoria,vt l.ſi mandato.§.fi.ff.manda.quædam cũ pignoribus:
vt hic.quædam pœnalis,vt l.2.§.fi.ff.de iudi.ſi quis ergo ſim
pliciter ſe obligat ad cauendum qualiter intelligatur: an de
ſimplici,vel iurata,vel cum pignoribus, ſiuę fideiuſſoria dic
vt.l.ſancimus. C.de verb. ſigni.

SVMMAE.

1 *Presbyteri non poſſunt pignorare res eccleſiæ.*
2 *Prohibita aliàs conceduntur in caſu neceſſitatis.*
3 *Incorporalia an poſsint pignori obligari.*

1 NVllus. † No. primò presbyteros res ec-
cleſiæ pignorare nõ poſſe.& in-
tellige præsbyteros, etiã clericos inferioris or-
dinis. ad hoc de coha. cleri.& muli.c. 2. & oĩa iſta quatuor
(ſilicet calicẽ, patenam, librum, & veſtimentum ſacerdota-
lę) prohibuit concilium Vieñ.diſtrahi,pignorari, vel occu-
pari per decimarum collectores in clem.ſi beneficiorum.de
2 decimis. ¶ Secundò not. † quòd in caſu neceſſitatis aliàs
prohibita conceduntur. nec mirum; quia tali caſu & homi-
nem occidere,alienam domum comburere,& filium vende
re, & furtum cõmittere quis poteſt,vt in clem.1.de homici.
ff.ad legem aq.&.C.de patri.qui.fil. di.l.1.infra de furt.c.3.
¶ Quęro quę eſt ratio,quare iſta quatuor,de quibus in tex.
ſpecialiter prohibentur.dicit glo. ꝙ nõideo.quia ſacra.quia
non benedicuntur: ſilicet ideò quia eccleſiaſticum. vnde ſi-
cut aliarum: ita, & iſtarũ alienatio prohibetur, vt dicit gl.1.
dicit Io. An.ꝙ de alijs libris verum dicit gl.ſed miſſale bene
dicitur, & habet ſuas orationes in pontificali.calix, patena,
& veſtimenta ſacerdotalia bene habent certam benedictio-
nem, vel conſecrationem. ad hoc de ſacra vnct. c.1. circa ſi.
ſecũdùm Io. An.qui dicit, ꝙ ęquè diſtinguit inter cõſecratio
nẽ, quæ fit cũ certis vnctionibus in calice,& patena,vt ibi: &
benedictionẽ,quæ fit ſine vnctione. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ
etiam ſubſiſtente neceſsitate, non poſsint iſta obligari. C.
quæ res pig.ob. poſ.l.3. Sol. illa l. non habet locum, ſecun-
dùm cañ. ita dicit c. glo. quam ſequuntur Gof. & Inno. ſed
non placet Hoſt.cùm etiam ſecundùm.l.ex prædictis cauſis
vendi poſsit,vt in Auth. alle.in glo.& præalle.c.aurũ. ad hoc
facit quòd nota.ĩ.c.proxi. Item veroſimile eſt, Chriſtũ vel
le pretium rerum ſuarum fundi pro redemptione animarũ,
pro quibus fudit ſanguinem proprium. & ſic obligatio fit
volente domino: ergo valet.ff. de pig.ac. l. ſi alienam. facit
quod not. 10.q.2.c.hoc ius.in glo. quia ad profanos.¶ Ex-
3 tra quero † An incorporalia poſsint pignori obligari (puta
iuriſdictio, pedagium, ius patronatus in eccleſia, ſeruitutes
reales, perſonales, & ſimilia.) dicit Bar. ꝙ quedam ſunt iu-
ra,quæ conſiſtunt in homnibus: vt iuriſdictio,quã habet do
minus in vaſallum.& ius,quod habet patronus in libertum.
& ſim.& iſta non poſſunt obligari: niſi ex cauſa magnæ ne-
ceſsitatis, vt.l.1.C.lib.de oper.li.de fideicom. lib.l. is qui l.
generaliter.& l. Tytius.de actio.em. vbi non cogitur quis in
uitus eſſe libertus alterius.quædam ſunt iura in re,non in ho
mine,vt ius patronatus in eccleſia. ius percipiendi pedagiũ,
& ſimilia.& iſta ſi quidem ſunt talia,ex quibus non percipi-
tur commodum aliquod pecuniarium,& non poſſunt obli-
gari. aliàs ſecus.quod dic per eum in l.ſi is qui.§.an vſuffru-
ctus.ff.eo. titu. de nomine debitoris obligato, qua actione
conueniatur, & ante excuſsionẽ principalis. dic vt not.Cy.
in l. nomen.C.quæ res pigno. obliga. poſ.

SVMMAE.

1 *Liber homo non poteſt pro debito obligari.*
2 *Debitori an poſsit capi à priuato pro debito pecuniario. An à iudi-
ce pro cauſa criminali.nu.3. An pro cauſa pecuniaria. nu.4.*
5 *Cautela quomodo debitor poſsit pro debitò de domo extrahi, & ſic
capi.*
6 *Debitor an poſsit renuntiare legi, quæ probibet debitorem pro de-
bito detineri.*

1 LAtor. No.primò, †ꝙ liber homo nõ poteſt
pro debito obligari. imò punitur ho
die: quia perdit debitum, & tantundem de ſuo dat,
& etiam relegatur, vt in Auth.vt nulli iud.§. quia autem.Rõ
eſt,quia quòd non eſt in bonis noſtris, ſiue noſtro commer
cio non poſſumus obligare, vt.C.eod.l. ſi prædium.ſed nul-
lus eſt dominus ſui ipſius,vel membrorum ſuorum,vt l.liber
homo.ad leg.aqui. & l.liberi.de contrahen.em. ¶Oppo. &
videtur, ꝙ liber homo poſsit pro debito detineri,vt poteſt
in filio,quem pater vendit: & in illo, quem quis ab hoſtibus
rẽdemit:& in illo, qui in hoſtagio ſe ſua ſponte conſtituit,vt
in iuribus alle.in glo. quæ ſoluit, ꝙ illi ſunt caſus ſpeciales.
quod autẽ hic dicitur, eſt regula generalis: quę fallit in di-
ctis caſibus.Hoſtien.addit alios caſus, ſilicet in liberto ſuſpe
cto,& malè merito.de depoſi.c.1.in vacillante.de quæſtio.l.
in libero.in eo,qui non cedit bonis, cùm conſtet de debito,
vt l.1.C.qui bo.ce.poſ. Item in raptore virginis, ſi fugiat ad
eccleſiam, ſeruatur ei vita: ſed ſeruire cogitur, niſi ſe redi-
mat.36.q.1.c.de rapto. ¶ Circa iſtam materiã, an debitor
a poſsit capi [a] pro debito.ſic diſtingue. quia,aut quæris, † an
2 poſsit capi à priuato pro debito pecuniario. & regulariter
capi non poteſt, vt l.non eſt ſingularis.de reg. iur. fallit in l.
ait prætor.§.ſi debitores.ff.de his,quæ in frau.cred. pro cri-
mine verò in ipſo actu criminis vbicunque crimen capitale
committitur: vel crimen,ꝙ ingerit pœnam corporalem,po
teſt quis capi pſonaliter à quocunque priuato, vt C.de rap.
virg.



virg.l.2.& l.ſi quis in ſeruitutem. de fur. & l. capite quinto.
de adul.dumtamen ducatur ad iudicem infra tempus ſtatu-
tum in dicta l.capite quinto.ad hoc facit.C. de hære. & ma.
3 l.fi.& l.2,C.de fal.mone.¶ Si verò quæris † an poſsit capi à
iudice ſine iudicis auctoritate. pro cauſa criminali indiſtin-
ctè poteſt capi,& etiam de domo extrahi, vt l.1.C. de offic.
iudi.& nota. in l.quia plerique.de in ius vo. fallit in muliere.
4 C.de offi.di.iudi.& in Auten.ibi poſita. ¶Si verò quæris†an
poſsit capi pro cauſa pecuniaria:tunc aduerte. aut eſt debi-
tum fiſcale:& poteſt perſonaliter capi, vt l.cũ eo.ff.ad legem
Iul. pe.non tamen in carceribus poni, vt l. nemo carcerem.
C.de execu.tri.lib.11.niſi perſiſtat in contumacia,vt ibi dici
tur.Si verò pro alio debito: tunc ſi aliquo tempore fuit in iu
dicio,& de ſiſtendo iuri promiſit,& non ſtetit,debet capi.in
Auten.de exhi.reis.§.ſi verò.& C.quomodo,& quando iud.
l.conſentaneum.& ibi no. Si verò in iudicio nunquàm fuit,
& cautionem non dedit:tunc iudex non cogitur facere eum
capi,niſi priùs eum citet, vt dicta.l.conſentaneum.§.1.põt,ſi
videtur ſibi,eum facere capi, & in carcerem poni, vt not. in
dicta l.plerique. de in ius vo. dum tamen de domo non ex-
trahat, vt ibi dicitur. ponere verò in carceribus non poteſt
iudex pro debito:niſi eum,qui condemnatus eſt, vt l.1.C. q
bo.ced.poſ. à quibus carceribus liberatur, cedendo bonis.
5 vt ibi dicitur.† vt tamen debitorem tuum poſsis pro debito
facere de domo extrahi ( & ſic capi) conſilium eſt, ꝙ tu fa-
cias eum condemnari de contemptu mandati, & ſic crimi-
naliter fiſco tenetur. poterit etiam capi in domo, & cũ erit
poſitus in carceribus, poterit ibi pro debito pecuniario re-
commendari,iuxta theoricam Bar.in l.2.in fi. de cuſto. reo.
& illa eſt diſtinctio Bar. in dicta l.cũ in eo. vbi ſubiungit,an
in cauſis fiſcalibus admittatur ceſsio bonorum. remittit ad
Cy.in l.1.in 1.quæſt.¶Quærit Io.And. † an dictæ legi,quæ
prohibet debitorem pro debito detineri, poſsit debitor re-
6 nunciare.videtur, ꝙ non: quia per tale pactum renunciatio
deduceretur in ſpeciem ſeruitutis(quod non poteſt etiã vo-
lens)nam pactum,per quod deuenitur ad infligendum ho-
minis libertatem, non tenet, vt l.nec ſi volens.C. de lib. cau.
& ff.de li.ho.exhi.l.2.§.4.& l.ob as.C.de act.& ob.item per
incarcerationem dicitur debitor iniuriam pati, vt C.qui bo.
ce.poſ.l.cũ filij,ſed pactum de futura iniuria non propulſan
da non tenet,vt ff.de pac.l. ſi vnus §. pacta quæ turpem. &
hanc partem tenet Dy.Ia.de Are. contra per aliàs rationes,
quas vide in l.1.C.qui bo.cede.poſ.per Cy. qui ibi dicit, ꝙ
opi.Dy.eſt humanior: quam etiam tenet Ric. Ma. per glo.
quæ eſt ſuper Auten.ibi poſita in l. ob æs. de actio. & ob. &
hanc opi.Ric.tenet Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.matr. niſi
in duobus caſibus. primò quando debitor diſsipauit bona
in fraudem creditoris.ſecundò ſi ſciebat ſe inopem,cũ con-
traxit,vt per eum latiùs.an autem ſi quis liberat inuitum de
carceribus, repetere poſsit.no.Io.And. de foro compe.c.fi.
lib.6.hic etiam ipſe de debitore conditionali, vel in diem ſu
ſpecto de fuga,ꝙ poſsit capi: prius tamen cognito, an ſuſpe
ctus ſit,vt ff.ſi cui plus,quam per l.falc.l. hæc autem ſatiſda-
7 tio.in prin. Et prædicta faciunt ad quæſtionem. † An poſsit
quis locare operas ſuas in perpetuũ. videtur enim hoc mo-
do in ſeipſo conſtituere ſeruitutem: quod non poteſt,vt di-
cta l.nec ſi volens.de qua.q.dic,vt l.3.C.de vſufr.& per Bar.
in l.ſt.pu.non diui.de verbo.oblig.in 2.q.& ad prædicta ad-
de, quod de prædicta materia no.Bar. in l. Titio centum.§.
Titio.2.de condi.& demon.& in Spe.de loca.§.1.ver. [item
eſt beneficium.]Ad prædicta adde Auten. nouo iure.C. de
cuſto.& exhi.re.vbi mulier pro priuato debito,ſiue deſcen-
dat ex cauſa delicti,ſiue contractus,non debet carcerari.

ADDITIO.

a ¶ Poſsit capi.vide gl.& Doct. in l.quæſitum.ff.de pig.Bal in l.1.C.de cõ
di.ex le.Ang.in l.Ariſto.ff.de iure delib. Bar in l.in omnibus.ff.de iud.

SVMMAE.

1 *Obligatio,quæ non tenet in acceſſoria obligatione, non vitiat actionẽ
perſonalem.*
2 *Creditor,qui recepit pignori rem alienam:an habeat ius retentionis,
donec ſibi debitum ſoluatur.*
3 *Caſus, in quo quis cogitur agere.*

EX præſentium. Nota,ꝙ ſacer-
dos iſte obliga
uit calicem,& medietatem breuiarij (& ſic plures
res pro debito)nec mirũ; quia poſſet quis obligare pro mi-
nimo debito omnia bona ſua,vt l.fi.C.ſi res alie. pig. da. fu.
¶Secundò no.ꝙ obligauit pro ſua neceſsitate,& tamen di-
cta obligatio non concernit eccleſiam: ſed perſonam ſuam,
quod Doct.intelligunt de neceſsitate concernente eius pro
prium patrimonium: puta imminebat refectio domus pro-
priè,vineæ,& ſimilium. Si autem neceſsitas concernebat p-
ſonam eius(puta ſuſtentationem perſonæ) iſta obligatio ſe-
queretur eccleſiam,non hæredem eius:quia eccleſia teneba
tur eum alere, vt c.cũ ſecundũ apoſtolũ.s̃.de præben. ¶Ter
tiò no.iſte non recollegit morte pręuentus.& dicit Goffr.ꝙ
multi ſic præueniuntur,vt quæ malè geſſerint, emendare nõ
poſsint.facit de pœni.diſt.7.c.nullus.¶Quartò no.ꝙ hic nõ
videtur tenuiſſe obligatio pignoris,vt patet.s̃.c.1.coniuncta
l.cũ lex.de fideiuſ.& tamẽ obligatio perſonalis ad debitum
conſequendum eſt efficax,& valida contra debitorẽ,& hæ-
1 redem eius. † & ſic obligatio, quæ non tenet in acceſſoria
obligatione,non vitiat obligationem perſonalem.è conuer-
ſo verò ſi nõ tenet: vel ex poſtfacto extinguit obligatio prin
cipalis: an duret obligatio pignoris,& hipothecaria? vt ecce
obligaſti mihi omnia bona tua:de quibus tertius vnũ fundũ
titulo,& bona fide poſſedit longo tẽpore: ita ꝙ contra te p̃-
ſcripſit. ſed an contra me creditorẽ,ita ꝙ non poſsim agere
hypothecaria contra eum: vel pone ſi ex forma ſtatuti, vel
iuris communis eſt præſcriptum contra obligationem per-
ſonalem: an creditor poſsit vti pignoris retentione,vel con-
tra debitorem,qui præſcripſit, agere hypothecaria.pulcher
rimi paſſus ſunt, quorum primum explicat Cyn.C.eo.l.vſu-
cap.& Bar.in l.1.§.cum prædium.ff.eo.ſecundũ pulcrè Bar.
proſequitur.ff. de fideiuſ.l. fideiuſſor obligari. in princ. vide
Cy.in l.pe.C.de vſufr.¶Quintò no.in ver.[ſi verũ eſt &c.]ꝙ
ita demum contra filium poteſt agi ex obligatione paterna,
ſi probetur,ꝙ bona patris obtineat.& ſic non videtur inten-
tio creditoris fundata probata ſolùm filiatione.Alij contra.
quia ſi filius;ergo hæres: vt ait Apoſtolus. prima verior, vt
no.Doct.poſt gl.ff.ſo.matr.l.ſi cũ dotem.§.tranſgrediamur.
2 & l.1.C.ſi vt ſe ab hære.abſti. ¶Sextò no.† ꝙ creditor, qui
recipit pignori rem alienam,habet ius retentionis: donec ſi
bi debitum ſoluatur.quod non videtur verũ: quia in re alie-
na non põt pignus conſiſtere: nec etiam confirmari, etiam
dominio debitori quæſito.quod dic plenè,vt l.1.ff.eo.tit.in-
3 tellige ergo hunc tex.vt gl.dicit.¶Septimò no.caſum † quo
quis cogitur agere:compellitur enim hic filius agere contra
creditorem:vt rem alienam ſibi pignoratam reſtituat, ſatiſ-
facto ſibi priùs de debito. ex quo collige, ꝙ creditor cõtra
debitorẽ repetentẽ pignus non poteſt ſibi referre qõnem de
dominio tertij: nec ſimiliter de dñio ſuo proprio, quod præ
tenderet, vt l.nec creditores.C. de pig. ac l.rem alienan. vbi
plenè de materia. & de iſto mõ agendi:ago, vt agas.vide in
l.ius §.ſi quis colludente.ff.de act.emp.¶Oppo.dicitue hic,
ꝙ eccleſia debet contra filium huius ſacerdotis agere,vt re-
leuet à creditore,& eccleſiæ reſtituat.contra:imò videtur,ꝙ
eccleſia recta via poſsit agere ad res ſuas malè obligatas: in
quibus obligatio non fuit cõtracta, vt in iuribus alle.in gl.q̃
tripliciter ſoluit, & duobus aliis in nouella.primò ꝙ hic cre
ditor ignorabat rẽ fuiſſe eccleſiæ:ſecus ſi ſciret, vt l.& libe-
ri.de

ri.de contrahē.emp.quod non placet;quia ſcientia vel igno-
rantia quò ad cōſtituendū ius in re prohibita obligari, vel
vendi,non attenditur:ſed quò ad actionem contrahenti cō-
cedendam,vel non.& ita intelligitur illa l. Alio modo ſoluit
Inno. ꝙ hic contractus fuit initus nomine eccleſiæ,& forma
ſeruata:ſed pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem eccleſię,nō
conſtabat.ex quo ſentit Inn. ꝙ creditor iſto caſu poſsit rem
retinere.quod non credo verum in mutuo.de quo tex.loqui
tur.nā creditor hoc caſu debet eſſe curioſus, vt pecunia con
uertatur in vtilitatem eccleſiæ: aliàs nō poteſt dici creditor,
vt in Auten.hoc ius porrectum.ad fi.C.de ſacroſan. eccle.&
dixi.s̃.de depo.c.grauis. ¶Quærit gl.fi. quæ eſt ratio,ꝙ iſte
filius tenetur.dicit glo. quia pater eius fuit curator eccleſiæ:
ideò filius ex perſona eius (poſtquàm eſt hæres)tenetur in-
ſolidum.& not. ꝙ rectorem eccleſiæ æquiparat curatori. ex
quo infert Io. An.quòd ſicut hæres curatoris tenetur de eo,
quod defunctus tenebatur, ſcilicet de dolo, & lata culpa in
adminiſtratione commiſſo:vel de eo,quod ad eum peruenit.
de leui autem culpa non tenerentur hæredes.vt ff.de fideiuſ.
& hæredi.tu.l.1.4.& vlti.& hoc nota &c.

*S V M M Æ.*

1 *Plures actione pignoratitia, & perſonali eodem libello agere, & conueniri poſſunt.*
2 *Species contractus magis conſtituitur ex tenore pactorum, & conuentionis, quàm ex verbis appoſitis in contractu.*
3 *Ius implendi conditionem in contractibus tranſit in hæredem actiuè, & paſsiuè.*
4 *Reſolutio contractus poteſt pendere ex arbitrio alterius contrahentis.*
5 *Vnus ex hæredibus poteſt agere, & defendere nomine ſuo, & aliorum cohæredum, etiam ſine mandato.*
6 *Vſurarius emit rem, & venditori locauit pro certa annua penſione, ſine fructuum portione: an ex hoc præſumatur contractus vſurarius.*
7 *Contractus qualiter cognoſcatur ſit vſurarius, necne.*
8 *Clerici poſſunt rudem materiam emptam redigere ad formam, & lucrari.*

a ILLOVOS. Si vſurarius emit rē eo pacto, quòd
poſt tempus eam reſtituat a vendi-
tori,recipiendo aliquid vltra ſortem: fructibus tamen
computatis in ea,iudicabitur contractus pignoratitius. h.d.
cōis diuiſio.ſecunda ibi [verum quia]vel ibi[ reſpōdemus.]
¶ Nota primò, quòd plures poſſunt agere in eodem libel-
lo:& per eundem libellū etiā cōueniri, vt l. nō eſt nonum.ff.
de actio.empti.& in duobus reis credendi, vel debendi: an
vno, vel diuerſis libellis poſsint agere,& conueniri:dic plenè
per Bart.in l.in duobus.§.1.ff.de duobus reis.In hæredibus,
quorum obligatiò eſt diuiſa per l.12. tabu. vt l.1.C. ſi certū
1 peta.habetis caſum hic,† ꝙ plures perſonali actione, & pi-
gnoratitia eodē libello agere,& conueniri poſſunt: licèt te-
neantur pro partibus hæreditarijs:& etiam agunt.¶ Tertiò
nota,ꝙ plures hæredes conuenti actione pignoratitia, con-
ueniuntur ſimpliciter.quod debet intelligi pro viribus.ſicut
ꝓ viribus debet agi in iſta, & alia quacūque perſonali actio
ne,vt l.1.ff.ſi certū petatur.& l.pacto.C.de pactis.actione ve
rò reali,an hæres defuncti,qui conueniebatur actione reali:
vel nō cōueniebatur, an teneatur pro virilibus portionibus,
an inſolidum, ſi ad vnum res illa peruenit.dic plenè ꝑ Bart.
in l.prætor.§.1.ff.de præto.ſtipul.& eadem eſſet qō in pigno
re.& ſi ad vnum ſolum ex pluribus hæredibus creditoris ꝑ-
uenit: an conueniatur inſolidum: an pro parte. in illo enim.
c.ſimpliciter actum fuit contra omnes. ¶ Tertiò not. ꝙ de
ſpecie contractus quandoq; probabiliter dubitatur: erat
enim hic inter partes altercatio. quia G. & alij hæredes, T.
dicebant contractū venditionis eſſe. H. & B. dicebant fuiſſe
pignus.& ſic ſoluta pecunia repetebant pignus: & quia in-
ter iſtos,& alios conttactus multæ ſunt differentiæ, & effe-
ctus diuerſi: oportunum eſt etiam iudici eccleſiaſtico cogno
ſcere,ſub qua ſpecie contractus cadat obligatio deducta in
iudicium,& quid in ea veniat:quod ſciri non poteſt,ſi igno-
ret ſpeciem actionis,vt patet Inſtitu.de acti. ꝑ totum.& pa-
tet ex no.s̃.de depo.c.fi.& quod ibi plenè dixi.non ita tamē
ſubtiliter Hoſt.aduertens ſpreuit ſubtilitatem actionū: quas
diuino nutu promulgatas teſtatur legum pater. Iuſtinianus
Imperator in l.fi.C.de præſcri.lon.tem.tetigi in c. dilecti.s̃.
2 de iudi.¶Quartò no. † ꝙ ſpecies contractus magis conſti-
tuitur ex tenore pactorum,& conuentionis,quàm ex verbis
appoſitis in contractu.hic enim verba inſtrumenti expreſsè
ſonabant in venditione:& tamen pacta in eo appoſita infere
bant pignus.& hoc debet attēdi,ſcilicet potiùs mens,quàm
verba.j̃.de verb.ſig.c.intelligentia.& l. cū precario.ff. de ꝓ-
ca.facit c.plerique.14.q.1.dixi.s̃.de loca.c.propter.& c.fin.
¶Quintò no.ꝙ quandoq; emptio,& vēditio eſt pura à prin
cipio: ſed in euentum conditionis venit reſoluenda. quādo-
que ab ipſo principio eſt conditionalis: & plures ſunt diffe-
rentiæ inter iſta, vt patet ex no.in l.2.ff.de in diem adie.& l.
1.ff.de dona.vbi videas. ¶Sextò no.ꝙ implementum condi
tionis(ſcilicet ſi emptio diſpliceret.T. deberet. G. &c.) fue-
rat relatū ad ipſos principaliter contrahentes, & tamen ad
3 hæredem,& in hæredem tranſit illa poteſtas:† & ſic in con-
tractibus ius implendi conditionem tranſit in hæredem acti
uè,& paſsiuè,vt no.in dicta l.2.& l.2.C.de pac.intèr emp. &
per Bar. plenè in l.ſi decem cū petiero. de verb. obli. ¶ Se-
4 ptimò nota, † ꝙ reſolutio contractus poteſt pendere ex ar-
bitrio alterius contrahentis:licèt ergo ſubſtantia contractus
non poſsit ex alterius contrahentis voluntate pendere, vt l.
hæc venditio.ff.de contrahen.emp.ſecus tamen eſt in reſulta
tione,vt hic.ad hoc vide.l.11.§.ſic fideicommiſſum.de lega.
3.& de hac materia vtrū ſubſtantia contractus poſsit poni
in arbitrio alterius contrahentis,vel tertij: dic l.ſi quis arbi-
tratu.de verb.oblig.per Bar.& l ſi. de contrahen. empt. per
5 Cy. ¶ Octauò not. † ꝙ vnus ex hæredibus agit, & defendit
nomine ſuo,& aliorum coheredū,etiam ſine mādato. quod
dic, vt l.1.& 2.C.de conſor.eiuſdem li.& no.etiam,ꝙ vigin-
ti ſolidi faciunt libram vnam.¶Nonò no.ꝙ hic ex præſum-
ptionibus iudicatur ſecūdū Inn.ſimile.s̃.de empti.& vendi.
c.ad noſtrā. & aduerte quia Papa videtur hoc ex tribus iudi
care contractū vſurariū.ſ.propter pactū appoſitū ſuper fru
ctibus cōputandis in ſortem, & ꝙ recipit aliquid vltra ſor-
tem,& ꝙ vſuras exercere cōſueuit.refert tn̄ Cy.tenuiſſe Iac.
de Are.ꝙ ex iſtis ſolis tribus non iudicaretur contractus vſu
rarius.quod dic, vt dixi in dicta Decre. ad noſtram. ſup. de
emptio.& vendi.& per Cyn.in l.3.C.plus valere,quo agitur.
6 Reperio per Iaco.de Are.diſputatam quæſtionem talē.† q-
dam vſurarius emit rem, & venditori locauit pro certa an-
nua penſione ſiue fructuū portione: an ex hoc præſumatur
contractus vſurarius, dimittit eam inſolutā: quia pendebat
de facto, & videtur venditio fictitia eo ipſo, ꝙ emptor diu
patitur venditorē poſsidere,vt l.ſicut.§.ſuperuacuū.ff.quib.
mo.pig.vel hypo.ſol.& per Bar.in l. poſt cōtractū.ff. de do-
na.& vidi iſtā quæſtionem de facto Senis: vbi iſti cōtractus
venditionum ſæpe fiunt,& venditor ſoluta penſione domus
venditæ, vel certa portione fructuum fundi concludit rem
venditā: quē contractū ab vſurario initum ſatis præſumerē
in fraudē vſurarū, maximè quia contra vſurarios eſt de faci
li præſumendum propter fauorem, & ſalutē animarū ipſo-
rum.de ſponſa. c.iuuenis.& C.de reſcin.vendi.l.ratas. maxi
mè ſi multos contractus reperirem initos ſub hac forma.
¶Quæro,quia dixi neceſſarium forè cognoſcere ſpecies cō
7 tractus:† qualiter cognoſcantur.circa quod breuiter ſic di-
ſtingue:nam qn̄q; agitur,vt eadem ſpecies,quæ ſoluitur,vel
datur,reddatur: & tunc,aut per dantē non transfertur do-
minium.



minium.aut transfertur.primo caſu, aut datur cauſa cuſto-
diæ:& erit depoſitum,vt l.2.in prin. ff. depoſiti.aut datur ad
hoc,vt recipiens ea vtatur: & tunc aut datur ad vſum deter-
minatū:& erit cōmodatum.aut ad vſum indeterminatū: &
erit precarium. quod dic,vt dixi ſupra cōmoda.c.1.& ff. eo.
titu.l.in cōmodato.§.ſicut.facit quod no.in l.Lucius.de do-
nat. per Doct. Secundo caſu,quando transfertur dn̄ium: &
tunc eſt contractus innominatus,vt l. ſi tibi pecuniā.ff.ſi cer
tum peta.quandoque ab initio agitur,vt aliud reddatur: tūc
ſi quidem agitur,ꝙ reddatur aliud in ſpecie, ſed idem in ge
nere,& eſt mutuū,vt l. mutuum.ff. ſi certū petatur. Si verò
agitur,vt reddatur aliud in genere:& tunc aut agitur,vt red
datur ſpecies pro ſpecie:& eſt contractus permutationis, vt
l.1.ff.de rerum permuta.Aut agitur,vt reddatur genus ꝓ ge
nere,vel genus pro ſpecie:& erit cōtractus innominatus.do,
vt des,vt l.1.& 2.C.de rerum permu.aut agitur, vt reddatur
quantitas pro ſpecie,vel ſpecies pro quantitate: & tunc aut
hincinde agitur,vt detur(ideſt dn̄iū trāſferatur)& erit cōtra
ctus innominatus,vt l.fi.de cōdi.ob.ca. aut agitur, vt ex vna
parte quantitas detur,ex alia res tradatur:erit empt. & ven.
vt l.ex empto.in prin.de actio.empti.& no. in dicta l.fin.aut
agitur,vt reddatur quantitas pro genere: vel genus pro quā
titate, & tunc indiſtinctè erit emptio, & venditio: licèt ex
vtraque parte ſit datio.& ita debent intelligi omnia iura: q
loquuntur de venditione generis:in qua venditor tenetur ad
tranſlationē dominij,magis ex natura generis in obligatio-
nem deducti: quàm ex natura contractus emptionis, & vē-
ditionis,vt l.qui concubinā.§.hæres.de lega.3. ita diſtinguit
Bar.in dicta l.mutuum.quibus adde, quod dixi ſup.de loca-
to.c.propter.& de rer.permu.ad quæſt.& his adde gl.magi-
ſtram.14.quæſt.3.in ſumma.quam no.etiam in eo,quod di-
8 cit: † ꝙ rudem materiam emptam clericis eſt permiſſum re
digere ad formam,& lucrari.& dicitur tunc lucrum proue-
niens ex artificio: non ex negociatione. vidi hoc de facto in
vena ferrea empta à clerico, vt faceret inde ferrum: ꝙ talis
clericus non tenetur ſoluere gabellam vt ex negociatione,
vt conſuluit Fede.in monaſterio ſancti Galgani.quod no.li-
cèt extra materiam.c.¶Secundò quæro circa iſtud pactum
adiectionis in diem.puta ſi emptio diſplicebit ipſi emptori:
ſi res empta,quanto tempore debeat expectari, diſpliceat,
necne. Item ſi poſtea diſplicet. an teneatur reddere rem cū
fructibus.de prima q. dic,vt in gl.3.de alia dic,vt C. de pac.
inter emp.& ven.l.ſi à te.& l.2.

ADDITIO.

a ¶ Eam reſtituat. An emens prædium, iſta conditione appoſita, quòd ſi vendens tantūdem pecuniæ infra decennium velit reſtituere, teneatur emptor prædium reddere, retentis fructibus perceptis, committatur vſura.vide pulchrè.Io.de Turre cre.in c.plerique.14.q 4.

*S V M M Æ.*

1 *Fuga an probetur delictum: vel ex ea oriatur præſumptio contra fugientem.*
2 *Forma libelli, quando mulier agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.*
3 *Mulier agens contra tertium poſſeſſorem bonorum mariti, quid debeat probare.*
4 *Cauſa dotis, etiam principaliter intentata, ſpectat ad eccleſiam.*
5 *Mulieres habent priuilegium in dotibus ſuis tempore inchoati matrimonij, eo durante, & eo finito.*
6 *Mulier non debet remanere indotata propter delictum, ſeu maleficium viri.*
7 *Mulier pro dote ſua habet tacitam hypothecam in bonis viri.*
8 *Obligatio realis (vt eſt hypotheca) tranſit contra quemlibet ſucceſſorem, etiam ſingulariter.*
9 *Miſſus in poſſeſsionem auctoritate iudicis, non præiudicat potius ius habenti.*
10 *Excuſsio non eſt neceſſaria, cum liquet manifeſtè de inopia.*
11 *Fauor, qui debetur mulieribus, in quo conſiſtat.*
12 *Mulier an præferatur anterioribus creditoribus habentibus expreſſam.*
13 *Mulier an habeat priuilegium hypothecæ in donatione propter nuptias ſibi facta à viro.*
14 *Tacita hypotheca an incipiat à tempore dotis: an à tempore promiſsionis.*
15 *Mulier ſi expreſsè conuenit, quòd habeat bona obligata: an propter hoc habebit hypothecam priuilegiatam.*
16 *Minor ſi accepit vxorem, & dotem: an bona eius erunt tacitè obligata.*
17 *Priuilegium tacitæ hypothecæ, an tranſeat ad filios eiuſdem matrimonij.*
18 *Mulier an habeat tacitam hypothecam in rebus paraphernalibus.*
19 *Delictum filij an noceat patri.*

EX literis. Agit mulier pro dote contra
quemlibet poſsidentem bo-
na mariti. In prima delegati conſultatio. in ſecun-
da Papæ reſponſio. ¶Nota primò, quòd iſte vir, commiſſo
a delicto, fugam a arripuit. † & an ex hac fuga probetur de-
1 lictum: vel oriatur præſumptio contra eum,no. Oldr.conſi.
60. & per Bar. ff. ad Silleia.l. lex Cornelia. & l. admonendi.
de iureiuran. & vide de præſumptione fugæ famuli, quòd
ſubtraxit res domini, in Auten.de exhiben.reis.§. ſuſcepto.
¶ Secundò nota, quòd propter delictum viri iudex capi fe
cit vxorem, & fratrem eius,& bona vendi: minus tamen iu-
ſtè,vt C.ne vxor pro marito.l.ob maritorum. & l.ſancimus.
C.de pœnis. ¶Tertiò nota,quòd iudex fecit vendi bona de
linquentis, & ſatisfieri mercatori.quod iuſtè fieri potuit:dū
modo primò detractum fuiſſet debitum vxoris, & aliorum
habentium hypothecas tacitas,vel expreſſas, ſecundùm In-
2 nocen. ¶ Quartò nota † formam libelli, cum mulier agit
hypothecaria contra tertium poſſeſſorem: agit enim, vel
ad æſtimationem dotis: vel vt poſſeſsio ſibi obligata pro
dote tradatur. & ſic concipitur libellus alternatiuè. ſimile
ſup. de emp. & vendi. c.cum dilecti.& de reſtitu. in integ.
c. conſtitutus. in glo. ne libellum. & eſt ratio, quia eſt in
poteſtate cuiuſlibet poſſeſſoris, contra quem agitur hypo-
thecaria: vel rem reſtituere: vel offerre debitum, vt l. Pau-
lus.§.1.ff.quibus modis pig. vel hypo. ſol.cum ergo mulier
non poſsit reddi certa,quid ille, contra quem agit, facere
velit(& ſic incertitudo cauſetur ab eo) recipitur libellus
incertus, vt l.1.§.quod autem.ff.quo. le. & per Bar. in l. ſti-
pulatio. non di. in penul. & vlti. colum. de verbo. obligat.
3 ¶ Quintò not. in ver. mandamus. † quid debeat probare
mulier agens contra tertium poſſeſſorem bonorum mariti.
debet enim primò probare dotem dediſſe: & ſic numera-
tionem. ſola autem confeſsio mariti quandoque non ſuffi-
ceret contra creditores, vt C. de don. ante nup. Auten.ſed
iam neceſſe. vnde in dote confeſſata non videtur habere ta-
citam hypothecā,vt not.in l.aſsiduis.C. qui pot.in pig. hab.
ſecundò debet probare bona,quæ per hypothecariam auo-
cat,fuiſſe de bonis debitoris. hoc autem (ſcilicet quomodo
debeat creditor probare in hypothecaria, ſcilicet rem fuiſſe
ſpecialiter, vel generaliter obligatam,& pecuniam fuiſſe nu
meratam, & rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obliga-
tionis,vel poſt)proſequere plenè in Specu.de obliga.& ſolu.
§.1.7.colum.ver.ſed quid debet creditor.& ver. ſeq. & ple-
nius diſtingue poſt Cyn.C. ſi aliena res pigno. da. ſit l.cum
4 res. ¶Sextò nota, † quòd cauſa dotis, etiam principaliter
intentata, ſpectat ad eccleſiam: nam hic non agebatur de
matrimonio:ſed de dote tantū,ſecundū Hoſt. concor. j̃. de
dona.inter virum,& vxo.c.3.& c. plerunq;. ¶ Septimò no.
ꝙ conſtante matrimonio mulier agit hypothecaria contra
tertiū poſſeſſorē.& hoc ideo;qa maritus labebatur faculta-
tibus.quo caſu pōt agere etiā hypothecaria,vt hic.& not.in

l. ſi conſtante.ff.ſolu.matri.ille enim, qui vagatur per orbẽ:
& ratione delicti propriam patriam deſerit(vt iſte vir fecit)
poteſt dici malè vti ſubſtantia ſua.& ſic hoc caſu, etiam con
ſtante matrimonio,repetitiò locum habet & in alijs no. in l.
2.ff.ſolu. matrimo. & dicta l.ſi conſtante. pleniùs per Bart.
¶ Octauò no. quòd multus fauor debetur mulieribus in do
tibus repetendis. idem in ipſis conſtituendis,& perſeueran
5 dis.† Et ſic tempore inchoati matrimonij, eo durante, & eo
finito,mulieres habent priuilegium in dotibus ſuis, vt plenè
6 declarat Bar. in l. 1.ff.ſolu.matri.poſt glo. ¶ Nonò not.† ꝙ
propter maleficium viri non debet mulier remanere indo-
tata.licèt ergo bona viri ex delicto ſuo veniant publicanda:
non tamen publicabitur dos vxoris. in hoc tamen vide, qđ
no.Cy.in l.ob maritorum.ne vxor pro ma.vbi quærit,an mu
lier executioni ſe opponens, poſſit impedire incorporatio-
nem in fiſcum.econuerſo verò, an propter delictum vxoris
dos,quæ eſt penes virum,debeat publicari:vel executio pro
pter debitum vxoris fieri.dic,vt l.quinque legibus.ff. de bo-
7 nis dam. ¶ Decimò not.† quòd mulier pro dote ſua habet
tacitam hypothecam in bonis mariti. ſimiliter bona præla-
ti ſunt obligata eccleſiæ, & bona tutoris pupillo. ita dicit gl.
penul.quam no.cui concor. glo.in c.ſimiliter.alleg. in glo.&
quia tex.iſte dicit,quòd hoc priuilegium competit mulieri.
dubitatur,an competat hæredi ſuo,ideſt filio, vel extraneo,
vel patri,qui dotem dedit,ſiue extraneo.dicam ĩ. ¶ Vndeci
8 mò no. † quòd obligatio realis(vt eſt hypotheca) tranſit cõ
tra quemlibet ſucceſſorem,etiam ſingulariter. quia res tran
ſit cum onere ſuo. vt dicit tex.& c.tua nobus.& c.paſtoralis.
de decimis. & l. alienatio. de contrah. empt. & l. traditio.
de acquir. rerum domi. & l. & in prouincia. C. de ſerui-
tu.& aqua. ¶ Duodecimò no.quòd frater iſtius delinquen-
tis auctoritate iudicis habuit certa bona: & tamen mulier
poſtea veniens,vt dotem recipiat,ſibi præfertur. Ex quo col
9 lige † ꝙ præuentio in mittendo in poſſeſſionem nõ prodeſt
immiſſo,ſi alius poſtea veniens habet potentius ius in bonis
debitoris.& licèt in pignore prætorio vno immiſſo, alij vi-
deantur immiſſi,vt l.fina.C.de bonis aucto.iudi.poſſi.tamẽ
in re capta in cauſam iudicis: vel data in ſolutũ (vt hic erat)
non habet locum illa regula.quod dic,vt not.Bart.ff.qui po-
tio.in pig.habe.l.ſi & iure. ¶ Decimotertiò no.formam ſen-
tentiæ non conformem libello mulieris: mandat enim con-
demnare iſtum poſſeſſorem [eatenus, quatenus de bonis]
&c.& tamen mulier petijt,vel dotẽ, vel in poſſeſſionem bo-
norum induci.credo tamen,quòd ſi iſte poſſeſſor vellet poſ
ſeſſiones dimittere,non cogeretur ſoluere dotem vigore ſen
tentiæ.argum.l.miles.§.10.ff.de re iud. rationem collige ex
nota.per me in c.cum dilecti.ſup.de empt.& vendi. ¶ Deci-
moquartò not. quòd mulier illa egit contra poſſeſſionẽ bo-
norum viri hypothecaria: nec apparet, quòd primò excuſ-
ſum in bonis viri.quod tamen videretur neceſſe,vt in Auten.
ſi debitor.C. eod. ſed dic, quòd hoc erat notorium, virum
alia bona non habere.quia tex.dicit[omnium bonorum fa-
10 cta diſcuſſio]&c. † quo caſu(cum ſcilicet de inopia manife
ſtè liquet)excuſſio non eſt neceſſaria,vt no.in l.fideiuſſores.
ff.de pac.& l.ſi.ſi certum peta.vbi verò de hoc non cõſtaret,
antequàm mulier ageret hypothecaria contra tertium poſ-
ſeſſorem,deberet præcedere excuſſio in bonis viri,vt not.in
l.vbi adhuc.C.de iure dotium.& ibi Cy.in 11.queſt.& Spec.
in tit. de donatio. inter virum, & vxor. §. fina. quod tenet
Bar. in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri.in 3.quæſt.prin. ¶ Quæro
primò.dicitur hic, ꝙ [multus fauor debetur mulieribus]
11 &c.† quæro in quo conſiſtat iſte fauor.dicit glo.quia mulier
præfertur omnibus creditoribus habentibus pſonales actio
nes,vel habentibus tacitas hypothecas: & qui ſunt iſti, qui
habent perſonalem priuilegiatam, vel tacitam hypothecã,
vide ff.de priuileg. credi.l. 1.2.3. & 4.& per totum.& l.aſſi-
duis.C. qui potio. in pig. habean. vbi de tacita hypotheca
12 mulieris. † Sed vtrũ mulier præferatur anterioribus credito
ribus habentibus expreſſam. Mar. ꝙ ſic. quia dicta l. aſſi-
duis. generaliter loquitur: ergo &c. ff. de pub. l. de pretio.
dicit.n.in dicta l.aſſiduis.ꝙ præfertur vallatis priuilegio tẽ-
poris.ergo non loquitur de vallatis priuilegio legis tantũ.&
dicit contra omnes.præterea l.dicit, ꝙ mulier præfertur cre
ditoribus in refectionem: qui vincunt priores habentes ex-
preſſas.vt in Auten.ſignata in dicta l.aſſiduis.ſtat ergo regu
la.ſi vinco vincentem te: vinco te.Alia eſt opi. Bul.ꝙ præfe-
ratur habentibus tacitam,non expreſſam, quia priuilegium
iuris non debet intelligi conceſſum cum alterius iniuria. qđ
hic eſſet,ſi eſſet prioribus expreſſam habentibus præferen-
da.contra l.nec aũt. de eman.li. præterea text. dicit in dicta
l.aſſiduis.ipſam præferendam creditoribus: licèt prioris tẽ
poris priuilegio,&c. & ſic loquitur de creditoribus habenti
bus hypothecam ex priuilegio:non ex propria ſua prouiſio
ne, quæ difficilius debet tolli, quàm priuilegium. Auten.
de non alie.§.quia verò veroſimile.item fiſcus,& mulier am
bulant pari paſſu: & tamen fiſcus non præfertur habentibus
expreſſam,vt ibi no.hanc opi.Bulg.tenet Dyn.Inſti.de acti.
§.actionum.in fi.& glo.in d.l.aſſiduis.& Ber.hic. opi. autem
Mar.tenent Ia.de Are.Pe.& Cy. in dicta l. vt ibi vide p Cy.
in 2.q.dominus Io.An.prædictorũ opi.tantũmodo referen-
do pertranſit.tutius tñ eſſet in iudi.ſequi opi.glo. ¶ Secũdò
13 quæro. † An mulier in donatione propter nuptias ſibi facta
à viro,habeat priuilegiũ tacitæ hypothecæ cũ priuilegio prę
lationis,ſicut habebat in dote.rñdeo,dicit gl.3.ꝙ nõ.in qua
q.latius ſic diſtinguit.cum quæritur: nunquid in donatione
propter nuptias ſit locus priuilegio,ſicut in dote.refert: aut
quæritur de actione intentanda à marito: aut quæritur in
actione intentanda à muliere. primo caſu ſi quæris,vtrũ ma
ritus habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris: ſicut ecõ
uerſo.dicunt Doct.ꝙ non.quia non eſt lege cautum: nec eſt
noſtrũ,&c.vt l.ſi verò.§.de viro. ſolu.matr. ſecundo caſu qñ
quæritur de multa: tunc aut mulier vult agere pro donatio-
ne ante nuptias ex pacto de lucrando.& iſto caſu habet taci
tam hypothecã, vt dicta l.vbi. ſed non habet eam priuilegia
tam:vt anterioribus creditoribus præferatur,vt dicta l. aſſi-
duis.aut vult mulier agere pro donatione,tanquàm ſibi obli
gata pro ſua dote,vt ſibi ſatisfiat. & iſto caſu dico, ꝙ mulier
habet fortius priuilegium in iſta donatione proſequenda,
quàm in alijs bonis mariti pro repetitione dotis,vt in Autẽ.
14 vt immo.an.nup.§.1.colla.3. ¶ Tertiò ad idem quæro.† Ex
quo tempore incipit iſta tacita hypotheca: an à tẽpore datæ
dotis: an à tempore promiſſionis, & matrimonij ſubſecuti,
vt l.fi.qui potio.in pigno.habe.ad hoc l. in ambiguis.ff.de iu
re dotium. ad hoc vide quod not.in l. iuregentium.§. vt pu-
ta.ff.de pactis. ¶ Quartò quæro,præſuppoſita pro vera opi-
nione Bulga. & gl. ꝙ mulier non præferatur habentibus ex-
preſſam: an hoc ſit verum in bonis quæſitis poſt obligatio-
nem dotis.& videtur, ꝙ in quæſitis poſtea præferatur: quia
fiſcus in talibus præfertur, vt l. ſi is qui. de iure fiſci. ergo &
mulier,quæ cum fiſco ambulat pari paſſu.glo. dubitanter te
net contrarium: quia aliàs nullum eſſet priuilegium mulie
ris.pro glo.facit l.fina.in prin.ff. qui potio.in pigno.habe.&
vide Cyn.in dicta l.aſſiduis.in 3.quæſt.vbi quærit.an in do-
te promiſſa mulier habeat illud priuilegium hypothecæ. te-
net,quòd ſic.argu.ff.de priuile.credi.l.2.§.vlt.& ſolu. matri.
l.ſi cum dotem.in fi.& de iure do.l.ſi ſponſa.& quod not. de
fundo dotali.l.dotale.§.1. ¶ Quintò quæro. dixi ſępius, ꝙ
15 mulier habet tacitam hypothecam. † ſed quid ſi expreſsè
conuenit,ꝙ haberet bona obligata: nunquid habebit hypo
thecam priuilegiatam.dicit Pe.ꝙ non. quia prouiſio homi-
nis tollit prouiſionem legis in illo caſu,vt l.fi.C.de pac. con-
uen.ſed ibi Io.videtur ſentire contrarium,ſcilicet ꝙ l. illa nõ
habeat locum in dote.pro hoc facit, quia pactum non põt
facere deteriorem dotis conditionem,vt l.ſi vnus.§. pactus.
ver.



ver.ſed ꝙ in ſpecie dotis.ff.de pactis.& pro hoc ff. de pactis
16 dota.l.de die.& l.ſe. ¶ Sextò quæro. † pone,ꝙ vir minor ac-
cipit vxorem,& dotem: nunquid bona eius erunt tacitè obli
gata? videtur,ꝙ non. quia prohibentur res eorum obligari,
vt l.1.ff.de rebus eorum.& C.de admini.tutorum.l. lex quæ
tuto. econtra videtur,ꝙ ſic.quia l.permittit ei facere matri-
monium,vt Inſti.de nup.ergo,& acceſſorium,ſcilicet dotem
accipere.vt l.mutus.ff.de iure do.Iſtam quæſtionem format
gl.in l.fi.C.de legiti.tute.vbi Cy.tenet,ꝙ obligentur:quia eſt
obligatio legalis,per l.2.& 3.ff.de re.ec. Alibi tamen glo.in
ſimili format quæſt.vtrùm ſcilicet inuecta, & illata per mi-
norem ſint tacitè obligata. & dicit,quòd non.ff.de pac.l.ita
que.in prin.quod ſequitur Dy.Inſtit.de actio.§. item ſeruia
na. In quæſtione autem præmiſſa tenet Bar.contra Cy.ſcili-
cet,quòd bona minoris recipientis dotẽ non ſint tacitè obli
gata.cuius motiua,vide in l.ſi conſtante.in 4.q.ff. ſolu.matr.
quid in ſponſa, quæ dotem tradidit: an pro repetitione in
bonis ſponſi defuncti ante matrimonium conſummatũ ha-
beat tacitam hypothecam?dic,vt l.3.§.ſi ſponſa. de priuile.
17 credi. per Bart. ¶ Septimò quæro. † An iſtud priuilegium
tacitè hypothecæ tranſit ad filios eiuſdem matrimonij,vt te
net Cyn.in dicta l.aſſiduis.in 9.q.vbi vltimò quærit:an pri-
uilegium dotis poſſit tranſire per ceſſionem ad extraneum.
Iaco.de Are. ꝙ ſic. quia tranſit ad extraneum hæredem hy-
potheca:non tamen priuilegiata.ergo ſimili modo tranſibit
per ceſſionem,vt l.ex pluribus. de adminiſtra. tuto. ſed do-
minus Bar.circa illam materiam ponderat verba l.1.ff. ſolu.
mat.vbi dicitur[dotis cauſa ſemper, & vbiq; præcipua eſt]
&c.hoc autem verbum[dotis cauſa]per glo.ibi poſitam ex-
ponitur ex modis.& licet quidam omnes reprobent: tamen
Bar.omnes tenet diuerſis reſpectibus.nam (vt dixi) dos ha-
bet multa priuilegia.quoddam eſt ptiuilegium tacitè hypo-
thecæ: & illud datur ipſi actioni de dote, vt l.1.§. & vt ple-
nius.C.de rei vxo.actio.vbi dicit[in ipſa actione]&c.& hoc
tranſit ad quemlibet,ad quem tranſit actio.vt Inſti.de actio
ni.§.fuerat.in fi.vbi ponitur dictio aduerſatiua,aut. quæ in-
nuit, ꝙ hypotheca tranſit ad omnes. ſed iſtud priuilegium,
ꝙ illa hypotheca ſit priuilegiata(vt præferatur alijs)iſtud nõ
tranſit.& hoc tenet Pet.vt no. Cyn. in l.1.C.de priuile.do.&
d.t.aſſiduis.in vlt.quæſt.& tunc procedit illa expoſitio, do-
tis cauſa,ideſt actio.quoddam eſt priuilegium, quod datur
ipſi doti,hoc eſt rei datæ in dotem (puta, ne fundus dotalis
poſſit alienari) & iſtud ſimile tranſit ad omnem,ad quẽ trã-
ſit dos,vt de vſucap.l.cum vir prædium. & de fun. dot.l.fun
dus dotalis.vt pone.in illo priuilegio,vt in ambiguis,fiet in-
terpretatio pro dote.fiet enim quocunque agente: quia tale
priuilegium cõceditur ipſi doti,vt l.in ambiguis. de reg. iur.
& tranſit ad quemlibet,ad quem tranſit dos. & procedit tũc
illa expoſitio,dotis cauſa,ideſt ipſa dos.quoddam eſt priui-
legium,quod datur ipſi contractui.vt de tacita ſtipulatione.
& ꝙ ſit contractus bonæ fidel.Inſtit.de act.§.fuerit. & illud
ſimiliter tranſit ad hæredes.& procedit alia expoſitio, dotis
cauſa.i.titulus ſiue contractus. quoddam eſt priuilegiũ, qđ
datur cauſæ,ideſt inſtantiæ iudicij(vt quia eſt cauſa fauora-
bilis)ideò dilationem abbreuiando,vt l.2.ff.de re iudi. & c.
diſpendioſam.de iudi.in cle. & illud priuilegium etiã tran-
ſit ad omnes.quoddam eſt priuilegium imperſonale, quòd
alijs præferatur. & iſtud datur ipſi mulieri: & non tranſit ad
hæredes, vt l.dabimus. in princ. de priuile. do. l. prima. &
tunc procedit illa expoſitio dotis cauſa; ideſt mulier in
actione de dote. quoddam eſt priuilegium, quòd datur
actioni merè fauore mulieris (vt ꝙ illa ſit tacita hypote-
ca:) & tunc non tranſit,niſi ad ſuum hæredem,vt dicta l.aſſi
duis. ex prædictis inferas, quando pater agit pro dote filiæ:
vel extraneus iure ceſſo: an habebunt priuilegia:quæ cõpe-
tunt mulieri,vel non.quod dic plenè per Bar.in l.poſt dotem
in 6.quæſt.ff. ſolu.matr. cuius etiam dicta ſunt quæ ſuperiùs
b dixi in l.1.ff.ſolu.matri.& ibi exponit verbum, ſemper, [b] id
eſt omni tempore eſt priuilegiata dos ante matrimonium,
eo conſtante,& eo ſoluto. quod ibi per exempla declara. &
24.priuilegia dotis in Specu.de dona.inter virum & vxo. ad
18 finem. ¶ Octauò quæro † an pro rebus paraphernalibus
mulier habeat iſtam tacitam hypothecam.dicit Inno.quòd
pro his,& pro datione propter nuptias bona mariti ſunt ta-
citè obligata: ſed in his non habet priuilegium. de quo ha-
bes ſup.c.G.2.præcedenti.quia non præfertur prioribus cre
ditoribus habentibus tacitam: ſed poſterioribus, vt l. aſſi-
duis.præal.Hoſt.remittit ad ſummam.eo.tit.§. qualiter con
trahatur.ſub §. conuentionalium.de iſtis bonis paraphernа
libus, vide in l.fi.C.de pact.conue. & l. dotis fructus.§.fina.
ff.de iure do. ¶ Nonò quærò.glo.antepen. dicit, quòd ſicut
19 proprer delictum patris. Sed ego econuerſo. † an delictum
filij noceat patri: puta commiſit adulterium, propter quod
debet perdere dotem.an oberit patri. ad huiuſmodi euiden
titia(puta ab alio,quàm à patre profecta.)quædam eſt pro-
fectitia:quæ ſcilicet de bonis patris proficiſcitur,vt hæc pro
bantur in l.profectitia.ff.de iure do. In illa autem dote pro-
fectitia eſt quædam cõio inter patrem,& filiam:quæ in mul-
tis conſiſtit,& inter cætera,ꝙ altero mortuo, fit conſolida-
tio in reliquum.vnde patre mortuo, efficitur illa dos ſolius
filiæ.& econuerſo,mortua filia,etiam cum liberis,dicta dos
à patre profecta ad patrem reuertitur,vt l.dos à patre.ſ.all.
C.ſolu.matr.& l.poſt dotem.ff.ſolu.matri.iſta ergo cõia, &
ſpecies conſolidationis facit, vt vnus alteri paciſcendo non
præiudicet: ſed ſibi tantũ.vt.ff.ſolu.matri.li 2.§.quòd ſi in pa
tris.& per totã.l.An igitur filia delinquendo patri præiudi-
cet in repetitione,filia præmoriente,no.glo.in l.ſi dotem.C.
de iure dotium.vbi tenet, ꝙ præiudicet.Dy. contra. nam eo
viuo,ſibi repetenti delictum filiæ: ſed ipſi filiæ patre mortuo
repetenti nocet:ſicut diſtinguitur in d.l.2.§.item ſi volunta-
tem.& facit etiam hoc ad aliã. pone filia renunciauit iuri hy
pothecæ in aliqua re alienata per virum.quod poteſt, vt l.iu
bemus.& l.etiam.C.ad Velle.an præiudicet patri.certè non.
ſed præiudicat ſibi filia,patre mortuo. & hoc tenet Specu.in
titu.de dona.inter virum,& vxorem.ver. quid ſi filia. & Bar.
in d.§,quod ſi patris. ¶ Vltimò videtis, ꝙ de mandato iudi-
cis iſte frater poſſeſſionem retinuit, & ſoluit pecuniam mer
catori: & tamen contra alium potiora iura habentem factũ
iudicis non tuetur eum.facit ad quæſtionem. ſi aliquis expul
ſus de ciuitate ratione ſectæ, & debitores eius compellũtur
à communi ſoluere ipſi communi debitum: ꝙ talis ſolutio
non liberat debitorem à ſuo creditore expulſo. de quo ple-
nè vide per Bart.in l. creditor.ff. de ſolu. & tetigi ſup. quod
metus cauſa.c.1.vbi videas.

ADDITIONES.

a ¶ Fugam. fuga facit quem ſuſpectum.l. impuberibus.§ præterea. & ibi Bar.ff.de ſuſpe. tu.non tamen ſola fuga probat delictum Bar.in l.ſi quis in graui.§.vtrùm ad Silleia.

b ¶ Semper. Significat,ſemper, continuitatem temporis Bart. in l.1.ver. item in quæſtione.Ang.& Doct.ff.ſol.ma. Ang.in Auten.de hære.& fal. in prin.in verſi.ſuper tex.

*SVMMAE.*


1 *Pignus pignori dari poteſt.*
2 *Fructus percepti à primò creditore extenuant debitum creditoris ſecundi. Et extenuant debitum,& computantur in ſortem. nu.3.*
4 *Secundus creditor ſi pignus non poſſidet, ſed debitor: an poſſit agere contra eum:& qua actione.*
5 *Nomen alicuius ſi eſt obligatum: an ille talis poterit ſoluere primo creditori.*
6 *Creditor an poſſit prohibere primo debitori, ne ſoluat creditori ſuo, quando pignus pignori obligatur.*

7 *Creditor quando agit contra nomen ſibi obligatum: an debeat præce
dere diſcuſsio contra principalem.*
8 *Quondam, dictio quid importet.*

CVm contra. Si creditor, vel is, qui
ab eo habet cauſam,
receperit tot fructus ex pignore, ꝙ ſatisfactum
ſit ſorti: debet pignus reſtitui debitori. & in prima factum
proceſſum narrat. In ſecunda diffinit. ibi[nos igitur.] ¶No.
primò, ꝙ hæredes, ideſt creditores, pignus alteri obligarũt.
1 & ſic collige, † ꝙ pignus pignori dari poteſt, vt C. ſi pig. pig.
da. ſit. l. ſi creditor. aliàs fin. & l. grege. §. cum pignori. ff. de pi
gnor. vtrũ autem ſecundus creditor poſsit iterum obligare:
vide in Specu. e. tit. §. 1. & de do. inter virum & vxo. c. nuper.
vbi de hoc. ¶Secundò not. ꝙ debitor egit hic contra ſecun-
dum creditorem: cui non ipſe debitor: ſed eius creditor rem
pignori obligauit. qua aũt actione agat: vtrùm contraria pi-
gnoratitia, non videtur; quia cum eo non contraxit: rei ven
dicatione agere non eſſet tutum propter difficultatem pro-
bationis dominij, l. atqui natura. ff. de neg. geſt. Iſte tamen
tex. innuit, ꝙ ad poſſeſsionem actum fuit, & eo modo, quo
cogendus fuiſſet contra primũ. contra quem multum facit l.
petenti. ff. de pign. ac. vbi debitor agit contra primũ credito
rem, vt agat contra ſecundũ, cui de conſcientia debitoris
primus creditor ſe obligauit. & ſic non recta via debitor ip-
ſe agit. cogita tu Iuriſtia. dicit Hoſt. ꝙ egit rei vẽ. ſi pater fuit
dominus: & ipſe hæres ſemel fuerit adeptus poſſeſsionem:
aliàs officium iudicis competit, vt l. officium. de rei ven. Inn.
dubitando dicit, ꝙ egit pignoratitia. quod non firmat, cum
ſit perſonalis. Hoſt. tamen more ſuo vltimò dicit, non curan
dum de ſpecie actionis. c. dilecti. de iudi. & d. l. petenti. be-
ne facit ad prædicta & l. debitor. §. fi. quæ dicit [neque retẽ-
tio relinquetur]&c. quod intelligas pignoratitia intentata:
cum in illo tit. ſituata ſit l. illa, vt in ſimi. dicit glo. in l. fi. ff. de
condi. inde. & l. Imperator. de in diem adiec. ¶Tertiò not.
2 † ꝙ fructus percepti à primo creditore extenuant debitum
creditoris ſecundi, vt in tex. ibi [cum ab alijs, qui eas tenue-
rant]&c. & eſt ratio. quia etiam integra ſolutio creditori fa
cta per debitorem liberat à ſecundo creditore pignus: & re
ſtituere poſſeſsionem compellitur, vt l. debitor. §. fi. ff. de pi-
3 gno. act. ad hoc l. lex vectigali. de pigno. ¶ Quartò not. † ꝙ
fructus percepti à creditore extenuant debitum: & compu-
tantur in ſortem. & eſt mirabilis illa compenſatio de fructi
bus ad pecuniam. & ſic de ſpecie ad quantitatem. quod dic,
vt dixi ſupra de iureiuran. c. ad noſtram. & facit l. 1. C. de
partu. pign. & omni cauſa. & ex hoc collige, ꝙ creditor po-
teſt vendere fructus, quos percipit de re pignorata. ¶Quin-
tò no. ꝙ iſte creditor egit ad pignus: & habuit rõnem ad fru
ctus perceptos tantũ: vtrũ aũt teneatur ad fructus, quos per
cipere potuiſſet. glo. 1. dicit, ꝙ ſic. de quo per Hoſt. in ſum-
ma huius ti. §. quando efficaciter. ver. ſed nunquid. ¶ Sextò
eſt aduertendum, ꝙ iſte tex. loquitur, quando primus credi
tor obligat pignus ſecundo creditori: & quæritur, an debi-
tor poſsit à ſecundo creditore repetere pignus. ſed ego quæ
4 ro † an iſte ſecundus creditor, ſi pignus non poſsideat ipſe,
ſed debitor, poſsit agere contra eũ. & qua actione. & loquor
in caſu, de quo in tex. ſ. cũ primus creditor obligauit ſibi. di-
cit Bar. ꝙ quando primus creditor obligauit creditori ſuo
nomine ſui debitoris: & tunc cũ ipſo nomine intelliguntur
obligata pignora, quæ pro dicto nomine tenebantur: ſicut
cum no. venditur, vt l. cum emptor. C. de hære. vel act. ven. &
no. in l. ſi in ſolutum. C. de act. & ob. & ideo hoc caſu, ſi vult
agere cõtra debitorem ad pecuniã, quam debet, oportet, ꝙ
agat vtili perſonali, cuius debitori cõpetebat directa. ſicut ſi
nomen emiſſet, vt l. poſtquàm. de hær. acti. Si verò vellet age
re hypothecaria pro pignore: tunc aget vtili hypotheca. vt l.
5 grege. §. cũ pign. ff. e. ¶Circa prædicta etiã quero † cuius no-
men eſt obligatum, an poſsit ſoluere primo creditori. glo. in
dicto §. cum pignori. dicit, ꝙ ſic: niſi fuerit ei denunciatum,
ne ſoluat, vt l. nomen. C. quæ res pig. ob. poſ. aduerte tñ, quia
ſi denunciatio fieret ſimpliciter (puta denuncio tibi, ne ſol-
uas) non valeret aliquid, nec crederetur ei: ſed debet certifi-
cari de obligatione nominis ſui, oſtendẽdo ſibi inſtrm, vt di
cta l. nomen. ibi[certior de ſua obligatione factus]&c. facit
l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. ¶Sed quid ſi ipſe debitor ſciret,
& non facta ſibi denunciatione, ſoluit creditori ſuo: an libe-
retur ab iſto, cui nomen ſuũ erat obligatũ. glo. tangit in d. l.
nomen. & l. ſi cum emptor. de pac. & l. facta. §. ſi hæres. ff. ad
6 Treb. per Bar. plenè. Item quæro, † qñ pignus obligatur pi-
gnori: vtrũ poſsit ſecundus creditor prohibere primo debi-
tori, ne ſoluat creditori ſuo, ſicut qñ nomen obligatur. dicit
Bar. ꝙ non: quia in obligatione perſonali ſecundus creditor
nihil habet agere. & ideo põt ſoluere, cui vult. & hoc videtur
ſentire gl. in d. §. cũ pignori. ſuper ver. ſoluerit. & ſic patet, ex
quo hypotheca transfertur ſine principali. vt ff. e. l. 1. §. cum
7 prædium. per Bar. ¶Item quæro. † quando creditor agit cõ
tra nomẽ ſibi obligatũ: vtrũ debeat præcedere diſcuſsio con
tra principalẽ. dom. Cyn. plenè examinat iſtam q. in d. l. no-
men. & cõiter tenetur, ꝙ non. quia Auten. hoc ſi debitor. C.
de pigno. loquitur, quando conuenitur tertius poſſeſſor. hic,
quando nomen debitoris, vt tenet Cy. clarius in d. l. nomen.
& Bar. in d. §. cum pignori. cuius ſunt dicta illa. Et prædicta
habent locũ, quando creditor obligat nomen ſui debitoris:
vel res ſibi obligatas alij creditori ſuo: in quem actio, & pi-
gnora transferuntur, vt prædictum eſt. ſed contingit quan-
doq;, ꝙ idem obligat res ſuas pluribus ſucceſsiuè, vel ſimul:
tunc qñ poſterior pignus poſsideat: an prior creditor poſsit
ab eo auocare pignus, vel poſterior à priore, debitum ſibi of
ferendo. & an ſuccedat loco primi, cui de debito ſatisfecit.
dic plenè per Cy. in l. 1. C. de his, qui in pri. cre. lo. ſuc. & per
Bar. in l. Ariſto. quæ res pig. ob. po. vbi omnino videas. In ca
ſu ergo huius. c. an. G. cui hæredes. I. pignora obligauerant
potuiſſet agere contra iſtum. R. debitoris hæredem, de quo
in ſupraſcriptione, actione hypothecæ, vel perſonali: colli-
ge ex prædictis tactis hic pro intellectu vtiliter, & ſuccinctè.
imò cogita quõ hic agebat in foro eccl. cũ quæſtio verteret
inter laicos cõtra c. licèt. de foro cõpe. & c. ſi duobus. de ap-
8 pel. ¶Vlt. no. † de iſta dictione, quondã, [a] cuius occaſione q̃
a rit Io. An ſi in inſtrumento dicitur, Pet. Io. cũ Io. pater meus
deceſſerit. an quia eſt omiſſum, quondam, poſsit redargui in
ſtrumentum de falſo. vide in Specu. de inſtru. edi. §. reſtat. ad
fi. & l. eius, qui in prouincia. ſi certum pet.

ADDITIO.

a ¶ Quondam. vide Bar. & Alex. in l. eius qui. ff. ſi certum pe. Ant. de But.
& Doct. in c. ex parte. 5. ſup. de ſo compe. Bal. in Auten. hoc amplius. do.
Iaſ. in præal. l. eius qui. Card. in Cle. 1. de iureiur.

SVMMAE.

1 *Debitor an teneatur ire ad domum creditoris cum pecunia ſoluenda,
& nu. 8.*
2 *Fraus & dolus nuncij excuſat dominum, qui eum miſit, à periurio,
& pœna: ſed non à debito principali, & nu. 3.*
4 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus quid operetur.*
5 *Penſio debet computari creditori in ſortem.*
6 *Niſi, dictio ponit.*
7 *Duo ſi ſub iuramento promittuntur: vnum licitum: alterum repro-
batum à iure: tenetur adimpleri licitum, altero repudiato.*
9 *Forus quomodo intelligatur.*

SIgnificante. Si is, qui ſub pacto. l. com-
miſſoriæ pignorauit rem
ſuam, & iurauit non contrauenire, iuſtè impeditus. ĩ.
diem ſtatutum rem non redimat: poſt diem illam redime-
re poterit. prima ponit debitoris querelam. ſecunda dat
iudicem.



iudicem. ibi[cum igitur.] ¶No. primò formam conuentio-
nis: de qua in prin. c. in pignoribus reprobatam. & hoc ex eo
fuit prohibitum; quia debitor omne pactum iniret cum cre-
ditore: vt habeat pecuniam neceſſariam ſibi. & ideo cũ po-
ſtea non poſſet ſatisfacere, perderet dominium quodammo
do ſine conſenſu, ideò &c, vt l. ſi quis in conſcri. C. de pac. vel
eſt ratio. quia ſi tale pactum valeret: nunquàm homines ſine
tali pacto ſuper pignore mutuarent. & ſic ad tollendam iſtã
frequentiam bonis moribus contrariam, ita prouiderunt iu
ra, ne tale pactum valeret. has rationes reddit Cy. in l. fin. C.
de pac. pignorum. ¶Secundò no. quòd debitor hic miſit pe
1 cuniam ad creditorem. † & ſic debitor tenetur ire ad domũ
creditoris cum pecunia ſoluenda: non autem creditor tene-
tur venire ad debitorem. quod quando ſit verum, vel non. ĩ.
2 dicam. ¶Tertiò no. † quòd fraus, & dolus nuncij excuſat do
minum, qui eum miſit, à periurio, & à pœna. non autem à
debito principali. nam dicti nuncij fraude non obſtante, te-
netur ſoluere. vt hic patet. & hoc eſt verum, quando debitor
miſit pecuniam per nuncium ſuum: ſi autem ſoluiſſet nuncio
tranſmiſſo per creditorem, perfidia nuncij obeſſet ipſi credi
tori & ſibi pecunia periret. vt ff. cõmo. l. qui non tam. & l. ſe.
& de hoc 95. diſt. c. presb. ratio differentiæ eſt. quia ſi debi-
tor adhibet nuncium, non diſcedit ab eo domininm, ante-
quàm ſoluatur. ideò periculo eius perit. ſed, cum creditur nũ
cio creditoris, ſtatim eſt dominium acquiſitum: ideo perit
eius periculo. ad hoc, quod no. in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & l.
abſenti. & l. qui mihi donatũ. de dona. & ex his apparet cui
contra nuncium infideliter agentem detur actio furti, ſi rece
ptam pecuniã contrectauit. ad quod vide, quod no. in l. ſi pu
pillus. §. 1. de neg. geſt. & l. argentũ. ff. commo. ¶Inciden-
ter tangit hic Io. An. quid iuris, ſi iſte nuncius egit fideliter,
& in via captus fuit à prædonibus: an poſsit agere cõtra mit
tentem, vt eum redimat: vel ſaltem contribuat. vide in Spec.
de iudi. §. 3. ver. illud autẽ. & ibi ſequitur ſimilis quæſtio de
illo, qui cũ equo, & armis iuit pro ipſo ad exercitum, & ibi
captus eſt. de qua vide de iureiuran. c. ſicut. 3. in glo. de voca
3 tis. ¶Quartò no. in verſic. poſtmodum. † quòd licèt impedi
mentũ impediat cõmiſsionem pœnæ, & periurij: tamen im-
pedimento non obſtan. debitor, cum poteſt, tenetur ſoluere:
quia (vt dixi) impedimentũ differt cõmiſsionem pœnæ: non
obligationem tollit. vt c. cũ dilecti. ſ. de do. & contu. & hoc
tenet Ioan. An. poſt Inno. allegat, quod no. 32. q. 1. c. apud. &
quod Io. An. in c. P. & G. de offi. dele. Et ex his etiam collige,
ꝙ licèt difficultas præſtationis non impediat obligationẽ:
tñ impedit pœnæ commiſsionẽ, vt hic. & l. cõtinuus. §. illud.
de ver. obli. per Bar. facit, quod dixi poſt gl. ſ. de teſti. cogẽ.
4 c. 2. ¶Quintò no. † pactum l. cõmiſſoriæ in pignoribus adeò
reprobatur, ꝙ poteſt quis venire contra, non obſtan. iura-
mento præſtito ſuper eius obſeruantia. & hoc verũ, ſecundũ
Inno. de iure communi, ſine aliqua diſpenſatione, ſiue relaxa
tione iuramenti. Alij dicunt, ꝙ relaxatur iuramẽtũ; quia erat
contra ius. de iureiuran. c. 1. & c. debitor. & ex hoc etiã colli
ge, ꝙ huic iuri debitor non poſſet renunciare: cũ non eius fa
uore principaliter: ſed in odiũ creditoris ſit à iure reproba-
tũ, vt ff. ad Mace. l. cauſa. & ſi. vt no. Cy. in d. l. fi. de pac. pign.
ad quod vide quod no. Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo.
& dixi. ſ. de iureiuran. c. cũ contingat. multa à iure prohibi-
ta iuramento firmantur, quæ enumerat dom. Fede. de Senis
conſi. 135. vbi de pacto l. cõmiſſoriæ. de dona. inter virũ &
5 vxorem. alienatione rei do. & ſi. ¶Sextò no. † ꝙ penſionem
cõputat ſibi creditor in ſortem. & hoc credo, etiã ſi nullã pci
piat pẽſionẽ: ſed domũ inhabitat &c. ¶Septimò not. in prin.
ꝙ iuramentum præſtitũ in forma, de quo in prin. c. videtur
referri tam ad moleſtationem: quàm ad ſolutionem pecu-
6 niæ in termino. † & ſic iſta dictio, niſi, ponit. quod patet; qa
exigitur diligentia in mittendo per fidelẽ nuncium. & p eum
non ſteterit, ſed per cauſam: nec video ad quem finem illa
diligentia in ſoluendo in termino requiratur: niſi, vt de per-
iurio non teneatur. nam quantùm ad effectum repetendi pi
gnus, ſoluta pecunia, etiam poſt terminum, non videtur ta-
lis diligentia neceſſaria; cũ talis termini appoſitio reprobe-
tur à iure. Iſtud ergo pactum iuratum[iuro, ꝙ niſi dedero ti
bi centum vſq; ad paſcha, dabo tibi equum.] ꝙ non ſoluen
do centum in paſchate, ſum periurus. & teneor ad eum. de
iſta dictione, niſi, [a] dic, vt no. Dy. in c. pactum. de regu. iuris
7 lib. 6. & collige ex hoc, † ꝙ ſi ſub vno iuramento duo pro-
mittuntur: vnum licitum: alterum reprobatum à iure, tene-
tur adimplere promiſſum in eo, quod eſt licitum, alio repro
bato. vt l. quæ ſub con. §. quoties. ff. de condi. inſti. ¶ Oppo.
hic videtur Papa reprobare pactum, quod apponitur in cõ-
tractu: vt ab eo diſcedatur, ſi pecunia in termino non ſolua-
tur. contra imò videtur, quòd valeat, vt patet in toto tit. ff. de
leg. commiſ. ſo. in pignoribus reprobatur illud pactum: non
in contractu emptionis, & venditionis, vt in contrarijs. Sed
hic non videtur bona ſol. nam etiam in pignoribus valet, &
tenet, vt. l. fi. ff. de contrahen. emp. ſo. pro huius declaratione
materiæ ſic diſtingue. quandoque apponitur pactum de vẽ-
dendo creditori iuſto pretio: tunc valet pactum indiſtinctè,
vt l. ſi fundum. in fi. ff. de fideicommiſſ. iuſtum autem pretiũ
æſtimabit bonus vir. i. iudex. vt. l. fin. circa fin. C. de iure do.
impe. quandoque apponitur pactum de vendendo, ſiue dan
do in ſolutum pro debito. & tunc ſi apponitur pactum ab
initio tempore contracti debiti. & tale pactum eſt nullum:
quia ſimile pacto legis commiſſoriæ, vt l. 1. C. de pac. pig. &
hoc verum, ſi agatur de dando in ſolutum ipſi creditori: ſe-
cus ſi fideiuſſori, vt dicta l. fina. in prin. quandoque ponitur
pactum ex interuallo: tunc tale pactum valet, vt l. 2. de pac.
pig. ſecundùm vnam lect. valet, dico, quò ad retentionem:
non quò ad actionem, vt l. Titius. de pig. act. quandoque fit
promiſsio de vendendo, vel dando in ſolutum ſimpliciter,
non adiecto iuſto pretio, vel pro debito: tunc ſi quidem fiat
promiſsio de vendendo: vel dicatur, pignus ſit emptum, vel
ſimilia verba: & intelligitur iuſto pretio, vt l. ſi in fraudem.
in fi. ff. de pig. Si verò dicatur. dabo pignus in ſolutum: vel
habeas in ſolutum. & intelligitur tunc pro debito. & tunc
an valeat, vel non: recurre ad præcedentem diſtinctionem.
& iſta eſt diſt. in l. quamuis. aliàs Calippus. ff. de ſolu. Cy. bre
uius diſtinguit in dicta l. fin. cuius membra ſunt: quòd aut il
lud pactum eſt appoſitum inter fideiuſſorem, vel extraneũ,
& debitorem. aut inter debitorem, & creditorem: & hoc ca
ſu aut pactum continet, quòd rem habeat: niſi ſoluat debitũ.
& tunc aut in initio: aut ex interuallo. & quid iuris in quoli
bet membro: collige ex ſupradicta diſtinctione aliquantulũ
magis plena: de quo per Gui. in dicta l. Titius. aduerte, quia
multis modis poteſt concipi iſtud pactum: vt debitor non
poſsit pignus à creditore repetere poſt terminum: quorum
aliquos hic ponit Ioan. And. nam quandoque concipitur,
ſi non ſoluero debitum infra terminum, & ipſam rem, do ti-
bi in ſolutum. vt dicta l. quamuis. quãdoque concipitur hoc
modo: quòd non liceat in perpetuum redimere: & ſimili-
ter non valet. ar. ſ. de preca. c. fina. quandoque dicitur [ha-
beas rem in feudum] nec hoc valet. ſ. de re. eccle. non ali. c.
ad noſtram. quandoque in perpetuum nõ repetam. & idem
de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. idem Iul. quandoque promi
ſit pœnam, ſi repetat: & non valet appoſitio, ar. l. Seius. ff. ad
leg. fal. & l. ſi pœnam. de verb. oblig. quandoque iurauit non
repetere: & tunc an valeat. quidam, quòd non. vt l. non du-
bium. Io. An. dicit, quòd tenet. vt hic innuitur, & tenet Inno.
& Bar. ſecundùm Tan. & quod no. Ioan. And. de renun. &
concluſi. verſi. ſed quia hoc. quandoque vendit fundum pro
10. ita quòd poſsit recuperare vſque ad 20. annos. & valet
pactũ. de præſcrip. ver. l. ſi vir vxori. dummodo non in frau-
dem. vt c. illo vos. ſ. eo. & vide de alijs formis per Cy. in dicta
l. fi. de pac. pig. Subdit Ioan. And. rationem diuerſitatis, qua-

re valet magis illud pactum in contractu emptionis,& vẽdi
tionis,quàm in contractu pignoris.dicunt Pet.& Abb.ꝙ res
vènditur cõiter,quantum valet. & ideò ſi exiſtat conditio,
non multum fraudatur venditor.Non ob.ſi dicas,ꝙ quãdo-
que minùs venditur.quia ad ea &c.vt l.nam ad ea.ff. de legi.
ſed communiter plus valet pignus,quàm pecunia credita.Si
ergo haberet ibi locum hoc pactũ,illo,quo plus valet, frau-
daretur debitor,ſecundũ eos.Io.An.addit aliam rationem:
quia ſi hoc pactum eſſet licitum : creditores non aliter mu-
tuarent,&c.vt dixi.ſ. & accederet aliquid lucri vltra ſortẽ.
& ſic in fraudem vſurarũ eſſet appoſitum, vt not.in l. roga-
ſti.ff.ſi cer.petatur. In mutuo enim non debet creditor ſpe-
rare aliquid vltra ſortem,vt ibi. hic autem ſperaret pignoris
dominium ſibi quæri.ergo &c. ¶ Secundò oppo. innuit iſte
tex.ſi nuncius perfidè egit:& ſic perit pecunia eius dolo:pe-
rit periculo debitoris.contra primò videtur, ꝙ periculo cre
ditoris,vt ff.commoda.l.argentum. vbi commodatarius li-
beratur:licèt pecuniam exportauerit nuncius, qui idoneus
videbatur.ſolu.gl.2.allegat dictã in l.pro concor. & contra-
dicit per modum,quem dixi.ſolue ergo ſecundùm Io. And.
poſt Pe.& Ab.ſo.quandoq; debitor ſpeciei remittit ſpeciem
per fidum nuncium creditori:& tunc ſi perit, perit periculo
creditoris,poſtquàm debitor non fuit in mora, vel in culpa,
iuxta materiam l.quod te.ſi certum petatur.quandoq; debi
tor quantitatis,vel generis mittit certam pecuniam per fide
lem nuncium,qui infideliter egit,vel ſpoliatus eſt.& tũc aut
eſt nuncius creditoris:& perijt periculo ſuo.aut eſt nuncius
debitoris:& eius periculo perit, vt hic.rationem differentiæ
8 dixi.ſ.in tertio no. ¶ Tertiò oppo.iſte tex.innuit,† ꝙ debi-
tor debet ire:vel mittere ad domum creditoris. contra imò
videtur, ꝙ creditor debet venire ad locum debitoris,vt l.itẽ
illa.ff.de conſti.pec. & probatur ratione: nam reus non põt
conſtitui in mora: niſi per interpellationem, vt l. ſi ex legati
cauſa.de verbo.oblig. Iſta autem interpellatio debet fieri ꝑ
creditorem ipſi debitori: vel ad domum eius, ſi non reperia
tur,vt l.ſi dictum.§.ſi eius.ff de euict. & l.1.C. de li.agno.cũ
ſimil.ſol.Iura in illa materia (ſcilicet an debeat ire creditor
ad domum debitoris: vel è conuerſo) variant. pro quarum
concordantia.Gul.de Cu. ſic diſtinguit. nam quandoq; ſol.
debet fieri reſpectu alicuius rei, vel pro aliqua re: & tunc ſi
quidem creditor eſt eiuſdem fori: & debet debitor ire ad
domum creditoris,vt l.2. de iure emphy.& l.forma.§. ſi ve-
rò.de cen.& in Auten.quibus modis na.effi.ſui.§. ſi quis igi
tur.Ex cauſa tamen,fiſco volente,poſſet fieri ſolutio in loco
propinquo: & non in loco,vbi res eſt ſituata.C.de an. & tri-
bu.l.locis.& l.nemo.ſi verò non eſſent eiuſdem fori: tunc de
bitor non tenetur ire ad locum ſui fori. ar. dictæ l. item illa.
de conſti.pecu cum ſua gloſſ. & per hoc dico,quòd ille, qui
debet ſoluere debitum canonem pro re emphyteutica(ſi do
minus eſſet alterius fori) ꝙ in die, in quo debet ſolui debitũ
in domo ſua dicat. ego ſum paratus ſoluere debitum cano-
nem, ſi eſſet,qui reciperet.& hoc faciat ſcribi: niſi aliter ha-
beret ſe conſuetudo.ſi verò ſolutio,quæ eſt facienda, non fit
reſpectu certæ rei, vel pro aliqua re : & tunc aut illa ſolutio
reſpicit tantùm commodum perſonæ: & debet ire debitor
ad domum creditoris, vt l. quod non.ff. de op. li. cum ſimi.
aut reſpicit commodum burſale, & patrimoniale: & tunc,
aut ex iſta ſolutione nolo aliquem mihi obligare:vel aliquid
mihi acquirere: & debeo ire ad domum creditoris,vt l.cum
quidam.C.de cond.inſer.& l.pen.in fi. de cond. & demonſt.
aut volo me exonerare,ne incidam in moram, vel pœnam:
& tunc aut creditor eſt eiuſdem fori:& debet debitor ire ad
domum debitoris. aut diuerſi: & tunc debet creditor veni-
re ad me debitorem,vt dicta l. item illa. cum ſua glo. & hoc
verum,quando reus vult ſoluere:ne incidat in moram.ſed ſi
vellet ſoluere,vt purget moram: tunc ſemper debet ire reus
ad domum creditoris, etiam ſi ſint diuerſi fori. nam cũ reus
ex mora ſua ſit obligatus ad pœnam, vel periculum interi-
tus: iam iſta ſolutio facit, vt aliquid ſibi acquiratur : non vt
ſimpliciter ſe exoneret.ergo debet ad domum creditoris ac
cedere,vt dicta l.cum quidam.C.de condi.& demon. & eo-
dem modo dico de actore, qui ſemel fuit in mora recipien-
di: nam poſtea debet ire ad domum rei: vt purget moram
ſuam,& reum in mora conſtituat,vt not.Bart.in l.ſi ſeruum.
de verb.oblig.Ex prædictis infertur ſolutio alterius.q.an cũ
creditor, & debitor ſunt eiuſdem ciuitatis, vel diuerſarum:
debitor teneatur perquirere creditorem: vel creditor debi-
torem.nam eo caſu, quo ſunt eiuſdem fori, & debitor tene-
tur ire ad domum creditoris: eo caſu debet perquirere debi
torem: & è conuerſo creditor tenetur perquirere debitorẽ,
quando tenetur ire ad domum ſuam. perquirere autem de-
bet eum apud notos,& per ea,in quibus conuerſatur,vel de
bet veroſimiliter conuerſari : nec tenetur eum perquirere ꝑ
loca abſconſa,vt l.hæc autem.§. 1. & ibi not.ff. ex qui.cauſ.
in poſ.ea.& quando ap.ſit l.1.§.1. ¶ Circa prædicta quæri-
9 tur.quia diſtinxit † aut ſint eiuſdem fori,vel diuerſi: an intel
b ligantur eiuſdẽ fori b reſpectu ciuitatis:an eiuſdem fori vni-
uerſalis.puta ſub eodem pręſide,qui habet ſub ſe multas ci-
uitates.dicit Bart. quòd totus iſte actus pendet ex bono &
ęquo.& debet intelligi de eadem ciuitate. vnde ſi debitor eſ
ſet de ciuitate,creditor de comitatu,& de loco remoto: non
deberet ad creditorem accedere.vt l. ſi cum dies.§. arbiter.
verſi.quid ergo.ff.de arbit. nam in dubio videtur actum. vt
ſoluatur in loco,vbi peti poteſt,vt l.fin.ff.de eo,qđ certo lo-
co.& l.quod legatur.ff.de iudi.peti autem poteſt in ciuitate:
non autem in comitatu: ergo creditor debet venire ad do-
mũ debitoris: non è conuerſo. prædicta verá : niſi conditio
perſonæ aliud inducat.quid enim ſi promittitur,vel legatur
cuidam magno militi, vel prælato pecunia, qui habitat in
comitatu.certè videtur actum,vt debitor accedat ad eum.vt
dicta l.ſi cum dies.§ arbiter.& l. ſi cum res.in prin.de leg.1.
ibi[niſi veroſimiliter]&c.& ibi not.ſed ſi vterque habitat in
ciuitate: tunc debet ire debitor ad domum creditoris, vt ibi
no.quod ſemper intellige, niſi conditio perſonarum aliud
dictaret:vt dixi.ad quod facit.ff.de iureiuran. l. ad perſonas
egregias. Si verò tam debitor,quàm creditor habitat in co-
mitatu: tunc ſi facilius eſſet venire ad ciuitatem : non tene-
tur ire debitor ad domum creditoris : quia de loco ciuitatis
videtur actum,vbi peti poteſt. ſed ſi eſſet ei facilius venire
ad domum creditoris,quàm ad ciuitatẽ: debet debitor hoc
facere: nec debet audiri,dicendo, ꝙ nolit in ciuitate ſolue-
re.vt l.in fundo.ff.de rei ven. pendet ergo mulcta iſta ex bo-
no,& æquo,vt ff.de eo,quod certo loco.l.ꝙ ſi Epheſi. vnde
in duobus caſtris diuerſarum prouinciarum, & fori debet
ire debitor ad domum creditoris,non attento,ꝙ ſint diuerſi
fori, per ea,quæ dicta ſunt.Et prædicta omnia ſunt vera in
debitore alicuius ſpeciei:quæ poteſt portari ſine ſumptu. ſi
verò requireret expẽ.(vt granũ,vinum, & ſimilia) tunc cu-
ius expenſis deferri debeat. dic,vt l.cum res.de leg. 1. & d.l.
quod legatis.& prædicta no.Bar.in dicta l.item illa. de con-
ſti.pecunia.ex quibus habes pleniùs ſecundùm argumentũ
declaratum: quàm tangatur hic per aliquem.eſſet etiam hic
tractandum, quando debitor non ſoluit in termino credito
ri:an creditor poſſit pignus vendere, vel ſibi in ſolutum da-
ri.dic,vt ff. de diſtra.pi.per totum.

ADDITIONES.

a ¶ Dictione, niſi. vide Bar.& Bal.in l.actione nu 1.& ibidem Salic.C.de tranſac.Card.in Cle.1.de vſur.Alex.in l.1.de offi.eius, qui vi.

b ¶ Fori.forus,ratione contractus acquiſitus,non poteſt mutari aliàs ſic. l.cum quidam.in prin.& ibi Bar.ff.de iuriſ.om.iud.

*S V M M AE.*

1 *Vſufructuarius non dicitur dominus.*
2 *Vſusfructus quid ſit. Et in quibus conſiſtat.num.4.*



3 *Vſufructuarius, quòd debeat idoneè cauere, quomodo intelligatur.*
*Et ſi non cauit,an faciat fructus ſuos.nu.7.*
*Et quid ſi non poteſt cautionem præſtare.nu.8.*
5 *Vſusfructus finitur morte,& redit ad proprietatem.& nu.10.*
6 *Vſufructu legato,intelliguntur etiam illæ res, in quibus uſusfructus abuſiuè conſiſtit.*
9 *Teſtator an poſſit uſufructuario remittere cautionem in teſtõ.*
11 *Bannitus ciuitatis pro homicidio,an perdat uſumfructum.*
12 *Teſtator ſi dicat[relinquo uxorem meam dominam, & uſufructuariam,] quid importent iſta uerba.*
13 *Et,dictio poſita inter incompaſſibilia reſoluitur in diſiunctiuam.*
14 *Teſtator filium inſtituit,extraneum filio ſubſtituit, uxorem dominã & uſufructuariam reliquit:modò hæreditas deuenit ad ſubſtitutum, quid debet habere mulier.*
15 *Teſtator reliquit Bertæ uſumfructum in uita: poſt mortem Bertæ inſtituit pauperes Chriſti,an valeat relictum uſusfructus.*
16 *Res,quę uſu conſumuntur,qualiter debeant reddi poſt mortem uſufructuarij.*

CVm conſtet. Quidam intitulant
hic rub. de vſufruc.
dicentes,ꝙ iſta Decr. non facit ad materiam tit.
de pign.ſed malè dicunt:quia facit ad ſecundam partem ru
bricæ,& aliis cautionibus &c.& hoc dicit.vſufructuarius ca
uet,ꝙ vtetur,& fruetur rebus im nobilibus, ſalua ipſarum
ſubſtantia.& pecuniam,& æſtimationem mobilium,quæ cõ
ſumuntur vſu,finito vſufructu, reſtituet. continet duas par-
tes.ſecunda ibi[pecuniam] ¶ Not.primò,ꝙ quandoque qs
ſuccedit alicui in vſufructu,alius in proprietate. vtrùm ille,
ad quem dicto caſu pertinet vſusfructus, poſſit dici hæres:
cum ab eo ſit commodum diſceſſurum per mortem. & vtrũ
poſſit dici cohęres.vide quod no. in l.hæreditas ad diem. ff.
de hæred.inſtit.facit l.ex facto proponebatur.eo.ti. & de le.
1 2.l.Titia.§.vlti.¶ Secũdò no.† ꝙ vſufructuarius non põt di-
ci dominus:cum ad alium ſpectet proprietas,& dominium.
2 & hoc eſt,quod intendit diffinitio vſusfructus. † eſt enĩ ius
vtendi, fruendi alienis rebus, &c.habet tamen poſſeſſionẽ
naturalem,& rei cuſtodiam. & ſi expellitur, habet interdi-
ctũ vnde vi.& de oper.no.nun. & alia. quod dic, vt l.1 §.fi.
cum l.ſeq.ff.de ope.no.nunc.& l.3.§.vnde vi.ff.de vi & vi ar
ma.& quod no.in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. ¶ Tertiò
3 not. † ꝙ vſufructuarius debet cauere idoneè.quod intelligi-
tur cum fideiuſſore,vel pignore,vt l.ſi mandato §.fi.ff man.
& quid debeat continere cautio,habetis in tex. & d cam ĩ.
4 ¶ Quartò no.† ꝙ in pecunia,& in rebus,quæ conſumuntur
vſu,conſiſtit vſusfructus,impropriè tamẽ: quia ſubſtãtia nõ
poteſt eſſe ſalua.quod eſt de eſſentia vſusfructus,vt ſupra.ad
quod vide l.1.ff.de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſu.
& l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiu.¶ Quin-
5 tò no.† ꝙ vſusfructus morte finitur, & redit ad proprietatẽ.
de quo in glo.& aduerte, quia licèt ex parte vſufructuarii
vſusfructus non tranſeat ad hæredem vſufructuarii: tamen
bene tranſit ad hęredem proprietarii,vt hic patet,ibi[vel hę
6 redibus]&c.facit l.vſufru.ff.ſol.matr.¶ Sextò no. † ꝙ legato
vſufructu,intelligũtur etiam illæ res,in quibus vſusfru. abu-
ſiuè conſiſtit, & ſic propriè, & impropriè,vt ff.de vſufructu
leg.l.generali.& l.1.C.de vſufru. & eſt rõ,quia in teſtamen-
tis,&c.vt c.cum dilecti.ĩ.de dona.¶ Oppo.dr̃ hic, ꝙ mater
ſucceſſit filio in vſufructu omnium bonorum.contra immo
vr̃,ꝙ ſuccedat in vſufructu,& proprietate,vt in Auth. defun
cto.C.ad Tertul.ſol.dicit glo.prima intelligas hunc textũ in
ſucceſſione ex teſtamento.quia in teſtamento ſuo filius ma
trem hæredem in vſufructu inſtituit.vel dic ſecundò, ꝙ in iu
dicio familiæ erciſcundæ iſta diuiſio facta fuit, vt ff.de vſuf.
leg.ſecundùm Goff.vel pater pupilli ſubſtituit pupillo ma-
trem in vſufructu,& ſororem eius in proprietate, vt l.vxori.
ff.de vſufr.leg.& de teſta.c.Rayn.eo.tit.c.1.li.6. vel pone ca
ſum,vt in Auth.de nup.§.hinc nos alia euocat ratio.colla.4.
vbi dicitur,ꝙ mater ſuccedit filio in bonis maternis,quò ad
vſumfru.& hoc plus placet In.vel pone,ſm̃ l.ff. de vſufr. acc.
l.ſi mulier. cum liberis.vel per l. ff. vſusfru. quemadmo. ca.
l.ſi vſusfru.mihi.ſecundùm Ho.& Ioan.And. ſuper d.glo.1.
¶ Apparatum.b.ſuper illo c.ordina ſic per modum ſummę.
& primò,quid eſt vſusfructus,cuius diffinitionem, & ſingu-
la eius verba proſequitur tertia glo.cum tribus ſeq.ſecundò
in quibus rebus cõſtituatur.de quo in gl. hæc autem. in fi.&
glo.pen.tertiò quomodo finiatur.de quo in fin. glo. penulti.
quartò quarum rerum vſufructuarius caueat. quintò quid
cautio contineat,& de his duobus in dicta gl.hæc aũt. ſextò
qualis debeat eſſe cautio.ſeptimò an per teſtatorem,vel hæ
redem remitti poſſit, & de his duobus in gl. 2. octauò qui-
bus caſibus vſufructuarius non caueat.de quo in gl. hæc au
tem. vltra medium. nonò quid ſi cauere non poſſit. de quo
in glo.fi.ex his ſuccinctè per gl. tactis reaſſumam per q.ali-
quas:de quibus probabiliùs dubitatur. primò ergo quæro.
7 dicitur hic,ꝙ vſufructuarius debet cauere idoneè. † quid ſi
non cauit:an faciat fructus ſuos.quidam quòd non.qa cau-
tio eſt de ſubſtantia vſusfru.Cyn.diſtinguit:quòd aut cautio
fuit ab eo petita per proprietarium,aut non. primo caſu nõ
facit fructus ſuos,vt ff.de vſufru.leg.l.vxori.aut non fuit ab
eo petita:& tunc ſi per errorem omiſit præſtare iſtã cautio-
nem,etiam facit fructus ſuos: quia talis ignorantia excuſat:
vt quis non teneatur reſtituere fructus. vt l.ſed ſi lege.§.ſci-
re.ff.de peti.hæred.ſi verò non bona fide præſtare omittit:
tunc ſecus,vt d.l.vxori.C.de vſufru.per Cy.& per Bar.in l.ſi
8 homo.ff.de vſuca.¶ Secundò quæro. † ſi vſufructuarius non
poteſt dictam cautionem præſtare. dicit Azo, ꝙ non habe-
bit vſumfructum,vt patet in glo.fin.& iſtam opinio.Azo.te-
net Accur.in d.l.vſufruc.quia impoſſibilitas facti non libe-
rat ab obligatione,vt l.continuus. §.illud.de verbo.obligat.
Alii dicunt,ꝙ ſequeſtrabitur vſusfru.C.de agri.& cenſi.l.li-
tibus.lib. 11.Hoſt.dicit,ꝙ prima opi.huius gl.eſt benignior:
ſed ſecunda eſt iuſtior.remittit ad ſummam huius titu. eodẽ
titu.§.conſtat.& ſm̃ Pet.de Bellapertica. tenet primam opi.
huius gl.ꝙ committatur iuratoriæ cautioni:ſicut aliàs fit. ff.
ſi cui plus,q̃ per leg.Falc.l.cum non facile.niſi eſſet perſona
ſuſpecta:quia tunc eſſet locus ſequeſtrationi. ff.qui ſatiſdare
9 cog.l.ſi fideiuſſor.in fin. ¶ Tertiò quæro.† an teſtator poſſit
iſtam cautionem remittere vſufructuario in teſtamento. gl.
2.ad fin.dicit,ꝙ non:ſed hæres eius poteſt.concor.Accur.in
l.1. C.de vſufruc.poteſt ergo hæres,quod non poteſt defun-
ctus,vt ff.ad leg.Fal.l.quod de bonis. §.1.& §.fi.& l.penult.
Cyn.in d.l.1.dicit,ꝙ cautio, quæ præſtatur pro reſtitutione
rerum,in quibus conſiſtit propriè vſusfr. non poteſt remit
ti per teſtatorẽ:ſed illa,quæ præſtatur pro rebus, in quibus
vſusfructus conſiſtit abuſiuè,poterit remitti.& quæ ſit ratio
differentiæ,ibi vide per eum.¶ Quartò quæro:dicitur hic,ꝙ
10 morte a vſufructu.extinguitur.† an hoc ſit verum:ſiue moria
a tur ciuiliter:ſiue naturaliter.& vr̃, ꝙ debeat in dubio intel-
ligi de morte naturali,non ciuili,iuxta no.in c.ſuſceptum.de
reſcrip.lib.6.& ex hoc infertur, quòd ſi vſufructuarius in-
greditur religionem,non extingueretur:quia ciuiliter,nõ na
turaliter,eſt mortuus.de hoc no.in c.in præſentia.ſ.de ꝓba.
& C.de epiſ.& cle.l.Deo nobis.& 19.q.3.c.ſi qua mulier.&
C.de ſacroſan.eccl.Auth.ingreſſi.& in Spe.de ſta.mon.ver.
47.& iuriſtæ tenent, ꝙ non extinguatur per talem ingreſ-
11 ſum.facit Auth.idem eſt.C.de bon.quæ lib.¶ † Quid de bã-
nito ciuitatis pro homicidio:nunquid perdit vſumfructum?
vr̃,ꝙ non:quia cenſetur ciuiliter mortuus: ſicut ingrediens,
qui non perdit.Alii dicunt,quòd perdit:quia perditur maxi
ma,& media capitis diminutione,quibus iſtæ aſſimilant:er
go &c.vt l.pen.C.de vſufru.vbi Cyn.in fi.ponit iſtam quæſt.
& reuocat in dubium:an banniti noſtri temporis capite mi-

nuantur.remittit ad no.in l. 1.C.de hęr.inſti.per eum.& ego
remitto ad gl.Inſti.qui.mod.ius pat.poteſta.ſol. §. relegati.
¶ Quintò quæro de quibuſdam quęſt.quæ proficiſcunt quo
tidie ex teſtamentis.nam ſæpiſsimè, maximè in Tuſcia,ap-
12 ponitur.†ꝙ teſtator dicit [ relinquo vxorem meam dñam ,
& vſufructuariam ]quid iſta verba importēt.& quid debeat
habere ex iſtis verbis.& vr̃,ꝙ non valet.quia continet repu-
gnantiam:quia non poteſt eſſe dominus, & vſufructuarius ,
vt l.vti frui.ſi vſusfr.pe. Dy.dicit,ꝙ de iure poteſt petere,vel
13 proprietatem plenam,vel vſumfructum tm̃.†& ſic dictio, &
poſita inter incompasſibilia, reſoluitur in diſiunctiuam,vt l.
Titio fundus.ff.de vſufruct.leg. Idem tenet Iacob.de Are.vt
no.Cy.C.ſi ſecundò nup.mu.l. 1.& ibi dicit gl.ꝙ de conſue-
tudine obtenta in curia.Bul.ꝙ debet habere ſolùm alimēta,
liberis extantibus:ſecus ſi extraneis . & illa conſuetudo ſer-
uatur per omnes partes Italiæ:& pōt de iure defendi,vt no.
in l.Titia.§.Titia.ff.de leg.2.vbi ad idem quærit. ſi teſtator
inſtituto filio , & extraneo relinquat modo prædicto vxorē
ſuam dominam , & vſufructuariam.dicit,ꝙ quantū ad filiū,
iſta verba important alimenta tm̃:ſed pro parte extranei ha
bet vſumfructum ſuæ partis: nam cum in fauorem filiorum
ſit inductum,ꝙ tunc habeat alimenta tm̃:iſte fauor non dēt
extendi ad extraneum. pro hoc optimè l. ſi ita ſcriptum . in
prin.de ma.teſt.& l.hac conſult.§.ex imperfecto.C.de teſta.
14 ſubiungit quæſtionem ad idem,in qua conſuluit. † Teſtator
filium inſtituit,extraneum ſibi ſubſtituit : vxorem dominā ,
& vſufructuariam reliquit.modò hæreditas deuenit ad ſub-
ſtitutum:quid dēt habere mulier?dicit Bar. ſi loqmur in ſub
ſtituto vulgari,mulier debet habere vſumfructum, cum ſub
ſtitutio cœpit habere vires,vt l.qui fundum. §.qui filium.ff.
ad leg.Fal.& in perſona ſubſtituti (cum ſit extraneus:)ceſſat
interpretatio conſuetudinis.vr̃ caſus.ff.de lega.2. l.cum pa-
tronus.& l.ſi contra. de vulg. & pup. ſed in ſubſtituto pupil.
ad quem hæreditas deuenit,quid dēat habere illa vxor, po-
teſt dubitari.& vr̃,ꝙ debeat habere alimenta tm̃ : quia filius
fuit hæres patris . & ſic iam legatum ex perſona filii cœpit
vires habere:ergo ſubſtitutus non poteſt in plus teneri, q̃ pu
pillus, vt l.qui fundum.& l.qui filium.ad legem Fal.& hoc te
net Bar. ſi teſtator dixit ſimpliciter [ relinquo vxorem meā
dominam,& vſufructuariam. ]quia eſt vnum legatum.ſed ſi
dixit dominam,& vſufructuariam. donec honeſtè , & caſtè
vixerit:tunc ex eo,ꝙ dixit.donec,patet,ꝙ eſt legatū annuū,
vt l.legatum.de adimen.lega.pro primo igitur anno eſt pu-
rum:pro ſequentibus conditionale,& pro ſequentibus inci-
pit deberi à perſona ſubſtituti, vt l.fundum.§.ſi pater.de le.
1.& ſic cum ſubſtitutus ſit extraneus: vxor debet hr̃e vſum-
fructum totum.& ita cōſuluit.nam cum ſit annuum legatū,
in prin. cuiuſlibet anni debet inſpici conditio perſonarum,
15 vt l.cum in annos.de an.leg. ¶ Vlteriùs ad idem quæro.†te-
ſtator reliquit Bertæ vſumfructum in vita,poſt mortē Bertæ
inſtituit hæredes pauperes Chriſti : non vr̃, ꝙ valeat relictū
vſusfruc.quia peruenit ante aditionem hęreditatis,quod eſt
imposſibile.Non ob.l.præpoſteri.C.de teſta. quia ibi eſt p̄-
poſteratio in eo,in quo non requiritur ordo . Doctor meus
tenet,ꝙ valet,pauperibus inſtitutis:cum enim genus paupe
rum perire non posſit, vt in Euang.Matth.26.c.Semper pau
peres habebitis vobiſcum,&c.certum eſt eos futuros hære-
des.& ideò ſtatim eis hęreditas acquiritur,& eſt eis cauen-
dum de vtendo,fruendo arbitrio boni viri. ſi verò relictum
factum eſſet pauperi mortali(ſcilicet certæ perſonæ , vt Ti-
tiæ:)tunc vr̃ perplexitas.de condi.inſti.l.ſi Titius. & ita nōt.
ipſe in l.hanc.de ſacroſan.ec.in rep.Idem ſentit Fed.cōſ.54.
¶ Sextò principaliter quæro.tex.iſte loquitur de rebus,quæ
conſumuntur vſu,pro quibus præſtatur cautio de reſtituen-
16 da æſtimatione,&c.† Sed quæro,quid de rebus, quæ nō con
ſumuntur vſu:ſed cum tempore veteraſcunt, & corrumpun
tur:vt vegetes,veſtes,& ſimilia: an ſi de iſtis vſusfruc. relin-
quitur,ſit cauendum de reſtituendo,vt erunt. D.Fed.conſu-
luit D.Ioan.Pagliarenſis de Sen.qui ſic reſpondit.qñ cōſtat,
quòd voluit conſtituere vſumfructum : tunc licèt in vſu-
fructuarium tranſeat proprietas rerum, quæ vſu conſumun
tur:tamen tranſit cum onere cautionis: & præſtatur cautio,
facta æſtimatione talium rerum de tanta pecunia reſtituen
da,vſufru.finito.vt l.ſi vini & olei.ff.de vſufru. ea.rerum. ſed
in dubio concedendo huiuſmodi ad vſum.poſito,ꝙ vſu non
conſumeretur: niſi de contraria mente conſtaret . ſunt qui-
dam(vt dominus Dyn.& quidam alii ) qui volunt dicere,ꝙ
proprietas videatur conceſſa ſimpliciter,per l.dona. in con
cub.§.ſpecies.ff.de dona.& l.ſpecies.ff.de au. & arg.lega.&
glo.ordin.videtur hoc velle de iure do. l.ſi mulier.Ita refert
Fed.conſi.45.& iſta not.¶ Vltimò no.ad illud c.ſed quò ad
materiam titu. formo hic q.Titius obligauit fundum primò
Seio:de cuius Seij voluntate obligauit ſecundò Gaio:q poſ-
ſidet dictum pignus:Titius debitor offert debitū dicto Ga-
io,& pignus repetit.Seius primus creditor ſe opponit,& ip-
ſe vult dicto Gaio ſecundo creditori ſuum debitum ſolue-
re,& pignus accipere:quia an iſte primus creditor ſic offerē
do debitori præferatur : & quis ſit præferendus in reluitio-
ne,an primus creditor:an debitor.& videtur,ꝙ debitor:cu-
ius ſola debiti oblatio,& conſignatio pignus liberat , & pi-
gnoratitia rectè agit, vt l.ſi aliena res.§.ſi creditor. ff.de pig.
act.& l.ſi rem.§.omnes.eod.ti.& ſic inuitus ſecundus credi-
tor cogitur reddere debitori pignus.præterea non offeren-
do:ſed hypothecariam intentando,non poteſt:quia propter
conſenſum,quò ad ſecundum creditorem pignus amiſit, vt
l.Paulus.in prin.& ibi no.ff.quib.mo.pig..vel hypo.ſol.& ſic
non videtur primus creditor quò ad ſecundum.& ideò non
poteſt offerre, vt creditor:nec vt alius.ex quo non posſidet.
ſi.n.posſideret,poſſet quilibet offerre debitū , vt d.l.Paulus.
in fi.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.& l.mulier.qui po.in pig.hab.
& hæc vera: niſi primus creditor posſit prætendere ſuſpicio
nē contra debitorem de baratatione:ſed relueret.tunc.n.eſt
conſilium,ꝙ faciat rem ſequeſtrari, vel ſatiſdari de re nō ba
ratanda,per ea quę habentur in l.fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſd.
cogan.Nec puto,ꝙ posſit ſtatui ſibi tempus, infra qđ luat ,
quia non video,quo iure posſit facere compelli creditorem
infra tempus luere. & ita reperio determinatum in conſiliis
Feder.conſil. 122.

ADDITIO.

a ¶ Morte.Vide Bald.in l.quicquid.C.de bon.matern. & in l.vnica. C. de caduc.toll.

# De fideiuſſoribus.

*SVMMAE.*

1 *Fideiuſſor,& mandator qualiter differant.*
2 *Fideiuſſor an poſsit accedere omni obligationi.*
*Et an obligationi,quæ oritur ex delicto.nu.3.*
4 *Captus eſt quidam pro homicidio, & poſitus in carcere: conſanguineus eius promiſit eum præſentare, & relaxatus fuit:ille non reuertitur,uel fugam arripuit,an fideiuſſor decapitabitur.*

DICTVM eſt ſupra de rebus, quæ pro debi-
tis pignori obligantur:ſequitur videre de fi
deiuſſoribus , qui pro alienis debitis inter-
cedunt.habetur de materia 11.q.1.c.te q-
dem.23.q.8.c.cum homo.de conſe. diſt.4.
c.vos autem.& c.quæris.congruit. de offic.
deleg.c.coram.de iureiur.c.ex reſcripto.de cenſib.c.grauis.
de foro comp.c.vlti.de ſen.excom. c.ſi clericos.li.6. Et ad-
uertendum,quia in iure ciuili ponitur hæc rubr. magis ple-
nè.hic enim ponitur ſemper de fideiuſſoribus.ſed C. & ff.&
1 in Auth.ponitur de fideiuſſoribus , & mandatoribus , inter
quos eſt differentia . † quia fideiuſſor poteſt accipi ante , &
poſt obligationem : mandator aūt accipi ſemper ante . vt
in Auth.eo.poſt prin.& l.ſi verò.§.ſi poſt traditam.ff.mand.
Item fideiuſſor obligatur verbis tm̃, vt l.blanditus. C.eod.&
l.5.§.ſatisacceptio. de verbo.obl.mandator verò obligatur
conſenſu, vt l. ſi hæreditatis.§.j.ff.man. Item fideiuſſor actio
ne ſtricti iuris ex ſtipula.tenetur: mandator verò bonæ fidei
iudicio:vt ex differentia dicta s̃.proxi.clarè patet.¶ Quæro
2 hic, †an fideiuſſor posſit accedere oī obligationi a . ſcitis.n.
2 ꝙ quædam eſt obligatio naturalis tm̃ : quædam ciuilis tan-
tū:quædam ciuilis,& naturalis:quædam,quæ oritur ex deli-
cto.ad hoc dicas primò : ꝙ vbi nulla eſt obligatio principa-
lis,non pōt accedere fideiuſſor, vt l.qui contra.ff.eo. Item ſi
obligatio principalis eſt leuis: nō poteſt accipi fideiuſſor in
grauiorem cām, vt l.hi qui acceſsionis.ff.eod. vbi Bar.plura
membra proſequitur de iſta diſparirate obligationis: inter
principalē,& fideiuſſorem.nam qñq; eſt diſparitas in tēpo-
re ſolutionis.qñq; eſt diſparitas ī efficacia obligationis : aut
in re in obligationē deducta:aut in qualitate : aut in ſpecie :
aut in tempore:aut in loco . de quolibet membrorum ꝓſe-
quere, vt ibi per eum. Sed ad propoſitum vtrū omni obliga
tioni accedat fideiuſſor.tex.dicit,ꝙ ſic, vt l. 1.ff.eo. Sed dubi
tatur,an accedat officio iudicis:vr̃,ꝙ non præſupponat ali-
quam obligationem,per d.l.qui contra.coniuncta l.qui per
collu.§.pretii.ff.de act.emp.In contrarium vr̃ caſus in l.pe-
cuniæ verbum.§.ſi verò.ff.de verb.ſign.& de ſolu. l.cum qs.
§.ſi quis pro eo . & de officio mercenario officii iudicis eſt
expreſſum in l.centum Capuæ.& l.ſi.ff.de eo,quod cer.lo.&
a l.quæro.ff.loca.& l.ſed ſi poſtea.ff.rem pu.ſal. ſo. ¶ Itē q̃ro
3 †vtrùm obligationi, quæ oritur ex delicto , posſit accedere
fideiuſſor, vr̃ text.ꝙ ſic in l.grege. §.ſed ſi ex delicto. & l.ſi à
reo.§.1.ff.eo.& Inſt.eo.§.1.vbi no.¶ Sed incidenter q̃ritur.
4 †quidam pro homicidio captus fuit , & poſitus in carcere:
cōſanguineus eius promiſit eum p̄ſentare: & relaxatus fuit,
& non reuertitur:vel fugam arripuit.nunquid ille fideiuſſor
decapitabitur?vr̃ durum hoc dicere:quia expreſsè,vel taci-
tę non potuit ſe ad talem pœnam obligare.cū nullus ſit mē-
brorum ſuorum dominus, vt l.liber hō.ad leg.Aqui. & hinc
eſt,ꝙ reus in cā criminali non pōt renūciare defenſioni , vel
appellationi, vt l.non tm̃.de appell. & l.pactum inter hære-
dem.& ibi no.ff.de pac.In contrarium facit: quia iudex,qui
condemnat ad mortem aliquem iniuſtè,debet ēt ipſe mori,
vt ff.ad leg.Iul.re.l.1.& idem in teſte,cuius falſo teſtimonio
aliquis eſt occiſus.Idem in accuſatore, qui obligat ſe ad pœ
nam talionis, vt l.fin. C.de accu.& quod no.in c.ſicut nobis.
s̃.de teſtib.Idem in commentarienſi: cuius negligentia,ſiue
dolo,qui mori debebat,de carceribus fugam arripuit , vt l.
ad commentar.C.de cuſto.reo.ibi Cyn. ponit iſtam quæſt.
& diſtinguit poſt Petr..ꝙ aut in fugiendo culpam adhibuit :
aut dolum.ſi culpam, punietur pœna,ad quam ſe obligauit.
vel ſi ad nullam ſe obligauit,punietur arbitrio iudicis: nō tñ
ad mortem.Non obſtant iura prædicta, in quibus obligatur
ad mortem.nam aliud eſt obligare ſe directè: aliud p quan-
dam conſequentiam(vt ſuſcipiendo officium publicum.)di-
rectò enim(vt corpus ſuum interficiatur: vel etiam ad tor-
turam ponatur)non videtur , quòd posſit ſe aliquis obliga-
re, vt d.l.liber homo.& quod not.in l.interdum. §. qui furē.
ff.de fur.per quandam autem conſequentiam (vt ſuſcipiēdo
officium publicum:vel vindictam publicam)bene poteſt ſe
obligare.& ita loquuntur contraria.ſimile in clerico, qui li-
cèt directò non posſit foro ſuo renunciare: tamen per con-
ſequentiam bene poteſt, vt not.Innocen. in c.dilecti.de foro
competen.Idem in marito,qui non donat vxori directò:ſed
per quandam conſequentiam.ff.de dona. inter vir.& vxorē.
l.ſi ſponſus.§.donationis.& quod no.Doct.poſt glo. in l.1.
ff.de aucto.tuto.



ADDITIO.

a ¶ Omni obligationi. Vide gl.Doc.& Fran.Por.in l.j.ff.de fideiuſſ. Bart. in l.ſi quis pro eo.ff.eo.ti.Bal.in l.ſi cui.C.de non num.pec.

*SVMMAE.*

1 *Clerici non debent fideiusſionibus inſeruire.*
2 *Clericus fideiubens,ꝙ debeat abiici,qūo intelligatur.*
3 *Clericus ſi eſt receptus in fideiuſſorem:an teneat fideiuſsio : tenetur, quòd ſic.*
4 *Fideiuſſorem ſi aliquis tenetur dare,uel ex promiſsione, uel iuris diſpoſitione,an dando clericum ſatisfaciat obligationi.*
5 *Idoneus fideiuſſor an cenſeatur,qui eſt in arce inexpugnabili.*

1 CLericus. No.j. †ꝙ clerici non debent
fideiusſionibus inſeruire,qđ
expone indifferenter ſeruire.vel expone vltra ſū
mam in eccleſia taxatā.j̃.c.quod quibuſdam.vel expone in-
ſeruiens.i.non ſeruiens:quia fideiubet pro laico:ſed pro cle-
2 rico ſpōt.j̃.cap.proxi. ¶ Secundò no.†ꝙ talis clericus debet
abiici,quod quidam intelligunt à clero : alii ab eccleſia : alii
ab ipſa fideiusſione: quia nō debet recipi iſtis tribus modis,
3 vt exponit Io.And.circa quod quærit glo.†ſi receptus eſt in
fideiuſſore clericus:an teneat fideiusſio.gl.dicit,ꝙ ſic . quod
intellige,quò ad perſonam eius,& res patrimoniales:vel a-
lias res,quas obligare potuit:nō quantùm ad eccleſiam: vel
res eccleſiæ,quas obligare non potuit.de hoc de depo.c.1.&
j̃.eod.c.quod quibuſdam.tenet ēt quò ad fructus beneficii
4 ſui:quos facit ſuos.j̃.c.prox.ſiñ Ho. ¶ †Quæro. aliquis tene
tur dare fideiuſſorem,vel ex promisſione,vel ex iuris diſpo-
ſitione.quæro an dando clericum, videatur ſatisfactū obli-
gationi, ita ꝙ ſit liberatus?Barto.tenet, ꝙ non,in fideiuſſore
de iudicio ſiſti:quia oportet,ꝙ ſit eiuſdem fori cum princi-
pali:vel priuilegio fori renunciet:quod non pōt clericus , vt
c.ſignificaſti.de foro compe.ſecus in ſimplici fideiuſſore. in
quo ſufficit,ꝙ posſit ſine exceptione conueniri. Ita not.ipſe
in l.3. ff. eod. ad quod vide not.in l.2. ff.ſi quis in ius voca.
non ierit.quid in alio, qui non eſt idoneus conueniendi fa-
5 cilitate:† vt ille, q eſt in arce inexpugnabili.dic,ꝙ nō vr̃ ido-
neus, vt no.in l.2.ff.q ſatiſd.cog. Idem in eo, q poſſet ſe tueri
aliquo iuris beneficio, vt mulier,& ſimiles: qđ dic , vt not.in
d.l.2.ff.e.vbi de illo, q idoneè ſatiſdedit: ſed fideiuſſor datus
eſt effectus poſtea non ſoluendo.dic vt ibi.

*SVMMAE.*

1 *Clericus poteſt pro clericis apud laicos fideiubere.*
2 *Fideiuſſor poſt ſolutionem poteſt contra debitorem agere.*
3 *Creditor debet edere inſtrumentum crediti ad petitionem fideiuſſoris,& ſibi de eo facere copiam.*
4 *Fideiuſſor eo ipſo,ꝙ ſoluit,repetit à debitore pecuniam ſolutam ſine alia ceſſione actionis creditoris ſibi facienda.*
5 *Debitor tenetur reſtituere fideiuſſori pecuniam, & damna.*
6 *Ordo in executione ſententiarum quis ſit.*
7 *Iuramentum appoſitum in contractu quid operetur.*
8 *Periurij pœna quæ ſit.*
9 *Fructus beneficij pertinent ad clericum.*
10 *Suſpenſus retinet titulum beneficij:licèt fructus non percipiat.*
11 *Fideiuſsor,ſi ſoluit uſuras:an poterit eas repetere à debitore.*
12 *Præſens quando quis dicatur,quando abſens.*
13 *Creditor ſi habet pignus,& fideiuſſorem:an debeat prius uendere pignus,quàm conuenire fideiuſſorem.*

PEruenit. Compellitur debitor ſeruare
fideiuſſorem ſuum indemnē,
etiam per asſignationem prouentuum beneficiorū
ſuorum.In prima impetrantis conqueſtio. in ſecunda cauſæ
com-

1 commiſſio.ibi[ne igitur.]¶Not.j.†ꝙ clericus pôt pro cle-
ricis apud laicum fideiubere. & text. loquitur in fideiuſſore
ſuper contractu mutui. Idem in fideiuſſore de iudicio ſiſti
ꝓ clerico alio in curia eccleſiaſtica,non in curia ſeculari, vt
dixi ſ.c.prox.¶Secundò no.ꝙ iſti erant duo rei debendi,&
plures ſimiliter rei credendi: cuius occaſione poſſet hic tra-
ctari:an plures rei debendi ſint inſolidum: an pro parte: an
vno libello,vel pluribus. dic qualiter conſtituantur duo rei
debendi,& duo rei credendi,per Bart.in l.1.ff.de duob.reis.
¶An autem ſint conueniendi in ſolidum:an pro parte.dic,vt
l.in duobus.eo.ti.Item qñ plures ſimpliciter obligantur, vel
gerunt aliquod officium, vel aliquam negociationem exer-
cent:an teneantur inſolidum,vel pro parte. dic,vt l.eadem.
eo.tit. Item ſi vnus ex pluribus reis debendi ſoluit integrum
debitum:an poſſit repetere à correis,& ecõuerſo,ſi vnus ex
pluribus reis credendi exegit integrum debitum:an teneat
aliis ſuis conreis concommunicare, & qua actione cõrei ſui
credendi poſſint eum conuenire.dic,vt l.reos.eo.ti.& in eo.
ti.l.ex duobus.alto ſtylo proſequitur, an factũ vnius rei de-
bendi,vel credendi aliis conreis proſit, & noceat. & primò
quid in ſolutione.ſecundò de acceptilatione. tertiò de peti-
tione.quartò de ſentẽtia.quintò de iure.ſextò de pacto. ſe-
ptimò de nouatione.octauò de ſucceſſione.nonò de cõfeſ-
ſione. decimò de ſucceſſione,ſeu confuſione. vndecimò de
mora.duodecimò de culpa.tertiodecimò de reſciſſione, an
ergo factum alterius rei credendi, vel debendi in altero ex
prędictis proſit,vel noceat alteri.ibi plenè videatis per Bar.
ex cuius dictis qui vellet,poſſet illud c.ſolemniter repetere.
¶Tertiò no.ꝙ iſte fideiuſſor,poſt quam ſoluit,contra debi-
tores,pro quibus ſatisfecit,querelam propoſuit.& ſic no.ꝙ
2 †fideiuſſor demum poſt ſolutionem poteſt contra debitorẽ
agere,& non prius. & hoc regulariter fallit in caſibus no.in
l.Lucius.ff.mand. & quod not.in l.ſi pro ea.C.manda.& l.ſi
quis mandato.C.de nego.geſt.dic,ꝙ etiam pôt agere,poſt-
quam eſt condemnatus,vt l.fideiuſſor pro uenditore. ff.e.ti.
¶Quartò not.ꝙ fideiuſſor fuit hic coactus ſoluere, antequã
conueniretur principalis:quod quando ſit verum, dicam j.
¶Quintò no.ꝙ non debet damno affici,qui meretẽ præmiũ.
& econuerſo non debet conſequi præmium,qui meretur pę
3 nam.concor.ſunt in gl. 2. ¶Sextò no.†ꝙ ad petitionem fi-
deiuſſoris debet creditor edere inſtrumentum crediti, & ſi-
bi de eo facere copiam.& ſic ipſum inſtrumentũ debiti cre-
ditor non tenetur tradere fideiuſſori ſoluenti: debitori verò
ſoluenti an teneatur reddere inſtrumentum cancellatũ.dic,
vt l.diſſolutæ.C.de condic.ex lege. & ff.de fur.l.eum qui ta-
bulas.¶Septimò hic collige,ꝙ facta fide de ſolutione debi-
a ti per fideiuſſorem, debet ſtatim debitor cogi a ad ſolutio-
nem,vt patet hic:dum dicit[moneatis,]&c.non dicit [con-
demnetis.]& probatur,quia ſententia lata contra principa
lem habet paratam executionem contra fideiuſſorem de iu
dicio ſiſti.& iudi.ſoluendo.ergo econuerſo ſententia lata cõ
tra fideiuſſorem,debet habere paratam executionem cõtra
principalem:aliàs ſi non haberet: ſed per moras iudicii di-
ſcurreretur,pateretur damnum,contra iſtum tex.quod non
credo verum:immo fideiuſſor contractus, qui ſoluit, habet
actionem mandati,vt l.indebitam.de condict.indeb.ergo in
iudicio debet expediri,vt Inſti.de act.in princi. de prædicto
tamen articulo, an ſententia lata contra principalem poſſit
mandari executioni contra fideiuſſorem. dic per Cy. in l.fi.
C.de execu.rei iud.& l.1.ff.iud.ſol.per Bar.& c.1.j.de iniur.
& dam.da.li.6.& in Spe.de execu. ſententiæ.§.ſequitur.ver.
4 ſed nunquid ſententia.¶Octauò no.†ꝙ fideiuſſor eoipſo,ꝙ
ſoluit,repetit à debitore pecuniam ſolutam ſine alia ceſſio-
ne actionis à creditore ſibi fienda:nam eoipſo, ꝙ fideiuſſit:
vr̃ mandatum recipere de ſoluendo, vt d.l.indebitam.& ſic
habet actio.mandati.fideiuſſor verò contra fideiuſſorẽ non
agit ſine ceſſione,vt l.vt fideiuſſor.ff.eod. & ibi de rõne dif-
ferentiæ,quare magis fideiuſſor,qui ſoluit ſine ceſſione,agit
contra debitorem,q̃ contra confideiuſſorem,vel tutor con-
tra contutorem. Aduerte ẽt,ꝙ ſi creditor pro debito habet
fideiuſſorem,& pignora,vel hypothecam: ſi agit contra fi-
deiuſſorem,tenetur ſibi cedere ius, quod habet in pignori-
bus,& ipſa ſibi tradere: nec poſſet ipſa pro chirographaria
pecunia retinere:immo plus,quia ad hoc idem cogitur cre-
ditor, ſi non agit:ſed fideiuſſor ſponte debitum offert: cogi-
tur enim ſibi tradere pignora,& iura,quæ habet contra de-
bitores,vt plenè no. Cyn.in l.2.C.eodem titu.vbi etiam per
eum quid iuris ſi tradere non poteſt,quia ſunt perdita.& ſi-
militer ibi quærit: an teneatur cedere actionem contra aliũ
fideiuſſorem. & quid iuris,ſi cedere non poteſt: quia eum li
berauit:an obſtet ſibi exceptio cedendarum. ¶Nonò not.
5 †ꝙ debitor fideiuſſori tenetur reſtituere pecuniam,& dam-
na.in alio,qui mandatum ſuſcipit,ſi in itinere fuit acceptus,
& deprædatus: an poſſit agere contra mandantem ad dam-
na,quæ ſuſtinuit.vide in Spe.de iudic.§.3.verſi. illud autem.
& per Io.And.poſt Inn.ſ.de iureiu.c.ſicut.¶Decimò no.ꝙ
Papa mandat de redditibus. & ſic de rebus mobilibus ſatiſ-
6 fieri.†iſte enim eſt ordo in executione ſententiarum, vt pri
mò de mobilibus.ſecundò de immobilibus. tertiò de nomi
nibus debitorum ſatisfiat,vt l.à diuo Pio. per totam legẽ.ff.
de iudi.In pignoribus conuentionalibus, an creditor poſſit
pro paruo debito vendere pignus magni pretij: & ipſius ſit
electio,ꝙ pignus diſtrahat.vide C.de diſtra. pig.l. quandiu.
& ff.de diſt.pig.l.creditorem.vbi etiã per Bart.¶Vndecimò
collige in eo, quod hic dicitur, ꝙ fideiuſſor agit etiam vltra
ſortem,ſcilicet ad damna: quòd fideiuſſor tenetur in eo,qđ
creſcit obligatio ratione moræ: vel culpæ debitorum.quod
an ſit verum.dic,vt plenè no.in l.quæſtio.ff.loca.& l.centum
Capuæ.ff.de eo,quod cer.loco.¶Duodecimò not.quòd red
ditus eccleſiaſtici poſſunt capi in cauſam iudicati. de quo j.
7 tangam. ¶Tertiodecimò not. †ꝙ quandoq; iuramentum
apponitur in contractu:& eſt magnæ efficaciæ: nam ſi fue-
rit violatũ,ille eſt periurus,vt hic,& infamis, vt l.ſi quis ma-
ior.C.de tranſac. & ſi fuerit laicus, qui iurauit, efficitur de
foro eccleſiaſtico,vt c.cum laicus.de fo.compe. ad quod vi-
de no.infra de ſepul.c.parochiano.in nouella.¶Quartode-
8 cimò no.†pœnam periurij.nam ab officio, & beneficio ſu-
ſpenduntur.concor.de iureiuran. c.querelam. ¶Quintode-
cimò not. quòd ſine aliquo proceſſu, cum conſtat iudici de
delicto(etiam incidenter deducto)poteſt delinquentem pu-
nire.de quo vide c.cum in poſitionibus. de iureiuran. lib.6.
& c. veritatis.de dolo, & contu.facit ad not.in c. cum dile-
ctus.ad finem ſupra de ord.cogni. & cap. 1. de ex.cum ſimi.
¶Venio ad oppo.glo.& Doct.op.dicitur hic,quòd fideiuſ-
ſor iſte fuit coactus ſoluere.contra imò videtur, quòd prius
debuerit conueniri principalis debitor, vt in Aut.præſente.
C.eo.ſo.dicit gloſſ.1.de iure C. erat in electione creditoris,
quem vellet primò conuenire,vt l.iure noſtro.& l.non rectè
C.eo.ti.Sed de iure Auten. primò debet excutere principa-
lem, ſi eſt præſens, vt d.Aut.præſente. Sed tunc dices.illud
c.fuit editum poſt librum Auten.ergo primò debuit conue-
niri reus.So. dicit eadem gloſſ.hic fideiuſſor renunciauit di-
cto beneficio.& de iſto beneficio nouæ conſtitutionis de fi-
deiuſſoribus.& c.plenè. inter quos locum habet, & quando
ceſſet,no.Hoſ.in ſumma huius ti.§.quid ſit.& §.ſe. & in Spe.
de renun.& conclu.§.1.ver.& quid.de renunci.vbi etiã tra-
ctatur de noua conſtitutione de fideiuſſo.& de duobus reis:
& de bñficio cedẽdarum actio. de his fortè aliqua infra di-
cam.¶Secundò oppo.dicitur hic, quòd debent accipi red-
ditus bñficiorum.contra C.quæ res. pig.ob. poſ.l.ſpem eo-
rum.ſol.vt in gl. pe.quæ dicit, ꝙ ex conuẽtione non poſſunt
obligari: ſed ex cauſa iudicati poſſunt capi. quod intellige
in ſubſidium,ſi aliunde non pôt ſatisfieri,vt no.Bar.in l.cõ-
modis.ff.de re iudi.allegat Spe.in tit. de execu. ſenten.§.ſe-
quitur



quitur in fi.& vide,quod in ſimili not.in l.pro hærede.ver.ſi
9 verò.ff.de acqui.hæred. & collige ẽt ex hoc, †quòd fructus
bñficij pertinẽt ad clericum. quia in ipſis pôt fieri executio.
quod dic,vt in c.fi.de pec.cle.ex hoc ſequitur,quòd eo mor
tuo,fructus iſti ſpectabunt ad ſucceſſorẽ in bñficio:quia ius
debitoris clerici eſt extinctum in bñficio.ar. in c.tua nuper.
de dona.inter vi.& vxo.& eſt ſimile in feudo.nam ſi epiſco-
pus vaſallus regis contra ipſum aliquid molliatur:ipſo præ-
lato viuẽte,feudum ad regem pertinet:ipſo mortuo, reuer-
titur ad ſucceſſorẽ,in lib.feudorum.de cap.co.§.item ſi cle-
ricus, veluti epiſcopus. facit.c.cũ veniſſent in fin. de inſtitu.
¶Tertiò opp.Papa mandat iſtos ſuſpendi ab officio,& bñfi
cio.ſed videtur,ꝙ bñ.quia ad hoc non fuit actum:ſed ad ſo-
lutionem debiti:ergo non debuerunt condẽnari, quantun-
cunq; de crimine appareret.vt ſupra de or.cog.c.cum dile-
ctus.in fi.ſo.vt in glo.fi.Inno.dicit,quòd quamuis ad hoc nõ
agatur.ſi tamẽ aliquis defendẽs ſe ab aliquo crimine coram
ordinario,vel delegato,de illo conuincatur:ipſe iudex ex of
ficio eum punire pôt: cum tale crimẽ ſit factum notorium
iuris per probationẽ, & infamiam inde ortam, ſufficit ad ſu
ſpẽſionẽ. 2.q. 5. c. presby.vbi verò ſe non defendit in iudi-
cio(licèt de aliquo crimine conuincatur:cum ad hoc actum
non ſit)punitur.vt d. c.cum dilectus. ad quod vide not. per
Io.An.in c.dilectus.de pur.can.& c.pen.in glo. forſan. eod.
titu.iſta ſunt verba ſua hic,quæ non bene percipio:quomo-
do enim poteſt alicui crimen obiici in iudicio,ꝙ non veniat
in diſceptationem,& controuerſiam?certè malè. ſolue ergo
hic contrarium,vt dixi ſ.in 15.not.¶Quartò extra gl.opp.
Papa mandat inſtrumenta tranſcribi,& ſibi tranſmitti.& ſic
intendit exemplis dare fidem.Sed contra in Auth.ſi quis in
aliquo.C.de don.& ſ.de fide inſtru.c.1.ſol.hęc fuerunt ſum
pta de ſpeciali mandato Papæ,& auctor.iudiciali. quo caſu
dicit Ioan.And.forſitan ſtatur eis,tanquam publico inſtru-
mento:niſi in dubium reuocentur.remittit ad no. de purga.
can.c.cum dilectus.ver.dictus verò.& de elect. c. ſcriptum.
vel fuerũt tranſcripta in modum publicationis, & cum ſo-
lemnitate tradita per Inn.ſ.de teſti. c. Alber. ¶Quintò op.
hic mandat eos ſuſpendi à beneficio, & vult,ꝙ de fructibus
ſatisfaciat fideiuſſori,ſed hoc videtur contradictio, & per-
plexitas:nam cum ſuſpenſus non poſſit ſe in beneficio intro
mittere:non videtur,ꝙ poſſit de fructibus ſatisfacere.ſol.di
cit Egi.ꝙ corpus præbendę ſibi non ſubtrahitur: licèt di-
ſtrahantur diſtributiones.vel dic, ꝙ ſuſpenditur ſine damno
10 fideiuſſoris,ſm̃ Ioan.And.ex hoc collige,†ꝙ ſuſpenſus reti-
net titulum beneficii.nam ſi eſſet priuatus, fructus futuri nõ
traderẽtur eius creditori,vt Papa hic mandat.ex quo patet,
ꝙ beneficium ſuſpenſi non eſt alii conferendum,& de ſuſpẽ
ſo ad tempus,non eſt maius dubium: ſed de ſuſpenſo in per
petuum,vel ſimpliciter(vt hic erat)maius eſt dubiũ. Sed hic
colligitur,ꝙ idem ſit.ad quod vide quod no. per Ioan. And.
ſ.de cohabi.cleri.& mulie.c.ſicut.¶Quærit glo.dr̃ in tex. ꝙ
11 debet conſeruari indemnis iſte fideiuſſor.pone ergo, †quòd
fideiuſſor ſoluit vſuras:an poterit ipſas repetere à debitore.
quidam ꝙ non.quia non poterant eſſe debitæ iure noſtro:er
go ipſas ſoluit,vel per iniuriam iudicis, vel quia excep.inde
biti non oppoſuit.ergo vtroq; caſu ſibi imputet,vt l.ſi de mu
tua.§.generaliter.ff.mand.& hoc tenent quidam, etiam ſi iu
raſſent ipſas ſoluere:quia debebat petere abſolutionem à iu
ramento,vt c.debitores.de iureiuran. Tancre.tenet contra-
rium,vt in fi.gl.magnæ.dicit enim ſimpliciter debitorem te
neri ad vſuras,& omnes expenſas,quas fecit fideiuſſor: quia
venit,vt intereſſe.& in hoc concor. Vincen.hic & Hoſti.j.de
vſu.c.1.& facit hic ad q.26.Brixien.ſcholaris per nuncium
miſit creditori ſuo vſurario ſortem,& vſuras:nuncius ille ob
uiauit alteri ſcholari: cui roganti illam pecuniam mutuauit
ſub pacto,ꝙ deinceps ipſe vſuras vſurario ſoluere teneret.
& hoc fecit nuncius nomine ſcholaris, qui miſit eum,ratum
hoc habens.quæro an quò ad ipſum iſta ſit vſura.videtur, ꝙ
ſic:quia ſic mutuauit, vt vltra ſortem reciperet exoneratio-
nem ſolutionis vſurarum. & ſic non poterit ab illo ſcholari
repetere niſi ſortem.& hoc tenet Tancre.Ioan.And. de hoc
remittit ad no.in reg.damnum.de reg.iur.lib.6.in mercur.
vbi remittit ad ſummã Hoſt.& Spe.vltra Doct.quia hic tra
ctatur de fideiuſſore conuento ante principalem debitorẽ:
debetis ſcire,ꝙ quandoq; hoc poteſt fieri:quandoq; non,vt
dixi in prima oppo.Sed hic latius diſtingue quatuor caſus:
nam quandoq; principalis debitor,& fideiuſſor ſunt præſen
tes:quandoq; ambo ſunt abſentes: quandoq; fideiuſſor eſt
præſens,debitor principalis abſens.quandoq; econuerſo fi-
deiuſſor abſens,reus præſens.Primo caſu quãdo ambo ſunt
præſentes: tunc debet excuti. in gl.1.& quando notoriè pa
tet de inopia debitoris,vt l.10.de ver.ob.& l.vlt.ſi cer.pet.&
ſimiliter quando conſtat debitorem principalem non poſſe
conueniri(puta,ſeruus,pupillus, & ſimiles,)qui poſſunt tm̃
naturaliter obligari,vt no.Cyn.in d.Auth. præſente. in 3.q.
Secundo caſu quãdo ambo ſunt abſentes. Et tunc aut æqua
li abſentia:aut inæquali. ſi æquali idem, quòd ſi ambo eſsẽt
præſentes.ſi inæquali:tunc ſi fideiuſſor eſt remotior, quàm
principalis,non poterit conueniri ante ipſum: ſecus ſi ſit re-
motior principalis: quia tunc fideiuſſor minus remotus ha-
betur pro pręſente, vt colligitur hic ex ratione dictę Authẽ.
poſitæ.& in corpo.vnde ſumitur. Tertio caſu quando fideiuſ
ſor eſt præſens,reus eſt abſens: tunc poteſt eligere quẽ velit
primò conuenire:ſi tamen eligat fideiuſſorem,dabit ſibi di-
latio ſecundùm formam dictæ Anthẽ. Quarto caſu,quando
fideiuſſor abeſt,& debitor principalis adeſt: tunc nõ eſt du-
bium,ꝙ primò debitor principalis. ¶Sed hic incidenter q̃-
12 ro,†quando dicatur quis præſens a, & quando abſens.glo.
a in Auth.eo.ti.intelligit pręſentes,ſi ſunt in eodem territorio:
ita ꝙ de facili poſſint citari. & intellige in eodem territo-
rio,ſcilicet eiuſdem ciuitatis:ſecus ſi eſſent eiuſdem prouin
ciæ,& ſub eodem præſide diuerſarum ciuitatum.& ita tenet
Bar.in l.in duobus.ad fi.ff.de duob.reis.¶Sed hic quæritur.
cum debitor eſſet abſens,conueni fideiuſſorem:& pendente
iudicio,debitor eſt reuerſus: an fideiuſſor poterit opponere
iſtam exceptionem:vr̃ ꝙ ſic.quia lite mota incœpit ſibi cõ-
petere executio,ar.ff.de arb.l.non diſtinguemus.§.cum qui
dam.contrarium tenet Pe.vt no.Cyn.in d.Authen.præſente.
vbi quærit.an iſtam exceptionem poſſit opponere ante litis
conteſt.& poſt.& videtur dicere,ꝙ ſit dilatoria:ſicut excep.
ordinis,vt l.ſi maritus.§.præſcriptio.ff.de adul. ¶Quærit ẽt
13 ibi in 6.q.†ſi creditor habet pignus,& fideiuſſorem: an de-
beat prius vendere pignus,quàm conueniat fideiuſſorẽ.glo.
ꝙ non in corpo. vnde ſumitur dicta Auth.quod intellige,qñ
non poteſt vendere ſine difficultate: aliàs poteſt incipere à
fideiuſſore.ita ibi tenet.& idem Bart. in l.inter eos.§.credi-
tor.ff.eo.& hæc procedunt,quando eſt vnus fideiuſſor.ſi aũt
eſſent plores:an teneantur inſolidum:an pro parte. & an illi,
qui ſoluit,debeant actiones cedi contra fideiuſſorem, & tra
di pignora: & de duobus reis debendi qualiter teneantur,
eſſet longa lectio de per ſe.Ideò nunc omitto. remiſi ſupra
in princ.ad Bar.

ADDITIONES.

a ¶Debitor cogi. Si fideiuſ.vult agere contra debitorem, antequam ſol-
uat:quõ debeat formare libellũ.vide Bal.in l.ſi pro ea.in 3.q.C.mand.&
in l.ſi mandato.§.ſi in iudicio.ff.eo.

b ¶Præſens.Præſens quando quis dicatur.vide gl.in cle.dudum.de ſep.&
ibi Car.Pan..in c.cum parati.de ap.Bar.in l.Titius. ff.de conſti.pe.Pau.
de Ca.in l.2.in prin.ff.de pac.

*SVMMAE.*

1 *Obligatio,quæ conſiſtit in pecunia,poteſt creſcere propter moram.*
2 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus tenetur in eo,in quo creſcit obligatio propter moram rei principalis.*

Con-

3 *Conſuetudo, quòd in cauſis non præſtetur iuramentum calumniæ, nõ valet.*
4 *Iudex delegatus à Papa (licèt non poſſit de cauſa ſibi commiſſa alibi cognoſcere, quàm in loco delegationis) poteſt tamen certum articulum cauſæ alibi delegare.*
5 *Remiſſio examinationis teſtium qualiter debeat fieri.*
6 *Statuto cauetur, ꝙ pro uulnere ſit pœna centum, pro homicidio mille. quidam fideiuſſit pro accuſato de uulnere, uulneratus deceſſit, lite pendente: an creſcat obligatio fideiuſſoris ratione mortis ſuperuenientis, vel ratione negationis accuſati.*
7 *Obligauit ſe quidam fideiuſſorio nomine ad debitum in diẽ: poſtea, inſcio fideiuſſore, creditor debitori terminum prorogauit: an fideiuſſor poterit conueniri in termino prorogato.*

CONſtitutus. Per diſtrictionem ec
cleſiaſticam cõpelli-
tur clericus debitor à fideiusſione fideiuſſorem
abſoluere, qui à creditoribus moleſtatur. communis diui-
ſio. ſecunda ibi [ideoq;.] ¶ No. j. formam petitionis. Ideò. n.
petebat abſolui: quia moleſtias paſſus erat, & debitum erat
auctum: quibus concurrentibus poteſt fideiuſſor petere ſe
abſolui à fideiusſione. regulariter autem non poteſt fideiuſ-
ſor contra debitorẽ agere, niſi ſoluat. quod dic, vt l. Lucius.
ff. man. vbi videas caſus exceptos à dicta reg. & Inſtit. de fi-
1 deiuſſo. in fi. ¶ Secundò no. † ꝙ obligatio, quæ conſiſtit in pe
cunia, poteſt creſcere pp moram. & ſic non quicquid acce-
dit ſorti, petitur vt vſura: ſed vt intereſſe. & tunc etiam ſcd̃m
Canon. peti poteſt, vt dixi j̃. de vſur. c. conqueſtus. ¶ Tertiò
2 no. † ꝙ fideiuſſor ſimpliciter acceptus tenetur in eo, in quo
creſcit obligatio propter moram rei principalis. & ſic mora
rei nocet fideiuſſori. quod an ſit verum, & quid ecõuerſo an
mora fideiuſſoris noceat debitori. dic, vt l. mora. ff. de verb.
obl. vbi dicit Bart. ꝙ mora principalis nocet fideiuſſori: niſi
mora creditoris præceſſiſſet quò ad fideiuſſorem. & iſte eſt
caſus illius l. & non alibi. ¶ Quartò no. ꝙ quandoq; agit qs,
vt liberetur ab obligatione alterius nomine contracta ſine
dilatione. ex quo collige, ꝙ cum ſit executio ſententiæ ſuper
rebus, quæ ſtatim dari poſſunt: non datur debitori condem-
nato terminus ad ſoluendum. quod dic, vt s̃. de re iud. c. quò
3 ad conſultationem. ¶ Quintò no. † ꝙ non valet conſuetudo,
quæ habet, ꝙ in cauſis non præſtetur iuramentum calũniæ:
ſimiliter nec per pactum expreſſum poſſet hic remitti. quod
dic, vt l. fi. §. ſed quia veremur. C. de iuram. calum. & c. fin.
eo. titu. lib. 6. ¶ Sextò no. ꝙ propter difficultatem releuatur
actor ab onere producendi teſtes in loco iudicii. debet em̃ q
teſtes producit, expenſas & neceſſaria teſtibus miniſtrare.
4. q. 3. c. veteranis. teſtes etiam inuiti non ſunt extra prouin-
ciam euocandi. quod dic, vt l. ſi quando. C. de teſti. & c. ſtatu
4 tum. in fi. de reſcr. lib. 6. & l. 3. §. 4. ff. eo. ti. ¶ Septimò no. † ꝙ
licèt iudex delegatus à Papa non poſſit de cauſa ſibi com-
miſſa alibi cognoſcere, quàm in loco delegationis, vt c. ſtatu
tum. §. in nullo. de reſcri. lib. 6. tamen certum argumentum
cauſæ alibi delegare poteſt. quod tamen ille text. prohibet,
dum dicit [nec alibi, q̃ infra illas, committat quomodolibet
vices ſuas.] &c. ſi dicas, ꝙ iſta commisſio ſine iuriſdictione
ſtare non poteſt, cum expediat deferre teſtibus iuramentũ,
cogita. ¶ Octauò not. ſecundùm Hoſt. ꝙ in perſonalibus p̃t
quis diuerſos iudices impetrare. de quo in c. fi. s̃. de reſcrip.
& eo. ti. c. diſpendia. li. 6. ¶ Nonò no. ꝙ pars (contra quã te-
ſtes producuntur, & petuntur in loco remoto examinari) de
bet moneri, vt vadat, vel mittat ad videndum teſtes: ex quo
ẽt collige, ꝙ poteſt fieri commisſio examinationis teſtium.
quod quando ſit verum, dicam poſt glo. & adde, quod not.
in l. hac conſultisſima. C. de teſtam. & pondera, ꝙ dicit text.
[vice tua.] ad id, quod no. Io. An. in Spe. eo. ti. §. 2. ſuper ver.
5 antepen. ¶ Decimò no. † qualiter debet fieri remisſio exa-
minationis teſtium. debent enim remitti clauſæ, & ſignifica-
ri, quanta fides. &c. ex quo habes, ꝙ eſt in iudicis arbitrio:
an ſit fides teſtibus adhibenda, vel non. circa quod omnino
vide no. per Innoc. in c. quoniam contra falſam. s̃. de prob.
¶ Opp. tex. iſte innuit, ꝙ fideiuſſor teneatur ad vſuras, & ac-
ceſſiones. Sed contra. C. eo. ti. l. fideiuſſor. & l. fideiuſſor ma-
6 giſtratuum. §. fi. ff. eo. ti. ſo. vt in glo. 2. & facit ad q. † Statuto
cauetur, ꝙ pro vulnere ſit pœna centum: pro homicidio pœ
na mille: vel pone, ꝙ contra negantem creſcit obli. in quarto
pluri. quidam fideiusſit pro accuſato de vulnere: vulneratus
deceſſit, lite pendente. quęro an creſcat obliga. fideiuſſoris,
ratione mortis ſuperuenientis: vel ratione negationis accu-
ſati. iſta q. incidit in illã: an poſſit ex eadem inſtãtia ſeq. cõ-
demnatio ſuper morte, cum actum eſt de vulnere. & dic, ꝙ
ſic, ſi accuſatio fuit inſtituta, tanquam de vulnerę mortifero
(& ſic fideiuſſor interceſſit) ſecus ſi ſimpliciter ſuper vulne-
re. quod dic, vt no. Bar. in d. l. fideiuſſor magiſtratuum. & l.
damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & l. 1. ff. de in litem iuran.
& de materia huius gl. an fideiuſſor ſimpliciter acceptus te-
neatur in omnem caſum. dic plenè, vt in l. centum Capuæ. ff.
de eo, quod cer. lo. & l. quæro. ff. loca. & vtrobiq; plenè per
glo. ¶ Secundò oppo. hic Papa mandat cancellarium præci
sè compelli, ꝙ vadat, vel mittat &c. contra immo vr̃ ſuffice-
re, ꝙ ſibi denuncietur: & poſt nunciationem veniat, vel non,
receptio fieri poſſit. vt c. in nomine Domini. de teſti. ſol. di-
cit glo. antepen. hoc eſſe ſpeciale propter pręſumptionem,
quæ erat contra iſtum cancellarium, quòd malitioſè aduer-
ſarium fatigabat: & huic remedio prouidebãt olim iudices:
cum contra petentem teſtes de longinquo malitiam præſu-
mebant: hodie pleniùs eſt prouiſum, vt no. in c. ſtatutum. in
fi. in gl. penul. de reſcrip. lib. 6. cui adde, quod no. Innoc. in c.
poſt electionem. s̃. de conceſ. pręben. & dixi in c. excep. s̃. de
excep. & optimũ eſſet ponenti ſemper certam pœnam com-
minari, ſi in eius probatione defecerit: & verſa vice illi, con-
tra quem ponitur, ſi verum negauerit, & probatum fuerit. &
ꝙ poſſit iudex hoc facere, vr̃ in ſimili tex. in l. ius alimento-
rum. ver. prius tamen. ff. vbi pup. edu. de. & l. ſeruus. & l. ſi qs
dicat. ff. de mand. & in §. ſtudium. in Auth. de trien. & ſemiſſ.
& l. tutor. qui re. de admin. tuto. ¶ Tertiò oppo. & vr̃, ꝙ non
poſſit committi teſtium examinatio, vt in Authen. apud elo
quentisſimum. C. de fide inſtr. Sol. vt in glo. pen. quæ dicit, ꝙ
in cauſis criminalibus non poteſt fieri talis commisſio. Idẽ
vr̃ in matrimonialibus. de conſang. & affinit. c. 1. tota tamen
die de conſuetudine ſubdelegantur. ad quod facit de offic.
deleg. c. ſuper quæſtionum. §. intentionis. ¶ Quærit Ioã. An.
7 † quidam fideiuſſorio nomine obligauit ſe ad debitũ in diẽ:
poſtea, inſcio fideiuſſore, creditor debitori terminum proro
gauit. quæro, an fideiuſſor poterit conueniri in termino pro
rogato: vr̃, ꝙ non, per l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca.
ſed ibi prorogatur in longius tp̃s ob. nò ſimpliciter dilatio,
vt in q. propoſita: in qua vr̃ teneri etiam poſt terminũ: ſicut
nulla prorogatione facta, debitor tenetur poſtea ſoluere, vt
c. cum dilecti. & de dolo & contum. ſecus ſi non exactio: ſed
obli. fuiſſet tpalis. vt fideiubeo, vſq; ad paſcha: tunc. n. poſtea
non teneretur ex conuentione debitoris, vt C. loca. l. ſi cum
Hermes. & ita ſentit hic Hoſt. cui adde, quod no. in c. p. & g.
s̃. de of. deleg. & c. præterea. s̃. de app.

*SVMMAE.*

1 *Conſtitutio, quæ loquitur de certis religioſis, nõ extenditur ad alios: niſi per conſtitutionem iurislatoris.*
2 *Religioſus adminiſtrationem habens, non poteſt fideiubere: uel mutuum accipere ſine mandato.*
3 *Adminiſtrationem habens non poteſt fideiubere.*
4 *Conuentus non obligatur ex facto ſine contractu monachi.*
5 *Monachi cõtrahentes abſq; mandato Capituli nõ obligãt Capitulũ: niſi quatenus conſtiterit uerſum fuiſſe in utilitatem monaſterij.*
*Transgreſſor*



6 *Tranſgreſſor canonis debet ſubiacere grauiori ultioni.*
7 *Domini qualiter teneantur ex contractibus ſuorum adminiſtratorũ in mutuo, & alijs contractibus.*
8 *Mandatum in negociatione, ſi ſit factum de vna re: aut de multis, quid importet.*
9 *Creditor in mutuo facto eccleſiæ, an teneatur probare per eccleſiam pecuniam eſſe uerſam in utilitatem eccleſiæ.*
*Et quid ſi ſit uerſa, ſed non durauit. nu. 10.*

QVod quibuſdam. Si ſine li-
centia p̃-
lati, & maioris partis Capituli religioſus fideiuſ-
ſerit: vel mutuum acceperit, conuentus non tenetur: & ipſe
1 punietur. ¶ No. j. † ꝙ conſtitutio, quæ loquitur de certis re-
ligioſis, non extenditur ad alios: niſi per extenſionem iuris
latoris. & eſt iſta extenſio reſpectu locorum, non perſona-
rum: nam priuilegium, ſiue prohibitio ad vniuerſitatem dire
cta, cenſetur realis, non perſonalis: conceditur. n. generi per
ſonarum, quod perire non põt. dixi s̃. de inſti. ca. cum veniſ-
2 ſent. facit l. proponebatur. ff. de iudi. ¶ Secundò no. † ꝙ reli
gioſus fideiubere non poteſt: vel mutuum accipere ſine mã-
dato. & intellige de religioſo adminiſtrationem habente. de
alio non videtur dubium, cum nihil habeat, & ſeruo cõpa-
retur, vt c. non dicatis. 12. q. 2. & conſtitutio debet eſſe fun-
data ſuper dubio, vt l. quod Labeo. ad Carb. alii dicunt, ꝙ lo
quitur de quocunq; religioſo, vt innuitur in fi. ſm̃ Ho. & in-
quantum intelligas in religioſo, & habente admini. collige,
3 † ꝙ habens adminiſtrationem, non põt fideiubere: ſicut nec
donare, vt l. contra iur. §. fi. ff. de pac. Item non põt mutuum
accipere: ſicut nec filiusfa. vt ff. & C. ad Maced. ¶ Tertiò no.
4 † ꝙ conuentus non obligatur ex facto, ſiue contractu mona
chi. & ſic iſti, ſicut ſerui, non poſſunt facere deteriorẽ condi
tionẽ dñi. vt l. ſeruus. C. de pac. oĩa. n. iura, quæ loquuntur de
ſeruis, poſſunt ad monachos adaptari, vt no. Bar. in l. fi. ff. de
5 ſtip. ſer. ¶ Quartò no. † ꝙ monachi contrahentes abſq; man
dato Capituli non obligant Capitulũ: niſi quatenus conſtite
rit verſum fuiſſe in vtilitatẽ monaſterii. & ſic ti. de in rẽ ver-
ſo. qui loquitur in ſeruis, & filiisfa. hẽt locũ in religioſis. vtrũ
aũt ſi non durat verſum: tenebitur nihilominus Capitulum?
6 ſunt opi. vt j̃. dicam. ¶ Quintò not. † ꝙ tranſgreſſor canonis
debet ſubiacere grauiori vltioni. quæ aũt ſit illa grauior vl-
tio, hr̃. j̃. de regu. c. fi. & c. non ſolum. eo. ti. lib. 6. ¶ Ex prædi-
ctis no. aduertatis, ꝙ Io. An. poſt Inno. ponit hic longam gl.
7 ciuilem magis, quàm canonicam: † qualiter. ſ. dñi teneantur
ex contractibus ſuorum adminiſtratorum in mutuo, & aliis
contractibus. quod inueſtigare eſt ẽt vtile clericis, q frequẽ-
ter multos præponunt ſuis negociis exercendis. ordina igĩt
ipſam ſic. nam quandoq; tales adminiſtratores habent cer-
tum, & limitatum mandatum: & tunc à forma expreſſa non
eſt diſcedendum: quã debent contrahentes cum talibus di-
ligenter inſpicere, vt c. cum dilecta. s̃. de reſcr. & l. j. §. nõ au
tem. ff. de exerci. ibi præpoſitio certam legem dat contrahẽ
tibus. & ſi talem formam adminiſtrator excedat, nõ tenetur
dñs: niſi inquantum illud probaretur verſum in vtilitatem
dñi, vt hic. vel niſi ſit conſecutiuum mandato expreſſo. vt de
euict. & ſimilib. ad q̃ bene obligat dñm procurator, vt ff. de
act. emp. l. Iul. §. ſi procurator. & de procu. l. procurator, qui
pro euict. qñq; de certa lege non apparet: qa adminiſtratio
ſimpliciter eſt cõmiſſa. & tunc qñq; alicui committuntur ne
gocia procuranda: vt adminiſtratio vnius villæ, vel prębẽdę,
qñq; cõmittitur aliqua negociatio quæſtuaria. primo caſu,
aut ille, cui villæ, vel p̃bendæ adminiſtratio cõmiſſa eſt, hẽt
liberam adminiſtrationẽ illius villæ, vel præbendæ tm̃: aut
hẽt liberam, & generalem adminiſtrationẽ oĩum bonorum
dñi: aut non hẽt liberam, nec generalem: ſed eſt ſimpliciter
conſtitutus ad prædicta procuranda. primo caſu, cũ ad regẽ
dum, procurandũ, & adminiſtrandum villam, vel prębendã
cum libera: tunc põt agere noĩe conſtituentis pro neceſſita
tibus villæ, vel præbendæ: põt ẽt nouare, & permutare res il
lius villæ, & præbẽdæ, exigere, recipere, trãſigere, & paciſci,
vt ff. de pac. l. reſcriptum. §. fin. cum tribus. ſeq. & C. quod cũ
eo. l. ſi liberam. Item põt mutuum recipere, non obligando
tñ perſonam dñi, ſed res illius villæ, & præbendæ. Scd̃o caſu,
cum hẽt liberam, & generalem omnium bonorum dñi: tũc
poſſet ẽt perſonam dñi obligare: nam & talis põt facere in-
ſtitorem, ex cuius cõtractibus dñs obligatur, vt l. cuiuſcũq;
§. fi. & l. ſeq. ff. de tribu. multò ergo fortius procurator talis
perſonam dñi obligauit, ẽt mutuum accipiendo. fallit in ci-
uitate, & eccleſia: quæ nunquã in mutuo obligantur: niſi in
earum utilitatem probetur uerſum. quod intellige, vt j̃. dicã
vt ff. ſi cer. pe. l. ſi ciuitas. & 12. q. 2. c. hoc ius porrectũ. ver.
creditor. & not. Azo in ſumma ſi cer. peta. ver. vbi aũt acce-
pit mutuum. ſcd̃o caſu, cum non hẽt liberam, nec generalẽ:
tunc non põt nouare, vel paciſci: nec mutuum, vel ſolutio-
nẽ recipere. ff. de procu. l. ignoranti. & l. generaliter. & l. pro
curator. & de offi. procu. Ce. l. 1. vr̃ tñ, ꝙ tali procuratori ge
nerali ſine libera poſſint ſolui penſiones, & redditus villæ,
vel præbendæ. & ꝙ non poſſit ẽt alienare. ff. de procu. l. pro-
curator tutorũ. in fi. & C. de admi. tu. l. ſancimus. & l. cõſtitu
tionẽ. in fi. & hoc de primo mẽbro, cũ. ſ. procura. præficitur
ad regimen villæ, vel præbẽdæ. Secundũ mẽbrũ eſt, qñ præ-
ficitur alicui negociationi quæſtuariæ: & tunc an talis poſſit
accipere mutuũ, & dñm obligare. dicas, ꝙ qñq; accipit mu-
tuũ in re expreſſè ſibi cõmiſſa (puta exercitor nauis ad ip-
ſam reficiendã mutuũ accipit:) tunc dominus tenetur, etiã ſi
ſi non ſit verſa. ſi aũt contrahat in rem, quæ ſibi non expreſ-
ſè, ſed tacitè eſt cõmiſſa, & mutuũ quod accepit in rẽ dñi ſit
conuerſum: & idẽ. ſ. ꝙ dñs teneatur. ſi verò nõ ſit cõuerſum:
tunc dñs non tenetur. in hoc ergo caſu curioſum eſſe opor-
tet creditorem, vt ſciat, ſe contrahere in eã cãm, quæ ei taci
tè eſt cõmiſſa: & non mutuet plus, q̃ ſibi eſt neceſſarium: nec
ſtatur ſoli aſſertioni præpoſiti, quòd ſubſit neceſſitas: niſi ve
rè ſubſit. hanc diſtinctionem elicit Inno. ex l. 1. §. non aũt. &
ſeq. ff. de exerci. ff. ad Mace. l. itẽ ſi filius. aliàs incipit. ſed Iu-
lianus. §. antepenul. ff. de in rẽ verſo. l. 3. §. pe. & hanc diſtin
ctionem approbat Bar. in d. §. non aũt. ¶ Sed incidenter hic
8 q̃ritur. † Vtrùm in negociatione ſit vis, an de multis rebus
mandatum ſit, an de vna re tantùm. dicit Inno. ꝙ ſi de mul-
tis, habet locum directa inſtitoria. & propter hoc tex. loqui-
tur in plurali. ff. de inſti. l. cuicunq;. §. 1. ibi [pecuniis fœnerã
dis, agris colendis] &c. vbi uerò ad vnam rem tm̃, datur vti-
lis inſtitoria. ff. de inſti. ac. l. in eum. 1. reſpon. & C. de exer. l.
3. & l. ſi mutuam. C. ſi cer. pet. l. eum qui ad hoc. d. l. cuicũq;.
& l. 1. & 2. eo. ti. vbi inſularius, qui ſcilicet conſtitutus eſt ad
inſulas faciendas: & ille, qui præficitur ædificio faciendo,
hoc nomine continetur. & hoc intellige, qñ ad iſta conſtitu-
tus eſt inſtitor: tunc enim recipiendo mutuum, obligat do-
minum, ſecundùm illa, quę ſupra dixi. ſecus ſi eſſet conſtitu-
tus procurator ad ædificium, non inſtitor: talis enim non vi
detur, ꝙ poſſit mutuum cõtrahere pro ædificio: ſed de pecu
nia ſua, vel dñi ædificare debet, vt C. quod cum e. l. fi. Requi
ritur ergo ad hoc, vt poſſit dñm obligare, quòd ſit procura
tor, & inſtitor: vel procurator ad hoc habens ſpeciale man-
datũ, ut C. de exerci. l. in eum. & l. fi. Et prædicta habẽt locũ,
cum quęritur, qualiter dñi teneantur ex contractibus taliũ
adminiſtratorũ. ex dolo aũt eorũdem, an dñs teneatur. dic,
ꝙ non, ſi committatur extra officium commiſſum: ſed in of
ficio ſibi cõmiſſo ſi delinquat in cõtractu: tũc dñs obligatur.
ff. de tribu. l. ſed & ſi ſeruus. cũ duabus ſeq. niſi ipſum dolũ,
quã citò dñs ſciuerit, purgauerit. C. de eroga. milit. anno. l. fi.
li. 12. & de hæreti. c. quicunq;. & s̃. vt lite nõ cõteſta. c. 1. vbi
de hoc. ſimiliter ex dolo defuncti cõmiſſo ĩ cõtractibus ob-
ligat hæres. ff. depo. l. ſi hominẽ. & iſta ſũt dicta Inno. & Io.
An. qui reuocat in dubiũ: an clerici, qui alios adminiſtratio

ni præficiunt,ligentur prædictis legibus diſponẽtibus, vt p̄-
dicitur:vr̄ ꝙ non,per no.ĩ.titu.1.c.is qui.de teſta.c.filius.de
ope.no.nun.c.1.Ho.ſentit,ꝙ ſic:nam ex his obli. ex quibus
quis naturaliter obligatur,admittendæ ſunt leges,q̃ fraudes
clericorũ excludunt,& cũ ipſis contrahentes ſeruant indẽ-
nes.ar.in eo,quod legi.& no.de pac.c.1.& 2.de dona. c.per
tuas.§.nos igitur.& ſic ſentire, intereſt ẽt clericorum : quia
ſi vellent ita priuilegiis gaudere contra iura ciuilia: nõ repe
rirent contrahentes ſecũ,vt in ſimili dicit tex.in l.ſancimus.
C.ad Treb.& maximè qñ iudicialis auctoritas eſt appoſita
in contractu,ar.no.in l.ait prætor.1.reſpon.ff. de mino. ſm̃
Ho.qui ẽt not.ꝙ in caſibus, in quibus ex facto iſtorũ inſtitu
torũ eccleſiæ non obligantur : perſonę tamen præponentiũ
obligantur.de arbi.c.per tuas.ver.quia iuro. & de iſta mate
ria.ſ.cum generaliter quæritur,an vnus ex cõtractu alterius
teneatur,longa eſt diſtinctio.nam qñq; quæritur: vtrùm ex
contractu ſerui dñs obligetur : aut ex contractu liberi hoĩs
alius liber hõ teneatur.Primo caſu dic,ꝙ ſic. qñq; de pecu-
lio.qñq; de in rem verſo.qñq; quod iuſſu . qñque inſtitoria.
qñq; tributoria:ſicut de prædictis caſibus ſunt tit.ſpãles. C.
& ff.Scdo caſu qñ quæritur de contractu liberi hoĩs: tũc aut
liberi hominis in alterius poteſtate. & dic idem,ꝙ in ſeruis.
vt Inſt.quod cum eo.in prin. Aut quæritur de contractu l-
beri hominis ſui iuris:& tunc aut quæritur,an eccleſia tenea
tur de contractu ſui adminiſtratoris.& dic,vt s̃.de depo.c.j.
qñq; an pupillus teneatur ex contractu tutoris : vel adultus
ex contractu curatorum.& dic,vt no.Bar.in l.poſt mortẽ.ff.
qñ ex facto tu.qñq; an dñs ex facto procurator . & tunc aut
in iudiciis.& dic,vt s̃.vt lite non conte. c.1.aut in cõtractib.
& diſtingue,ut no.Cy.in l.ei qui.ff.quod cum eo. aut quæri-
tur,vtrùm ipſe adminiſtrator ex contractu per eũ inito noĩe
alieno teneatur.& dic,vt no. in l.procurator, qui pro euict.
ff.de procu.& Cy.in d.l.ei,qui ſeruo.Bar.etiam tangit in illa
diſputatione.Adunantia generaliter, &c. & vide quod not.
9 Dy.in conſi.quod incipit Petrus.¶†Quęro.in mutuo facto
eccleſiæ,an creditor teneatur probare pecuniam verſam eſ-
10 ſe in vtilitatem eccleſiæ a. gl.pen.dicit hic,ꝙ vſq; ad ſummã
à Capitulo conſtitutam non teneatur creditor probare iſtã
(vt ſic dixerim)verſionem.concor.Accur. in Authẽ. hoc ius
porrectum.in vlt.glo.C.de ſacroſan.ec.& Ho. hic.& in ſum
ma.eo.ti.§.& ſi quis.ver.ſed oportet.& ſeq. ſed ob. d.Auth.
hoc ius.ver.is creditor.Sed Gui.Na.dicit illum , verſi.loqui,
qñ mutuum recepit non prælatus: vel nõ cõſtitutus ad hoc.
ſecus ſi prę latus,vel alius cum conſenſu conuentus.graue.n.
eſſet creditorem ſequi prælatum ad curiam itinerantem ꝓ
negociis eccleſiæ, & curioſum eſſe in quibus pecunia expen
datur. & ſimiliter eſſet abſurdum,cũ mutuatur pecunia pro
cultura agrorum eccleſiæ,vel alimentis monachorum, credi
torem debere eſſe curioſum ſingulis diebus,& horis, ꝙ in il
lud verſum habens tractum ſucceſſiuum pecunia expenda
tur: in hoc ergo tenetur probare creditor pecuniam eſſe ver
ſam in vtilitatem eccleſiæ:cum vltra ſummam conſtitutam ,
vel perſonis ad hoc non deputatis creditor mutuauit . & ita
hoc vr̄ firmare Ioan. An. aliter dixit. s̃.de depo.c.1.dic ẽt vt
ibi.¶Scdò ad idẽ quæritur.dr̄ ꝙ eccleſia obligatur vltra sũ-
mã,ſi probetur verſa.† ſed pone,ꝙ verſa fuit:tñ non durauit
verſa . verbi gr̃a domus fuit de pecunia mutuata refecta , &
poſtea terræmotu diruta: vel pannus emptus fuit ꝓ veſtibus
monachorũ,vel frumẽtũ,& vinum , q̃ poſtea ſunt ſubtracta:
vel caſu fortuito perierunt: an eccleſia tunc teneatur : vr̄ , ꝙ
ſic:quia ſufficit,ꝙ ſit verſum,vt dicit iſte tex.dicas,ꝙ qñque
eccleſia ſuſcipit mutuum, vſq; ad ſummam conſtitutam : &
tunc ſiue pro vtilitate perpetuò duratura:ſiuę pro tempora-
li vtilitate eccleſiæ(vt in alimentis)eccleſia tenetur,etiam ſi
poſtea perierit.quod tenet Barto.in veneriali. 61. & Cyn.in
Auth.hoc ius.in fi.C.de ſacroſ.ecc.qñq; mutuat creditor vl-
tra ſummam prætaxatam, & conuerſa fuerit illa pecunia in

vtilitatem eccleſię,ſed non durat verſa:tunc ſunt opiniones.
prima eſt,quia,aut eſt conuerſio facta ad vtilitatem perpe-
tuam:& tenetur eccleſia,etiam ſi non duret verſa: aut ad vti
litatem temporalem:& non tenetur,ſi non durat. argu.ff.de
tranſa.l.cũ hi.§.cui nũmus.ad alim.alii ſimpliciter dicunt ,
ꝙ vltra ſummam prætaxatam eccleſia non tenetur,ſi nõ du
rat verſum.& ſic debet ſuppleri ad illum tex.ꝙ ſit verſa, ſub
audi,& verſio duret.aliàs non tenetur.ſubdit Io.An. ꝙ quic
quid dicatur,videtur ex hac Decr.ꝙ ad ſummam prætaxa-
tam omnino eccleſia obligetur:& etiam vltra ſummam,ſi in
vtilitatem eccleſiæ pecunia ſit conuerſa, vt hic dicit,& argu.
ff.ſi cer.pe.l.ſi ciuitas.ſubdit etiam dici poſſe, ꝙ monachus,
& ẽt fortè clericus ex mutuo contracto contemplatione ec
cleſiæ ipſam eccleſiã obligat.ſicut & ſeruus dñm.C.de exer.
l.fi.& l.1.ſm̃ Innocen.quam æquiparationem tene menti.&
adde quod no.ĩ.de priuileg.ca.cum olim.& quod dixi s̃.de
depo.c.1.hæc ſunt dictá Docto.in ſubſtantia . ex quibus vr̄,
ꝙ ſemper vſq; ad prętaxatam ſummam eccleſia teneatur ,
etiam ſi creditor non probet verſum.& ſic de facili ſolo con
ſenſu prælati,& Capituli eccleſia obligatur in mutuo . quod
intelligo verum,ſi ſuberat neceſſitas,pro qua debitũ eſt cõ-
tractum:puta debitum vrgens,& fortè pœnale:vel ædificio-
rum neceſſaria reparatio:vel defectus victus,& veſtitus:paſ
ſim autem,& ſine cauſa recipere mutuum non credo ꝙ poſ-
ſit Capitulum,& conuentus:nam ſi in aliis contractibus ec-
cleſiæ requiritur,quòd meliora proſpiciat,vt c.tua nuper.de
his , quæ fiunt à præla.ita, & multò magis in contractu mu-
tui,qui videtur magis odioſus,vt patet ex no.per Cy.in dict.
Auth.hoc ius porrectum.ad prędicta adde,quod no. Bar.in
l.cum ſeruus.de uerbo.obliga.ad hoc l.iubemus.C.de ſacro
ſanct.eccle.fortè eſſet dicendum in illo religioſo,qui non ſo
lemniter mutuum accipit,& cõuertit in vtilitatem eccleſiæ :
ſicut in negociorum geſtore diſtinguitur,vt l.ſi quis cum. ff.
de nego.geſtis.

ADDITIO.

a ¶In vtilitatem eccleſiæ.vide in Authen.hoc ius porrectum. in fi. & ibi Bar.C.de ſacroſan.ec.Car.in cle.j.20.q.de re.ec.non alie.

SVMMAE.

1 *Fideiuſſor ſi ſtetit diu in obligatione,poteſt cogere debitorẽ , vt eum liberet.*
2 *Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem,qui diſſipat bona ſua,ut eũ liberet à fideiuſſione .*
3 *Fideiuſſor condemnatus,ſtatim contra debitorem poteſt agere:ut eũ liberet .*
4 *Fideiuſſor denunciat creditori, ꝙ agat contra debitorem diſſipantem bona:aliàs proteſtatur,ꝙ ſuperueniente inopia, non uult teneri : an creditor cogatur agere.*

CVm pro quo. Tribus caſibus fi-
deiuſſor agit, ante
quam ſoluat contra debitorem, vt liberetur à fi-
1 deiuſſione.¶ No.primò,†quòd fideiuſſor, ſi ſtetit diu in ob
ligatione,poteſt cogere debitorem, vt eum liberet . quanto
a autem tempore intelligatur iſtud , diu a. quidam ( vt Pet.&
Abb.)per biennium.ff.loca.l.dominus horreorũ.quandoq;
iſtud,diu,denotat tempus quadrimeſtre.3.quæſt.2.c.ſi epi-
ſcopus.quandoque ſemeſtre.de conceſſ.præben.c.2. Alii,vt
Hoſtien.dicunt diu,cum lapſa eſt dies ſolutionis,& fideiuſ-
ſor à creditore moleſtatur,ſupra eod.cap.conſtitutus.remit
tit ad ſummam.eo.ti.§.ſi.Alii dicunt, ꝙ ſtando per duos mẽ
ſes , tenẽt.vt C.eo.l.pe.ſed intelligitur illa l.de fideiuſſore de
iudicio ſiſti:non de fideiuſſore contractus.gl.dicit hic,quòd
illud,diu,erit arbitrarium:quia iudex arbitrabitur illud,diu
ex temporis curſu,& perſonarũ affectu, & ex his, quæ inter
contrahentes acta ſunt,ſi apparere poſſunt,vt l.Luc.alleg.in
glo.



glo.& ex aliis diuerſis coniecturis , vt l. ſi ſeruus plurium.§.
2 fi.ff.de leg. 1.¶Secundò no. †ꝙ fideiuſſor agit contra debi-
torem,qui diſſipat bona ſua : vt eum liberet à fideiuſſione.
nam & tali etiam caſu creditor conditionaliter, vel in diem,
poſſet agere,& cautionem exigere , vt l.non quemadmodũ.
ff.de iudic. ſimiliter & mulier contra virum bona diſſipan-
tem ante diem ad dotem agit,vt l.ſi conſtante.ff.ſol.ma. iſta
enim diſſipatio,& prodigalitas in alterius præiudicium re-
frænatur à iure,vt patet in l.Imperator. ff.ad Trebell. Item
interdicitur talibus bonis,vt l.is cui.de verbor.obligat.cum
ſimil.& intellige,ſi iſta diſſipatio ſuperuenit poſt fideiuſſio-
nem : ſecus ſi tempore , quo fideiuſſit, erat debitor diſſipa-
tor,vt dixi in ſimili.s̃.de loca. c.potuit. facit quod not.in l.ſi
cum Cornelius.ff.de ſol.& c.nulli.de elect.li.6. ¶Tertiò no.
3 † ꝙ fideiuſſor condemnatus ſtatim contra debitorem agit ,
vt eum liberet.& eſt arg. ꝙ ſi fideiuſſor obligat ſe per inſtru
mentum confeſſionatum:vel guarentigiatum (quod hẽt pa-
ratam executionem vigore ſtatuti)quòd ſtatim põt agere.&
hoc no.Bar.in l.fideiuſſor pro venditore.ff.eo.ti. ¶Oppo.&
videtur,ꝙ nullo modo fideiuſſor poſſit agere,antequam ſol
uat:quia ad ſoluendum videtur ſe obligaſſe,vt l.indebitã. ff.
de cond.inde.& quia intempeſtiuè,&c. vt dicit glo. magna .
quæ ſoluendo dicit,ꝙ regulariter non poteſt agere,antequã
ſoluat.fallit in tribus caſibus prædictis in text. & in quarto,
cum ſcilicet ſic conuenit de certo tempore . Item arguit hic
Vin.de fideiuſſore,qui vult ire ad ſtudium. ff.de procu.l. aut
longa.& hoc no.Gui.in Spe.de iudic.§.3.verſi. quid fideiuſ-
ſor.& ibi videas,quid iuris,ſi inter fideiuſſorem , & debito-
rem inimicitia ſuperuenit. & ibi per Ioan. And. in addit.
4 ¶†Quæro.fideiuſſor denunciat creditori , quòd agat cõtra
debitorem diſſipantem bona: aliàs proteſtatur, ꝙ ſuperue-
niente inopia,non vult teneri.quæro an creditor agere coga
tur.dic,quòd non,vt l.ſi fideiuſſor.ff.eod. hoc verum, niſi ac
ceptus eſſet in eo,quod à reo exigi non poſſet:tunc.n.ad de
nunciationem talis debitoris agere cogitur,vt l.fideiuſſor.ff.
eo.Et quæ ſit ratio diuerſitatis, no.Bart.in d.l.fideiuſſor.vbi
quæritur de quæſtione ſabbatina. Titius mutuare promiſit
Seio centum:pro quo Seio fideiuſſi.deinde ante numeratio
nem prohibeam:an ſibi tenear?glo.format iſtam quæſtio.in
l.Titius.ff.de procura. & Cyn.in l.tam mandatori.C.de non
num.pecu.& Spe.in titu.de fideiuſſ.§.1.verſi.quid ſi fideiuſ-
ſor.Barto.dicit , ꝙ communiter tenetur,ꝙ aut creditor erat
obligatus numerare: aut non . primo caſu denunciatio non
prodeſt fideiuſſori:ſecundo ſic.pro hoc.ff.de public.l.ſi quis
prohibuerit.& de conſtit.pecu.l.vtrũ. Sed hic quæritur,qua
actione futurus creditor cogitur numerare.dic ex ſtipu. ſi in
terceſſit , vt l. ſi pœnam. de verb. oblig. aliàs licèt tempore
promiſſionis ſit actum,quòd numeret: tamen hoc pactũ eſt
nudum:nec poteſt veſtiri cohærentia promiſſionis ad com-
modum debitoris.in quæſtione tamen prædicta dicit ipſe,ꝙ
creditor poteſt numerare,& non obſt.prohibitione fideiuſ-
ſoris, ipſum fideiuſſorem obligatum habebit : quia cogitur
numerare , vt euitet verecundiam : quæ eſſet ei non ſeruare
promiſſa.vt l.Quintus.ff.mand. & l.pecuniæ.de alim.lega.&
no.ff.de publ.l.ſi quis prohibuerit.quod putat verum, ſi de-
bitor eſſet eiuſdem conditionis:ſecus ſi mutauit ſtatum, ( vt
quia factus ſit non ſoluendo)tunc non eſſet ſibi verecundia,
vt l.ſi is à quo.in fin.ff.vt in poſſ.lega.ita not. Barto. in d.l.ſi
fideiuſſor.vbi quærit,ſi promiſiſti mihi centum ſub ſpe futu-
ræ numerationis:an ſis obligatus recipere, & ego tibi dare ?
dicit,quòd ſi ex alterius parte vertitur intereſſe , quòd ſic,vt
l.qui Romæ.in prin.ff. de verb.oblig.& l.ſi pœnam.eo.tit.&
l.ſi pecuniam.ſi cer.peta.

ADDITIO.

a ¶Iſtud diu.vide l.poſſideri.§.ſi ſeruus ff.de acq. poſſ & l. ſi cum fidei-commiſſaria.§.Ariſto.ff.qui,& à quib.Cy.in l.1. C.vbi cauſa ſtatus , & ibi Bal.& idem Bal.in l ſi pro ea.C.mand.

# De Solutionibus.

QVIA ſolutione eius,quod debetur, oĩs tolli-
tur obligatio, vt Inſt.quib.mo.tol.ob. per to
tum.Ideo viſo de obligationibus, videndum
eſt,qualiter diſſoluantur. & facit ad materiã
14.quęſtio. 6.c.1.& 2. de pœni.diſtinct.1.
cap.medicina.& diſtin.4.in quatuor primis
c.congruit.de reſtitu.ſpolia.c.olim.il ſecondo. cum ſimi.hic
alleg.in nouella.

SVMMAE.

1 *Filiusfamilias an teneatur ſoluere debita patris .*
2 *Succeſſor in dignitate æquiparatur ſucceſſori priuatæ perſonæ.*
3 *Succeſſor in prælatura non ſuccedit perſonæ defuncti: ſed dignitati, & bonis.*
4 *Eccleſia ad hoc ut teneatur ex contractu prælati , quid requiratur .*
5 *Succeſſor an teneatur ad debitum ex delicto deſcendens ex perſona prædeceſſoris.*

1 AD hoc. ¶Nota primò,†quòd filius te
netur ſoluere debita patris: ad
quem cogendum videtur fundata intentio cre-
ditoris eoipſo,quòd eſt filius, per hunc text. ſed non eſt ve-
rum:quia requiritur , quòd ſit hæres per immixtionem hæ-
reditatis:nam ſi abſtinet, patris creditoribus non tenetur re
ſpondere beneficio prętoris concedentis ſibi beneficiũ ab-
ſtinendi.quod dic,vt no.ff.de acquirend.hęredita. l.impube
ribus.& l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu. matrimo.
2 per Dyn.¶Secundò not. †quòd æquiparantur ſucceſſor in
dignitate,& ille , qui ſuccedit priuatæ perſonæ:nam in eorũ
quemlibet deſcendit obligatio. eſt tamen differentia:quia fi
lius hæres tenetur ad debita qualitercunq; contracta ꝓ ne-
ceſſitate eccleſiæ.æquiparatio ergo iſta conſiſtit : quia ſicut
hæres ſuccedit in uniuerſum ius defuncti.ff.de reg.iu. l.hære
ditas.ſic & prælatus ſuccedit prę lato.de teſtam.ca.relatum.
in ver.nomine.& ideò ſicut filius tenetur de omnibus, de q-
bus tenebatur pater:ita prælatus tenetur de omnibus,de q-
bus tenebatur prędeceſſor vt prælatus , ſecundùm Hoſtien.
3 & per hoc patet,†quòd ſucceſſor in prælatura non ſuccedit
perſonæ defuncti:ſed dignitati,& bonis : & ideò non poteſt
propriè dici hæres,ſed quaſi,vt dicit glo.penulti.quam not.
ſimiliter & fiſcus dicitur ſucceſſor bonorum, non perſonæ ,
& non per omnia eſt hæres,vt no.in l.inter eos. §. fina. ff.de
fideiuſſo. & l.quoties. de noua.facit l.1.§.an bona.ff.de iure
4 fiſc.& l.ſi conſtante.§.fin.ff.ſol.matrim.¶Tertiò no.† quòd
ad hoc vt eccleſia teneatur ex contractu prælati, ſufficit , ꝙ
debitum ſit contractum pro neceſſitate eccleſiæ. Inn.ſentit,
ꝙ hoc non ſufficit: niſi etiam verſa ſit in vtilitatem eccleſiæ,
ſecundùm Hoſtien.iſte tex.ſolùm exigit , quòd pro neceſſi-
tate eccleſiæ debitum ſit contractum.de quo dic, vt s̃.titu.j.
c.quod quibuſdam.& de depoſi.c.grauis.& Cyn.in Authen.
hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.ec. ¶Oppo.iſte tex.dicit fi-
lium ſimpliciter tantùm ad debita patris teneri.contra imò
videtur,ꝙ teneatur vſq; ad vires hæreditatis,& non vltra.vt
C.de iure delib.l.ſcimus. Solu.dicit glo. illud verum,ſi filius
fecit inuentarium de bonis hæreditariis: aliàs tenetur inſo-
lidum,vt hic.de iſto inuentario dicam ĩ.de teſta. c. Raynu-
tius.vbi dicam:an de iure canonico hæres non conficiẽs in-
uentarium teneatur vltra vires hæreditarias. de quo p Bart.
5 & Bal.in rub.ff.de acq.hær. ¶ Quærit glo.vtrũ†ad debitum
ex delicto deſcendens teneatur ſucceſſor ex perſona præde
ceſſoris.dicit gl.ꝙ de eo,quod ad ſucceſſorem ꝑuenit,& nõ
vltra.ego de ſucceſſore in dignitate(an hoc ſit verũ)remitto
te ad no.s̃.de or.co.c.cũ dilectus. & ad Bar. in l.1.de prius.

deli.de hærede qualiter ex delicto defuncti teneatur.dic ple
nè in d.l.1.& ĵ.de ſep.c.vlt.& 12.q.2.c.qui filios.

*S V M M AE.*

1 *Prælatus pro debitis alienis non poteſt eccleſiam obligare.*
2 *Eccleſia diuerſis modis committitur.*
3 *Sigillum an ſufficiat ad probandum, quòd aliquis ſit procurator domini.*
4 *Actus, qui geritur contra iura, non tenet.*
5 *Pœnæ appoſitio non firmat actum, qui geritur contra pœnæ appoſitionem.*
6 *Obligans eccleſiam pro alienis debitis, ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium.*
8 *Et ſi talis ſe immiſcet diuinis, an ſit irregularis. nu. 7.*
*Prælatus dimittendo debitum eccleſiæ: an dicatur grauare eccleſiã.*

SI quorundam. Si prælatus eccleſiã
pro alienis debitis
obligat, ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione ſpiritualiũ,
& temporalium: & eccleſia non tenetur. Tria facit. ꝓhibet,
decernit. & pœnam imponit. ſecunda ibi[decernentes.]ter-
1 tia ibi[ſi quis.]¶Nota primò, †ꝙ prælatus pro debitis alie
nis non poteſt eccleſiam obligare: licèt enim habeat liberã,
& generalem adminiſtrationem: tamen (quia talis obligatio
debiti alieni habet vim donationis:) talis donatio etiam ha-
benti liberam, intelligitur interdicta, vt l.filiusfa.ff.de dona.
& l.contra iura.§.fi.ff.de pact.¶Secundò no.verbum[com-
miſſam.]adaptatur enim ad omnem modum, quo pōt eccle
2 ſia alteri committi. †interdum enim committitur vt præla-
to: interdum, vt procuratori, vel commendatario. 70.di.c.1.
21.q.1.c.qui plures.de elect.c.cum nobis. & idem in inua-
ſore, ſiue iniuſto eccleſiæ poſſeſſore: ne ſit melior illius con-
ditio, qui delinquit, q̃ alterius habentis titulum. ĵ.de præbẽ.
c.eum qui.li.6.& ff.de dona.inter virum, & vxor.l.3.§.videa
mus. omnes enim prędicti ſub illa prohibitione, de qua text.
loquitur, continentur. quid ſi ille, cui abbas prioratum com
miſit, debitum alienum ſuſcepit. dic, ꝙ tenebitur ipſe, nō ab
bas: qui in generali adminiſtratione illi conceſſa, non vr̃ cō-
miſiſſe illi delictum, vt l.ſi procurator.ff.de condi.inde.facit
quod no.in cle.ſæpe.de verb.ſign.de arbitrio Poteſtati con-
ceſſo. ¶Tertiò not. ꝙ ſpecialiter inhibetur prælato alienam
obligationem ſuſcipere: aliis ergo omnibus vr̃ à iure cōceſ-
ſum: nam & ſoluere quis pro ignorante, & inuito pōt, & eum
liberat, vt l.ſoluendo.ff.de neg.geſt. ¶Vtrùm autem inter-
uentione iſtius nouæ perſonæ ſuſcipientis in ſe alienum de-
bitum ſit facta nouatio. dic plenè per Bart.in l.Valerianus.
ff.de præto.ſtip. Item vtrùm ſi iſte, qui ſuſcepit, poſtea ſol-
uat, poſſit repetere ab eo, quem liberauit inuitum, vel igno-
rantem: dic vt no.Bar.in l.ſolutionem, & iudicium. ff.de ſol.
& ibi plenè, ſi quis vult recipere debitum alienum: quod pe
titur in iudicio, litem in ſe ſuſcipiendo: an actor, ſiue cred-
tor, qui agit, ipſum admittere teneatur: vel poſſit eum recu-
ſare. dic vt ibi per eum. ¶Quartò no. ꝙ habens ſigillum ali-
cuius admittendus ſit, vt illius procurator, cuius eſt ſigillũ:
quia in ſigillo imprimitur imago domini. de pe.di.2.primũ.
vel ſaltem character, & literæ nominis. de fide inſtr. c.inter
dilectos. ſm̃ Goff. quod non placet Hoſt. niſi oſtendatur lite
ra ſigillata: vel caueatur de rato. ff.de procu.l.ſi procurator.
de offi.or.c.conquerente. vel aliàs fiat fides. de ſatiſd. l.vna.
3 & de hoc in c.1.s̃.de procu. †ſigillum ergo ſolum non ſuffi-
cit ad faciendum fidem, ꝙ ipſe ſit dñi procurator. quid ſi qs
producit inſtr̃a debiti: an ex hoc præſumi debeat procura-
tor illius, cuius noĩe agit, & de quo inſtr̃a faciunt mentionẽ?
dic, vt l.fi.C.de pact.cōuen. ¶Quintò no. verbũ, poſſent &c.
ex hoc enim arguit Ho. ꝙ hanc pœnam incurrit prelatus ex
talium literarum, vel ſigillorum traditione in caſu prohibi-
to: etiam ſi obligatio ſecuta non ſit; vt quia creditor inuẽtus
non eſt: nam in hoc præſumptuoſus fuit, vt in fine dr̃. Itẽ pro
ceſſit ad actum, & per eum non ſtetit. de re mil.l.3.§.is q.ad
hoc l.ſi quis non dicam.C.de epi.& cle.canonizata.de pœn.
diſt.1.& optimè.ff.de fur.l.ſi pignoris.§.ſi quis ferramenta.
In contrarium faciunt multa, quæ puniunt delictum attenta
tum, & non conſummatũ. de quibus plenè in reg.imputari.
de reg.iu.lib.6.in mercu.in q.de cogitante, & non perficien
te delictum.& l.qui ea mente.de fur.per Bar.¶Sextò no. ꝙ
4 †actus, qui geritur contra iura, non tenet: & pœna imponit
contrafacienti. licèt ergo actus de iure nō ſortiatur effectũ:
punitur tamen, qui de facto actum geſſit: quandoq; contra.
quod dic, vt l.ea quidem.C.ſi man.ita fue.alie.& quod no.in
5 l.ſtipulatio iſta habere licere.de ver.obl.collige ẽt, †ꝙ pœ-
næ appoſitio non firmat actum, qui geritur, contra iuris ꝓ-
hibitionem. quod dic per Bar.in l.prætor. ff.de no.ope.nun.
6 ¶Septimò no.†ꝙ obligans eccleſiam pro alienis debitis, ſu
ſpenſus eſt ab adminiſtratione temporalium, & ſpũaliũ: cu-
ius ſuſpenſionis relaxationem cum Papa ſibi non reſeruet:
vr̃ ordinario commiſſa. de ſent.excomm. c.nuper. quam ta-
men non faciet, niſi prius indemnitati eccleſiæ conſulatur.
de ver.ſig.c.cũ olim. ſm̃ Ho. ¶Tãgit circa hoc incidẽter Io.
7 An. †ſi talis ſuſpenſus immiſceat ſe diuinis: an ſit irregularis.
vr̃, ꝙ ſic, per c.j.de re iud.li.6.ipſe tenet contrarium. Nō ob.
illud ca. quia ibi loquitur, qñ quis eſt ſuſpenſus ab officio,
vel diuinis: iſte verò, de quo in c.iſto, eſt ſuſpenſus ab admi-
niſtratione tpalium, & ſpiritualium: quæ adminiſtratio ſpi-
ritualium eſt diuerſa officio, & diuinis qñq;. & aduerte, quia
iſte tex. loquitur in obligatione prohibita ꝑlato: & de pœna
ſibi infligenda, ſi contrafecerit. nec eſt ſuperfluum illud ca. p
c.ſine exceptione. 12.q.2.c.hoc ius. Illa.n. loquuntur in alie-
nationibus: iſta in obligationibus (puta cōtrahendo mutuũ:
vel alienum onus in eccleſiam transferendo: vel fideiubẽdo.
s̃.ti.1.c.qđ quibuſdam. Quid ſi pecuniam hẽt ſuperfluã: nun
quid poterit illam mutuare indigenti? dicit Io.An. ꝙ ſic: cũ
& de ſuperfluo teneamur eleemoſinam facere. 12.q.2. c.au
8 rum.& c.gloria.cum ſi. ¶Quęrit Ho. †quid ſi non grauat ꝑ-
dictis modis, ſed debitum remittendo: idem vr̃, ſm̃ Vinc. &
qa q remittit, alienat. ff.de cond.ob ca.l.ſi mulier. de teſti.c.
veniens. quod non fatetur Io.An. qui quærit de iſtis ſchedu-
lis, ſiue chartis non ſcriptis: quæ traduntur alicui, appenſo
ſigillo domini, vt ibi ſcribatur per illum, qui illas recepit: an
in omni eo, quod ibi poſtea ſcriptum fuerit, dñs obligetur.
dicit Ho. ꝙ tales ſchedulæ vix tranſeunt ſine vitio falſitatis:
cum tu dominus ſis in domo, & ſcriptura fiat in curia. ar. de
his, quę fiunt à præla.c.quantò. vbi de hoc. & hic per Io.An.
& plenius. s̃.de fid.inſtr.c.2. ſemel de iſtis chartis vidi, in q-
bus erat appenſa vera bulla Papæ, & nihil in eis ſcriptũ: erat
eñ nuncius apoſtolicus: & vbi neceſſitas in tranſitu immine
bat, ſcribebat in ea pro parte Vrbani illi, cuius auxilio indi
gebat: dubitabatur tamen, an dictæ literæ eſſent falſæ.

*S V M M AE.*

1 *Debitor, qui non eſt ſoluendo, excommunicatus, quia non ſoluit, abſoluitur cum cautione de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit.*
2 *Exceptio, in quantum quis facere, poteſt poteſt opponi, etiã poſt ſententiam in executione.*
3 *Inopia qualiter probetur.*
4 *Solutio particularis admittitur non idonei debitoris: & partẽ illã, quam poteſt, coguntur creditores recipere.*
5 *Dilationem qui conſequitur à iure, tenetur idoneè cauere.*
6 *Cedens bonis non liberatur ab obligatione: immo adhuc eſt ciuiliter, & naturaliter obligatus.*
7 *Clericus non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, etiã ſine beneficio ceſſionis.*

*Priui-*



8 *Priuilegium habens, ꝙ non condemnetur, niſi inquantum facere poteſt: ſi fecit pactum, ꝙ conueniretur inſolidum, vel renunciauit beneficio ceſſionis: quid iuris.*
9 *Debitor an poſſit cedere bonis, creditoribus non urgentibus.*
10 *Exceptio excommunicationis an impediat ceſſionem, quæ petitur coram iudice.*
11 *Cedere an poſſit bonis, inuitis credi. qui eſt ſufficiens, & ſoluendo.*

1 ODoardus. †Debitor, qui non eſt ſol
uendo, excommunicatus,
quia non ſoluit, abſoluitur cum cautione de ſol-
uendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit. & primò que-
relam impetrantis ponit. ſecundò dat iudices. ibi[manda-
mus.]¶Not. ꝙ iſte Odo. conueniebatur à multis creditori-
bus: qui omnes cum concurrunt, an alii aliis præferãtur. dic,
vt no.in l.fi.C.qui bo.ced.poſſ. ¶Secundò no. ꝙ Papa man-
a dat iſtum clericum conueniri, quatenus facere poteſt a: etiã
ſi non ceſſit bonis. ex quo collige. ꝙ ſicut de iure ciuili mi-
les, maritus, donator, patronus, & quidam alii conueniun-
tur, quatenus facere poſſunt (vt patet in l.miles.in prin. & l.
ſunt qui.cum ſeq.ff.de re iud) ita & miles cęleſtis militiæ. &
hoc tenet gl.in d.l.miles.& ibi idem Bar. ¶Tertiò no. ꝙ iſte
recognouit debita in iudicio, & ſic habetur pro condemna-
to, vt l.debitoribus.ff.de re iud.& tunc, ſcilicet poſt confeſ-
ſionem in termino ad ſoluendum, conſtitit de iſtius impotẽ
a tia. ex quo collige, †ꝙ exceptio iſta[inquantum quis facere
poteſt]poteſt opponi, etiam poſt ſententiam, in executione.
& ratio eſt; quia illa exceptio non impugnat ſententiam: er
go ipſa, & omnis ſimilis poteſt etiam poſt ſententiam oppo
ni, vt l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſo.ma.& no.Bar.in d.l.ſunt qui. &c.
¶Quartò no. ꝙ Papa mandat hunc abſolui, ſi conſtiterit de
3 inopia. †qualiter autem de hoc conſtet, ſiue probetur. dicit
Io.And. ſi hoſtiatim mendicabit verè, & ſine fraude. qa aliàs
puniretur, vt C.de men.vali.lib.11. vel dic ſecundùm eum,
ꝙ probatur eoipſo, ꝙ bonis cedit: nec debet corpus eius po
ſtea detineri. C.qui bo.ce.poſſ.l.1. tu dic de iſta inopia, qua-
liter probetur, & quis dicatur inops, vt in Authẽ. præterea.
C.vnde vir & vxor.& l.ſi conſtante.ff.ſo.ma.& s̃.de ꝓſumpt.
4 cap.fina. ¶Quintò not. †ꝙ non idonei debitoris admittitur
particularis ſolutio: & partem illam, quam poteſt ſoluere, co
guntur creditores recipere: regulariter verò, cũ debitum eſt
liquidum, non admittitur particularis ſolutio, creditore in-
uito. quod dic, vt no.in l.quidam æſtimauerunt. ff.ſi cer.pet.
& l.tutor.§.Lucius.ff.de vſur. ¶Sextò not. ꝙ Papa mandat
iſtam ſententiam relaxari, non ſeruata forma abſolutionis:
quę eſt cautio cum iuramento de parendo mandatis. & hoc
ideò; quia non ligauerat, ſecundùm Deum, vt patet ex iuri-
5 bus allegatis in glo.3. ¶Septimò not. †ꝙ ille, qui cōſequitur
dilationem à iure, tenetur idoneè çauere. de quo per Cyn.in
l.vniuerſa.C.de preci.Imper.ofte. vbi quid iuris in dicto ca-
ſu, ſi cautio non præſtatur. facit l.non quemadmodum.ff.de
iud.& poſſet dici, ꝙ illa dilatione pendente de ſuperuenien-
tia facultatum, non currat creditoribus præſcriptio, interim
agere non valentibus, vt l.fi.ad fi.C.qui bo.ced.poſſ. ¶Octa
6 uò no. †ꝙ licèt quis cedat bonis, non liberatur ab obligatio
ne: immo, ſicut primò, eſt ciuiliter, & naturaliter obligatus,
& hoc no. colligit gl.fi. quæ ex hoc innuit, ꝙ iſte. O. ceſſerit
bonis. quod ſentit etiam hic Inn.& Doct. ego dixi s̃.in 2.no.
7 †ꝙ clericus, (& ſic miles cęleſtis) conſequitur illud benefi-
cium, ne conueniatur, niſi inquantum facere poteſt, etiã ſi-
ne beneficio ceſſionis. quod credo verum, vt no.in d.l.miles.
& ſic ceſſio non requiritur, vt patet in illo c. in quo de ceſ-
ſione mentio nō habetur. & magnus eſt effectus: an ſine ceſ
ſione habeat iſtud beneficium, vel non. nam ſi habet, conue-
b nietur, deducto ne egeat, vt ff.de reg.iu.l.in condemnatis b.
Si verò ceſſionis beneficio conſequatur hoc: tunc vſque ad
interulam ſpoliari debet. alii dicunt (& verius) ꝙ panni de
dorſo non debent auferri: ſicut nec illi, qui ducitur ad ſup-
plicium, publicatis bonis, vt l.diuus.ff.de bo.dam. quod te-
net Cy.in l.fi.C.qui bo.ced.poſſ.in 4.q.& ff.eo.ti.l.qui cedit.
per Bar. ¶Vltimò no. ꝙ iſta cautio debet eſſe idonea. & ſic
cum fideiuſſo. vel pigno. glo. tamen dicit, ꝙ ſi hoc nō poteſt,
ſufficit iuratoria. Idem Goff. Vinc.& Phi. ¶Opp.& videtur,
ꝙ ſi iſte nō poteſt ſoluere, debet carcerari, & tormẽtis ſubij
ci, vt s̃.de depoſi.ca.grauis. hic autem dicitur, ꝙ debet rela-
xari: ergo malè. præterea alia iura dicunt, ꝙ qui non pōt ſol
uere, luat in corpus, vt ff.de in ius vo.l.fi.quid dicendum. ſo.
dicit Inno. quandoq; quis conuenitur ciuiliter ad intereſſe.
& tunc (ſiue ex contractu, ſiue ex maleficio) ſufficit, ꝙ bonis
cedat, vt hic. quandoq; conuenitur criminaliter ad pœnam
applicandam parti, vel pœnitentiam imponendam: & tunc
ſi debitor condemnatus non poteſt ſoluere, commutabitur
talis pœna in corporalem: ſi placeat actori. & non eo inuito
12.q.2.c.fraternitas. quandoq; quis accuſatur criminaliter
ad pœnam applicandam fiſco (quod eſt ſemper in dubio:
niſi in caſibus exceptis.) & tunc inuito actore poterit fieri ꝑ
iudicem talis commutatio. ff.de pœn.l.1.de ſen. excom. c.vt
famæ. ſecundùm Inno. cui adde, quod no.in c.ſicut dignum.
ĵ.de homici. vbi not.glo. ꝙ ſi talis luit in corpus, liberatur à
pœna pecuniaria: in cuius defectum in corpus luit. ¶Scđò
oppo.de c.peruenit.s̃.ti.1. vbi in fructibus alimentorum cũ
deputatis fit executio. ſol. aut quis ceſſit bonis: & tunc (ſcili-
cet tempore ceſſionis) omnia auferuntur. exceptis veſtibus,
vt dixi. quæſita verò poſtea conſeruantur, vſq; ad alimenta.
& ſic deducto ne egeat, vt d.ca.peruenit. vel ibi fit executio
inſolidum propter periurium. Nam doloſus non habet bene
ficium ceſſionis: ſicut nec debitor reipublicæ. C.de exac.tri-
bu.l.nemo. ſimiliter nec ille, qui tenetur ad factum pręciſè,
vt no.Cy.in 2.q.C.qui bon.ce.poſſ.& Bar.ff.eod.ti.l.1. ſimi-
8 liter nec ille, qui conuenitur rei vend. vt l.Neſennius.§.fin.ff.
de re iudic. ¶Quærit Ioan.And. †ſi habens priuilegium, ꝙ
non condemnetur, niſi inquãtum facere poteſt, facit pactũ,
ꝙ conueniretur inſolidum: vel renunciauit quis beneficio
ceſſionis. dicit ipſe, ſi hoc priuilegium competit ratione ꝑ-
ſonæ priuilegiatæ, non valet, vt l.alia.§.eleganter.ff.ſo.ma.&
no. ĵ.de dona.inter virum, & vxorem.c.1.in glo.2. Si verò ra
tione contractus (vt pro ſocio, & ſimi.) & tunc tenet pactum.
ff.pro ſoc.l.verùm.§.1.& ff.de re iud.l.ſi conuenerit. ſm̃ Ho.
9 de quo pleniùs per Bar.in d.l.alia.& per Cyn.in d.l.1.in vlt.
q.latiſſimè. ¶Vlterius quæro, † an creditoribus non vrgen
tibus, poſſit debitor cedere bonis. Iaco.de Ra. ꝙ non, vt no.
Cy.in d.l.1.in 8.q. vbi quærit: an ille, qui ceſſit, poſſit pœni-
tere, vt bona recuperet. dicit, ꝙ ſic. & an teneat adiudicare
bona creditoribus iudicis officio, vt no.in l.penul. ff.de ceſ.
bo.& de multis quæſt.in materia ceſſionis vide per Hoſti.in
ſumma.eod.titu.ſub rub.de ceſ. bo. quæ rub.ibi communi-
ter non habetur: ſed eſt materia ſub.§.fin.de dona.inter virũ
10 & vxorem. ſub rub.de dot.promiſſ.§.ſi quis conſtituat.ad fi.
¶Vltra alios quęro, †an exceptio excommunicationis im-
pediat ceſſionem, quæ petitur coram iudice. videtur, ꝙ ſic,
per c.intelleximus.de iudic. In contrarium eſt veritas: nam
ceſſio ſubſequens eſt cauſa abſolutionis ab excommunica-
tione præcedenti, vt hic: ergo cum ceſſio diſſoluat tale vin-
culum: eius petitioni non debet obſtare, vt l.cui neceſſitas.
in fin.ff.de lib.cau. facit l.binarum.de ſer.vrb. præd. pręter-
ea ſeruus in iudicio eſſe non poteſt, vt C.de iudic.l.ſeruus.&
tamen pro abſolutione obtinenda, & connexis eidẽ eſſe po-
terit, vt l.vix.ff.de iudic. Item ſeruus poteſt bonorũ poſſeſ-
ſionem agnoſcere, quæ non agnoſcitur, niſi in præſentia iu-
dicis. & ratio eſt; quia non petitur in figura iudicii, vt l.ſer-
uus.de bon.poſſ.& quod ibi no. ergo idem in ceſſione: quæ
11 re vera non fit in figura iudicii. & hoc tenet dominus Feder.
de Sen.conſi.188. vbi ſubiungit, † an ille, qui eſt ſufficiens,
& ſoluendo, poſſit cedere bonis, inuitis creditoribus: vr̃, ꝙ

non:quia à miſeria, & inopia cauſatur beneficium ceſsionis
vt dicit tex.in l.pe.C.qui bo.cede.poſſ. ergo ſi ex inopia fun
datur intentio cedentis,debet eam probare : ſicut creditor
inopiam debitorum:cum vult deuenire ad fideiuſſorē,iuxta
no.per Bar.in l.in illa ſtipula.ſi kalendis.de verbo.obli.facit
Auth.de fideiuſ.§.quod aūt.ver. agnoſcunt aūt creditores.
&c.& hoc tenuit quidam doctor conſulendo. D.Fe. ibi ſen-
tit in ſua apoſtilla contrarium:lex.n.ꝓſupponit,ꝙ cedens pt
habere bona immobilia,vt l.is qui.1.& 2.ff.de ceſ. bo. alle.
quod no.Ho.ſuper j.c.ſuper ver.conſtiterit.vbi dicit, ꝙ eoip
ſo,ꝙ cedit bonis,ꝓbatur inopia:nec debet eius corpus poſt
ea detineri.C.qui bo.ce.poſ.l.2.& de pig.c.2.

ADDITIO.

a ¶ Quatenus facere pōt. De iſto inquantū facere pōt, qualiter intelliga-
tur.vide in c.quod ſuper his.in 6.nota.j.de no.
b ¶ In condemnatis.facit,quod poſt gl.not.Bal.in l ſi maritus in idem. ff.
ſolu.mat.

*SVMMAE.*

1 *Soluens indebitum,an poſſit repetere.*
2 *Negans ſolutionem,ſi de ipſa conuincitur,pōt ad aliam defenſionem transſire,& dicere ſe debitum recepiſſe.*
3 *Indebitum,vt ſolutum,repeti poſſit,quod dicatur.*
*Et an poſſit repeti.nu.8.*
4 *Indebiti ſpecies plures. & nu.7.*
5 *Indebitum naturale,quod dicatur.*
*Quod iuris tantùm.& nu.6.*
9 *Tutus ope exceptionis non numeratæ pecuniæ ſi ſoluit : an poterit repetere.*
10 *Tutus exceptione præſcriptionis, ſi ſoluit,an poterit repetere.*
11 *Laicus ſub ſpe futuræ numerationis confitetur ſe recepiſſe pecuniā, quam ad certum terminum iurat reddere:lapſo biennio conuenitur ſuper illa:an aliquo iure poſsit ſe tueri.*
12 *Remedia quatuor contra creditorem qui petit,quod non numerauit.*
13 *Lex ſi.C.de non nu.pe.an reſtringat in contractibus eccleſias, et perſonas eccleſiaſticas.*
14 *Prælatus ſi renunciat exceptioni doli non nu.pe. in contractu cōfeſſionis mutui,& iurat:an poſsit exceptionem opponere.*

IS qui. Qui dicit indebitè ſe ſoluiſſe, tenet̄ hoc
probare.fallit ſi recipiens ſolutionē ne-
gauit:quo caſu de mendacio conuentus probare tenet̄
1 ſe debitum recepiſſe.¶Not.j. † ꝙ ſoluens indebitum poteſt
repetere.quod quando ſit verum:dic, vt ff.de condi.ind. l.1.
& per totum.¶Secundò no. ꝙ poſt ſolutionem præſumitur
quis ſoluiſſe debitum:quia nō eſt veroſimile,quòd qs iactet
pecunias ſuas,vt ff.de prob.l.cum de indebito. vnde ſumpta
eſt illa Decre. ¶Tertiò not. quòd hæc præſumptio tranſ-
fert onus probationis in illum,contra quem facit præſump.
ille enim,pro quo præſumitur,habet intentionem ſuam fun
datam de iure communi: ideò à probationis onere releuat̄,
vt l.ſiue poſsidetis.C.de proba.c.cum ſimil.& ca. vt noſtrū.
vt eccleſiaſt.bene.¶Quartò no.in ver.niſi. † ꝙ ſi negans ſo-
lutionem,de ipſa conuincitur,poteſt ad aliam defenſionem
tranſire,& dicere ſe debitum recepiſſe:quia reus non prohi-
betur vti variis defenſionibus,vt in reg. nullus pluribus. de
reg.iu.lib.6.dicam j̄.vnde inſtruit hic reum, ꝙ non præciſè
neget.de quo vide in Spe. de excep.§.viſò.ver. quid ſi debi-
tor.¶Oppo.dicitur hic,ꝙ ille,qui negat ſolutionem, ſi inde
conuincatur:admittitur ad probandum, quòd debitum re-
ceperit.contra de Auth.contra qui propriam. C. de non nu.
pecu.vbi excep.contrariam primæ non debet quis propone
re.ſo.ibi,ſpeciale,quando quis fecit propriam ſcripturam,
& eam abnegat:vel ſi confiteatur,negat numerationē : tunc
enim de mendacio conuentus patitur pœnam,de qua ibi:ſe
cus eſt in alio debito,etiam ſi petatur vigore publici inſtru-
menti.nam negans ſolutionem,ſi etiā ex publico inſtrumē-
to conuincitur, poteſt tranſire ad aliam exceptionem: puta
iuriſiurandi,ſententiæ,pacti,& ſimil.vt dicto c.nullus pluri-
bus.facit ad q. ſi accuſatus de homicidio dicit ſe non feciſ-
ſe,& conuictus per teſtes vult probare, quòd ad ſui defen-
ſionem fecerit:certè per hoc debet audiri,ſecundùm Iac.de
Are.licèt ſit cautius,quòd ſub exceptione loquatur, vt dixi
in c.cum venerabilis.de exceptio. & not. C. de excep.l.& ſi
quid.& ita notat Cyn. in dicta Aut. contra qui propriam.
¶Quæro.dicitur in tex.[quòd ille, qui conqueritur indebi
3 tam pecuniam]&c.quæro † quod dicatur indebitum, vt ſolu
tum repeti poſsit glo. diſtinguit,quòd aliud eſt indebitum
iure naturali tantum: aliud iure ciuili tantùm:aliud vtroque
iure:aliud indebitum iure exceptionis. & hoc duplex : nam
aliquid exceptione temporali: aliquid perpetua. & ſi perpe
tua:aut eſt fauorabilis:aut odioſa:aut inducta ad iuris rigo-
rem conſeruandum.& quid iuris in vnoquoq; membro,ha-
betis in glo.pro cuius pleniori declaratione prius cognoſce
re debemus, quot modis dicatur debitum : per cuius agni-
tionem,eius contrarium (ſcilicet quot modis dicatur,indebi
tum)cognoſcetur.vt ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iuris.l.1.
4 dic ergo, † quòd ſpecies debiti ſunt plures:nā quoddam eſt
debitum naturale tantùm : quoddam eſt debitum ciuile tan
tùm:quoddam eſt debitum naturale & ciuile, cui obſtat ex
ceptio. ¶Ad vnamquāque igitur ſpeciem redeundo,quæ-
5 ro, † quod eſt debitum naturale tantùm. dicunt quidā,quòd
illud,quod eſt relictū in minus ſolemni voluntate,ſiue teſta-
mento,quod habet defectum numeri teſtium: nam illud le-
gatum in tali teſtamento relictum naturaliter debetur:ſicut
ex ſtip.non ſolemni,vt no.glo.in l.poſt diuiſionem.C.de iu-
ris & fac.igno.Pe.de Bel.perti.in l.cum quis.eo. tit.dicit con
tra.ſcilicet quòd nullo modo debentur legata relicta in mi
nus ſolemni teſtamento;quia deficit in forma. ergo ſi nō va
let quod ago, vt ago : nō valet vt valere poteſt:ſicut dicimus
in ſtipula.de conſti.pe.l.1.§.eum qui. & de teſta.l.non codi-
cillum.præterea inſtituti non debent illa legata; quia eorum
inſtitutio eſt nulla : venientes abinteſtato ſimiliter non tenē
tur, quia ab eis non ſunt relicta. non eſt ergo reperire per-
ſonā,in qua fundetur iſta obligatio naturalis. & iſta eſt opi.
vltramontanorum.Sed citramontani tenent primam,quòd
relicta in minus ſolemni voluntate , naturaliter debeantur,
vt l.1.& ibi no.ff.de condi. inde. aliud exemplum eſt, quòd
naturaliter debeatur legatariis,quod hæres eis detrahit per
falcidiam:illud enim, quod detrahitur ideò naturaliter de-
betur; quia teſtator ſic voluit : ſed l.ciuilis non. quia reſe-
cat legata.Inſti.ad leg.falci.in prin.& C.ad leg.fal.l.error.&
hoc tenet glo.& citramontani.vltramontani, vt Pe. contra:
quia lex.fal.reſecat ipſo iure, vt l.linea margaritarum.ff.ad
leg.fal.& prohibet vltra relinqui,vt Inſtitu.eod.titu.in prin.
ergo ſi lex prohibet,& fit contra eam, pro infecto dēt habe
ri:vt nullo iure debeantur, vt l.non dubium C. de leg. Non
obſtat, quòd lex non poteſt corrumpere iam contractum,
vt Inſtit.de iure nat. gen. & ci. §.ſed naturalia.ſed bene po-
teſt impedire:ne obligatio naturalis oriatur contra prohibi
tionem ſuam. nam multa impediunt contrahenda. &c. vt l.
patre furioſo.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.glo.tenet cō-
tra in dicta.l.1.ff.de condi.inde.& idem Bar.Tertium exem
plum eſt de naturali obligatione, cū verus debitor eſt ab-
ſolutus per ſententiam,vbi naturalis remanet: ſed ciuilis tol
litur,vt l.Iuli.ff.de condi. inde. & hoc tenent glo.Pe contra.
dicit enim,quòd per ſententiam nulla tollitur:imò remanet
ciuilis, & naturalis. quod patet, quia parit exceptionem
rei iu. vt in to. tit.ff. de exc. rei iud.ſed exceptio eſt actionis
excluſio, vt l.2.ff.de excep.rei.iudi. præterea ſententia abſo
lutoria nihil noui inducit:ſed declarat.quia iudex non intē-
dit aliquid noui facere:ſed ſolùm,quod eſt, declarare. Ideò
non tollitur naturalis.ff.de ac.& obli.l.obligationum ſubſtā
tia.&



tia.& l.ſicuti.§. ſi quæratur.ff. ſi ſerui. ven. ergo vbi debitor
abſolutus eſt,ad huc remanet debitor : ſed habet exceptio-
nem.de hoc dic,vt dicta l.Iul.& quod no.Cyn.in l. ex cauſa.
C.de compenſa. ¶ Eſt & aliud exemplum de debito natu-
rali tantū,ſcilicet quod debetur ex pacto nudo, vt l. iuriſgē.
§. ſed cum nulla.ff.de pac.& l. 1.eo.tit. ¶ Eſt aliud debitum
naturaliter ad antidora : vt benefacienti benefaciamus. de
quo in l.ſed ſi lege.§.conſuluit.de pe.hæredi.Et iſta ſunt exē
6 pla de debito naturali tantùm. ¶ Sed † videamus exempla
de debito iuris ciuilis tantùm.quid ſit illud. dicunt gl. quòd
eſt debitum ex chirographo ante biennium : nam poſt bien
nium obligatio eſt fortis,vt l.in contractibus. & l. ſi ex cau-
tione.de non nu.pecu.Pe.dicit,quòd ibi eſt ciuilis, & natu-
ralis ēt ante biennium:quia datur exceptio nō nu. pec. ergo
actio nata eſt, vt l.2. de excep. & alijs rationibus ſubtiliter
hoc probat in d. l.cum quis.vt ibi per Cy.videas.qui de mu
tuo ciuili tm̄ exemplificat per l. Stichum. §. naturalis. ff. de
ſol.& de conſti.pecu.l.3.§.1.& ibi no. glo. tm̄ tenet, ꝙ nulla
orta ſit ante biennium:quia talis obligatio habet tacitā con
ditionem,ſi numeretur,vt l.ſi.de non nu. pec.ſed tacita con-
ditio,ſicut expreſſa,impedit natiuitatem obligationis, vt l.
item quia.ff.de pac. ¶ Eſt & alia ſpecies.ſ.debitum ciuile &
naturale,cui non obſtat exceptio.& exemplifica in eo,quod
debetur ex ſtipulati.ſed de hoc eſt dubiū,an contra talē ſti-
pulationem(ſi nō eſt inſerta cā)obſtet exceptio. de quo no.
Cyn. in l.naturaliter.de non num.pecu. ¶ Reſtat videre de
quarta ſpecie,ſcilicet de debito ciuili, & naturali,cui obſtat
exceptio.& de hoc pone exemplū.ff.& C.ad Mace. & Vell.
¶ Viſis igitur quatuor ſpeciebus debiti,reuertor ad glo.no
7 ſtram,quot ſunt ſpecies indebiti.& dicit, † ꝙ quoddam iure
ciuili tantùm:quoddā vtroque iure.&c.vt in ea videtis.vidē-
dum ergo reſtat,qualiter vnumquodque iſtorū, ſi ſoluatur,
poſsit repeti. pro cuius pleniori declaratione Cyn.in d.l.cū
8 quis.ponit longam diſtinctionē.& ſic. † cum quæritur. vtrū
indebitum ſolutum poſsit repeti:ſic diſtingue. aut quæris de
indebito ciuiliter, & naturaliter : & tunc aut eſt ſolutum à
ſciente,aut ab ignorante. ſi à ſciente, non repetitur:quia vi-
detur donare, vt l.1.ff. de condi. inde. quod eſt verum iure
actionis: ſed iure retentionis quandoque repetitur, vt l.ſi cū
aurum.ff.de ſolu.ſecundo caſu, aut per ignorantiam facti,
aut iuris. ſi facti,indiſtinctè repetitur.vt C.& ff.de condi.in-
debi. ſi per errorem iuris : tunc refert. aut ille, qui repetit,
certat de lucro:& tunc non repetit.ad leg.fal.l.error. aut cer
tat de damno vitando : & tunc aut ipſe ſolus:aut vterque. ſi
ſolus, repetit.ff.vt le.no.ca.l.ſi is à quo.§.vlt. ſi vterque,non
repetit.ff.fami.erciſcun.l.qui erat.glo.tamen hic indiſtinctè
dicit,quòd indebitum vtroque iure,quocūque errore ſolua
tur,poteſt repeti. aut quæris de indebito naturaliter tantū.
dicit Cyn.ꝙ idem per omnia eſt dicendum,ſicut in indebito
vtroque iure. fallit de condi.inde.l.ea quæ. aut quæris de in
debito ciuiliter tantū: ſed naturaliter debito.& gl. hic dicit,
ꝙ tale ſolutum per ignorantiam facti repetitur : ſecus ſi per
ignorantiam iuris.ponit exemplum in indebito, quod reſe-
catur per falcidiam.quod naturaliter eſt debitum:licèt Pet.
contra,vt prædixi. eſt aliud indebitum naturale tantū, non
proueniens ex pacto nudo: ſed ab inſtinctu naturæ,vt bene-
facienti benefaciamus:& tale ſolutum ignoranter, an poſsit
repeti.dic per Bar.in l.ſi teſtamento.ff.de fideiuſ. dicam j̄.c.
proxi.in rub.aut quæris de debito vtroque iure: ſed ope ex-
ceptio.indebito.& tunc aut ope exceptionis dilatoriæ:& nō
repetitur.vt ff.de cond.indebi. l.in diem. aut indebitum ope
exceptionis perpetuæ: & tunc refert. aut introducitur ad ri-
gorem iuris conſeruandum : & tunc indiſtinctè non repeti-
tur,vt ff.de cond. inde. l. Iul. aut eſt alia non introducta ad
hoc:& tunc aut eſt odioſa,aut fauorabilis.ſi odioſa, & con-
tra ius introducta(vt exceptio ſenatuſconſul.Maced.)& tūc
aut eſt ſolutum errore facti: & repetitur.aut errore iuris : &
non repetitur,vt l.ſi.ff.ad Ma.aut exceptio odioſa non eſt in
troducta contra ius:& tunc,ſecundùm Pe.idem eſt,quod in
exceptione fauorabili: in qua quocūq; errore ſoluatur,repe
titur.aut eſt indebitum ope exceptionis dubiæ: & tunc ſub-
diſtingue,ſecundùm Dyn.aut exceptio dubia pertinebat ad
naturalem obligationem: aut non.& ſi non : aut ſoluitur er-
rore facti, aut iuris,aut ex certa ſcientia. & eodem modo vi
detur diſtinguendum in exceptione fauorabili perpetua. &
qualiter cognoſcatur exceptio odioſa ab exceptione fauora
bili.dic,vt not.in l.qui excep.ff.de condi.inde. quæ eſt l. non
ad hoc.¶Iuxtà prædicta quærit Cy.in dicta l.cum quis. vbi
ſoluitur indebitum ope exceptionis, dilatione nō repetitur,
9 vt † dixi. quid ſi tutus ope exceptionis non nume.pecu. ſol-
uit: an poterit repetere. videtur,ꝙ non;quia eſt exceptio tē
poralis, vt dicta l.quod ſi in diem.contrarium tenet Cy. per
l.maritus dotem.ff.ſol.matr. & ibi eſt caſus. Non obſtat.l.ſi
in diem.quæ loquitur de dilatoria: cuius obiectus non peri-
mit,ſed differt principale negotium: ſed obiectus exceptio-
nis non nume.pecu.perimit principale negotium, ergo &c.
& videtur caſus.C.de non num.pecu.l. cum fidem.à contra-
10 rio ſenſu. ¶Vlterius quæritur ad idem. † an tutus exceptio
ne præſcriptionis, ſi ſoluit, poſsit repetere. hæc quæſtio eſt
dubia propter glo.aliquas,quæ videntur velle,ꝙ per præſcri
ptionem tollitur naturalis,vt l.at qui natura.de nego.geſt.&
ibi notatur, quòd naturalis remanet, vt l.obligationum fe-
rè.§.placet.de actio.& oblig.Cy.videtur inclinare, ꝙ quo-
cunque errore ſoluatur,poſsit repeti. quod tenet etiam glo.
in l.vlt.§.ſi procurator.ff. rē ratam haberi.nam ſi poteſt cō-
dicere, vt ibi: ergo & ſolutum repetere. facit l. ſi poſtquàm.
de fideiuſ.dic,vt dicta l.ſi.per Bar.ad prædicta vide quod no
tat Inno.in cap.quia plerique.de immuni. eccle. vbi de iſtis
indebitis ex minus ſolēni teſtamento, ex præſcriptione, ex
ſententia,per leg.fal.& ſim.qualiter ille,qui debet (licèt inef
ficaciter) in foro conſcientiæ teneatur. ibi plenè videas.
11 ¶Quærit Ioan.And.poſt Hoſt. † Laicus ſub ſpe futuræ nu-
merationis confitetur ſe recepiſſe pecuniam : quam ad cer-
tum terminum iurat reddere : lapſo autem biennio conue-
nitur ſuper illa: an aliquo iure poſsit ſe tueri.videtur,ꝙ nō.
quia ab exceptione non numeratæ pecuniæ lapſu biennij
eſt excluſus.C.de non num.pec.l.in contractibus. per conſe
quens, nec de dolo,nec in factum,nec alio modo excipi po-
terit illa de cauſa:aliàs illa lex eſſet deriſoria, & concedere-
tur vna via &c.contra c.tuæ.de procu.præterea præſumptio
iuris,& de iure videtur, ꝙ lapſu biennij fuerit pecunia nu-
merata: vnde non recipit probationem in contrarium,vt d.
l.in contractibus.§.illo videlicet.& hanc opi.tenet Azo,Bul.
& ſequaces in l.ſi ex cautione.C.de non nume. pecu. alij, vt
Hug & Accur. (quos quaſi omnes moderni ſequuntur) di-
cūt ex æquitate dandam exceptionem doli, vbi ſtipulatio
non interceſsit : vel in factum,vbi interceſsit: transfertur ta
men onus probandi poſt biennium in debitorem.ſ. ꝙ non
fuerit numerata.& ſic intelligitur l.ſi ex cautione. & l. cū vl-
tra.e.tit.& c.ſi cautio.de fide inſtrum.facit enim dolo credi-
tor,petens quod non numerauit, vt l.2. §. circa.ff. de doli.
excep. Non obſtat iuramentum propter tacitam conditio-
nem ſubintellectam,ſi fuerit numerata, vt l.fin.C.de non nu
me.pecu.præterea ſicut tempus non eſt modus obligationis
tollendæ,vt l.obligationum fere.§.placet.de actio. & oblig.
ita & multò minus inducendo: cum primum ſit facilius ſe-
cundo, l.1.§.quod ait. de ſuperfi. nam huic exceptioni doli
(quæ contra creditorem petentē,quod nō numerauit,obij-
citur)non videtur fuiſſe,nec potuiſſe renunciari: quia eſt do
12 lus de futuro.ff.de pac.do.l. conuenire. † nam contra illum
creditorem, qui petit,quod non numerauit,quatuor viden-
tur remedia prodita à principio.primum exceptio nō num.
pecu.ab Imperatore gratioſè,& de nouo conceſſa cum tem
poris limitatione.ſ.biennij. ſecundū exceptio doli. tertium

exceptio in factum. & hæ nullo modo ſunt limitatæ,nec ſub
latæ.& quod nõ mutatur &c.vt l.ſancimus.C.de teſta.quar-
tum remedium eſt condictio ſine cauſa, quæ eſt perſonalis.
Inſti.de act.§.appellamus.ergo duratura ad 40.annos.C.de
conſt.pecu.l.2.Nec ob.ſi dicas, ꝙ fruſtra ſit inducta execu-
tio non num.pecu.ſi poſt biennium poſſunt iſtæ opponi: nõ
enim eſt fruſtra; quia debitore negante ſolutionem pecuniæ
ſibi factam, oneratur creditor onere probandi numeratio-
nem: ſed per lapſum biennij ab illo onere releuatur,& debi
tor in probando grauatur, ꝙ ſibi non fuerit pecunia nume-
rata: nam hoc dicendo, dicit creditorem dolo facere.& qui
dolum dicit &c.vt l.in exceptionibus.§.qui dolo.de proba.
& illam opi.videtur tenere Innoc. in d.cap. quia plerique. &
Dy.in reg.locupletari.de reg.iur.lib.6.& Ioan.And.eam hic
firmat alijs rationibus hic confirmans. ſed prædicta ſuffi-
ciant. ¶Vltimò quærit poſt Hoſt.† an illa l. in cõtractibus.
aſtringat eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas. de eccleſijs vi
detur,ꝙ non: quia non tenetur ex mutuo: niſi conuerſum
fuerit &c.vt ſ.c.prox.quod quibuſdam. nam ſi non obligat
numeratio niſi &c. multò minus confeſsio: & præſertim qa
biennalis præſcriptio non currit contra eccleſiam: ſicut nec
contra minorem,vt l.fin.in quibus cau.in inte.reſti. non eſt
neceſ. & idem videtur dicendum in eccleſiaſticis perſonis,
quæ eodem priuilegio cum rebus eccleſiæ gaudere debent.
de offi.archiep.cap.fina. nec ſecundùm l. ſed ſecundũ cano-
nes iudicandi ſunt clerici. ad hoc Ioan. 18. Secundũ legem
veſtram iudicate illum.& quòd ita fuerit de mente Papæ,pa
tet: quia materias legales(quas voluit approbare) poſuit:&
de ipſis mentionem habuit, vt de condi.indebi. & de præce
dentibus. ſed de tractatu non numeratę pecuniæ quia men-
tionem non habuit: non videtur voluiſſe clericos hac tempo
ris anguſtia coarctari, & in hoc reſidet. Sed aduerte,quia vi
detur ſibi contrariari.ſ.enim dixit hanc exceptionem in fa-
uorem debitorum in præſidium adinuentam ab Imperato-
re.nam ſi non eſſet inuenta, oporteret recurrere ad exce-
ptionem doli,vel in factum,vel ad condictionem ſine cauſa:
& tunc probare tenetur debitor pecuniam non fuiſſe nume-
ratam, vt prædictum eſt. ſed per hanc exceptionem intra
biennium releuantur ab iſto onere. Si ergo clerici volunt
vti iſto iuris ciuilis beneficio,debent vti cum temporis limi-
tatione,vt Imperator induxit, & non perpetuò:quia perpe-
tuò non induxit eam Imperator. ergo ſi clerici ſuo nomine
(non dico eccleſiæ) confitentur ſe mutuum recepiſſe: lapſo
biennio,exceptio.non num. pecu.ſe tueri non poſſunt. quia
ciuilis conſtitutio, vel canonica concedens hoc beneficium
non apparet.& ſic ſaluo ſaniori iudicio,opi.Ioan.An.& Ho-
ſtien.in hac parte non placet.hic tamen ſumpta occaſione ꝓ
ſequitur hic Ioan.And.an legibus Imperialibus ligentur ec-
cleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ.& ſimiliter,an ſtatutis, & cõ
ſuetudinibus laicorum, vt hic per eum: & plenius dixi.ĩ.de
14 ope.no.nun.c.1. ¶Vltimò quærit. † ſi prælatus renunciauit
exceptioni doli non nume. pecu. in contractu confeſsionis
mutui,& iurauit: an poſsit eam opponere.tenet,ꝙ in præiu-
dicium eccleſiæ non tenuit renunciatio: ſed in præiudicium
ſuum ſic.& vide quod no.in Specu.de reſtitu.in inte.§.2.ver.
hoc quoque.in fi.¶Glo.vlt.ponit caſus,in quibus ille,q ne-
gat,punitur ex mendacio.ſed tunc quæro.quid ſi poſt nega-
tionem confiteatur: an euadat pœnam?vide in Spec.de con-
feſſ.§.nunc videndum.ad finem. verſic. quid ſi egi.& vide in
diſputatione Bart.per Italiam communiter ſunt ſtatuta. te-
net hic Vinc. de fideiuſſore dato in iſtis obligationibus,quæ
creſcunt per inficiationem. an teneatur in tali augmento.
Accur. ꝙ non.in l.3.ff.qui ſatiſda.cog. ſecundũ Gui. in Spe.
§.1.verſi.ſed pone egi.Ego ad hoc allego.l.1.ff. de in litem
iuran.& dixi.ſ.titu.1.c.conſtitutus.

# Sup. III. Decre.
# De donationibus.

S V M M Æ.

1 *Donatio quid ſit. Et vnde dicatur.nu.3.*
2 *Obligatio naturalis,qua quis tenetur ad antidora: an impediat re-*
*petitionem indebiti ſoluti.*
4 *Tractatus iſte de donationibus, quare non eſt diuiſus in plures ti-*
*tulos.*

VISO de alienationibus, quæ fiunt titulo nõ
gratuito: nunc de his, quæ fiunt titulo gra
tuito,videamus.habetur de materia.86. di
ſtin.c.donare.& duobus.c.ſeq.& c.non ſa-
tis.16.q.3.c.placuit.& q.6.c.illud. 17.q.4.
c.ſunt qui opes. & in iſto volumine multa
iura faciũt ad rub.quæ hic colligit Ioan.And. qui quærit de
1 duabus quæſt.† prima eſt, quid ſit donatio, a & vnde dica-
a rur.dicit,quòd donatio eſt quædam liberalitas,quæ nullo iu
re cogente conceditur.vel ſecundũ Hoſtien.eſt rei licitæ,nul
lo iure cogente,mera liberalitate facta collatio.ff de don. &
de reg.iur.l.donari.ideo dixit [nullo iure cogente:]quia ſo-
la ciuilis præcedens non impedit donationem: quia illa non
eſt efficax ad agendum,retinendum, vel conſtituendum: &
ſic non cogit.in naturali ſecus, cũ prouenit ex vi pacti: ſe-
cus ſi ex vi beneficij recepti.quod dic,vt no.in prædicta reg.
donari.& ff.de dona.l.hoc iure.§.fin.& de conſti.pecu.l.1.§.
debitum.& l.3.§.1.vbi ergo ius cogit, ceſſat liberalitas: qa
nemo in neceſsitatibus &c. vt l.rem legatam.de adi.le. quod
intellige,vt nota.de præben.c.relatum.ſecũdùm Io. An.poſt
Doct.ex cuius dictis,ſi bene conſyderas,habes: an debitum
naturale tantùm, vel ciuile tantũ, ſi ſolutum fuerit, dicatur
ille,qui ſoluit,donare.hoc eſt vtile ſcire propter inſinuatio-
nem: quam requirit donatio vltra ſummam.l.ſancimus.C.e.
titu.ex eius dictis.ſ.habes, ꝙ ſi ſoluitur debitum ciuile tan-
tũ,eſt donatio: ſi naturale,diſtinguitur:an deſcendat ex pa-
cto:& non ſit donatio: an ex beneficio recepto(& ſic ad an-
tidora obligetur:)& erit donatio.& ſic indigebit inſinuatio-
ne. Item adminiſtratores poſſunt,ſoluendo debitum,agno-
ſcere bonam fidem, & non donare, vt ĩ. c. 2. an ergo poſsit
ſoluere debitum naturale tantũ, ex prædictis patet. dicas ta
men,ꝙ non,vt l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolu. aduerte quau-
doque ſoluitur indebitum omni iure, vtroque ſciente: & eſt
donatio,& requirit inſinuationem.C.de contrahen.emptio.
l.ſi donaturum.& l.imaginaria.de regu.iur.quandoq; ſolui-
tur indebitum ciuiliter,& naturaliter debitum:& non eſt do
natio,vt l.hoc iure.ff.eo.& de peti.hæredi.l.ſed ſi lege.§. cõ-
ſuluit.& l.cuius per errorem.de reg. iur. quandoq; eſt inde-
bitum naturaliter, ſed ciuiliter debitum:& tunc videtur do-
natio,vt dictum eſt. & videtur tenere glo. in dicta l. donari.
quandoq; eſt debitum vtroq; iure: ſed obſtat exceptio:tunc
tex.videtur dicere, ꝙ eſt ſimilis donati. ff. de noua.l.ſi quis
delegauit.& hoc no.Bar.in l.1.ff.eo.tit.& vide quod ipſe no.
2 in l.ſi teſtamento.§.1.ff.de fideiuſ.vbi quærit. † an obligatio
naturalis,qua quis tenetur ad antidora,impediat repetitio-
nem indebiti ſoluti. & diſtinguit,ꝙ aut per ius ciuile eſt re-
dacta ad præſtandum neceſsitatem,& impedit,vt l.ſi nõ ſor
tem.§.libertus.ff.de condi.inde.aut non reſpicit certam præ
ſtantiam ex neceſsitate:ſed ſtat in ſuo genere(vt benefacien
ti beneficiamns)& tunc aut indebitè ſoluitur illud idem, vel
tantũdem, propter quod fuit obligatio naturalis contracta:
& impeditur repetitio, vt dicto.§.1.aut ſoluitur aliud: & nõ
impeditur repetitio. quia talis effectus non reperitur in iu-
re. facit dictus §.conſuluit.cum glo.& quod not.in l.ex hoc
iure.de iureiuran. cum enim illa obligatio contineat incer-
tum,non eſt efficax.vt l.triticum.de verb.oblig.& hoc adde
ad no.



3 ad no.ſ.titu.1.c.fin.¶† Vnde autem dicatur donatio. dici-
tur quaſi dono datio: vel doni datio,vt ff.de don.cauſa mor.
4 l.ſenatns.§.1.vel dicitur quaſi denudatio. ¶Secundò† quæ-
ritur,quare iſtum tractatum de dona.nõ diuiſit in plures tit.
vt fecerunt iuris ciuilis latores,ſicut patet. C. & ff. vbi ſunt
plures titu.de dona. Item de donatio. quæ ſub modo. Item
de dona.cauſa mor.Item tit.de reuo.do.ſolu. non poteſt red
di ratio,cum ſit de arbitrarijs.vel poteſt eſſe ratio; quia quæ
dam erant cap. quæ reſpiciebant tractatum de dona.& ipſa
rum reuocationibus miſtim.vt ĩ.cap.2.& 3.& cap.cum dile
cti.& cap.penul.patet ergo,ꝙ quædam eſt donatio ſimplex.
quædam cauſa mortis.quædam inter virum & vxorem, vt ĩ.
de dona.inter virum & vxorem. per totum. quædam dona-
tio ante nuptias. quædam ob cauſam,vt ſuis locis patet.

ADDITIO.

a ¶ Quid ſit donatio. vide Bal.in l. venditrici in fin. C. de reb. alie. non alie. & in l. ſi quis delegauerit.ff. de noua.Bart.in l. ſi tibi pecuniam.ff ſi cer.pet.Alex.in l.iuriſgen. in prin.de pac.Bar.& Im.in l.1.ff.de dona.eũdem in l.filiusfam.eo titu.

S V M M Æ.

1 *Donatio procedit à nobilitate animi.*
2 *Donantis propoſitum quale eſſe debeat.*
3 *Conceſſum ſponte appellatur donatio: aliàs non.*
4 *Nobilitatis proprium eſt beneficia tribuere, & munera muneribus*
*augere.*

1 PRudentes. Nota primò,† ꝙ à nobili-
tate animi procedit dona-
tio:& propriè nobilis animi eſt donare. facit l. qui
ſaxum.§.fi.facit.ff.de dona.& differt donatio à prodigalita-
2 te.quod dic,vt no.ſ.de conſuetu.c.penul.¶Secundò no.† ꝙ
donantis propoſitum eſſe debet creſcere in beneficijs: non
poteſt igitur reuocare,niſi ex cauſa ingratitudinis,vt ĩ.eod.
c.fi.habenda tamen eſt in liberalitate diſcretio:quod dic,vt
no.86.diſt.c.non ſatis. quam non habet prodigus, vt dicto.
c.penul.vndè dantur verſus.

*In petente nouem: ſex in donante notanda.*
*Cauſa, fideſq;, modus, locus, & penuria, tempus.*
*Aetas, debilitas, cauſa condigna petentis.*
*Mens hylaris, feſtiua manus, adſitq; facultas.*
*Dulcior affatus, diſcretio dantis, & ordo.*

3 ¶Secundò no.† quod ſponte conceditur, donatio appella-
tur.nam ſi non ſponte,non eſt donatio: quia nemo in neceſ-
ſitatibus liberalis exiſtit,vt l.rem legatã.ff.de an.leg. ¶Quæ
ro, qualiter exemplificetur Decre. dicit intelligi poſſe in fa-
cientibus eleemoſynam, maximè de bonis eccleſiæ ſuper-
abundantibus. Item in douatione,quam facit Imperator ec
cleſijs: vbi ſola immenſitas eſt menſura. in Auten. de non
alie. §.ſi minus.colla.2. ¶Tertiò nota, ꝙ quandoq; quis im
ponit legem ſibijpſi. & ſic ſeipſum cogere, & ligare poteſt.
quod dic,vt l.5.ff.de ar.& l. ille à quo.§. tempeſtiuum.ff.ad
4 Trebel.¶Quartò no.† ꝙ proprium nobilitatis eſt,beneficia
tribuere,& munera muneribus augere.& de nobilitate vide
l.1.C.de dignita.per Bar.lib.11.& ſ. de præben.c.mulcta.

S V M M Æ.

1 *Epiſcopi, & prælati non ſunt domini rerum eccleſiaſticarum, ſed*
*procuratores.*
2 *Papa non poteſt facere deteriorem conditionem eccleſiæ.*
3 *Prælatus non poteſt donare, licèt habeat liberam adminiſtratio-*
*nem.*
4 *Alienatio non legitimè facta, etiam alij eccleſiæ, reuocanda eſt.*
5 *Prælatus ſi lædat eccleſiam per minutas donationes in iſtum & il-*
*lum: an omnes debeant reuocari.*

FRaternitatem. Non valet dona-
tio,quam facit ꝓ-
latus,inconſulto Capitulo, & in damnum eccleſiæ:
& ſunt tres partes,exordium,narratio,& concluſio. ¶No-
1 ta primò,† ꝙ epiſcopi,& prælati non ſunt domini rerum ec
cleſiaſticarum: ſed procuratores. de quo.12.q.1.c.2.& vlt.
& 33.q.3.c.quod autem.& concor. in glo.1.non ergo ſuper
biat prælatus deferens mitram cornutam.nam licèt alijs ſu-
perior ſedeat in eccleſia:tamen in camera ſe collegam ſciat.
95.diſtin.c.epiſcopus in eccleſia. Aduerte tamen,ꝙ fortius
eſt ius prælati,quàm procuratoris. quia conſtituit procura-
torem ante litem conteſta.non procurator,vt not.Bart.poſt
glo.in l.1.ff.de procu.& l.nec.C.e.tit.per Cy.ratio, quia præ
lati ſunt fructuarij: ſicut & pater in rebus filij, qui ſimiliter
hoc poteſt ante litis conteſta.ſecundũ veram opi. vt no.in l.
1.C.de bo.ma.ſimiliter fortius eſt ius prælati, quàm tutoris,
vt patet ex nota.in c.licèt Heli.ĩ.de ſimo.per Io.An. ¶Secũ
2 dò no.† ꝙ Papa non poteſt facere deteriorem conditionem
Eccleſiæ: ſicut nec etiam procu.ſimiliter nec tutor cõdi. pu.
iſti enim adminiſtratores poſſunt dici domini, cum bene ad
miniſtrant,non cum pupillum ſpoliant, vt l.tutor.§.qui fun-
dum.ff.pro empto.& intellige, ꝙ non poſſunt præiudicare
in quæſitis eccleſiæ: ſecus in acquirendis,vt l.fi.C. de acqui.
poſſeſ. In iudicijs verò quando delictum, ſiue contumacia
adminiſtratoris noceat domino.dic,vt no.ſ. vt lite conteſt.
cap.1.In delictis alijs dic,vt l.iubemus nullam nauem.C. de
epiſ.& cle.& l.1.ff.ſi quis ius di. non ob.§.ſi procu. ¶Tertiò
3 no.† ꝙ prælatus non poteſt donare,licèt habeat liberã ad-
miniſtrationem: quia in libera poteſtate conceſſa non venit
donatio,vt l.filiusfam.ff.de don.& l.contra iura.§.fina.ff. de
pac.de offi.vi.c.fi.lib.6.facit quod no.5.q.4.c.vlt. ¶Quartò
not. ꝙ ſucceſſor in dignitate reuocat, quod prædeceſſor
ſuus illicitè alienauit. ſimiliter ipſe idem, qui malè aliena-
uit.quod dic.vt ſ.de cle.coniu.c.diuerſis fal.facit ſup. de ꝑc.
4 c.1. ¶Quintò not. † ꝙ alienatio non legitimè facta, etiam
alij eccleſiæ,reuocanda eſt: nam cum quocũque(etiam cum
priuilegiato)eccleſia cõtrahat,ſuo priuilegio vti poteſt, etiã
contra pariter priuilegiatum, quod dic per Cyn. in Auten.
quas actiones.C.de ſacroſan.ecc.¶Op. & videtur,ꝙ præla-
ti poſsint donare. vt ĩ.c.prox.ſo.modicè donare poteſt, nõ
immoderatè: ſimiliter in tutore,vt l.tntor ſecundũ dignita-
tem.ff.de admi.tu.& dicit Io.An.ꝙ facienti opus, vel hone-
ſtum ſeruitium donare poteſt: puta medico, vel aduocato.
12.q.2.c. quicunque ſuffragio. nec reuocat ſucceſſor.16.q.
5 6.c. illud. ¶ Sed quærit glo. † ſi per minutas donationes in
iſtum,& in illum eccleſiam lædat: vtrũ omnes debeant reuo
cari?arguit primò, ꝙ ſic. ſecundò arguit, ꝙ debet reuocari
illud,quod vltra licitum eſt donatum,vt l.ſancimus.C.de do
na. Alij, ꝙ non debet fieri coaceruatio. circa quod vide,qđ
no.in l.vt fide.ff.de ſolu.dicam de hoc.ĩ.e.c.apoſtolicæ.¶Se
cundò quæro, quid ſi conſulto Capitulo immensè donauit.
dic,vt in gl.pe.ſuper qua dicit Ioan.An.ꝙ ſi fecerit, eis con-
ſultis,tenet contractus: ſed reſcinditur per reſtitutionem in
integrum.de reſtitu.in inte.cap.1. ſed ſi inconſultis, non te-
net ipſo iure,vt hic,ſecundùm Goff.&c.

S V M M Æ.

1 *Pars conuentus poteſt ſe opponere, ſi rei eccleſiaſticæ fiat alienatio*
*contra iura.*
2 *Eccleſiæ ligantur terræ conſuetudine, ſicut & minores.*
3 *Donatio valeat, aut non, deprehenditur ex quantitate, & quali-*
*tate.*

CAeterum. Prælatus modicam rem
eccleſiæ donare poteſt;
vbi hoc habet conſuetudo. ¶No.1.quòd abbas,
prior, & aliqui de conuentu non faciunt maiorem partem
Capituli.

Capituli. vox ergo abbatis non facit partem Capituli: ſed
reputatur vt ſingularis de Capitulo.dic,vt dixi.ſ.de conceſ.
1 pręben.c.poſtulaſtis. ¶ Secundò no. † ꝙ pars cõuentus po
teſt ſe opponere,ſi rei eccleſiaſticæ fiat alienatio contra iu-
ra.quod dic,vt ſ.de reb.eccleſiæ non alie. c. ſi quis presbyte
rorum.& de teſti.c.olim.& de his, quæ fi. à ma. par. Ca. c.1.
2 ¶Tertiò no.† ꝙ terræ conſuetudine ligantur eccleſiæ, ſicut
& minores,vt l. ſi ſine hære.§.Lucius.ff.de admi. tut. ad hoc
c.cum veniſſent.ſ. de eo, qui mit. in poſſeſ. & hoc verum in
eccleſia,quando non obuiat ſacris canonibus. & de iuribus
conſuetudinis obuiantis ſacris canonibus, vel non: dic, vt
not.Doct.ſup.de his, quæ fi. à pręc. c. ea noſcitur.per Doct.
3 ¶Quartò no.† ꝙ ex quantitate deprehenditur,valeat dona
tio,necne. ſimiliter qualitas eſt conſideranda.non enim præ
latus poteſt dare rem immobilem, quantũcunq; minimam.
ſ.de rebus eccl.non alien.c.1.& c.nulli.nec mobilem de the
ſauro,quem inuenerit.de rebus eccl.non alie.c.epiſcopi.nec
minimam quantitatem.de priuil.c. cum olim. vel poteſt in-
telligi,ꝙ ibi fuit facta donatio in extremis. ſecundũ Hoſtiẽ.
ego in pręedictis conſidero,ꝙ prælatus habet liberam admi-
niſtrationem, ſicut tutor,vel procurator. & in iſtis quando,
& quantum donare poſſunt.dic,vt l. tutor ſecundũ dignita-
tem.ff.de admini.tu.& l.filiusfam.ff.eod.ti.vbi hoc debemus
ex perſonarum qualitate metiri. ¶ Oppo. & videtur,ꝙ ab-
bas nihil donare poſsit,tum quia eſt procurator, vt dicit gl.
fi.quæ ſoluit,ꝙ iſte tex. debet intelligi de pauperum eroga-
tione,quam poteſt facere abbas, conſiderata conſuetudi-
ne,& facultate eccleſiæ. nam ſi eſt conſuetudo in terra, vbi
eſt abbatia, dare 20.vel centum ſoli.vel rem mobilem, quæ
ſupereſt de bonis eccleſiæ,pauperi,vel egẽti nobili,vel puel-
læ maritandæ, vel his ſim. valebit hæc donatio, ſiue in vita.
de teſta.c.ad hæc. ſiue in morte.eo.tit.c.relatum.etiam con-
ſanguineis: licèt autem de ſuperfluis prælatus hoc facere
poſsit: non tamen pro his faciendis obliget eccleſiam.ſ.de
ſolu.c.2.ſecundũ Hoſt. cuius ſupradicta ſi bene conſideres,
etiam ſine conſuetudine quilibet prælatus poſsit prædicta
ex iam dictis cauſis erogare. & ſic conſuetudo idem, quod
ius cõmune,diſponens,nõ poteſt dici conſuetudo,iuxta no-
ta.in c.1.de conſti.lib.6.& ideò,vt addat aliquid,poſſet dici,
ꝙ ratione conſuetudinis valebit donatio ſimpliciter facta,
etiam ſi donatarius non nimis egeat: quæ aliàs non valeret.
conſulit tamen Hoſt. ꝙ ſemper prælatus habeat oculos ad
eum.de monacho an donare poſsit, no.12.q.1.c. non dica-
tis.& 16.q.1.c.alia.& in Clem. quoniam. verſi. cæteri.de vi-
ta, & hon. cle.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus non poteſt priuato conferre eccleſiam, quæ ab alio poſ-
ſidetur.*
2 *Collationes factæ priuatis perſonis de eccleſijs non vacantibus ſunt
nullæ ipſo iure.*
3 *Eccleſia non vacans poteſt concedi collegio,ſiue conuentui: non ſin-
gulari perſonæ.*
4 *Conceſsio,quæ fit in proprietatem, non præiudicat illi,qui poſsidet
beneficium in titulum.*

C Onſultationibus. Eccleſia
non va-
cans in beneficium concedi non poteſt:ſed in ꝓ-
prietatem poteſt,de auctoritate epiſcopi, & ſine præiudicio
1 prælati. ¶Nota primò, ꝙ † epiſcopus non poteſt conferre
eccleſiam priuato,quæ ab alio poſsidetur. & intelligitur, ꝙ
poſsideatur auctoritate iudicis: aliàs ſola detentatio dona-
tionem non impedit.ſ.de præben.c.de mulcta.ver.is quoq;.
& e.tit.c.licèt epiſcopus.lib.6.& pleniùs in c. cum noſtris.&
2 c.literas.de conceſ.præben. ¶Secundò not. † ꝙ collationes
factæ priuatis perſonis de eccleſijs non vacantibus ipſo iure
ſunt nullę: non igitur conualeſcere videntur, ſi moriantur
illi,qui eas canonicè poſsidebant.quod dic,vt j. de iure pa-
tro.c.fi. poſſent tamen eiſdem de nouo conferri, ſi ignorã
ter eas receperant. ſecus ſi ſcienter, ad exemplum carnalis
matrimonij,vt j.de eo,qui duxit vxo.c.1.coniuncto cap. ſi-
cut.21.q.1.& de ſecundis nup.c.Dominus. ſecundùm Hoſt.
facit ad materiam illam,an ſublato impedimento,actus nul
a lus reconualeſcat, exemplum in teſtamento vſurarij a mani
feſti, qui poſtea cautionem præſtitit. quod dic,vt l. filio præ
terito.de in inte.reſti.& c.quamquàm.de vſur.lib.6. ¶ Ter-
3 tiò no.† ꝙ eccleſia non vacans poteſt concedi collegio, ſiue
conuentui,non ſingulari perſonæ.ratio eſt,ſecundũ Ioã.An.
quia in ſingulari perſona, ſiue clerico,cadit votum captãdæ
mortis:& ſic reprobatur conceſsio,per c.2.ſ.de conceſ.præ
ben.quod votum nõ cadit in collegio,ſiue vniuerſitate, quæ
non habet animam,nec conſenſum.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.
dica.l.1.& hac ratione eccleſiæ, & dignitati poterit fieri cõ-
ceſsio eccleſiæ non vacantis, ſecundũ eum.ego dico, ꝙ alia
ratio eſt,videlicet,quia ſi conceſsio fit locis, ſiue collegio,
vel eccleſiæ,dicta conceſsio eſt realis,& in proprietatẽ: quæ
æquè bene cadit in illũ,cui conceditur: ſicut erat penes cõce
dentem. in proprietario enim eccleſiæ ceſſat votum captan
dæ mortis illius,qui poſsidet in titulum: priuatæ verò perſo
næ fit conceſsio in tit.v de antequàm alterius titulus ſit ex-
tinctus, non poteſt collator alij titulum cõferre, vt pote alij
iam collatum.conceſsio ergo locis facta,eſt cenſenda realis:
ſed perſonis,cenſenda eſt perſonalis.ſ.de inſti.c. cum veniſ-
ſent. ¶ Quartò no. ꝙ iſtas conceſsiones facit epiſcopus. qđ
intellige de conſenſu Cap.vt j.eo.c.paſtoralis.in fine. & hoc
verũ,vbi donatio ſimpliciter pertinet ad epiſcopum, ſecun-
dũ Hoſt.Si verò non ſpectant ad eum, debet præbere aucto
ritatem: aliàs non poſſet quis conferre eccleſiam, vel deci-
mam: niſi interueniret auctoritas epiſcopi.j. de iure patro.
c.quod autem.& c.nullus.& illa ſufficit ſine Capitulo in caſi
bus,in quibus de his,quæ fi. à præla.c.cum apoſtolica.ad qđ
4 vide, quod no.in c.ea noſcitur.e.tit.¶ Quintò not. † ꝙ con-
ceſsio,quæ fit in proprietatem,non præiudicat illi, qui poſsi
det beneficium in tit.& ideò talis conceſsio fieri poteſt, eo
non vocato,vt in cle.ſi vna.de re.ec.non ali.de quæſtione,gl.
an patronus poſsit donare ius patronatus ſine conſenſu epi
ſcopi,eſt tex.ꝙ ſic.j.de iure patro.c.1.lib.6.&c.

ADDITIO.

a ¶ Vſurarij. Vide Bal. in l. executorem. verſi. non omitto.C.de execu-
rei iudi.

*SVMMAE.*

1 *Receptans prælatum in domo tempore ſciſmatis, debet ab eccleſia
remunerari.*
2 *Prælatus poteſt ſatisfaeere de beneficio, ad quod eccleſia obligata
eſt de iure naturali tantùm: licèt ad illud non poſsit cogi.*
3 *Prælatus non poteſt res eccleſiæ de nouo infeudare ſine mandato Pa
pæ, etiam ſubſiſtente legitima cauſa.*
4 *Feudum à prædeceſſore iuſtè conceſſum aſsignans, ſiue tradens, non
dicitur infeudare de nouo.*
5 *Eccleſia non debet in ſuis contractibus fraudem committere.*
6 *Fundus ſi venditus eſt ad menſuram: an ille, cui facta eſt traditio,
debeat ſemper audiri, ſi vult conqueri de minori menſura.*
7 *Plus ſi reperitur in re tradita ad menſuram: an tota cedat feuda-
tario.*

P Er tuas. Non obſtante iuramento de nõ
infeudando de nouo, prælatus
integrare poteſt feudum, ſi apparet vaſallũ in men
ſura deceptum.communis diuiſio. ſecunda ibi [nos igitur.]
¶Nota primò,ꝙ prælati tempore ſciſmatis ſe abſcondunt,
& latent:& ſic plebẽ derelinquunt. quod an poſsint: vel de-
beant ſe opponere tãquàm murus pro domo Domini.dic,
vt ſ.de



vt ſ.de renun.c.niſi cũ pridem.& 7.q.1.ad fi. per plura cap.
1 ¶Secundò no. ꝙ † receptans prælatum in domo tempore
ſciſmatis, debet ab eccleſia remunerari: quia non contem-
platione perſonæ, ſed eccleſiæ videtur obſequium illud im-
penſum: aliàs beneficium prælato(vt priuato conceſſum)nõ
eſt eccleſiæ imputandum: nec ex eo eccleſia obligatur ad
2 antidora,vt credo.¶Tertiò no. † ꝙ prælatus poteſt ſatisfa-
cere de beneficio,ad quod eccleſia obligata eſt de iure natu
rali tantùm: licèt ad illud non poſsit cogi,vt ad debitum ad
antidora: ſicut erat illud.& hoc bene no.quia in generali,&
libera adminiſtratione alij adminiſtratori conceſſa non ve-
nit ſolutio talis debiti,vt l.is cui.§.Flauius.ff.de ſolu. & dixi.
ſ.de iureiuran.c.ad noſtram.¶Quartò no.ꝙ iſte remunera
uit, ſedata ſciſmatis tempeſtate: ea verò durante,an præla-
tus à prælatura expulſus poſsit inire contractum donatio-
nis,& alijs priuilegia concedere, & iuriſdictionem exercere
extra diœceſim.dic,vt j.de foro comp.c.1.in clem. ¶Quin
3 tò nota,† ꝙ etiam ſubſiſtente legitima cauſa, non poteſt p̄la
tus res eccleſiæ infeudare de nouo ſine mandato Papæ.facit
ad not.ſ.de feu.c.1.ſiue 2. vt dixi. ¶ Sextò no. ꝙ conceſsio
feudi fuit facta iſtis pro ſe,& ſuis ſucceſſoribus.quod vtrùm
intelligi debeat de ſucceſſoribus, ſi non dicatur: & an intelli
gatur de filijs,& hæredibus: vel etiam de extraneis hæredi-
bus: vel etiam de filijs exhæredatis, non dico: ſed remitto
ad nota.per Bar.in l.iuriſiu.ff.de operis liber. ¶Septimò no
ta,ꝙ à ſucceſſore in dignitate debet peti inueſtitura: iuramẽ
tũ.n. fidelitatis prædeceſſori præſtitum,videtur extendi ad
ſucceſſorem in dignitate: ſed non iuramentum feudatarij ad
hæredem eius.quod dic, vt ſ. de iureiu. c. veritatis.& de illa
inueſtitura dic,vt not.Bart.ſ.de feudis.c.2.¶Octauò nota,
quòd ille,cui traditur minor menſura, quàm debeat, debet
agere ad ſupplementum: nec videtur renunciare ei, quod
deficit in menſura. an verò videatur renunciare,quod defi-
cit in qualitate,vel in iure.dic,vt no.in l.3.§. ſi reddita.ff.cõ
mo.& l.libera quidem Theodora. C.de ſen.cum ſi.¶Nonò
4 † nota,ꝙ non dicitur infeudare de nouo,qui feudum à præ-
deceſſore iuſtè conceſſum aſsignat,ſiue tradit.ad quod opti
mè.c.mandatum.& c.abbate. ſup. de reſcrip. ſicut ille, qui
declarat,non dicitur de nouo facere, vt l.hæredes palam.§.
ſed ſi notam.ff.de teſta.ſimiliter & ille,qui opus reficit, non
de nouo facit.j.de iudeis.c. conſuluit. facit quod not.in l.in
5 ficiando.§.infans.de fur.per Bar.¶Decimò no.† ꝙ eccleſia
non debet in ſuis contractibus fraudem committere.& non
ſolùm eccleſia: ſed quicunq; promiſit certos modios terræ,
tenetur ſupplere,quod deficere in menſura detegitur, quod
dic,vt l.qui fundum.ff.de contrahen.empt. vbi de illa menſu
ratione.& ff.ſi menſor fal.mo. dixerit. per totum. ¶ Quærit
6 Ioan.An.† ſi fundus venditur ad menſuram: an ille, cui tra-
ditio facta eſt,ſemper audiri debeat de minori, ſi vult con-
queri de minori menſura.dicit Ioan. An. ꝙ quandoq; dictũ
eſt, quòd infra certum diem res menſuretur, & referatur, ſi
& quantum minoris eſſet: & oportet vtrunque fieri intra
diem,vt d.l.qui fundum.quandoq; dictum fuit: vt denuncia
retur,vtrũ minoris eſſet: ſed de certa quantitate referenda
intra diem dictum non fuit:& ſufficit, ꝙ intra diem dixerit
rem minoris eſſe: & ſuper quãtitate, quota ſit,poſt diem au
dietur.ff.de actio.emp.l.ex empto.§.Iul. ſi tamen per meſſo
rem ſteterit, ipſe tenetur actione de dolo.ff. ſi men. fal. mo.
dixe.l.ſi meſſor. Si verò de die ſit actum: ſed non de certa,
ſpectantur.60.dies.ff.de ædil.edic.l.ꝙ ſi nolit.§.pe.& l.ædi-
les autẽ.§.2. Si verò nec de certa, nec de incerta die aliquid
actum eſt: audietur vſque ad 30.annos, vt hic. & ſecundùm
canones videtur, ꝙ etiam vltra debeat audiri: cum deficiat
bona fides. de reſcrip.c.quoniam. ſecundũ Hoſt. patet igi-
tur ex prædictis, ꝙ ſi eſt deceptio in menſura, agitur ad id,
quod deeſt, quãdoq; perpetuò: quandoq; vſque ad certum
tempus. & hæc intelligo vera, quando res,quæ traditur ad
menſuram,non demonſtratur certis finibus. ſi autem certis
7 finibus claudatur,& dicitur [ trado tibi hanc † rem tot mo-
diorum: ] & reperiatur minus eſſe: vel plus. ſi plus reperia-
tur: an tota cedat feudatario,dubitatur.reperi conſiliũ Old.
232.vbi tenet,ꝙ illud,quod plus eſt, & ſub finibus includi-
tur,veniat in conceſ. per l.ſi fundum ſub condi.§. ſi libertus.
2.reſponſo. de leg. 2.refert enim ſecundùm eum, vtrùm lo-
quens incipiat mentis conceptum explicare à nominibus
deſignantibus numerum,vel menſuram: & tunc non plus in
actum deducitur, quàm ſignificetur per præcedentem nu-
merum, vel menſuram,vt ff.de leg.1.l. ſi quis teſtamento.in
prin.aut incipit à nominibus deſignantibus certam ſpeciẽ,ſi
ue corpus determinatum ( quod tamen poſtea menſuratur)
& tunc adiectio menſuræ eſt loco demõſtrationis falſæ: quæ
nec vitiat,nec minuit id,cui adijcitur.de leg.1.l. ſi ſeruus le-
gatus.§.quicunque.de leg.3.l. his verbis.§. pater. de condi.
& demonſt.& ita videtur determinari per l.ff. de act.emp.l.
ſi venditor. in prin. & ita not.gloſſ. in ſolu.quam ponit in l.
penul.§.vlt.de actio.emp. & hoc tene menti. Vltimò ſcias,
ꝙ Pilcus diſputauit illam q. medietas prædij Gaij Seij tem-
pore guerræ occupata eſt pro defenſione ciuitatis ( quia fa-
ctæ ſunt ibi foueæ) altera pars remanſit Gaio: Seius vendi-
dit ſimpliciter fundum ſuum: deinde guerra ceſſante,foueæ
ſunt repletæ,& prioribus dominis reſtitutæ.quęritur,locus,
vbi erat fouea,cui cedat: an emptori prædij: an dicto vendi-
tori. ſubtiliter diſtinguit, & ponderat verba contractus. &
incipit diſputatio.Bononienſes,dum ciuitatem ſuam contra
hoſtilem incurſum Theutonum vallis, muris, & foſsis &c.

*SVMMAE.*

1 *Laicus, qui donat eccleſiæ,poteſt apponere pactum in donatione,re-
ſpiciens vſum rei,ſiue onus.*
2 *Heres donatoris poteſt donatarium conuenire ſuper obſeruantia pa
ctorum in donatione appoſita.*
3 *Verba contractus diligenter ſunt conſideranda,vbi vertitur dubium
ſuper contractu.*
4 *Clauſula in fine poſita ad quæ referatur.*
5 *Dominus ſi dixit vaſallo[concedo tibi vineam, & fundum fructibus
plenum]an videatur conceſsiſſe vindemiam.*
6 *Interpretatio, quòd ſit facienda pleniſsima in beneficijs, quomodo in
telligatur.*
7 *Interpretacio, quæ dicatur plena: quæ plenior: quæ pleniſsima.*
8 *Teſtator inſtitutis. A. & B. ita in teſtamento ſubiunxit:[volo ſol-
ui per prædictos hæredes meos omnia debita,videlicet, quòd A.
ſoluere teneatur omnia debita quibuſcunque creditoribus talis,
& talis villæ: & ſpecialiter ſummam pecuniæ,quæ ſoluenda re-
ſtat Gemmæ filiæ meæ: necnon omnia debita, quæ debeo &c. an
dictus A. teneatur ſoluere omnibus creditoribus.*
9 *Legato caſtro, an veniant inſtrumenta, & nomina debitorum, & ar
ma ibi reperta.*

C Vm dilecti. In donationibus lar-
giſsima fit interpreta
tio.& in prima iudicum deciſa conſultatio. in ſe
cunda Papæ reſponſio,ibi[mandamus.] ¶ Pro declaratio-
ne.cap. Io.An.ponit caſum. dicebat inſtrumẽtum donatio-
nis.dono monaſterio fundum Titianũ. Item dono Sempro-
nianum. Item dono Corneliauum,de quo ſeruiat monaſte-
rium hæredi meo in 10. ſolidis; habeatq; ibi hæres meus
vſum foreſtę: vel aliter, ꝙ ſi prædictam penſionem non ſol-
uerit hæredi, hæres meus habeat ibi vſum foreſtæ: dubita-
batur,an dicta clauſula de pẽſione referatur ad fundũ Cor
nelianum vltimò nominatum: an etiam ad ſuperiores.& re-
ſpondit, vt ſequitur.¶Nota primò,† ꝙ laicus,qui donat ec
1 cleſiæ, poteſt apponere pactũ in donatione reſpiciens vſum
rei, ſiue onus.& ſic facit ad not. per Inno.ſ. de foro compe.
c.verum

c.verum.& c.poſtulaſti.& j̃.de conditio. appo.c.verũ. ¶Se-
2 cundò no.† ꝙ hæres donatoris poteſt donatarium conueni-
re ſuper obſeruantia pactorum in donatione appoſita: nam
pacta,quæ rem donatam reſpiciunt, non ſolũ ad hæredem:
ſed etiam ad ſucceſſorem tranſeunt ſingularem.quod dic,vt
l.3.C.de pigno.per gl.& Doct. & l.ſi quis ſub hoc pacto. de
3 contrahen.emp.¶Tertiò no.† ꝙ vbi vertitur dubium ſuper
contractu,diligenter verba contractus ſunt conſideranda:ſi
militer & verba priuilegij,vt j̃.de priuile.c.porro. & non ſo
lũ verba: ſed intentio contrahentium , vt c. intelligentia. de
4 verbo.ſign. ¶ Quartò no. † ꝙ clauſula in fi. poſita refertur
ad proxima : non ad omnia præcedentia. concor. l. ſi idem.
cum eodem.ff.de iuriſdi.om. iudi. licèt ibi ratione contrarie
tatis præcedentium non poſsit ad omnia referri:ſed hic po-
5 terat.facit ad q. † dixit dominus vaſallo . Concedo tibi vi-
neam, & fundum fructibus plenum : an videatur conceſ-
ſiſſe vindemiam.videtur,ꝙ non,per hunc tex.qui vult, quòd
clauſula ad proxima referatur. Item iſtud plenum, ſalua ra
tione recti ſermonis,non poteſt ad vineã adaptari.ergo &c.
vt l.Plautius.de auro,& ar.le.ad hæc dicta l.ſi idem cum eo-
dem. In contrarium facit iſte tex. quia in teſtamentis ple-
nior &c. Item iſta clauſula tendit in fauorẽ legatarij in iſta
q.ſed in quæſtione, de qua in iſto c. tendebat ad onus : ideò
ſtricta: hic verò larga interpretatio fieri debet.pro iſta par-
te facit l.Seiæ.§.Gaio. de fun. inſtruc. & hanc partem tenet
Bar.in l.cum filio.ad fi.ff.de leg. 1.de illa materia clauſulæ in
prin.medio,vel in fine poſitæ,vide in l.talis ſcriptura.de leg.
1.per Bart.& dixi.in c.inquiſitioni.de ap. & quod j̃. dicam.
6 ¶Quintò no. ꝙ † in beneficijs pleniſsima eſt interpretatio
facienda. quod intelligit Inno.verum,vbi alteri graue præiu
dicium non paretur.nam quantùm ad iura tertiarum perſo
narum beneficia ſunt ſtrictè interpretanda. de vſu,& aucto.
pal.c.ex tuarum.non tamen calumnioſè . de priuile.c.in his.
facit l.impub.ff.de admini.tu.de iſta materia dixi. j̃.de verb.
7 ſigni.c.olim.¶Quæro primò exempla † de iſta interpreta-
tione plena,pleniori, & pleniſsima.in contractibus de plena
ponunt iuriſtæ exemplum per l.qui vti optimæ.ff. de verbo.
ſign.nam ſi quis promittit fundum,vti nunc eſt, interpreta-
mur largè: vt præbeat liberum,vt ibi.ſi verò ſic legatur , in-
terpretamur largius : vt non ſolũ liberum præſtet : ſed etiã
cum omni ſuo inſtrumento.ff.de leg.3.l.quæſitum.ſed prin-
ceps ſi ſibi delatum concedat,interpretamur largiſsimè, vt
non ſolũ veniant inſtrumenta: ſed etiam appenditia, & adia
centia , vt l. ſi quando.de bo. va. lib. 10. hæc tamen ſemper
ſunt recipienda ſecundũ poſsibilitatem verborum. de priui
leg.c.porrò.ratio prædictorum eſt, nam contractus vltro,ci
troque obligationem inducunt.ff.de verb.ſig.l. Labeo.§.cõ
tractum. & procedunt ex voluntate duorum contrahentiũ.
ſeruetur ergo æqualitas: nec nimis latè pro vno contra reli-
quum fiat interpretatio. ff.de reg.iur.l.contractus . vbi me-
dia via eligitur circa conſiderationem doli,& culpæ:cum ſit
contractus gratia vtriuſque . ſed vltimæ voluntates reſpiciũt
fauorem legatariorum.& ideò in eis plenior, arg.ff. quando
dies le.ce.l.nec ſemel,§.1. ſed non ſic vt beneficia . quia do-
nator poteſt illa ſibi reſeruare : quod teſtator moriens non
poſſet.& hoc maximè in beneficijs principum : ex quorum
notabilitate largius debet recipi donatio.s̃.c.1. & ff.de iudi.
l.ſed ſi ſuſceperit.¶Secundò quæro vltra Doct.de tali quæ-
8 ſtione . † teſtator [a] inſtitutis A. & B. ita in teſtamento ſub-
a iunxit.volo ſolui per prædictos hæredes meos omnia debi-
ta,videlicet ꝙ. A. ſoluere teneatur omnia debita quibuſcũ-
que creditoribus talis, & talis villæ , & ſpecialiter ſummam
pecuniæ: quæ ſoluenda reſtat Gemmæ filiæ meæ: necnõ om
nia debita:quæ debeo , ac teneor quibuſcunq; creditoribus
ex quacunq; cauſa.modo quæritur,an dictus.A.teneatur ſol
uere omnibus creditoribus:vel illis tantũ dictarum villarũ:
quæ ſpecificatæ fuerunt? & videtur, ꝙ omnibus, per dictam
clauſulam : nec non omnia alia &c. contrarium conſuluit
Old.videlicet , ꝙ teneatur ad ea duntaxat, quæ debentur in
locis, ſiue villis nominatis. quod ſic probat.Generalitas, &
vniuerſitas ſermonis poſtremo loco prolati diſcretionem,
limitationem,& ſpecificationem recipit ex ſpecie præceden
b ti: nec vltra ipſam amplius euagatur.C.fam.erci.l.quot. [b] de
leg.2.l.legatorum.§.1.aliàs eſt ſub l.cum ita.§.fi. & de v[i]. &
ole.le.l.fi.§.fi.2.Sd̃ò probat̃ ſic. præcedentia non minus mi-
nuunt,& declarant ſignificatum ſubſequentium: quàm ſub-
ſequentia præcedentia.de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§.vlti.&
no.de verb.ſig.l.ſi cum tibi fundum.ſed vltima clauſula cer-
ti loci adiectionem habens,minuit vim,& effectum genera-
lis legati præcedentis,& arctat ad locum ſpecialiter compre
henſum.ff.de penu. leg. l.nam quod.§.vlt. Tertiò attendẽda
eſt in hoc teſtamento duplex generalitas: vna locorum: alia
creditorum. ſic eſt autem, ꝙ generalitas vnum reſpiciens ni
hil ampliat de eo , quod alterum reſpicit : ſicut nec limita-
tio limitaret, vt colligitur , ſi ſubtiliter attendat̃ ex l. à filio.
§.vlt.de ali.& ci.le. vbi illa verba. [ quæ vina præſtabã ] &c.
eo ꝙ alimenta reſpiciunt,in alimentorum præſtatione taxa-
tionem inducunt : numerum verò legatariorum nequa-
quam reſtringunt.ita in propoſito : cum facta ſit ſpecifica-
tio quorundam locorum, clauſula generalis , in qua dicitur
[omnia alia]&c.cum non ſit deſignatiua locorum: ſed ſub-
ſtantiæ,loca ipſa non ampliat,ſed ſubſtantiam creditorum:
intra loca tamen enumerata hic, probatur de leg.3.l. quæſi-
tum.§.1.iunctis ſecundo,& vltimo reſpõſo eiuſdem.§. cum
gl.ibi ſignata.vbi videtur quæſtio terminari. Quartò ſic.iſta
verba [quibuſcunque creditoribus talis,& talis villæ]quan-
tùm ad loca enumerationem indiuiduorum inducunt: ſed
hæc eſt regula, ꝙ enumeratis quibuſdam indiuiduis, ſi ſubij
citur clauſula generalis,non ampliatur indiuiduorum enu-
meratio:imò ſtat in ſuis viribus,ſicut prius.ſic dicitur de il-
lo, qui legauit duas ſtatuas marmoreas , & omne marmor:
per adiectionem omnis marmoris de ſtatuis marmo-
reis non veniant niſi duæ. de leg.3.l. hæres meus.§. 1. & de
au.& ar.le.l.1.§.idem ſi duæ.cum ergo loca ſint per materiã
indiuiduorum enumerata,nõ ſit locorum ampliatio per ali-
quem generalem ſermonem poſtea ſubiectum : ſed magis
genus ipſum ad indiuidua limitatur.ff. de fun. inſtru. l. cum
de lanionis.§.cui fundum.& no.e.l.quæſitũ.§. ſi quis ita fun-
9 dum.& ita concludit ipſe conſi.8.¶† Vltimò quæro.legauit
aliquis caſtrum, in quo ſunt reperta inſtrumenta nominum
debitorum. Item arma, an iſta cedant legato.de nominibus
debitorum dic , ꝙ non.ff.de leg.3.l.ſi mihi Mæuia.de le.3.l.
vxo.§.legauerit.& de le.1.l.Gaius.arma verò, quæ in caſtro
erant ad defenſionem caſtri,in legatum videntur cedere.ff.
de vſufru. le. l. generali. §. vxori. Ita dominus Old. conſi-
lio 199.

ADDITIONES.

a ¶ Teſtator. vide Bal.in l.pactum.C.de colla 14.q.cum ſeq.
b ¶ Lege quoties. Vide ibi poſt glo.Sali.& Alberi.de Roſ.& Bal.

*SVMMAE.*

1 *Concedere, verbum quid importet.*
2 *Conſentiens alienationi alicuius rei , videtur concedere ius,quod habet in illa.*
3 *Eccleſia conceſſa, in qua epiſcopus nullos fructus percipit, videntur conceſsi omnes fructus, præter cathedraticum.*
4 *Prouentus,nomen quid ſub ſe comprehendat.*
5 *Diſtinctio huius Cap. an ſit vera , quando ſimpliciter eccleſia conceditur.*
6 *Epiſcopus ſi habet eccleſiam ſitam in ſua diœceſi , quæ ſpectat ad alium epiſcopum,vel abbatem , ſiue plebanum, & eximat eam à ſe,intelligitur exempta in totum cum clericis, & laicis. Et quid ſi donat eccleſiam epiſcopo alieno : vel abbati exempto, non tamen cum capellis.nu.7.*
8 *Comes habens iuriſdictionem in caſtro, vel ciuitate , ſi concedat eam ſimpliciter : an videatur concedere iuriſdictionem.*



PAſtoralis. Si epiſcopus in eccleſia,quã
de conſenſu Capituli ſui pio
loco donauit , percipiebat certos prouentus , illos
donaſſe videtur:aliàs omnes prouentus eccleſiæ.In ſecunda
reſponſio.ibi[nos aũt.]¶Nota primò,quòd quandoq; in di
ſpoſitionibus vtitur quis verbis dubiis , & impropriis , de
quorum ſignificatione meritò dubitatur : ipſorum autẽ in-
terpretatio eſt ſumenda ſecundùm naturam contractus ,
qui geritur, ſi de eo liquet , vt l.ſi ſtipulatus.ff. de vſu.& l. ſi
vno.loca.in prin.ſi nõ liquet de ſpecie contractus:tunc quid
1 verba ſignificent, vide in c.ex literis. de † ſpon. facit cap.ad
audientiam.de ap.credo enim in caſu huius cap. quòd ver-
bum,concedere , faciebat dubium : quia ipſius ſignificatio
non videtur apta ad tranſlationem dominij, ſiue iuriſ. vnde
(ſi bene memini)dicit alibi Accur.quòd quidam volens ius
transferre,dixit.concedo , non cedo.in illo autem cap.ver-
bum, concedo,denotat tranſlationẽ iuris totalis. facit quod
not.in l.1.C.de ac. & obliga.vbi de differentia inter cedere,
2 & mandare.¶Secundò nota,†quòd ille, qui conſentit alie-
nationi alicuius rei:videtur concedere ius, quod habet in il-
la.habetur de hac materia in l. quæ dotis.ff.ſo. ma. & l.Ga-
ius.de pigno. ac. & quando fit iſta tranſlatio iuris patrona-
tus de laico in eccleſiam,vide infra de iure pa. cap. 1. lib.6.
¶Tertiò nota,quòd epiſcopus eccleſiam monaſterij quan-
doque concedendo ſimpliciter : videtur quandoque conce-
dere fructus , quos percipit : & quandoque fructus omnes,
quos non ipſe , ſed eccleſia ipſa percipit iure ſuo. ſimile in
priuato,qui ſi legat rẽ ſuam, transfert dominium: aliàs ius,
ſi quod habet:ſi nullum ius habet , debet eam hæres re-
dimere,& præſtare,vt Inſti.de le.§.ſi rem. & l.ſi domus.& l.
ſerui electione.§.fin.de le.1.& l.Mæuius.de leg.2.¶Quartò
nota , quòd quandoque epiſcopus de eccleſia aliquos fru-
ctus percipit.quandoq; nullos. quod dic,vt not. 10.q.1.per
totum .& eſt notandum , quòd quando nullos fructus per-
cipit,poteſt tamen omnes fructus alteri conferre.& hoc iõ,
quia quò ad vnionem,ſeparationem , & protectionem om-
nes eccleſiæ diœceſes ſubeſſe debẽt epiſcopo. 16.q.7.c.om
nes baſilicæ.facit.j̃.de ſuc.abinte. c.fi. ¶Quintò ex hoc no.
ꝙ qui minus iuris habet in eccleſia , cõcedendo eam alteri,
plus confert , quàm ſi aliquod ius habet, vt patet ex ver. vt
ſi fruct.cõiuncto ver.ſe.quòd ſi.& hoc ideo , quia ſi aliquod
ius habet, poteſt diſpoſitio epiſcopi in illo iure valere : non
igitur euagetur vlterius . ſed ſi nullum fructum percipit,de-
bet valere conceſſio eo modo, quo poteſt.ſ.vt ille, cui con-
ceditur,habeat omnes fructus. quod põt epiſcopus ex cau-
ſa facere,vt ca.ſi vna.j̃.de re.ec.non ali.in cle.& c.conſulta-
3 tionibus.s̃.eo.facit.l.quot.ff.de re.du.¶Sextò no.† quòd cũ
eccleſia conceditur , in qua epiſcopus nullos fructus perci-
pit, videtur concedere omnes fructus , præter cathedrati-
cum. & in cathedratico eſt ratio ; quia datur in ſignum ſu-
biectionis in ſpiritualibus , & iuriſdi.ſpiritualis . quæ cum
non intelligatur remitti : per conſequens nec cathedraticũ,
ſecundùm Innocen. qui ex hoc ſentit , quòd epiſcopus ſim-
pliciter concedendo eccleſiam, non videtur à ſe eximere iu
riſdi.quid ſi quis habens iuriſdi.in caſtro concedit eam ſim
pliciter:an videatur transferre iuriſdi. dicam infra. ¶Septi-
mò nota , ꝙ in conceſſione eccleſiæ,quam facit epiſcopus,
requiritur conſenſus ſui Capituli: ſola tamen conceſsio epi-
ſcopi parare uidetur cauſam præſcribendi. de iure pa.c.cu-
ra.ſecundùm Hoſtien.¶Oppo.dicitur hic , quòd epiſcopus
ſimpliciter videtur concedere ius,quod habet.ſed contra de
l.Mæuius.§.vlti.de le.2.glo.1.non ſoluit.dic vt in contrario.
nam regulariter verum . vt quis videatur in dubio ſemper
concedere ius,quòd habet: vnde ſi hæres dicat[dimidiã par
tem fundi dono:vel lego talem fundum ] intelligitur de di-
midia.& ſi dicat[lego dimidiam]intelligitur de dimidia di-
midiæ : quæ ad ipſum ſpectat: niſi ex coniecturis contrariũ
præſumatur : quas collige ex nota. per Bart. in l.ſerui.§.fin.
de le.1. & vnam coniecturam tangit hic gloſſ. 2. dum ponit
differentiam inter orationem vniuerſalem , & indefinitam.
de quo plenè in c.vt circa.de elec.li.6.per Ioan. And.qui re-
citat verba Dyn. quæ ponit de hoc in rub. de reg. iuris. lib.
6.¶Secundò oppo. dicitur hic in fi. quòd videtur concede-
re omnes fructus, præter cathedraticum:ſed contra , inſti-
tuere,corrigere,viſitare , procurationem recipere videntur
fructus iuriſdi.vt infra de iure pa.cap. conſultationibus. ſed
iſta non uidetur epiſcopus concedere , ut in iuribus allega-
tis in glo. p.ergo iſte text.malè.ſo.iſte verſic.quòd ſi ex ip-
ſius &c.habet tres intellectus.quidam enim dicunt , quòd
omnes prouentus(vndecunque proueniant) videntur conce
dere,puta,moderatum auxilium.de cẽ. c.cum apoſtolus.§.
prohibemus.vel quæ de mulctis , & de iuriſdi. proueniunt.
4 & hoc probat verbum [omnes prouentus] &c. †iſtud enim
nomen, prouentus,omnia comprehendit.ff.de uſufru.l.vſuſ
fru.lega.à criminalibus tamen abſtineat , & epiſcopo dimit
tat.17.q.2.c.vſus.ad fi.alii dicunt, quòd intelligitur confer-
re quartam decimarum,& alios redditus ſpiritualium. de
quibus de offi. or. cap. conquerente. non tamen iuriſdi.vel
quæ ex iuriſdi.proueniunt.alij dicunt ( & melius,ſecundùm
Innocen. ) quòd ſi epiſcopus nullos habet ibi redditus tem-
porales : tunc videtur concedere religioſis , quibus confert
eccleſiam:quòd omnes redditus eiuſdẽ eccleſiæ ſibi appro-
prient,ſm̃ quod placet Io. And. qui contra hoc ſic opponit.
ſi ita debet intelligi conceſsio, ꝙ appropriet ſibi omnes ꝓ-
uentus : ergo videtur eccleſia conceſſa in grangiam . & ſic
nec cathedraticum habebit ibi epiſcopus,nec procuratio-
nem.j̃.de cen.c.fi.ſo.dicit ipſe , hoc non eſt uerum.nam per
talem conceſsionem omniũ prouentuũ non poſſunt ſibi ap-
propriare, niſi quod ſupereſt de redditibus, retenta , & aſ-
ſignata congrua portione vicario , & miniſtris : ſine quibus
nunquam debet eccleſia remanere,ut not.s̃.de præb. cap.in
Lateran.Ex prædictis ergo habes,ſi epiſcopus concedit ec-
cleſiam loco religioſo:an uideatur concedere uiſitationis iu
riſd.& ſimilia:an verò redditus temporales: & an redditus,
qui proueniunt ex iuriſdi. vel adminiſtratione ſpiritualiũ.
nam ſecundũ iſtũ ultimum intellectum,non uidetur conce-
dere,niſi redditus temporales:redditus verò,qui proueniũt
à iuriſdictione, & adminiſtratione ſpiritualium, & qui ſpe-
ctant ad epiſcopum , ut epiſcopum:ratione oneris non trã-
ſlati non uidentur uenire in conceſsione . nam cum veniant
ad illa,redditus(tanquam acceſſorij) non debent ſeparari à
ſuo principali:ſed remanere penes eum , qui onus ſuſtinet,
arg.c. 1. j̃.de cen.in cle. ¶Pro pleniori declaratione quæ-
5 ro,† quando ſimpliciter eccleſia cõceditur: an ſit ſemper ue
ra diſtinctio huius ca.reſpondeo, ꝙ ex dictis Io.An. colligi-
tur, ꝙ quandoq; eſt uerum:quandoq; non. ex eorũ ergo di-
ctis elicias quædam membra.nam quandoq; talem conceſ-
ſionem religioſo conuentui de aliqua eccleſia facit Papa:
qñq; ordinarius.primo caſu dic, ꝙ aut Papa concedit eccle
ſiã ſuã,quæ populum non habet: & habet locũ diſtinctio hu
ius ca. quandoq; Papa dat eccleſiam ſubiectam ordinario:
& tunc aut eam nõ eximit ab ordinarij ſubiectione ſed ſim
pliciter eam concedit:& credo, ꝙ ſine præiudicio ordinarij
concedere videatur, vt c.1.j̃.de reli.do.& c.fi. de confir.vti.
vel inuti.quandoq; eam expreſsè eximit ab ordinario,& cõ
cedit loco religioſo : & tunc aut illa eccleſia habebat popu-
lũ:aut non. primo caſu dicta eccleſia ſuberit abbati quò ad
vtranq; legẽ:vnde & in ipſa rectorem inſtituet: & alia, quæ
ad legem iuriſdi.pertinent,exercebit.hoc ſaluo, ꝙ in grauio
ribus requiret Papã.de offi.arch.c.ad hoc.ſed & legẽ diœce
ſis habebit. vnde ſi qua illi obuenerint aliunde , q̃ à popu-
lo,habebit inde canonicã portionẽ. & ſic & de mortuarijs,

& aliunde venientibus, ſecundùm quoſdam: verumtamen
licèt eccleſia exempta ſit: non intelligitur propter hoc exē-
ptus populus. & ideò quantùm ad populum, erit epiſcopo
de his, quæ obueniunt, reſpondendum, ar. j. de priuile. c. ex
ore. vnde curam accipiet rector ab illo, ſine examinatione
tamen: excipietur autem, & accuſabitur coram abbate. de
mortuarijs autem, & obuentionibus prouenientibus à popu
lo reſpondebit epiſcopo, per dictum cap. ex ore. & idem di-
cimus de lege iuriſdi. quia ſi quas cauſas populus tractabit,
appellabitur ad epiſcopum. de quo in d. cap. ex ore. & hoc
cum eccleſia conceſſa habet populum. ſi verò non habet po
pulum, & eximat ab epiſcopo, & concedat abbati: tunc ei-
dem abbati ſuberit, quò ad vtramq; l. ſcilicet diœceſanam,
& iuriſdi. de quibus de offic. or. cap. conquerente. & c. dile-
ctus. nihil enim videtur Papa in ea retinere: ne ſic poſſet de
cupiditate notari. argum. C. de bo. va. l. ſi quando lex. & hoc
de primo membro, cum Papa cōcedit. ¶ Secundū membrū
eſt, quando concedit eam epiſcopus: & tunc aut eam eximē
a do, a aut alij ſimpliciter concedendo. primo caſu dicit Bart.
in glo. pen. quòd quantumcunq; generaliter eximat: ſem-
per intelligitur retinuiſſe illa, de quibus in dicta glo. Idem
ſentit hic Ioan. And. poſt Innoc. dum dicit, quòd dando pri
uilegium exemptionis ſuæ eccleſiæ, non intelligitur eā exi-
mere è iuriſdi. ſua. ar. l. legatus. de offic. præſi. nec valet exē-
ptio: niſi dicat, in quibus eximit: ſicut quòd non ſoluat mo
deratum auxilium. argu. contra. j. de reli. do. c. conſtitutus.
ſo. vt ibi quidam alij dicunt: quòd ſi fiat generalis exemptio
de omnibus temporalibus, quòd valet: & idem de illis ſpi-
ritualibus, quæ remitti poſſunt. de quibus. j. de cen. & de re-
li. do. c. conſtitutus. & ex hoc habes, quòd non ſolùm Papa:
ſed vnus epiſcopus poteſt eximere eccleſiam: dummodo fi-
at cum debita ſolemnitate, vt not. ſ. vt eccle. bene. c. vnico. §.
fina. ſed dices. quare magis ab iſtis temporalibus, quàm iu-
riſdi. exercere poteſt, vel habere imperium, vel ſe ipſum co-
gere, vt l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. quod ergo
capere eccleſia, quæ eximitur, pro ſe non poteſt, debet pe-
6 nes ordinarium remanere. Et ex hoc infertur. † quòd ſi epi
ſcopus habens eccleſiam ſitam in ſua diœceſi, quæ ſpectat
ad alium epiſcopum, vel abbatem, ſiue plebanum eximat
à ſe: intelligitur exempta in totum cum clericis, & laicis:
ita quòd illi prælato (qui antea ipſam habebat) plenariè ſub
iacebit. & hoc eſt verum, quantùm ad ius parochiæ: non au
tem quantùm ad ius epiſcopale. nam & ſi Papa eximat ec-
cleſiam: quam donauit epiſcopus viris religioſis: non per
hoc intelligitur exemptus populus, vt not. j. de priuileg. c.
recepimus. & ratio eſt, quam dixi: quia abbas, vel prælatus
non poteſt, quæ ſunt epiſcopalis dignitatis, vel ordinis, mini
ſtrare (vt confirmare: ſacros ordines conferre: eccleſias, &
altaria conſecrare: & ſimilia) quæ abbas, vel alius prælatus
miniſtrare non poteſt, vt j. de conſec. ec. vel al. c. aqua. & ſem
per eſt ad diœceſanum pro talibus recurrendum. ſ. de præ-
ſcrip. c. veniens. & ideo epiſcopus ſi aliquam eccleſiam à ſe
eximat: non videtur ipſam in talibus exemiſſe. Ex hoc tamē
ſequitur, quòd ſi ille, cui ſubeſt eccleſia, quæ per epiſcopū
eximitur, eſſet epiſcopus (& per conſequens prædictorum
capax) videtur etiam in prædictis exemiſſe, ſecundùm Ioan.
And. poſt Inno. & hæc de iſto membro: cum epiſcopus libe
rat eccleſiam eximendo. nam aut nulli ſuberat, aut alteri, vt
ex prædictis patet. quandoq; abdicat à ſe eccleſiam, alij con
cedendo. tunc quid veniat in illa conceſſione, dixi. ſ. in ſe-
cunda oppo. vbi dixi, quòd quandoq; videtur cōcedere fru
ctus temporales, quos percipit. quandoque fructus omnes
ipſius eccleſiæ &c. vt ibi. cui adde, quòd illa vera ſunt regu-
lariter. fallit quandoque propter cōditionem perſonæ eius,
cui conceſſio facta eſt. pone plebanus, vel præpoſitus in
ſua præpoſitura, vel plebania habet eccleſiam, in qua nul-
lum ius, & nullum vſum habet: nam non intelligitur tunc
fructus, vel prouentus ſuos concedere: ſed tantùm, ꝙ ſibi
ſubſit tanquàm præpoſito, vel plebano: ratio quare aliud in
cōceſ. facta viris religioſis, de quibus in tex. quàm iſtis. quia
religioſi in eccleſijs illis conceſ. nullum ius habent. vt ergo
epiſcopus videatur eis aliquid concedere, interpretamur, vt
in tex. ſed prædicti præpoſiti, & plebani certa iura habent in
illis eccleſijs de iure. & ideò ſufficit, quòd illa tantùm con-
7 ceſſiſſe intelligatur. ¶ † Quid ergo ſi donat eccleſiam epi-
ſcopo alieno, vel abbati exempto: non tamen cum capellis.
dicit, quòd habet locum iſtud c. ar. 16. q. 2. c. 1. ſi verò mona
ſterium ſit exemptum cum capellis ſuis habitis, & habēdis:
tunc videtur donare eccleſiam libertati. ſ. vt ſit exempta, &
non prouentus, quos ibi percipit temporales. pro confirma-
tione prædictorum adducit: quia ex perſonis dantium, &
recipientium, & eorum, quæ dantur, debemus æſtimare, qs
dare intelligatur. argu. j. de ſimo. c. & ſi quæſtionē. ſecundū
Innoc. quorum rationem differentiæ fatetur Hoſt. ſe non vi-
dere. ſed pro Innocen. quòd diſpoſitio quælibet ſit intelli-
genda, ſecundùm conditionem perſonæ recipientis, eſt tex.
in l. ſi quis filio. §. ſed & ſi quis. ff. de iniuſt. teſt. & l. ſi quando.
C. de inoffi. teſt. facit lex. 1. ff. ad muni. Et prædicta faciunt
8 ad quæſt. † ſi comes habens iuriſdictio. in caſtro, vel ciuita-
te concedat eam ſimpliciter: an videatur concedere iuriſ-
dictio. videtur quòd non, per ea, quæ dicta ſunt: ſed non fa-
ciunt; quia locum habent, cum conceditur eccleſia, cui non
cohæret iuriſdictio actiuè: ſed paſſiuè. vnde quia actiuè re-
ſidet in perſona epiſcopi, non eſt mirum, ſi non tranſit: ſed
ciuitati, & caſtro videtur cohærere iuriſdictio actiuè, & paſ-
ſiuè de iure communi, vel conſuetudine, iuxtà not. per Bart.
in l. 1. de dam. infect. ſi ergo conceditur: credo quòd iuriſdi-
ctio conceſſa videatur cohærens territorio, non perſonæ: ſi-
cut ſeruitutes, & alia incorporalia iura cohærentia dictæ rei.
vt l. rei app. ff. de verbo. ſig. quod credo verum, niſi ex aliqui
bus coniecturis poſſit dici contrarium. quod dic per Oldr.
conſi. 170. ſi autem iuriſdictio reſideret in domino, non in
caſtro: puta dux, marchio, comes habens multa caſtra ſub-
iecta dignitati vnum mihi concedit: certè (cum iuriſdictio
reſideat in perſona eius, vel ſaltem in toto territorio, non in
illo, vel illo caſtro) in tali conceſſione caſtri non veniet iu-
riſdictio. facit quod dixi. j. de verb. ſig. c. in his. in conſi. 158.
etiam pulchrè tractat: an conceſſo caſtro, vel ciuitate ſimpli
citer, videatur conceſſus comitatus. dic, vt ibi. & tetigi. ſ. de
reſcrip. c. Rodulphus. ¶ Quærit Ioan. An. dicitur in fi. quòd
in iſtis conceſſionibus debet accedere conſenſus Capituli:
nunquid ergo poſſit introduci, quòd epiſcopus non tenea-
tur requirere. dicit, quòd non, etiam præſcripta. Non ob. c.
ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præ. l. loquitur enim de con-
ceſſione, quæ fit in titulum: non de iſta conceſſione, quam
ad alienationem non eſt dubium pertinere. de his, quæ fiunt
à præl. c. tua. in fi. & hoc tenent gl. Hugo, Lau. Vin. Egi. vide
per Ioan. An. in dicto c. ea noſcitur.

ADDITIO.

a ¶ Eam eximendo. Quid operetur exemptio talis eccleſiarum, vide Inno. in c. recipimus. de priuile. Bal. in margarita ſua verſi. 11. Bar. in l. quod conſtitutum. ff. de teſta. milit.

*SVMMAE.*

1 *Poſſeſſorium ſuper eadem re poteſt ex diuerſis cauſis intentari.*
2 *Sententia vna, vel plures latæ in poſſeſſorio non præiudicant in petitorio.*
3 *Subijcere ſe poteſt aliquis alteri per procuratorem.*
4 *Poſſeſſio ſubiectionis acquiritur per apprehenſionem loci, in quo ſubiectio deſignatur.*
5 *Contractus initus ab excommunicatis, & periuris, & de re litigioſa non tenet.*
6 *Exceptio, quæ obſtat ſingulis de Capitulo. obſtat eis, vt collegium congregatis.*

*Allegans*



7 *Allegans turpitudinem ſuam non auditur.*
8 *Sententia in fauorem vnius lata, alteri non nocet.*
9 *Locus an poſsit fieri ſacer ſine epiſcopi auctoritate.*

INter dilectos. Poſſunt hoſpitalarij in
ſuum præiudicium tm̄
ſe, & domū ſuā alteri religioſę domui ſubijcere, & dona
re. hoc dicit ſm̄ glo. & ſunt quatuor partes. in prima acto-
ris petitio. in ſecunda ibi. [Procurator aūt.] procuratoris &
eorum reſponſio. in tertia ibi [attendentes igitur] cauſę dif-
finitio. in quarta ibi [ita quòd] proteſtatio, & ipſius ratio.
1 ¶ Nota primò, † ꝙ poſſeſſorium ſuper eadem re poteſt ex
diuerſis cauſis intentari. & ſi actor ſuccumbit ex vna cauſa,
poteſt ad eandem rem agere ex alia. vt hic, & l. hęreditas ma
terteræ. C. de peti. hære. & l. Bebius. de pact. do. & c. vltimo
de cauſa poſſeſ. Cumulare etiam poteſt plures cauſas actor:
vt ex altera ſaltem poſſit in cauſa obtinere. quod dic, vt no.
Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iuris. lib. 6. & l. edita. C. de
eden. per Dy. & contra illum, qui habuit duas ſententias cō-
tra ſe, vide quod not. in cle. 1. de ſequeſt. poſ. ¶ Secundò no.
2 † quòd ſententia vna, vel plures latæ in poſſeſſorio, non præ
iudicant in petitorio: quia nihil commune habet proprie-
tas cum poſſeſſione, vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acquir. poſ. quod tamen limita, vt not. Dyn. in cap. qui ad
agendum. de reg. iuris. lib. 6. & Bart. in dicto §. nihil com-
mune. econuerſo autem an ſententia lata in petitorio præiu
dicet in poſſeſſorio. dic, vt no. de cauſa poſ. & proprie. c. cū
dilectus. & c. paſtoralis. vbi an poſſint ſimul à principio,
vel pendente iudicio cumulare. vel vno ſuſpenſo, aliud pro-
ponere. vt l. ſi idem. ff. de rei ven. & l. ordinarij. C. de rei ven-
dica. per Cy. & l. incerti. de inter. ¶ Tertiò no. quòd præ-
ceſſit tractatus in illa ſubmiſſio. & meritò: ſi enim in perpe
tua alienatione rei eccleſiaſticæ requiritur tractatus, vt in
cap. tua nuper. ſ. de his quæ fiunt à præ. & cap. 1. de re. ec. nō
ali. fortiùs in alienatione eccleſiæ. de ſacroſanc. eccl. Auten.
multò magis. conſidera etiam, quòd vltra tractatum in il-
la ſubmiſſione conuenit patronos, & etiam in iudicio illo.
& hoc ideò: quia quando de ſtatu eccleſiæ agitur, patroni
ad cauſam ſunt vocandi. 16. q. 7. cap. filijs. ſecundùm Pet.
3 ¶ Quartò nota, † quòd per procuratorem poteſt quis ſe
alteri ſubijcere: & per procuratorem ſimiliter ſubiectio re
cipi. ſimiliter & matrimonium carnale, & ſpirituale con-
4 trahi, vt c. accedens. de præben. & c. fin. de procu. lib. ſexto.
& c. primo. de renun. & quod ibi not. ¶ Quintò nota, † ꝙ
poſſeſſio ſubiectionis acquiritur per apprehenſionem loci,
in quo ſubiectio deſignatur. per quam apprehēſionem vide-
tur quæri etiam poſſeſſio in perſonis, quæ ſe ſubijciunt. de
quo plenè per Innoc. in c. dilectus. j. de cap. mona. & c. in li-
teris. ſ. de reſti. ſpol. & cap. bonæ. il 2. de poſtu. præla. ¶ Se-
xtò not. in ver. procurator. quòd multis de cauſis poteſt cō
tractus eſſe nullus: & omnes cauſas nullitatis poteſt exci-
piens cumulare. & eſt hoc vtile; quia ſi ex vna ſuccumbat,
poteſt ex alia obtinere. facit ſ. de proba. c. licèt cauſam. &
de reſcrip. c. 2. facit quod not. Dyn. in c. nullus pluribus. de
reg. iur. lib. 6. de actore an poſſit plures cauſas cumulare ad
victoriam obtinendam. dic, vt dicto c. nullus pluribus. & l.
5 edita. præalleg. per Cyn. ¶ Septimò not. † quòd contractus
initus ab excommunicatis, & periuris, & de re litigioſa, nō
tenet. de excommunicatis dic, vt ſ. de dolo, & contu. c. ve-
ritatis. de re litigioſa dic, vt li. pend. c. 2. & 3. & C. de liti. l.
fin. ¶ Octauò no. quòd turpitudinem, quæ concernit ſin-
gulos, ſicut non poſſunt ſinguli opponere, vt in iuribus al-
leg. in gl. ita non poſſunt eam opponere, vt vniuerſi, ſiue vt
6 Capitulum: † excommunicatio ergo, quæ obſtat ſingulis de
Capitulo, obſtat eis (vt collegium) congregatis. quod eſt
7 not. ¶ Nonò nota, † ꝙ allegans turpitudinem a ſuam, non
a auditur: & ꝙ deceptis, & nō decipientibus iura ſubueniunt.
concor. ſunt in glo. & habes hic, quòd contractus initus per
dolum alterius contrahentis, tenet in præiudicium ipſius
committentis dolum. concor. quod not. in l. eleganter. in
prin. de dolo. ¶ Decimò, ꝙ petitum fuit hoſpitale: & in ſen
tentia adiudicatur hoſpitale cum pertinentijs. de quibus
pertinentijs dic, vt ſ. de reſtitu. ſpol. c. cum ad ſedem. per
Ioan. And. poſt Innoc. & quod dixi. ſ. eod. c. cum dilecti. &
8 c. per tuas. ¶ Vndecimò not. † quòd ſententia in fauorem
vnius lata, alteri non nocet. vt C. res inter alios acta. per to-
tum. dixi. ſ. de re iudi. c. cum ſuper. & c. quamuis. & c. ſæpe.
de re iudi. ¶ Oppo. dicitur hic, quòd quis non poteſt alle-
gare turpitudinem ſuam. contra. C. de lib. cauſa. l. 1. cum ſi-
milibus allegatis in glo. argumentum, quod &c. ſol. dicit
glo. quod dicitur in contrarijs, eſt regulare. fallit in tribus
caſibus. primò vbi vertitur periculum animæ, vt c. conſan-
guinei. de re iudi. & ſup. de præſump. cap. 3. vbi de hoc. ſe-
cundò fallit ſecundùm glo. fauore eccleſiæ: ſed certè ſecun-
dùm iſtam ſolu. debuiſſent iſti fratres audiri: quia de liber-
tate eccl. contendebant. tertiò dicit glo. fallit fauore liber-
tatis. hanc etiam reprobat Ioan. And. alij dicunt, quòd au-
ditur allegans turpitudinem ſuam, excipiendo, non agen-
do. ſimile nota. ſ. de conceſ. præb. c. ex tenore. ſed hæc ſo-
lutio etiam reprobatur per hunc tex. vbi fratres ſancti Al-
lucij, qui excipiebant, erant rei. Ioan. And. ſoluit, quòd ſi
excommunicatio, in qua verſatur turpitudo excipientis, ſuf
ficiens ſit ad perimendam intentionem actoris: ea probata,
vera ſit ſolutio: aliàs ſecus. neſcio, quid velit iſta ſol. nam ſi
repellitur allegans turpitudinem ſuam ab excipiendo, non
poteſt deueniri ad probationem ipſius. præterea doloſis,
& fraudem committentibus non videtur prodeſſe proba-
tio: quia ius eis non ſubuenit, vt in iſto c. niſi dicas, quòd
iudex debet tali ex officio ſubuenire. quod non credo: quia
iudicis officium eſt fundatum ſuper æquitate, vt l. quod ſi
Epheſi. ff. de eo, quod cer. lo. non eſt autem æquitas ſubue-
nire doloſis. ¶ Secundò oppo. & videtur, quòd talis ſub-
miſſio nulla fuerit ipſo iure. quia ſubmittere, & vnire ſpe-
ctat ad epiſcopum, vt infra de exceſ. præla. c. ſicut vnire. cū
ſimil. alleg. in glo. antepenul. quæ ſoluit, quòd licèt ſubmiſ-
ſio non tenuerit: tamen quò ad ipſos tenuit, & præiudicat
eis. alij dicunt, quòd tenuit in odium ſe ſubijcientium. quod
idem eſt: ſed ſi hoc eſt verum: videtur, quòd Papa non de-
buerit adiudicare hoſpitale cum pertinentijs: ſed ſolùm ab-
ſtuliſſe facultatem contradicendi aduerſarijs: vel ſuper con-
tradictione impoſuiſſe ſilentium. Innocē. ergo, & Hoſt. ali-
ter ſoluunt, & dicunt, quòd locus iſte non erat religioſus,
vel ſacer, & per ſeculares regi poterat, & donari. inf. de re-
lig. do. c. ad hæc. ſed huic intellectui tria obſtant. primò,
quòd ibi erat eccleſia ſancti Allucij. ſecundò, quòd in eo
erant rector, & fratres. tertiò, quòd locus habet patronos.
ſed ipſi ad primum reſpondent, quòd non erat ibi eccleſia,
quæ dignitates eccleſiæ obtineret: ſed erat oratorium de-
putatum orationi, & celebrationi miſſarum. ſicut eſt ferè in
omnibus palatijs magnorum dominorum. de quibus. j. de
cen. c. fi. vel dic, ꝙ ſubiecerunt hoſpitale, non eccleſiam ſan
cti Allucij: quæ, quamuis eſſet vicina, non tamen annexa:
nec ſuberat vnum alteri. ad ſecundum dic, quòd licèt dice-
retur [rector, & fratres] tamen non erant in veritate tales:
nec erant religioſi, nec collegiati. de hoc remittit Hoſtien.
ad ſummam. de reg. §. 1. verſi. quid de ruſticis. & ſe. vel dic,
quòd & ſi licitum ſit eorum collegium, qui hoſpitalitati de-
ſeruiunt: tamen fratres, qui ibi erant, non intrauerant au-
ctoritate epiſcopi: ſed tantùm per dominum, & fundato-
rem hoſpitalis inducti, ius habebant: vt ibi toto vitæ ſuæ
tempore deſeruirent, & eorum conſilio omnia fierent, &
inde neceſſaria vitæ reciperent. ¶ Ad tertium dic, quòd
ex ſola ſpe patroni dicuntur propter ſpiritualia, ad quæ
deputauerunt locum. Ex his ergo inferunt Innoc. & Ho-

ſtien. quòd iſta ſubmiſsio ideò valuit: quia hoſpitale illud
non erat epiſcopi auctoritate fundatum. aliàs ſi locus eſſet
fundatus auctoritate epiſcopi, non potuiſſent iſti fratres ſan
cti Allucij dictum hoſpitale alteri ſubijcere.de reli. do. c. de
Xenodochijs. nec libellus hoſpitalariorum fuiſſet receptus:
cum dicta ſubmiſsio eis facta ſine conſenſu epiſcopi fuiſſet
nulla, vt d.c.ſicut vnire. & ſic egiſſent ſine actione:& per cō-
ſequens repellendi, cum iudici hoc liquet, vt no.in l. vbi pa-
ctum.C.de tranſac. & c. examinata. de iud. ſed iſte intelle-
ctus, quòd iſti fratres ſancti Allucij eſſent fratres ſolo voca-
bulo: ſed non re. & quòd locus non fuerit epiſcopi auctori-
tate fundatus: non videtur poſſe ſtare. nam ſi ita fuiſſet, de-
buiſſent iſti coram iudice ſeculari conueniri, non coram ec-
cleſiaſtico.reſpondent ipſi, ꝙ hoc non fuit exceptum: & ſic
valet iudicium.vel dic, ꝙ licèt tempore dationis locus eſſet
priuatus, & perſonæ laicæ: tamen per dationem illam dice-
bantur laici ēt perſonæ religioſæ: hanc ergo ſpiritualē cau-
ſam iudex ſecularis audire non poterat, etiam incidenter.de
or.cog.c.tuam.ita dicunt ipſi. ſed videtur, ꝙ minus bene.nā
quantumcunque dicatur, rem pertinere ad eccleſiam ex do
natione laici: tamen illa quæſtio eſt agitanda coram iudice
ſeculari, vt ſ̃.de fo. compe. c. ſi clericus laicum. ergo Papa
non debuit ſuper hoc recipere probationes: niſi dicas, ꝙ
illud.c.ſi clericus.loquitur, cum vendicatur res profana vt
profana, & temporalis: ſecus ſi vendicatur res, quæ ex trāſ-
latione dicitur fieri ſacra: vt eſt oratorium, & hoſpitale, ſi-
cut erat hic.ſed non credo, ꝙ oratorium, vel hoſpitale à pri-
uato, & vt profanum collatum, ex tranſlatione tali de laico
in eccleſiam mutet naturam ſuam quò ad hoc, vt res non ſa
cra efficiatur ſacra: quò ad priuilegium, & ſtatum fateor, ꝙ
aſſumunt nouam naturam, vt c. 1. de iure patro. lib. 6. & ſic
iſtum intellectum, ꝙ illud hoſpitale, & eccleſia non fuerint
res religioſæ, & epiſcopi auctoritate fundatæ, non approbo:
licèt, ſi ita fuiſſent: ſolutiones prædictæ ſunt veræ, & notabi-
les. & quòd ſic non debeant intelligi, patet ex proteſtatio-
ne. nam ſi conſtitiſſet ita eſſe, Papa non diceret, quòd per
hanc ſententiam[diœceſis epiſcopo] &c.quia conſtitiſſet ſi-
bi epiſcopum nullum ius habere.& ideò fruſtra hæc prote-
ſtatio fuiſſet appoſita: & pro veritate præſupponendum, ꝙ
talis ſubmiſsio poterat epiſcopo generare præiudicium. ſed
tunc dices, qđ poteſt eſſe præiudicium: cum nunc illud ius
habeat, quod habebat prius: & illi ſancti Allucij ius ſuum
videantur tranſtuliſſe, non epiſcopi, vt l. qui tabernam.ff.de
contrahē.emp.reſpon. Ioan. And. [diœceſis epiſcopo] &c.
dicit poſt Hoſt.ꝙ impoſsibile eſt, quòd ſine præiudicio im-
mediati prælati locus iſte.ſ.hoſpitale, & fratres alium reco-
gnoſcant, cum ille, cui facta eſt ſubmiſsio, volet ibi deſcen-
dere, & ſubmiſſos etiam contra epiſcopum defendere: &
eſſet ille feſtuca in oculo epiſcopi. ad hoc de ſtatu reli.c. ea
quæ. & c.pacto.de iureiuran. nam intereſt domini ſubditū
ſuum non recognoſcere alium dominum, niſi ipſum: quia
quantò plures ſubditi habent dominos: tantò minus ſunt lo
cupletes. & expedit domino ſubditos habere locupletes.
Epiſcopus ergo poterit prædicta, & ad eius inſtantiam po-
terit dicta ſubmiſsio retractari, non autem de petitione ſe
ſubijcientium.& ſic reuertimur ad ſo.glo. quæ bene proba-
tur in c.cum ſuper controuerſia. de re iu. arguendo] de ſen-
9 tentia ad contractus. Tangit etiam incidenter Ioan.An.† an
locus ſacer poſsit fieri ſine auctoritate epiſcopi. tenet quòd
non, niſi ex ſpeciali priuilegio Papæ: ſicut habent hoſpitala-
rij ſancti Ioannis Hieroſolymitani, ꝙ ſacra loca, & hoſpita-
lia conſtruere poſsint. quod ſi verū eſt, intelligendum eſt ſal
uo iure diœceſis, ſecūdū Inn.& prius ab ipſo petita licentia,
niſi aliud in priuilegio exprimatur. de deci. c.dudū. de verb.
ſign.c.veniens.lib.6.de priuile.c.paſtoralis.& eo.tit. c.aucto
ritate.lib.6.quod dic, vt ibi.¶ Tertiò extra glo. oppo. & vi-
detur, ꝙ exceptiones illę, ꝙ [fratribus inconſultis:& quòd à
paucioribus fratribus] &c. fuerunt efficaces: & debuerunt
opponentes admitti ad probandum, vt ſ̃.de ijs, quæ fi.à ma.
parte Ca.per totum.ſo.dicit Ioan.An. ꝙ contempti poterāt
opponere de contemptu: ſed non Capitulum, vt ĩ. de elec.
c.cum in eccleſijs.lib.6.ſi.de reſcript. c.ex parte decani.ſimi
liter excep.excommunicationis, & periurij poſſent oppone-
re contempti, non fraudulenti, ſuo nomine: ſed non nomi-
ne Capi.ſecundū Innoc.qui allegat de teſti.c.cum olim. vel,
ſecundū eum, licèt excommunicati eſſent, & periuri: tamen
donare poterant.quia contractus eis non intelliguntur inhi
biti, vt ipſe not.in c.veritatis.de do.& contu.Ho.ibi contra.
vbi videas. conclude ergo, ꝙ excommunicationes, periu-
rium, & fraudem fratrum, qui fuerunt in Capitulo, Capitu-
lum poſtea ſe defendens non poteſt opponere. Sed an præ-
textu læſionis, vel formæ non ſeruatæ poſſet Capitulum ſe
tueri ipſo iure, vel ope reſtitutionis in integrum. dicit Inno.
quòd ſic, ſi probaſſent, quòd pauci fratres hoc feciſſent:
quia non dicitur Capitulum tunc feciſſe: ſed quia non pro-
bauerunt, ſuccubuerunt: quia omnia præſumuntur ſolem-
niter acta. Inſtitu.de fide.§.1. de proba. c. tertio loco. & de
hoſpitalarijs, & hoſpitalibus vide no. ĩ.de reli.do.c.quia con
tingit.in cle.& e.li.de præben.c.literas.

ADDITIO.

a ¶ Allegans turpitudinem. Vide Bar.& Alex.in l.iuſiur.§. procurator.ff. de iureiur. & in l.tranſactione.C.de tranſac.& in l. ſi ſeruus.§.1.in fin. ff.de leg.1. Bal.in l.ſi creditoribus.nu.4.& ibi Sali. nu. 1.verſi.no. quòd non auditur.C.de ſeruo pign.da.manu.Panor.in c.ſuper quæſtione.nu. 8.de conceſsi.præben.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus non poteſt dare quinquageſimam, vel centeſimam, niſi cū cauſæ cognitione.*
2 *Diœceſis tota dicitur parochia epiſcopi.*
3 *Epiſcopus quare debeat habere canonicam.*
4 *Alternatiua canonis quid operetur.*
5 *Præſcriptio ſuper rebus, quas prælatus indebitè alienauit: an procedat.*
6 *Donationes plures minimæ, ſi faciunt vnam grauem, prohibentur.*
7 *Conſenſus Capituli an debeat interuenire in donatione quinquageſimæ, vel centeſimæ.*
8 *Quinquageſima, vel centeſima an donabitur de corpore poſſeſsionū eccleſiæ: an verò de redditibus annuatim.*
9 *Statuto cauetur, quòd quicunq; eſt allibratus, in quinque lib. vel ab inde teneatur mutuare communi centum pro emendo frumento: modò quidam ſucceſsit Titio, qui erat allibratus in tribus, & ſimiliter ipſe in tribus: an tenebitur mutuare.*

APoſtolicę. Donatio qnquageſimæ,
vel centeſimæ, quam fa-
cit cum graui ſuæ eccleſiæ detrimento, poteſt le
gitimè reuocari: & ſunt duæ principales partes.in prima de
ciſa conſultatio.in ſecunda reſponſio. ibi [inquiſitionis]&c.
in qua primò recitat ius antiquum.ſecūda ibi[hoc ſemper.]
illud declarans: quæſt. propoſitam ſoluit. tertiò quandam
quæſt.quæ dependet ex prædictis, decidit. & hæc diuiſio ꝓ-
cedit, ſecundùm lec. glo. 1.quæ ponit caſum.Hoſt. aliter, vt
dicit ſuper ea Ioan. And.¶ Nota primò poteſtatem conceſ-
ſam à iure epiſcopis donandi de rebus eccleſiæ ſuæ quinqua
geſimam, vel centeſimam pijs locis nouis conſtruendis: vel
iam conſtructis magnificandis. & magis fauet Papa cōſtruē
dis, quàm iam conſtructis. quia per nouiter cōſtruenda ma
gis religio augetur.ideò plus fauendum.facit cap.fin.de re-
1 ſcrip.lib.6. ¶ Secundò not.† quòd non paſsim eſt epiſcopo
permiſſum donare quinquageſimam, vel centeſimam: ſed
adhibita cauſæ cognitione, de qua in verſic. ita tamen. ſi-
militer nec iudex debet præbere auctoritatem iſtis alie-
nationibus:



nationibus: ſed cauſa cognita, vt l. magis puto.§. nōn paſ-
ſim.ff.de rebus eo.¶ Tertiò not. ꝙ dicit [ſi quis epiſcoporū
2 in parochia ſua]&c. ex hoc enim collige, † ꝙ tota diœceſis
a dicitur parochia epiſcopi. a & ſic in ea habitans, eſt ei ſubie
ctus, vt parochianus. ſ̃. de offi.archi.cap.3. ad idem de offi.
3 ordi.c.ſignificauit.& c.irrefragabili.& de rap.c.2. † & hinc
eſt, quare epiſcopus dēt habere canonicā. quia quilibet ſuus
parochianus eſt, & ab eius parochia oēs aſſumunt. ¶ Quar
tò nota, quòd idem, quod dicit [in parochia ſua conſtrue-
re] &c. ꝙ iſtam donationem non poterit facere epiſcopus
monaſterio conſtruendo, vel informando extra ſuam diœ-
ceſim.¶ Quintò no.quòd poteſt eam facere de bonis eccle
ſiæ, cui præeſt: non igitur ſubiectarum, vt not.Innoc.de his,
quæ fi.à præ.c.paſtoralis in fi.Pe. de Samp.ibi contra, vt ibi
in nouella ſuper ver.quinquageſima. & hoc dictum [de bo-
nis eccleſiæ, cui præeſt] &c.intellige, ꝙ non ſolùm de ſuis
poſſeſsionibus dare poteſt hanc quotam: ſed etiam de poſ-
ſeſsionibus eccleſiæ cathedralis.& hoc probatur in verſ. ve-
4 rùm cum graue. ¶ Sextò no. † ꝙ ſicut in alternatiua homi-
nis debetur alterum tantùm: ita in alternatiua canonis, ſiue
legis: licèt conceſsio canonis, de qua hic, non videatur fuiſſe
alternatiua. ¶ Octauò not. ꝙ ſi epiſcopus concedendo læſit
eccleſiam, poterit reſcindi cōtractus: niſi præſcriptione &c.
5 ex quo collige, † quòd procedit p̃ſcriptio ſuper rebus, quas
prælatus indebitè alienauit. quod quomodo intelligi debeat,
tangit glo.quæ incipit.ſed videtur.&c.¶ Octauò no. ꝙ licèt
ſit præſumptio iuris de modica læſione in donatione quin-
quageſimæ, vel centeſimæ: tamen contrarium eſſe poteſt: de
quo cum conſtiterit, receditur à iuris præſumptio. facit ad
nota.in c.is qui fidem.ĩ.de ſpon.¶ Nouò not. quòd ea, quæ
conſiſtunt in facto, non poſſunt à iure certis regulis tractari.
ſicut ſunt quædam, quæ magis intellectu percipi poſſunt,
quàm exprimi verbis, vt l.ratum.ff.de ſolu.facit, quod dici-
mus de mora, quæ cum conſiſtat in facto, non poteſt diffini
6 ri, vt l.mora.ff.de ſolu.¶ Decimò nota, † ꝙ ſicut prohibetur
vna damnoſa, & grauis donatio: ita plures minimæ, ſi faciunt
vnam grauem. nam per minima deuenitur ad totum:& fru-
ſtatim lupus comedit agnum. 13. q.1.c. ad hoc.& facit hoc
ad q. quam ĩ.dicam. ¶ Vndecimò nota in verſic. ſi verò.ꝙ
meta, quam canon ſtatuit epiſcopo in donando: non vide-
tur ſic reſtricta reſpectu ſuperioris: quin poſsit illā ex cau-
ſa excedere.& quidam intelligunt hic ſuperiorem, Papam,
vt Inno.Hoſt.intelligit etiam de archiepiſcopo: vt ſicut Pa-
pa licentiat illos, qui ſibi iurant.de re.ec.non ali. c. vt ſuper.
de feu.c.2.ſic archiepiſcopus eos, qui iurant, cum ſimilis: vel
eadem ſit forma.de ma.& obed.c.cum dilecti. & de iureiur.
c.ego.N. ¶ Oppo.dicitur hic[niſi præſcriptione] &c. & ſic
innuit, ꝙ ſi vltra debitum epiſcopus donauit, poſsit illud prę
ſcribi.ſed contra.quia ille, qui accipit, habet malam fidem:
quia contrahit contra iura, vt in reg.qui contra iura.ergo p̃-
ſcriptio non procedit, vt in reg.malæ fidei. de reg. iur. lib.6.
& c. ſi diligenti. de præſcrip. ſo. dicit glo. hic eſt ignorantia
facti: non enim præſumere debet donatarius, ꝙ epiſcopus
fecerit in damnum eccleſię: vel ſi eſt error iuris, cauſatur ab
errore facti. & ideò præſcriptio procedit.quod dic.vt ff.pro
7 dona.per Bar.¶ Quæro † an in iſta donatione quinquageſi-
mæ, vel centeſimæ debeat interuenire cōſenſus Capituli ſui.
glo.3.ponit opi.& prima opi.eſt, quòd non: quam tenet hic
Goff. Alij dicunt, ꝙ debet eam facere de conſenſu Capituli:
nam ſine Capitulo epiſcopus non poteſt dici totus: cum mē
bra deficiant.de his, quæ fiunt à præla.c.nouit & c. quantò.
& hæc vera: nam licèt epiſcopo permittatur illo caſu dona-
re: tamen debet intelligi, ſeruata debita forma: ſicut in alijs
caſibus permiſsis à iure.de qbus no.12.q.2.in ſumma. ¶ Se
8 cundò quæro. † an iſta quinquageſima, vel centeſima dona-
bitur de corpore poſſeſsionum eccleſiæ: an verò de redditi-
bus annuatim.Ioan.dicit de poſſeſsionibus perpetuò poſsi-
dendis.& hanc approbat Io.An.poſt Inno.& Go.nam expe
dientius eſt, eccleſię dare ex nunc quinquageſimam poſſeſ-
ſionum: quàm ſingulis annis dare quinquageſimam reddi-
tuum.¶ Tertiò quæro.ſi quælibet donatio de per ſe non læ-
dit eccleſiam: tamen ſingulæ coacernatæ faciunt vnam gra-
uem, & immenſam donationem: an de qualibet fiet detra-
ctio pro rata: an de vltima, vel poſteriori, per quas etiā præ-
cedentes aggrauant.glo.hic dicit, quòd vltima hic reuocabi
tur.& non primæ: quæ non poterant dici graues, ſi vltima
non fuiſſet.hoc etiam tenent hic Inno.& Goff. & Ber. in ve-
neriali.66.diſt.Phi.tenet, ꝙ de ſingulis detrahetur. quia non
minus officiunt priores huic vltimæ: quàm vltima primis. al
leg.de inoffi.te.l.ſi totas.& de iure pa.l.ſi libertus.§. vlt. vbi
ſi libertus per plures donationes fecit ſe minorem centena-
rio: prior, quo factus eſt minor, non tenet ipſo iure: poſte-
rior reuocatur per Fauianam.Io.An.tenet glo. & reſpondet
ad l.ſi totas.per not.ĩ.ti.prox.ſuper glo. primā in magna ad
ditione.ver.alij diſtinguunt.opi.tamen Phi. ſecundū Io. An.
poſſet eſſe vera, vbi non conſtat, quę fuerit. puta eodem die
plura inſtrumenta donationum apparent: nec conſtat de
prioritate, vel poſterioritate: vel in ſimil.in c.ſi duobus. de
reſcrip.lib.6.ſi autem eſſet vna donatio grauis tantū: tūc re-
uocaretur vſque ad debitam quantitatem, vt l. ſcimus.C.de
dona.& not.in l.Titia Seio.§.Imperator.de lega.2.& ibi de
illa q.glo.& l.1.C.de inoffi.do. ¶ Vltimò iſtum tex.inquan-
tum dicit [ſiue ſimul, & ſemel id facere velit: ſiue pluries]
&c.collige, ꝙ idem iuris eſt, ſit vna magna ſumma, ſiue plu-
res, & paruæ, quæ faciant magnam ſummam.facit ad q. Sta
tuto cauetur, ꝙ condemnatus in centum libris ſupra, poſsit
impunè offendi: modò quidam condemnatus eſt ex vna cau
ſa in quinquaginta: ex alia in 60.ita, ꝙ omnes ſummæ ſimul
cumulatæ excedunt ſummam: diuiſæ, & tāquàm ſingulæ nō
excedunt.hic eſt ar.ꝙ debeant conſiderari cumulatę: nō vt
ſingulares.in contrarium facit, quia alibi dicit glo. ꝙ 10. &
10.non faciunt 20.vt l.vbi fideiuſſor.ff.de ſol. vbi Bar. tenet
in illa q.ꝙ iſte non poſsit offendi: quia debent conſiderari
diuiſæ; poſtquàm nulla condemnatio aſcendit ad ſummam
centum, etiam ſi iudex in vna ſententia dixiſſet.condemna-
mus talē in centum. valet ex tali vulnere in 60. ex alia per-
cuſsione. in 40. nam coaceruatio præcedens diuiſa intelli-
gitur à principio per verba, quæ ſequuntur.ſ. ex tali vulnere
9 &c.facit etiam ad aliam q.Statuto Peruſij cauetur, † quòd q
cunq; eſt allibratus in quinque libris: vel abinde ſupra, te-
neatur mutuare cōmuni centum pro emendo frumento.mo
dò quidam ſucceſsit Titio: qui erat allibratus in tribus: & ſi
militer ipſe in tribus: an tenebitur mutuare.& videtur, ꝙ ſe-
paratim debeant conſiderari, vt l. ſi idem cum eodem.de iu-
riſdi.om.iudi.& ff.qui.mo.pignus vel hypo. ſolui. l. 1. §. fin.
in contrarium facit l.ſi plu.de pac. dicit Bart. quòd ſi in vita
defuncti factum fuit illud ſtatutum (quia tunc nec defun-
ctus, nec hæres eo ligabantur, cum eſſent diuerſa patrimo-
nia:) ita modò, ſcilicèt tempore ſolutionis, non erit contribu
tio faciēda: licèt ad vnum deuenerint. ſecus, ſi, poſtquàm ſuc
ceſsit, ſtatutum illud editum fuit: quia tunc patrimonia cę-
perunt eſſe vnita, vt l.ſed ſi plures.§.ſi filio.de vul. & pu. &
totū onus incępit in perſona hæredis ſuccedentis: ergo &c.
vt ff.ad legem fal.l.ſi fundum.§.ſi filium.& ita tenet ibi in §.
coheres.vbi etiam quærit, quid iuris, ſi plures filij ſucceſſe-
runt patri, qui habebat libras 5. tantùm: an amodo conſi-
derabitur vt vna: vel vt plures, & diuiſæ, poſtquàm ad plu-
res deuenit: & tenet, quòd ſingulis imponatur ratio de per
ſe, vt ff.ad leg.fal.l.in ſingulis. nam hoc onus (ſicut certa iu-
ra) diuiditur per leg. 12.tabu. quòd hic videtur caſus in l.fi.
§.pen.de bo.dam.Non ob.l.tria onera.de excu. tu. quia ibi
conſideratur labor ex parte tutoris: qui non multiplicatur
ex pluralitate perſonarum, patrimonio exiſtente indiuiſo:
ſicut diuiſo, ſecundùm eum. & hoc nota.

ADDITIO.

a ¶ Parochia epiſcopi. Io. de Tur. cre. in c. bonæ rei. 12. q. 2. de offi. ord. c. ſignificauit. Bal. in l. ſi quis ad declinã. §. in omnibus. de epi. & cler.

*SVMMAE.*

1 *Donatarius eſt naturaliter obligatus donatori ad antidora.*
2 *Ingratitudinis diffinitio.*
3 *Ingratus dicitur, qui offendit, licèt non remuneret.*
4 *Donatio propter ingratitudinem non reſcinditur ipſo iure.*
5 *Graue damnum in rebus æquiparatur attroci iniuriæ, & vitæ periculo.*
6 *Donatio ex quibus cauſis reuocetur.*
7 *Reuocatio, quæ fit per l. ſi vnquàm. & ea, quæ fit per titu. de inoffi. do. quomodo differant.*
8 *Donatio facta vni de monaſterio, an reuocetur propter liberos ſuperuenientes in totum, vel vſque ad dimidiam. Et quid ſi poſtea moriuntur: an donatio reconfirmetur. nu. 10.*
9 *L. ſi vnquàm. an poſſit renunciari.*
11 *Donatarius, qui in caſu licito, aut ſe defendendo, percutit donatorẽ: an perdat donationem.*
*Quid ſi fuit iudex in cauſa criminali, vel condemnauit donatorem, vel poſuit eum ad torturam, aut fuit procurator, vel aduocatus in cauſa criminali. nu. 12.*
*Quid ſi ipſe non iniecit manus: ſed alius ipſius nomine. num. 13.*
*Quid ſi attentet inferre graue damnum: ſed res non habuit effectum. nu. 15.*
14 *Graue damnum rerum quod dicatur.*
16 *Vaſallus commiſit feloniam contra dominum: qui non mota vaſallo controuerſia de amiſsione feudi, deceſsit: an hæres domini poterit vaſallum priuare feudo, ratione iniuriæ illatæ defuncto.*
17 *Donatarius ſi ignorante donatore commiſit adulterium cum vxore donatoris, hæres eius poterit reuocare.*
18 *Donatio iuramento vallata, an poterit reuocari in caſibus, in quibus aliàs poteſt reuocari.*
19 *Iuramentum non extenditur ad incogitata: nec ad ea, quæ nouiter emergunt.*

PRopter. Ponit quatuor caſus, propter quos donatio reuocatur ꝑ donatorem: qui, ſi tacuit, hæres non reuocat. & tria facit. ponit dictũm. quod exemplificando ſpecificat ibi [vt ſi.]
1 & poſtea moderatur, ibi [qđ tamẽ.] ¶ Nota primò, † ꝙ donatarius non debet eſſe ingratus. & hoc ideo, quia obligatus
eſt naturaliter ad antidora donatori, vt no. ĩ. tit. 2. c. cum in
officijs. in prima glo. facit quod dixi. ſ. e. in rub. ¶ Secundò
no. ꝙ ingratitudinem iura puniunt. Bernar. in Cãticis ſermo
2 ne 50. diffinit ingratitudinem ſic. † Ingratitudo eſt ventus
vrens, ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ. prouenit autem hoc peccatum ex ſuperbia. ſunt. n.
qui credunt ſibi debita omnia ſeruitia, quæ ſibi fiunt. vnde
idem beatus Bernar. Eſt quidem præſumptio, & delictum
maximum vti datis, quaſi innatis, & in acceptis beneficijs
gratiam beneficij vſurpare. Ingratus ergo puuitur in amiſſione beneficij accepti. vnde manumiſſus, ratione ingratitudinis, reuocatur in ſeruitutẽ. ſ. de ſeruis non or. c. 3. & C. de
3 li. & eo. liber. l. ſi manumiſſus. ¶ Tertiò no. † ꝙ ingratus dicitur, qui offendit: qui autẽ non offendit (licèt nõ remuneret:
ſed malè faciat) non punitur: nec etiã excludetur à conſecutione præmij. ff. de ma. teſt. l. ſeruos. & l. teſtamẽto centurio.
facit, quod no. ſ. de ſeru. in or. fac. c. vno. ¶ Quartò not. tex.
4 dum dicit [potuit reuocari.] ex hoc enim innuit, † ꝙ dona-
a tio propter ingratitudinem a non reſcinditur ipſo iure, qđ
patet: quia tunc poteſtas reuocandi tranſiret ad hæredẽ. ar.
l. commiſſa. de publi. quod hic non tranſit, vt in fi. c. & ꝑ hoc,
ꝙ dicit [de rigore] dat intelligere, ꝙ ſecus de æquitate: ſed
amplectimur hunc rigorem ſcriptum contra æquitatem nõ
ſcriptam, vt l. proſpexit. qui & à qui. & no. ſ. de tranſac. c. fin.

¶ Quintò not. ꝙ ex cauſa ſuperuenienti poteſt quis venire contra factum proprium. concor. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. locati. & quod no. & dixi. ſ. de iureiu. c. quemadmodũ. ¶ Sextò nota, quòd hic enumerantur quatuor cauſæ ingratitudinis. vnam addit. l. fin. C. de reuo. do. cum ſcilicet donatarius modum, & pactum in donatione appoſitum nõ adimplet: ſed differt ille caſus ab iſtis, ibi enim hæres poterit reuocare propter modum, vel cauſam nõ impletam, vt ibi no. Cyn. qui poſt glo. addit ſextum caſum: cum ſcilicet donatori ad inopiam redacto alimenta non exhibet. quod probatur: nam ille, qui magnas facultates donauit, æquiparatur patri, vt l. patronus. ff. de confir. tu. ſed filius tenetur alere patrẽ inopem, vt ff. de lib. agno. l. alimenta. ergo & donatarius donatorem: ſicut eccleſia patronum, qui eccleſiam dotauit, vt c. nobis. de iure patro. nam necare videtur, qui denegat alimenta, vt l. necare. de li. agno. contrarium tamen. ſ. quòd donatarius non teneatur alere, innuit glo. in l. in condemnatis. de reg. iuris. ſed illa poteſt eſſe vera, cum donatio eſt parua: ſi autem ampla, teneatur alere. & ita ſit vera glo. in dicta l. fina. & hoc ſentit ibi Cyn. dum dicit. qui magnas facultates
5 dat, æquiparatur patri. ¶ Septimò nota, † ꝙ graue damnum
in rebus æquiparatur atroci iniuriæ, & vitæ periculo. grauis ergo inimicitia naſcitur, ſiue quis litiget de ſtatu ſuo, vel de bonis, vt not. in c. cum oporteat. de accu. in glo. patet hic. & l. athletæ. & l. propter litem. de excu. tuto. ¶ Octauò not. ꝙ hæres donatoris offenſi non poteſt donationem ex cauſa talis ingratitudinis reuocare: licèt regulariter pœnarum perſecutio tranſeat ad hæredes: licèt non in hæredes, vt l. 1. ff. de priua. delic. ſed hoc ideò; quia iſta reuocatio fit ratione iniuriæ illatæ. delictum autem iniuriæ morte extinguitur: nec eius perſecutio ad hæredes tranſit, vt l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & Inſtitu. de iniu. & collige ex hoc tex. arg. de quo in glo. fina. vt dicam. ĩ. ¶ Oppo. tex. iſte requirit atrocem iniuriam, vt donatio reuocetur. contra, imo ſufficit, quòd negligat obſequium, ad quod tenetur, vt C. de re. dona. l. 1. ſo. ibi loquitur in patrono donãte liberto. vnde faciliùs ingratitudo committitur: ideò faciliùs reuocatio datur. ratio redditur in dicta l. 1. ¶ Secundò oppo. & videtur, quòd hæredes poſsint reuocare: quia obligatio, quæ deſcendit ex delicto, tranſit ad hæredes, & in hæredes, quatenus peruenit, vt dicta l. 1. de priua. delic. & Inſti. de perpe. & tempo. act. §. 1. & §. hæredibus. ſolu. quædam pœna reperitur ſpecialis, & extraordinaria ex quadam æquitate inducta: & non tranſmittitur ad hæredes. & ita loquitur hic. quædam eſt ordinaria: & tranſmittitur, vt in contrario. vel dic, vt dixi. ſ. in 8. not. de quo contrario hic vide per Ioan. And. in vlt. q. quid econuerſo ſi donatarius ingratus moritur: an donator offenſus poſſit agere contra hæredes ad reuocandum. videtur, quòd non: quia crimina morte extinguuntur. 25. diſtin. c. quorundam. in contrarium facit l. fina. C. de adul. vbi ſi vxor adultera moritur ante litem ſuper adulterio ſibi motam, maritus offenſus lucratur dotem. ſed ibi marito, etiam mortua vxore adultera, datur ius excipiendi de adulterio, vt dotem retineat: ſed donatori, vt contra donatarij ingrati hæredes reuocatoria agat, magis dubito: quia ius excipiendi, quod oritur ex delicto alterius, bene datur contra hæredes: ſed non ius agendi: niſi ratione illius delicti aliquid ad eum peruenerit. quod hic non eſt, vt not. in l. 4. §. 2. ff. quod quiſque iuris. non firmo. & in caſu huius c. ſi ante traditionem rerum donatarum intuliſſet atrocem iniuriam donatori, & deinde decederet: ſi hæredes eius agerent ad traditionem, poſſet donator excipere de iniuria per defunctum ſibi illata, vt credo. ſed reuocare, ſi poſſident, ratione talis iniuriæ per defunctum illatæ, ſubſiſto, per ea, quæ not. hic Ioan. And. in vlt. q. vbi dicit, quòd iſta reuocatio eſt inducta contra reg. iuris. igitur ad conſequentiam non trahenda, vt l. quod non. ff. de



legi. Doct. hoc non tangunt. ¶ Venio ad quæſtiones. &
6 primò quæro. dicitur hic, † ꝙ ex quatuor cauſis numeratis
in tex. & ex duabus per me additis donatio reuocatur. quæro, an ſint aliæ cauſæ. reſpondeo dicit glo. ꝙ regulariter non reuocatur perfecta donatio, vt C. de dona. quæ ſub modo l. perfecta. & intellige perfectam ſtipulatio. vel pacto, vel tradit. vt ibi no. & quomodo tribus modis diuerſo reſpectu ꝑficiuntur contractus, vide C. de peri. & commo. rei ven. l. 1. Excipiuntur tamen caſus à regula, in quibus perfecta donatio reuocatur, vt in 6. caſibus iam dictis eſt, & vnus in glo. q̃ dicit, ꝙ reuocatur donatio collata in libertum propter liberos ſuſceptos à patrono donante, vt C. de reuo. dona. l. ſi vnquam. & dicto caſu reuocat patronus totum: alius aũt nõ ſic totum: ſed debitum bonorum ſubſidium, vt ſentit hic gl. dũ allegat præalle. l. ſi totas. C. de inoffic. do. & eſt opin. Azo. in ſumma de reuocan. don. ſed Accur. in d. l. ſi vnquam. tenet, ꝙ etiam patronus donationem factam in extraneum in totum reuocet propter liberos poſtea ſuſceptos. inducit l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Non obſt. l. ſi totas. quæ loquitur, cum donauit filiis. ſecundùm opin. Azo. facit, quia querela inofficioſæ donationis eſt inducta ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti. C. de inoffi. do. l. fi. ſed illa totum auocat. ergo iſta ex eo, ꝙ dicit lex. ſ. per hanc querelam donatio minuitur. C. de inof. dona. l. ſi liqueat. ſi minuitur: ergo nõ in totum. Hug. diſtinxit, ꝙ aut fit in filium: & reuocatur, vſque ad legitimam, vt in Auth. vnde ſi parens. C. de inof. teſta. aut in extraneum. & tunc aut eſt inofficioſa re, & conſilio: & reuocatur in totum, vt l. Titia. §. Imperator. de lega. 2. aut re tm̃: & reuocatur vſq; ad legitimam bo. & ſic loquitur l. ſi totas. Dy. in d. §. Imperator. diſtinguit aliter, & ſic. aut donatio p̃ceſſit natiuitatem filiorum reuocare volentium: aut ſequuta eſt. primo caſu, aut donatum eſt filiis, aut extraneis, vel libertis. ſi filiis, fit reuocatio vſq; ad legitimam, vt d. l. ſi totas. Si extraneis, vel libertis: & reuocatur in totum, vt d. l. ſi vnquam. hoc autem an ſit verum, ſi iurauit non contrauenire, dicam ĩ. & vide per Io. An. in Spe. eo. tit. ſuper rub. ver. an ꝑꝑ liberos. ſecundo caſu, quando donatio eſt ſecuta natiuitatẽ filiorum reuocare volentium, habet locum diſtinctio Hug. an ſit inofficioſa re, & conſilio: an re tm̃, &c. alii diſtinguunt: ꝙ aut ſunt plures donationes: aut vna ſola. ſi ſunt plures, reuocatur poſterior, per quam apparet inofficioſitas. ff. de iure patro. l. ſi libertus. ad fin. & ſic loquitur l. ſi totas. & l. ſi liqueat. C. de inof. do. quod eſt intelligendum, quando præcedentes donationes à principio irrationabiliter tenuerunt, vt quia factæ in extraneos, vel in filios emancipatos. ſed ſi non tenuerunt irreuocabiliter à principio, ſed indigent cõfirmatione per mortem (vt collatæ in filium in poteſtate, vel in coniugem) tunc præcedentes per ſequentes minuuntur. habent enim tales donationes reuocabiles ſimilitudinem cum legatis, vt l. in donationib. C. ad leg. falc. Sed in legatis, & fideicommiſſis ita eſt, ꝙ præcedentia per ſequentia minuunt̃, vt ff. ad leg. falc. l. in quantita. §. ſed ſi legato. & l. Plautius. & l. pen. §. annua. ſecundo caſu quando eſt vnica donatio inofficioſa: tunc refert. aut illa facta eſt in fratrem: aut in extrapeum. ſi in fratrem, non reuocatur, niſi debitum ſubſidium: quia non ita aſperè procedendum eſt contra fratrem. ſic intelligitur. §. Imperator. & Auth. vnde ſi parens. aut facta eſt donatio in extraneum: & tunc habet locum diſtinctio Hug.
ſm̃ Io. An. † Sed aduerte, ꝙ reuocatio, quæ fit per l. ſi vnquã.
7 diſtat multum ab illa, quæ fit per ti. de inoffi. don. nam per l.
ſi vnquam. fit reuocatio ex tacita voluntate: quia ſi cogitaſſet de liberis ſuperuenientibus, non donaſſet: ſed reuocatio, quæ fit per ti. de inoffi. do. fit contra voluntatem defuncti: q̃ voluit præiudicare filiis, quãtum potuit. diſtingue ergo poſt Bar. in illo ar. quia aut quæris de reuocatione, quæ fit ex p̃ſumpta voluntate donantis propter liberos ſuperuenientes: aut de reuocatione, quæ fit ex titu. de inof. dona. primo caſu aut donatio fuit collata in libertum, aliàs extraneum: & reuocatur in totum, vt d. l. ſi vnquam. Si verò in filium, reuocatur vſq; ad debitum bonorum ſubſidium, vt d. l. ſi totas. Secundo caſu aut donatio fuit collata in vnum ex liberis: & reuocatur vſq; ad debitum bonorum ſubſidium, ẽt ſi fuit inofficioſa re, & conſilio, vt d. l. ſi liqueat. aut fuit collata in extraneum: & tunc aut illi filio, qui vult reuocare, fuit aliquid relictum: & agit ad ſupplementum legitimæ tm̃, vt l. omnimodo. de inof. teſtam. aut non fuit aliquid relictum: & tunc aut inofficioſa re, & conſilio: & reuocatur in totum, vt l. ſi libertus. §. pe. de iu. patr. aut fuit inofficioſa re tm̃: & reuocat̃ vſq; ad debitum bonorum ſubſidium. & ſic dẽt intelligi l. j. 2. &
3. C. de inof. don. ita dicit Bar. in d. l. Titia. §. Imperator. de
8 leg. 3. vbi quærit, † quid iuris, ſi donatio eſt facta vni mona-
b ſterio: an ꝑꝑ liberos ſuperuenientes b donatio reuocetur in
totum: vel vſq; ad dimidiam. Decre. dicit, ꝙ non hẽt neceſſe reddere niſi vltimam: ſed ſi vult, põt reddere totum. 17. q. 7. c. fi. & illud allegat gl. C. de epi. & cle. l. ſi quis ad declinandã.
9 ¶ Quærit ẽt ibi, † an illi l. ſi vnquam. poſſit renunciari: vt puta [dono omnia bona mea, & volo, ꝙ propter ſuperueniẽtes liberos non poſſit reuocari.] dicit Bar. ꝙ reuocatio, q̃ fit per l. ſi vnquam. fit ipſo iure: adeo ꝙ res poſſet vendicari, vt ibi not. & reuocatio, quæ fit per tit. de inof. don. non fit niſi propoſita querela, vt l. 1. & ibi no. C. de inof. dona. ad propoſitũ ergo dicit, ꝙ quantùm ad illam reuocationem, quæ dẽt fieri ipſo iure, per l. ſi vnquam. p̃t renunciari: ſed non quantũ ad donationem fiendam per ti. de inof. don. quæ fit in fraudem filiorum. primum probat: quia reuocatio, quæ fit per l. ſi vnquam. fit ex præſumpta mente donantis ꝑꝑ liberos. & c. ſ. al leg. dicit de muliere, quæ liberos non habebat, nec hr̃e ſperabat. vnde ſi expreſsè voluit, ꝙ in caſu exiſtentium liberorum non poſſet reuocari: illæ ll. non habent locum. ¶ Ad idẽ
10 quærit. † ſi filii nati ſunt (& ſic eſt donatio reuocata ipſo iure)
demum incontinenti ſunt mortui: an hæc donatio reconfirmetur. vr̃, ꝙ ſic, per l. poſthumos. de inoffi. teſt. & C. de ſecũ. nup. l. nuptiæ. in fi. & per hoc oẽs leges, & iura, quæ dicunt. ceſſante cauſa, ceſſat effectus, vt c. cum ceſſante. de ap. in cõtrarium, ꝙ non confirmetur, vt l. Mæuius. §. duob. de leg. 2. & de conſec. diſt. 5. c. quæris. Non ob. l. poſthumus. quia ibi confirmatur teſtm̃ de æquitate prætoris: quæ æquitas hic nõ reperitur ſcripta. Non ob. reg. ceſſante cauſa, &c. quia ibi loquitur, quando ceſſat ante effectum conſummatum: ſecus ſi effectus ſit conſummatus, vt ff. vnde libe. l. fin. ſed filio nato, ipſo iure eſt reuocata donatio. & ſic effectus eſt conſummatus: ergo &c. & hoc de prima q. cum acceſſoriis, an per ſuperuenientiam filiorum donatio reuocetur. ¶ Secundò principaliter quæro: an quod hic dicitur de donatore, habeat locũ in beneficii collatore. vr̃, ꝙ ſic: quia dr̃ donare. de hoc in c. ſi. de præb. c. ſignifi. & videtur caſus de poſtu. ca. vltim. de exceſſ. præla. c. graue. contrarium tenet Io. And. quia collatio beneficii non eſt propriè donatio: quia ſibi retinere non p̃t, & iure cogente confert. de inſti. c. fi. Non ob. ꝙ collatio ſit donatio: quia non eſt donatio in dando: ſed in cui dãdo. Decre. vlti. de poſtu. non obſt. quæ non loquitur de ingratitudine circa collatorem: ſed circa eccleſiam, in qua habet bene-
11 ficium. ¶ Tertiò quæro. † quid de donatario, qui ſe defendẽdo: vel aliàs in caſu licito ꝑcutit donatorem. dicit Io. And. ꝑ verſi. impias. qui ponitur hic, & in l. 2. C. de reuo. do. ꝙ nõ eſt locus reuocationi. ad hoc ĩ. de pœn. c. ad aures. & c. in qui-
12 buſdam. & quod ibi no. ¶ † Quid ergo ſi donatarius, cũ eẽt
iudex, condemnauit eum ex crĩe: vel poſuit eũ ad torturam: vel fuit procurator, vel aduocatus in cã capitali contra eum: ex prædictis videtur, ꝙ ſi fuit iudex, & torqueri eũ fecit: vel condemnauit ſit immunis: ſi aũt fuit aduocatus, vel procurator (quia illud eſt officium voluntarium) videretur ingratus. ideò reuocetur, ar. ad hoc ff. de his quæ vt indig. l. poſt legatum. §. aduocatum. cum ſeq. & l. pe. de inof. teſt. & vide quod

no.de pen.cle.1.& l.libertus.de in ius voc.& l.q cum maior.
§.libertus.de bo.lib.& l.qd ergo.§.ſi hæres inuentarium.de
13 le.j.¶Quartò quæro.†quid ſi non ipſe iniecit manus:ſed a-
lius eius nomine.dic,ꝙ idem,ac ſi ipſe iniecisset.17.q.4.c.ſi
quis ſuadente.coniuncto c.mulieres.in ſi.de ſen. excommu.
idem dicas, ſi non manu,ſed pede pcuſſit,vt no.in d.ca.ſi qs
14 ſuadente.¶Quintò quęro.†quod dicatur hic graue damnū
rerum.videtur,ꝙ in tota ſubſtātia donatoris: vel maiori par
te,vt c.frequens.de reſti.ſpo.li.6.& l.propter lit.de excu.tu.
Io.An.dicit,ꝙ ēt in minori parte pōt ſubeſſe graue damnū:
hoc ergo arbitretur iudex, & optimè probatur. s̄. c. prox.
ibi[quod quidem magis pōt.]&c.& in ver. hoc ſemper. vbi
in dona.centeſimæ,vel quinquageſimæ pōt eſſe graue dam-
num.Dec.frequens.loquitur in caſu ſuo,vt.ſ.quò ad repellē
dum ſpoliatorem,non dicatur ſpoliatus nudus,vel inermis.
15 niſi &c.¶Sextò quæro.†quid ſi donatarius intentauit infli-
gere graue damnum:ſed res non habuit effectum . videtur,
ꝙ ſit locus pœnæ. ad hoc facit Auth.hoc quoq;.C.de reuoc.
dona.ibi[molitus eſt iam iacturam.]&c.pro hoc iſte tex.ibi
[vitæ periculum inferre præſumpſit.]&c. quaſi delictum nō
habuit effectum.dicit Io.An.ꝙ in eo, qui molitur inferre dā
num, & non perficit,ceſſat pœna iſta.pro hoc l.ſi.C.de reuo.
don.ibi, [ſubſtantiæ donatoris imponat.]Nō ob.litera[vel
vitæ periculum.]&c.quæ non punit occidentem:ſed inferen
tem periculum mortis.& ſic ipſa illatio periculi eſt delictū
conſummatum,quod hoc iure punitur.& de iſta materia, q̄
eſt vulgaris:an puniatur delictum attentatum, & non con-
ſummatum.vide in reg.in pœnis.de reg.iur.li.6.in mercu.&
16 per Bar.in l.qui ea mente.de furtis.¶Septimò quæro. †va-
ſallus commiſit feloniam contra dominum:qui tamen ,non
mota vaſallo controuerſia de amiſſione feudi, deceſſit: an
hæres domini poterit vaſallum priuare feudo, ratione iniu-
riæ illatæ defuncto.dicit gl.hic eſt argumentum,ꝙ non poſ-
ſit reuocare.quod eſt verum,ſecundū Io.An.ſi dominus fuit
ſciens feloniæ,& habuit tempus ſufficiens ad reuocandum:
aliàs hæres reuocat.facit de elect. ca.in veteri.de dila.expo.
ad ſi.de confir.tu.l.in confirmando.& l.vtilitatem. ſecundū
Io.And.aduerte,an illud dictum in offenſa illata dño [ſi nō
fuit ſciēs,ꝙ hæres reuocet:]habeat locum in donatore: vt ſi
ignorauit atrocem iniuriam illatam ſibi à donatario, poſſit
hæres eius donationem reuocare.videtur,ꝙ non: quia text.
iſte ſimpliciter hæredem ab illo beneficio reuocationis ex-
cludit.ſed non ob.quia loquitur , cū defunctus ſciuit iniuriā
ſibi illatam.qd probat tex. dū dicit tacuit.quod refertur ad
17 ſcientem.& hoc credo verum & infero, † ꝙ ſi donatarius,
ignorante donatore , commiſit adulterium cum vxore ſua:
ꝙ licèt donator,qui ignorabat,non mouerit de hoc litē:hæ-
res tamen eius poterit reuocare: ſicut hac de cauſa reuoca-
tur legatum,etiam ſi poſt mortem teſtatoris adulteretur, vt
no. Cyn.in l.ſororem.C.de his,quæ vt indig.& l.fideicōmiſ-
ſum . de fide. nam etiam quandoque defuncto irrogat iniu-
ria,vt l.1.ff.de his quæ,vt indig.facit l.fin.ff.de adim.lega.&
quod nō. Cy. in l.1.de reuo. don. & vide ad prædicta,quod
no.in Spe.eo.ti.ver.quid ſi aliquis.vbi quærit,an pp ingrati-
tudinem prælati, & conuentus donatio facta eccleſiæ reuo-
cetur.¶Octauò quæro: an reuocetur donatio alia ratione.
dic,ꝙ ſic,ſi donatio excedens quingentos aureos , inſinuata
nō fuit.nam in illo exceſſu donatio reuocatur,vt l.ſancimus.
C.de dona.quod ān ſit verum in dona. ob cauſam , & in re-
miſſione debiti.& ſi dictum fuit,ꝙ plures fuerunt donatio-
nes:vel fuerit illi iuri renunciatum,hic vltra non proſequor:
ſed remitto ad not.per Cyn.in d.l.ſancimus.& Bar.in l.Mo-
18 deſtinus.& l.Aquilius.ff.eod. ¶Nonò quęro.†in caſibus,in
quibus pōt donatio reuocari(vt s̄.dixi) an habeat locum , ſi
fuerit iuramento vallata:reſpondeo, aut donatio eſt reuoca
bilis(quia inofficioſa,& in fraudem filiorum.)& tunc quan-
tumcunq; donans iurauerit non contrauenire,non firmabit
iuramento: quia quando contractus infirmatur ratione alte
rius,q̄ iurantis, nunq̄ iuramento contrahentium confirma-
tur in diſpendium tertii.de pac.c.quamuis.li.6.& c.licèt. de
iureiuran.eo.lib. quandoq; venit donatio reuocanda ,ppter
natiuitatem filiorum per l.ſi vnquam.C.de reuo.do na.tunc
D.Bar.D.Recuperus.& D.Fran. Tig. de Piſis conſuluerunt
idem.ſ.ꝙ talis donatio reuocari poſſit,iuramento non obſt.
19 †quia iuramentum non extenditur ad incogitata,& ad ea,q̄
nouiter emergunt,vt l. ſi.qui ſatiſ.cog.& c.quemadmodum.
& c.veniens.de iureiur.& c.Quintauallis.eo.ti.& ita no.Bar.
in d.§.Imperator. quandoq; donatio venit reuocanda pro-
pter omiſſam inſinuationem : & tunc an iuramento confir-
metur,remitto de hoc ad theoricam Bar.in l. ſi quis pro eo.
ff.de fideiuſſ.quod no. Cyn. in l.ſi quis pro redemptione.ad
finem.C.eo.tit.quandoq; donatio venit reuocanda pp offen
ſam altero ex prædictis modis,de quibus in tex.& tūc ſi ſim
pliciter iurauit non venire contra, credo, ꝙ venire poterit,
ratione offenſæ poſtea irrogatæ:ad quam non extenditur iu
ramentum,vt d.c.quemadmodum.cum ſimi.alleg. s̄.quan-
doq; expreſsè iurauit non venire contra,etiam rōne offen-
ſæ quomodocuq; illatæ altero ex iſtis modis.Ioan.An. hic
dicit,ꝙ videtur valere pactum in donatione appoſitum : ne
propter ingratitudinem reuocetur.de quo remittit ad Spec.
eo.ti.verſi.quid ſi actum.& in additionibus, quas fecit Dñs
Ray.ſuper Cy.reperi,quòd valet illud pactum. & reſpon.ad
l.ſi vnus.§. illud.de pac. quia hic non remittit ius agendi ,p-
pter delictum futurum.

ADDITIONES.

a ¶Propter ingratitudinem.vide l.fina.de reuoc.dona. l.propter.de don.
l.ſi pater.§.1.ff.eod.Alex.in conſi.42.4.volum.l.metum. §.ſed licèt.ff.
quod me.cau.

b ¶Liberos ſuperuenientes.vide Doc.in l.ſi vnquam.C.de reuo. do.Bal.in
l.cum acutiſſimi.C.de fideic.Pau.de Ca.in l.tale pactum.§.ſi.ff.de pact.
Old.conſi.232.& conſi.173.

## De peculio[a] clericorum.

DICTUM eſt s̄.de dona.ſed quoniam clerici
de ſuo peculio donationes facere poſſunt:
ideo &c. habetur de materia in Decre. 12.
q.1.3.& 4.per totū.& facit q.2.c.de laicis.
& c.ſeq.de generibus peculiorum vide per
Hoſti.in ſumma.eo.tit. & pleniùs in Spe.de
actore.§.1.verſi.item cum agit de peculio.& ſeq.vide in l.ſi.
C.de inoffi.teſt.dicit hic Hoſt. ꝙ quò ad clericos duplex eſt
peculium.ſ.profectitium,proueniens de rebus eccleſiæ, vel
ipſius occaſione:& quaſi caſtrenſe, proueniens ex beneficio
perſonali donatione propinquorum: vel proſpera fortuna .
de primo non teſtantur clerici.j.ti.1.2.& 3.de ſecundo ſic.
j.titu.1.c.quia nos,credo,ꝙ Hoſt.intellexerit de clericis ſui
iuris.de conſtitutis autem in patria poteſtate , de quibus s̄.
de æta.& quali.c.indecorum. dico,ꝙ in eis,vt in aliis priua-
tis,debet haberi conſideratio peculiorū:quia aliud caſtrēſe:
aliud quaſi caſtrenſe:aliud aduentitium:aliud profectitium,
iuxta not.in d.l.ſi.C.de inof.teſt. fortè hoc verum quò ad a-
lia magis, quàm quò ad teſtamenti factionem : nam etiam
in bonis aduentitiis videtur clerici poſſe teſtari, vt in Auth.
presbyteros.C.de epi.& cle.dicam j.eo.c.quia nos.Sumitur
autem peculium multis modis : interdum pro patrimonio .
ff.ad Trebel.l.cogi.in princ. & ita ſumitur hic.interdū quod
paterfam.vel dominus ſeruo concedit.ſic ſumitur. ff.de pe-
cul.per totum.de re.eccle.non alien. c.3. interdum pro eo,
quod præſidii cauſa pro guerra deponitur. ff.de lega. 3. l.ſi
chorus.alibi pro ſalario.C.de cohorta. l.ordinariorum. lib.
12.alibi pro rebus paraphernalibus.ff.de iure do.l.ſi ago.&
de his vide.ff.de pec.ſuper rub.





ADDITIO.

a ¶De peculio peculium quid ſit,& eius diffinitionem uide in l peculiū.
in prin.& ibi Bar.in rub.eod.ti.in lec.noua.Bal.in l.ſi. C.quod cum eo.
Alex.poſt Bar.in l.frater à fratre.de cond.ind.

SUMMAE.

1 *Paupertas non impedit promotionem ad prælaturam.*
2 *Dubitatio qualiter contingat in contractibus vnius.*
3 *Vicarius ſi contrahat:cuius nomine præſumatur contraxiſſe.*
4 *Adminiſtratores contrahentes , cuius nomine præſumantur contraxiſſe.*

INueſtigandum. ¶Not.j.ꝙ iſte ni-
hil habens fuit ,p-
1 motus . † & ſic paupertas non impedit promotionē ad
prælaturam.ſecus in tutore,vt no. 12.q.3.c.1.expone eccle
ſiaſticum ordinem.i.beneficium: vel.i.titulum , vel admini-
ſtrationem,per quam peruenitur ad ordinem. s̄. de electio.
c.cum in cunctis.§.inferiora.de æta.& qual.ca.1.¶Secundò
no.ꝙ dicit[prouectus eſt.]illud enim prouectus,ſonat in di
gnitatem, vel rectoriam:quam obtinens præſumitur quære
re,ratione talis adminiſtrationis,vt hic.ſecus ergo ſi eēt ſim
plex presbyter,non rector: tunc enim non eſſet præſumptio
pro eccleſia,in qua ſimplex beneficium obtinet.j.tit.proxi.
c.requiſiſti.ad fin.ſecundùm Io.An. non abſurdè dici poſſet
etiam in beneficiato in eccleſia aduertendam eſſe qualitatē
illius ſimplicis beneficii:vt ſi pingue ſit, & clericus illud te-
nens nihil habeat:quod poſtea quæſiuiſſe deprehenditur,de
bonis illius beneficii quæſiuiſſe præſumatur:nam in acqui-
ſitis per filium,(vtrū de bonis patris,vel propriis quęſiuerit)
ſi dubitetur:ad prędictam conſiderationem recurrimus. qd
dic,vt no.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.per Cy.in 4.quæſ.
2 ¶Tertiò no.†ꝙ quandoq; de contractibus vnius pōt meri-
tò dubitari,cui quæratur.quod contingit,quando qs repræ
ſentat duplicem perſonam,vt prelatus:nam pōt vt platus,&
vt priuatus,inire contractus:& ſibi, & eccleſiæ quærere. &
ſic dicitur habere duo patrimonia:vnum,vt proprium:aliud
quò ad curam,& adminiſtrationem.ſimiliter Imperator, vt
l.bene à Zenone.& l.2. C.de quad.præſcrip.l.ſi.C.de vſufru.
& l.quidam.C.de iure delib.& l.ſi verò.§.item quicquid.ſol.
matrimo. ¶Oppo.& vī,ꝙ quæſita per adminiſtratorē de-
beant præſumi quæſita de bonis propriis,vel induſtria: non
de bonis ſuæ adminiſtrationis,vt l.ſi defunctus.C.ar.tut.hic
autem dicitur cōtrarium:ergo malè.ſo.aliud in tutore:aliud
in prælato eccleſiæ.nam prælatus habet adminiſtrationē p-
petuam:& ſuſtentatur de bonis eccleſiæ,vt 70.di.ca.ſancto-
rum.& c.cùm ſecundū Apoſtolum.de præb. tutor verò hēt
adminiſtrationem temporalem,& ſuſtentatur de bonis ,p-
priis,non pupilli,vt l.à tutorib.ff.de admi.tu. ¶Scdò oppo.
eccleſia dr̄ vxor prelati,vt c.ſicut vxor.7.q.1.& c.ſicut.21.
q.2.ſed quicquid deprehenditur prælatus,& eccleſia poſſi-
dere,debet prſumi,ꝙ de bonis propriis,non vxoris.i.eccle
ſiæ acquiſiuerit:hic autem dicit præſumēdum pro eccleſia :
ergo malè.ſol.aliud in viro carnali, qui eſt dominus ēt rerū
dotalium,vt l. dotem. C. de rei ven.aliud in viro ſpirituali :
qui cenſetur adminiſtrator,non dominus,rerum eccleſiæ,vt
c.2.s̄.tit.j. vtrobiq; ergo eſt pro domino præſumendum.vel
dic,ꝙ vtrobiq; ſic præſumitur,vt vitetur ſuſpicio turpis quæ
ſtus:mulieres enim rarò ſe negotiationibus intromittunt:iō
quod penes eas habent,præſumitur,ꝙ de bonis viri:vt euitē
tur ſuſpicio turpis quæſtus,vt l.Quintus.de don.inter vir.&
vxo. eadem eſt ratio in prælato , qui prohibetur negotiari ,
vt j.ne cle.vel mona.c.1.& 2. quod ergo penes ipſum repe-
ritur: præſumere debemus in dubio , ꝙ ex iuſta cauſa ha-
buit,non ex iniuſta negotiatione : quia non eſt delictum in
dubio præſumendum,vt l.meritò.ff.pro ſoc. iſtæ ſunt ratio
nes D.Ioan.And.Ego dico,ꝙ ſi in vxore ponimus in facto ,
ꝙ fuerit diues:maritus autem nihil habens , cū eam duxit:
tunc quod quæſiuit vxor,nō præſumam de bonis viri,vt po
te nil habentis:quia ex bonis,quæ non apparent , lucrū ali-
quod proficiſci non pōt. & de illa materia,de cuius bonis p̄
ſumatur rector eccleſiæ quæſiuiſſe.dic,vt no.Cy.12. q.1.ca.
ſint manifeſtè.¶Quæro.iſte tex.loquitur in prælato,ſiue re
3 ctore eccleſiæ.†quid in vicario,dicit Io.And.poſt Hoſt.ꝙ ſi
eſt temporalis,non præſumitur pro eccleſia.ar.de fil.pſbyt.
c.conſtitutus.de priuil.c.1.ad fi.li.6.ſi eſt perpetuus: tūc ex
qualitate, & quantitate vicariç bonus iudex arbitrabitur ex
his,quæ ex proſpera fortuna probabitur habuiſſe: & ſic vel
hæredibus,vel eccleſiæ adiudicabitur: vel inter eos diuidet .
de teſtam.ca.relatum.2.in fin.ego dico,ꝙ talis conſideratio
nedum in vicario:ſed in rectore prælato eſt habenda. pone
enim.in eccleſia Sancti Cuntiani eſt plebanus , habens offi-
cium lucroſum,etiam vltra expenſas: de plebania verò mo-
dicum,aut nihil percipit:certè quod penes eum reperitur ,
vel emiſſe deprehenditur,non præſumam, ꝙ de bonis eccle
ſiæ nil habentis:ſed de induſtria officii aduocationis,vel le-
cturæ , ſi erat fortè doctor,cum ſalario ad lecturam aſſum-
ptus.nā ab illa præſumptione iuris de facili receditur, ſi ap-
pareat præſumptio contraria magis vrgens,vt c.literas.s̄.de
4 præſum.& no.j.ti.1.c.cum in officio. †Ego quæro,quid de
aliis adminiſtratoribus ſecularibus.Cyn.diſtinguit, vt s̄.di-
xi in vicario . nam aut habent perpetuam adminiſtrationē :
& idem,quod in prælatis,dicendum videtur.aliàs ſi habent
temporalem:& de anno in annum reddunt rationem, ſecus
eſt;quia præſumitur habere ex induſtria perſonæ.ita no.Cy.
in Auth.licentiam.C.de epiſ.& cle.Sed quid ſi reſpectu eius,
quod habere reperitur, induſtria eſt parua:pone hic de fa-
cto.quidam adminiſtrauit negotia cuiuſdam maximi domi
ni:deinde venit ad ciuitatem iſtam cum centum millibus du
catorum:an præſumamus de bonis dñi,& adminiſtratione ,
vel de induſtria : certè potuit eſſe induſtria in barattariis ex-
torquendo ab iſto,& ab illo,dñi fauore ſuffultus:q tñ ſic ma
lè quæſita contemplatione dñi an poſſit dñs ab eo exigere:
non videtur,ſecundū Pe.qui ita nota.in ſi. in l.cū oportet. in
2.q.C.de bo.quæ lib. per Cy.

SUMMAE.

1 *Prælati plus debent diligere eccleſias : quàm conſanguineos , vel amicos.*
2 *Prælatus,qui de rebus,quas quærit,alteri,quàm eccleſiæ, chartam facit, tenetur acquirere eccleſiæ,& præferre eam extraneis,& coniunctis.*
*Et an teneatur ſibiipſi præferre.nu.3.*

PResbyter. Per iſtud c.notat Ho.j.eod.
1 c.inquirendum. †ꝙ prælati
a plus dñt diligere eccleſias,q̄ conſanguineos[a], vel
amicos.j.de teſtam.c.cum in officiis.de pœn.c.2.¶Secūdò
2 no.ꝙ ſicut prælatus,qui malè res eccleſiæ alienat,†deponit,
vt no.s̄.de elect.c.quod ſicut.ita & prælatus, qui de rebus,
quas quærit,alteri,q̄ eccleſiæ,chartam facit:tenetur ergo ac
quirere eccleſiæ,& præferre eam extraneis , & coniunctis .
3 †ſed an ſibi ipſi:pone quidam in teſtō volebat relinquere p̄-
lato intuitu dignitatis : blanditus eſt ei , vt relinquat ſibi,vt
extraneo,& vt priuato.quæro, an ex hoc teneatur eccleſiæ.
Iſta quæſtio formatur per legiſtas in tutore,qui procurauit,
ꝙ teſtator ſibi relinqueret ,non pupillo : an ex hoc pupillus
teneatur . dixit Mar. Syl. ꝙ tutor illo caſu teneretur pupillo
ad intereſſe. in Auth.vt nulli iudi.§.& hoc peruenit.col.9.&
quod no. in Auth.vt cum de app.cog.§.ſi coniūctus.colla.9.
Cyn.dicit , ꝙ aut blando ſermone tutor induxit teſtatorem
ad hoc:& tunc non tenetur,vt ff.ſi quis ali.te.prohi.l.fin. aut
per dolum,& fraudem:& tunc obtinet, quod ſuperius dictū
eſt

eſt.ſ.ꝙ teneatur ad intereſſe.& ſic intelligit,quod no.ad Tre
bel.l.Titio cum eſſet.ita no.Cy.in l.quicquid.C.ar.tu.& hæc
diſtinctio poſſet cadere in prælato, qui præferre ſeipſum ec
cleſiæ procurauit. & no. hoc ar.ſi dolus dat cām teſtato: an
illi,qui ab inteſtato,vel aliter ſucceſſuri erant, poſſint age-
re.& vide l.quidam cum filium.de hære.inſti.

ADDITIO.

¶Quàm conſanguineos.Ratio,quia prælatus eſt in eccleſia, & eccleſia in prælato.vt no.Spec.de libel.concep. §.iam nunc uidendum. uerſic.ſi verò prælatus.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus,à quo tempore incipit quærere eccleſiæ ſuæ.*
2 *Epiſcopo mortuo,hæredes eius poſſident multa bona: ſucceſſor in dignitate illa uendicare contendit: an talia bona præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ,uel epiſcopi.*

VT vnuſquiſque. In c.præcedenti dicit,
ꝙ dēt prælatus eccleſiæ acquirere:hic dr̄,ꝙ quæſi-
ta dēt eccleſiæ relinquere.& hoc ver. relinquat, adaptat ad
vltimam voluntatem,vt in Auth.de hæred.& fal.¶Secundò
1 no.†à quo tempore epiſcopus incipit quærere eccleſiæ ſuæ.
nam à tp̄e conſecrationis:& ſic plenæ tranſlationis,vt ca.cū
in cunctis.ſ.de ele.facit quod no.in c.1.18.q.2.¶Quærunt
2 hic Doct.†mortuo epiſcopo, hæredes eius poſſident multa
bona:ſucceſſor in dignitate illa vendicare contendit: modò
quæro,ſi reuocatur in dubium,de cuius bonis fuerint: an p̄-
ſumantur eſſe de bonis eccleſiæ: vel ipſius epiſcopi. dicunt
quidam,ꝙ ſi eccleſia poſſidet,præſumuntur fuiſſe eccleſiæ:
ſi hæredes,præſumuntur fuiſſe propria auctoritate defuncti
empti.arg.pro hoc 12.q.5.c.1.alii dicunt,ꝙ quicunq; poſſi
deat,eſt præſumptio pro eccleſia.ī.ti.1.c.1. vnde ēt hæres
poſſidens probabit.Non ob.ꝙ actor probare debet,vt c.vt
noſtrum.ſ.vt eccle.bene.quia illud verum,vbi non eſt præ-
ſumptio contra poſſidentem:tunc enim poſſeſſio non rele-
uat ab onere probationis:ſicut nec poſſeſſio, quæ præſumit
minus iuſta,vt l.ſiue poſſidetis,& l.ius.C.de prob.& c.con-
tra morem.100.di.quid dicendum.Ioan.An.ponit hic alias
opiniones,de quibus plenè.12.q.1.c.ſicut manifeſtè.& vlti-
mò ſic diſtinguit:aut conſtat clericum habuiſſe propriū tē-
pore promotionis:aut conſtat non habuiſſe: aut dubitatur.
primò caſu tranſit cum opin.Goff.dicentis, ꝙ agens p̄bet
contra poſſidentem: ſecundo caſu præſumitur pro eccleſia,
vt ſ.c.1.& idem in tertio,cum.ſ.dubitatur, habuit bona, vel
non:maximè ſi non fecit inuentarium: pōt tamen hr̄s in ſe-
cundo caſu probare acquiſitionem factam, non intuitu ec-
cleſię,ſed perſonæ.& idem in tertio,cum.ſ.dubitatur:nā po-
terit probare,ꝙ intuitu perſonæ: vel ꝙ aliquid habebat tem
pore promotionis.quo probato,locus erit opi.Goff. ꝙ agēs
probet contra poſſidentem: tuebimur ēt poſſeſſorē in pau-
cis mobilibus,inquantum dari potuit,ſm̄ Ho. de iſto articu
lo pleniùs vide per Inn.ī.c.prox.c.cum in officiis.& p Garſ.
ī.de re.ec.non ali.c.hoc conſultiſſimè.li.6.& Cy. in Authē.
licentiam.C.de epi.& cle.

*SVMMAE.*

1 *Prohibitus contrahere proprio nomine: prohibetur etiam contrahere nomine alterius.*
2 *Eccleſia poteſt uendicare rem emptam de pecunia eccleſiæ.*
3 *Maritus ſi emit rem de pecunia vxoris: cuius erit res illa. & numero 6.*
4 *Res empta à liberto de pecunia ſibi data à patrono, reuocatur ſola ratione obſequij non præſtiti.*
5 *Res empta de pecunia eccleſiæ,vel minoris tunc eſt ipſorum: cū empta fuerit per eorum adminiſtratorem:ſecus ſi per extraneum.*



1 INquirendum. ¶No.primò, †quòd qui proprio nomine
contrahere prohibetur: ita nec nomine alterius. facit
ad no.in clem.ſi religioſus.de procurato.¶Secundò no.con
tra infideles ſeruientes, quæ ſubtrahunt,quòd diſpenſare te-
2 nentur.¶Tertiò no. †quòd rem emptam de pecunia eccle-
ſiæ poteſt eccleſia vendicare.contra quod opponitur: q̄a res
empta de pecunia mea non eſt mea, vt C.de rei vend. l. ſi ex
ea.ſol.dicit glo.quod dicitur in contrario, regulariter verū
eſt.fallit in eccleſia,milite,& pupillo:de quorum pecuniis ſi
emantur res,poterunt eas,vt proprias,vendicare. de hoc ēt
no.12.q.2.c.apoſtolicos.in fin.addit Ioan.And. alios caſus
ſpeciales,in quibus res empta de pecunia alicuius, efficitur
3 eius. †ſcilicet ſi maritus emit rem de pecunia vxoris. ff. de
4 dona.inter virum,& vxorem.l.vxor marito. †Item in re em
pta à liberto de pecunia ſibi data à patrono: quæ reuocat,
etiam ſola ratione obſequii non pręſtiti. C.de rei vendi. l.1.
Item in re empta de pecunia fenebri.vt infra de vſuris.cap.
cum tu.ſecundùm Hoſtien.& de his caſibus vide in Spec. de
emptio.& vendit.§.tertio loco.verſi.hoc autem ſcias.in qui-
5 bus pretium ſuccedit loco rei.†aduerte tamen.quia res em-
pta de pecunia eccleſiæ,vel minoris tūc eſt ipſorum; cū em-
pta fuerit per eorum adminiſtratorē: ſecus ſi per extraneū.
6 †Item res empta de pecunia vxoris à marito eſt vxoris in
ſubſidium,vbi maritus non eſt ſoluendo.& ita no.Cyn.C.de
rei vendi.l.ſi vt proponis.Item quod dixi regulariter, quòd
res empta de mea pecunia,non ſit mea,eſt verum,niſi in ſub
ſidium:quia fortè pecuniam meam recuperare non poſſum:
quia eſt conſumpta: nam rem ex ea emptam potero petere
in ſubſidium.& ita not.Cyn.C.de rei vend.l.mater.vbi pro-
ſequitur econuerſo: an pecuniam redactam à tertio de re
mea,vel mihi debita,poſſim ab eo repetere:& qua actione,
ſi non meo nomine rem meam diſtraxit. dic vt ibi in prima
quæſtio.& aliis quęſt.& l.ſi eum ſeruum. ff.ſi cer.pet.& Dy.
in cap.ratum. de regu.iur.lib.6. quid ſi clericus de pecunia
eccleſiæ ædificat in ſolo ſuo.dic,vt in Spe.de emp. & vend.§.
3.verſi.hoc autem.

*SVMMAE.*

1 *Prælatus poteſt in ſolo eccleſiæ plantare vineam pro ſuſtentatione ſua.*
2 *Prælatus qualiter poſſit teſtari de rebus quæſitis ex induſtria.*
3 *Cledici an ſimilentur uſufructuarijs,uel uſuarijs.*

1 SI quis. ¶Nota primò, †quòd in ſolo eccle-
ſiæ poteſt prælatus plantare vineam,
& agella pro ſuſtentatione ſua.plus ergo iuris habet,
quàm fructuarius,qui hoc non poteſt,vt in glo. ¶Secundò
2 no. † quòd licèt de quæſitis ex induſtria poſſit prælatus te-
ſtari,& abinteſtato relinquere:tamen illud non poteſt, ſi il-
lam induſtriam impendit in rebus eccleſiæ.cedit enim eccle
ſiæ augmentum, & vtilitas rebus ſuis annexa: ſed ſeparata
cedit eius lucro,& teſtari poterit.ī.titu.1.c.quia nos. & ſic
intelligo illud cap.vltra omnes.& quia tex.iſte prohibet iſti
diſponere poſt mortem:cōcedit ſibi,vt vtatur iſtis rebus me
lioratis,dum vixerit.quod intelligit Io.An. etiam ſi eccleſia
dem:aut diuerſorum.ſi eiuſdem:tunc ab vno hærede, aut à
pluribus.& idem per omnia,quod s̃. quando legatur in ea-
dem voluntate,per eaſdem leges. Si verò erant diuerſæ vo-
luntates diuerſorum:tunc aut habebantur loco vnius(vt qa
legauit defunctus, & hæres eius.) tunc idem,ꝙ ſi legetur in
teſtamento vnius,vt l.huiuſmodi.§.Sempronius.de leg.j.qđ
videtur verum,ſi vtilitatem afferat,vt cõmodum dilationis:
ſecus ſi nullam.quia tunc idem, quod in teſtamentis extra-
neorum,vt l.Mæuius.in prin.de leg.2. Si verò fuerunt pror-
ſus diuerſorum:tunc aut primò conſequitur eſſe ex teſtamẽ
to vnius:& tollitur pacto ex teſtõ alterius,Inſt.de leg.§.ſi ve
rò.Ita debet intelligi l.planè.§.ſi diuerſorum.de lega.1.Aut
ex teſtõ vnius conſequitur primò æſtimationem, & pôt ex
alio conſequi rem:dic,vt ibi.& hanc conſiderationem colli-
ge per illam regulam, ꝙ eadem res non pôt eidem deberi
inſolidum ex duabus cauſis lucratiuis: quæ non poſſunt re-
gulariter concurrere in eadem re,vt l.huiuſmodi. in prin.de
leg.1.Regulariter ideò dixi;quia quandoq; fallit. quod ple-
nè examina per Bar.in l.Mæuius.§.duobus. in antepen. col.
de leg.2.Ad diſtinctionem tamen,quam ſupra feci de quan
titate legata ſæpius eidem in eodem teſtõ,ꝙ in dubio debea
tur ſemel,debet intelligi, ſi in dicto teſtõ legata fuerit eadẽ
ſumma:ſecus ſi diuerſa:niſi per relationem ad primam ſecũ
da ſe referat.puta dixit teſtator[quinquaginta,quæ s̃. legaui
purè,lego ſub conditione.]vt l.Iuli.de hære.inſti.& hæc no.
Bar.in l.cum centum.de adi.leg.Et adducit ad q.ſi mutuaſti
mihi centum:deinde apparet, ꝙ promiſi tibi centum ex cau
ſa mutui:an intelligatur de illis centum mutuatis:an de aliis
centum.& ꝙ de eiſdem centum,videtur gl.de ver.ob.l.triti-
cum.vbi de iſta q.per Bar.

*SVMMAE.*

1 *Bonorum appellatione quid contineatur.*
2 *Eccleſiæ nomine quid intelligatur.*
3 *Prælatus,qui eſt in eccleſia,ſi decedit, quæſita per eum debentur ſuc*
*ceſſori.*
4 *Clericus de conſuetudine poteſt de mobilibus acquiſitis per eum lar-*
*giri pauperibus,& ſeruitoribus.*
5 *Clerici de quæſitis ex hæreditate,artificio, vel doctrina,poſſunt di-*
*ſponere.*
6 *Conſtitutio,quæ loquitur in ſingulari,habet locum,ẽt ſi pluraliter il*
*lud diſpoſitum eueniat.*
7 *Canonicus nouiter creatus,non pôt petere mobilia, et redditus,quos*
*canonicus defunctus dimiſit.*
8 *Teſtator dixit:relinquo eccleſiæ centum, nec aliter nominauit eccle-*
*ſiam,quæ eccleſia habebit illa centum.*

RElatum. De propriis teſtari pôt cleri
cus in acquiſitis per eccle-
ſiam.& ſi ſint mobilia,ſuccedat eccleſia.i.cõmu-
nis congregatio,vel ſucceſſor. pôt tamen aliqua ſeruitoribus
elargiri.& ſi plures habebat eccleſias, fiet diuiſio inter eas.
h.d.& ſunt quinq; partes.ſecunda ibi[nomine.]tertia ibi[li-
cèt.]quarta ibi[cæterùm.]quinta ibi[quia verò.] ¶ No.j.ꝙ
concilium Lateran.dicebat ſimpliciter, bona per eccleſiam
acquiſita,&c. declaratur ergo hic primò, qualiter intelligit̃
verbum,bona. ſecundò qualiter verbũ,eccleſia.& dicit pri-
1 mò,†ꝙ appellatione bonorum intelliguntur mobilia,& im-
mobilia,iura,& actiones,vt l.bonorum appellatio. de verb.
ſign.Sed nunquid contineat onera. pone teſtator legat tertiã
partem bonorum,vel donat:an intelligatur cum incõmodis:
videtur,ꝙ non.ff.de iure do.l.mulier bona.ſol.aut profertur
à l.& continet commoda,& incommoda,vt l.2.de bon.poſſ.
tit.generali.aut profertur ab homine:& tunc,aut in contra-
ctu:& continet commoda,& incommoda, vt d.l.mulier bo-
na.aut profertur in vltima voluntate. & tunc continet com
moda,vt l.cogi.in prin.ad Treb.l.ſi quis ſeruum.§.fi.de le.2.
quandoq; profertur à principe concedente beneficium. &
dic,vt l. princeps bona.& ibi per Dy.de verb.ſign.& ita not.
Bar.in d.l.2.de bon.poſſ.vide ad hoc quod no.Bar.in l.1.de
a ſeru.leg.a de relicto vſufructu omnium bonorum,vel partis,
an teneatur ad onera.¶Secundò no.ꝙ dicit[bona per eccle
ſiam acquiſita] &c. quæ autem dicantur quæri per eccleſiã.
aduertendum, quia quandoq; quæritur aliquid ex re eccle-
ſiæ(vt redditus.)& de his certũ eſt, ꝙ eccleſiæ remanere de-
bent.quædam acquiſita ſunt non ex re eccleſiæ, ſed propter
rem eccleſiæ:puta conſecutus eſt prælatus pœnam ex l. ſi qs
in tantam. C. vnde vi.quia fuit ex re eccleſiæ violenter eie-
ctus:vel inquietatus eſt contra formam conuentionis habitę
ſuper rebus eccleſiæ;ita ꝙ eſt commiſſa pœna.quandoq; cõ
templatione rei eccleſiaſticæ aliquid acquiſiuit:puta paſſus
eſt



eſt iniuriam,quia turbatus in fundo eccleſiæ;vel pœnã qua-
drupli;quia res eccleſiæ fuit furto ſubtracta,&c. Iſtis caſib.
(an dicantur bona per eccleſiam acquiſita) p̃t dubitari pro-
pter miſturam,q̃ cõtingit inter perſonam ipſius cleri, & rei
eccleſiaſticæ.poſſet recurri ad diſtin.Bar.in l.prætor ait. §.ſi
de fructibus.de bo.aucto.iud.poſſ.facit l.at vbi.& l.ſeq.ff.de
pet.hær.& l.ſi uerò.§.item quicquid.ſol.ma.vbi de donatio
ne facta Ambaſciatoribus Mediol.an acquiratur communi,
vel eis.facit l.cum duobus.§.ſocium.ff.pro ſoc.¶Tertiò no.
2 †ꝙ nomine eccleſiæ intelligitur communis aggregatio, ubi
eſt congregatio,vel ſolus prælatus.& de ſignificatione iſtius
uerbi,eccleſia,vide j̃.ne præla.uic.ſuas.c.qm̃. ¶Quartò no.
3 †ꝙ cum vnus eſt in eccleſia:ſi decedit, quæſita per eum de-
bentur ſucceſſori.& hoc eſt,quod iura dicunt: ꝙ talia bona
dimiſſa debent ſucceſſori fideliter reſeruari.j̃.de offi.ord.c.
4 præſenti.li.6.ubi de hoc.¶Quintò no.†ꝙ de cõſuetudine p̃t
clericus de mobilibus acquiſitis per eũ largiri pauperibus,
& ſeruitoribus,vt in 1.uer.licèt antem.quem intelligit Ioan.
An.in clerico habente eccleſiam,uel adminiſtrationem. nã
canonicus,& ſimpliciter beneficiatus pôt de talibus teſtari,
ſm̃ Io.An.qui remittit ad no.de hoc in d.c.præſenti. ego nõ
video rationem, quare in quæſitis per eccleſiam ſit fauendũ
magis clerico ſimplici,q̃ dignitatem, vel adminiſtrationem
habenti.maius eſt.n.onus rectoris, ſiue prælati, q̃ ſimplicis
clerici,vel canonici.maiorem ergo,non minorẽ fauorẽ de-
berent ſibi iura concedere in teſtando:vt ſic iuxta ſeruitii,&
laboris meritum & gratia concedatur, vt hic dicit text.nam
quantùm ad quæſita,vtrùm præſumantur quæſita contẽpla-
tione eccleſię, vel pſonę, bona eſt dicta diſtinctio inter eos,
vt j̃.eo.c.requiſiſti.ad fi.Sed quando de bonis obuenientib.
ab eccleſia certum eſt permittere plus in eis ſimplicibus cle-
ricis,q̃ prelatis,ratione caret. præterea vr̃ contra iſtũ tex.nã
clericus ſimpliciter beneficiatus dr̃ ille,qui à congregatis re
cipit beneficium ſine adminiſtratione:ſicut eſt canonicus.vt
j̃.dicam.& tñ congregatio ſibi ſuccedit, vt dicit iſte tex. er-
5 go non teſtatur.¶Sextò no.in ver.ceterùm.†ꝙ clerici de q̃-
ſitis ex hæreditatis artificio,vel doctrina poſſunt diſponere:
p̃t ergo clericus eſſe artifex,& quærere ex artificio.quod in-
tellige honeſto: puta pictor, vel ſcriptor de doctrina. pone
exemplum,ſi docebat pueros:vel erat doctor iuris, & multa
ex conſiliis,& lectura lucrabatur, vt doctor meus in Decre.
Ang.de Caſtil.Areti.archipresbyter eccleſiæ Padua.¶Quid
de acquiſitis ex illicita negociatione,tangit hic Io. An. dixi
s̃.eo.c.cum in officiis.regulariter.n. talia turpia lucra à mi-
niſtris extorta,vel ab vno ex ſociis dñis, vel conſocio nõ q̃-
runtur,vt l.cum à nobis.§.ibidem.cum l.ſeq. ff. pro ſocio.
¶Septimò no.in verſi.quia verò. ꝙ poteſt vnus plura benefi
cia poſsidere.quod intellige ex diſpenſatione epi, vel Papæ,
vel per tolerantiam,iuxta no.in c.de multa. de præb. & c.cũ
iandudum.eo.ti.& per id,quod dicit[ex tolerantia.]collige,
ꝙ minus iuſtus prælatus quærit eccleſiæ ex cauſis,ex quibus
quæreret,quã ſi canonicè obtineret.facit l.cum pr̃. §.non iù
re.de le.2.& iſte verſi.quia verò. intelligitur duobus modis.
vno modo,vt referatur ad proxima.& ſic viſo,quid de cleri-
co teſtato:videndum eſt de inteſtato, qui non habet conſan
guineos.vel cõtinuatur ad §.nomine aũt eccleſiæ.&c.loque-
batur.n.ibi in clerico habente vnam eccleſiam. ſi aũt habet
duas: tunc ẽt quò ad acquiſitionem eccleſiis faciendam illa
6 prouiſio locũ hẽt.ex quo collige,†ꝙ conſtitutio, q̃ loquitur
in ſingulari,habet locum, ẽt ſi pluraliter illud diſpoſitũ eue-
niat.facit ad q.ſi ſtatuto cauetur, ſi quis ꝓduxerit falſum te-
ſtem,puniatur in 10.ꝙ hẽt locũ dicta prouiſio, ẽt ſi ꝓducat
plures.idẽ econuerſo,quia pluralitas reſoluitur in ſingulari-
tates,vt l.demonſtratio.in fi.ff.de cond. & demõ.l.prætor.§.
fi.ff.vi bo.rap.¶Octauò no.ꝙ cum quis hẽt diſtinctas admi
niſtrationes:quod quæſiuiſſe deprehenditur, p̃ſumitur in du
bio quæſiuiſſe de bonis vtriuſq; adminiſtrationis ꝓ rata pa-
trimonii: in cuius conſideratione ẽt proprii patrimonii ra-
tio eſt habenda. puta percipit de redditibus ſui patrimonii
quolibet anno mille: de vna ex illis eccleſiis duo millia: ex
alia tria millia:iſta de acquiſitione per prelatũ feret tres par
tes:alia duas partes:alia vnã:vt ſic iſtud lucrum ex quantita-
te reddituum referatur. de ceteris tñ ſuis expenſis de bonis
vtriuſq; eccleſiæ pro rata,non de proprio patrimonio. s̃.eo.
c.cum in officiis. & facit iſtud dictum ad q.cum quis condẽ
natur ex delicto,ex quo bona veniunt publicanda: nã ſi hẽt
patrimonium in diuerſis territoriis, quilibet fiſcus occupa-
b bit bona ſita in ſuo territorio b. quod dic, vt no.Bar.in l.cun
ctos populos.in vltim.q. C.de ſumma Trin.& dixi s̃.de foro
comp.cap.poſtulaſti.facit l.iuriſperitos. §.cum oriundus.de
excu.tuto.& c.cum illorum.j̃.de ſen.excommu.¶Oppo.iſte
tex.in prin.& in ver.nomine autem,&c.dicit,ꝙ nomine ec-
cleſiæ non epiſcopus,vel ſucceſſor clerici morientis (vbi eſt
collegium clericorum) ſed communis congregatio intelligi
tur:niſi loco defuncti ſit vnus ordinandus: quia tunc de illo
intelligitur,non de congregatione. ſed contra videtur ſatis
inepta iſta cõſideratio:cum ſemper loco defuncti clerici ſub
rogetur vnus,non plures.de præb.c.maioribus.& ca.tuæ. &
neceſſaria eſt illa ſubſtitutio,vt c.2.s̃.de conceſſ.præbẽ.ergo
congregatio non ſuccedet vnquam.Solu.dicit Hoſt. iſte ver.
vbi autem, non loquitur de defuncto ſimpliciter beneficia-
to:ſed de illo,qui habet dignitatem,vel adminiſtrationem ſe
gregatam à congregatione, vel parochialem eccleſiam: qui
nec de his teſtatur,vt j̃.eo.in fin. c. ſunt enim talia reſeruan-
da futuro ſucceſſori,vt d.ca.præſenti. & pro hoc bene dicit
hic glo.ſed nunquid &c.ꝙ quæſita per epiſcopum, vel archi
diaconum habentem bona diſtincta à congregatione,debẽt
futuro ſucceſſori reſeruari.& de pœna vſurpantis talia bona
vide in c.quia ſæpe. de ele.li.6.& eo.ti.c.ſtatutum. in cle. In
quibus ergo bonis quæſitis p defunctũ ſuccedet congrega-
tio? dic, ꝙ in quæſitis ſimplicibus clericis (puta canonicis:)
nam licèt ipſorum præben.ſint diſtinctæ:tamen omnia bo-
na ſunt Capituli:nec ſunt à Capitulo diſtincta:licèt per præ-
bendas ſint aſsignata,ſecundùm Inno.hoc probat hic litera
[vel ſucceſſor.]&c.ſi enim præbenda non eſſet diſtincta, nõ
vacaret.& ſic nec ſucceſſorem haberet:& intellige, ꝙ tali ca
nonico ſuccedat congregatio, cum eſt beneficiatus ab ea ſo
la.ſi autem à ſolo epiſcopo,ſuccedat epiſcopus:ſi autẽ à con
gregatione,& epiſcopo:tunc diuidunt inter ſe.cum hæc ſuc-
ceſsio competat illi,à quo, & inquantum beneficiatus eſt s̃.
eo.c.cum in officiis.§.fin.& j̃.eod.c.requiſiſti.in fin.Et con-
cludit ex prædictis Ioan.And. ꝙ ſi vnus eſſet archidiaconus,
& canonicus in eccleſia:& bona archidiaconatus,& præben
dæ ſint diuiſa:tunc per congruam æſtimationem fiet diuiſio
inter canonicos,& archidiaco.ſucceſſorem,vt in fi. huius c.
7 ſm̃ Inno.& Hoſt.Ex quorum dictis ſatis clarè liquet,†ꝙ ca-
nonicus nouiter creatus non poteſt petere mobilia, & red-
ditus,quos canonicus defunctus dimiſit.& eadem rõne nec
fructus,durante vacatione perceptos. quod eſt not.facit qđ
no.s̃.de elect.c.quod ſicut.An canonicus poſsit agere de cõ
temptu canonici defuncti, in cuius canonicatu,& præben-
da ſucceſsit.& dicit,ꝙ non. vtrùm aũt in delegatione ſucce-
8 dat.vide in c.ſtatutum.in prin.de reſcrip.lib.6.¶†Extra gl.
quæro.dixit teſtator[relinquo eccleſiæ centum]nec nomina
uit aliter eccleſiã.dic,ꝙ habebit illa eccleſia,in qua erat pa
rochianus.ſi aũt erat parochianus in duabus eccleſiis, & di-
xit[eccleſiæ meæ relinquo centum]vr̃, ꝙ vtraq; habere de-
beat pro parte.ar.C.ſi plures vna ſenten.l.1.de le.2.l.ſi quis
Titio.§.vlti.primò vr̃,ꝙ inſolidum.de leg.1.l.qui filiabus.§.
ſi quis.econtra vr̃,ꝙ nihil habere debeant.de reb.du.l.ſi fue
rit.& l.duo ſunt Titii.de teſt.tu.dicit Pe. recurrendum ad cõ
iecturas.primò vt ſi unam eccleſiam prædiligebat, vt l.ſi ſer
uus plurium.§.fi.vel ſi in vna mandat corpus ſepeliri.ff.de re
gu.iur.l.ſcđm naturam. vel ſi in una magis conuerſabatur.

de leg.3.l.legatis ſeruis.ſi autem non apparet,neutra eccleſia habebit,vt l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.de le.2.& hoc quando reliquit eccleſiæ,& ſunt duæ. Quid ſi in vna eccleſia ſunt duo presbyteri, & cuilibet inſolidum teſtator dicat [ parochiali meo relinquo 10.] quis habebit ? hæc quæſtio non eſt dubia:quia perſona legatarii non eſt incerta, imò certa : nã videtur relictum eccleſiæ,mediante presbytero.ff.de an.leg. l.annua.§.à Titia.& de le.1.l.3.§.ſed & ſi.Sed eccleſia repręſentatur in iſtis duabus perſonis: ergo quilibet habebit partem.& hoc verum in dubio:niſi ex coniecturis , de quibus ſ.aliter appareat,ſ.alterum voluiſſe præferre.ita no. Cyn.in l.habeat.C.de ſacroſan.ecc.

ADDITIONES.

a ¶De ſerui leg.imo eſt de vſufr.leg.l.fin.
b ¶In ſuo territorio.bona conſiſcata in diuerſis territoriis fiſco cuiuslibet pertinent.Alb.in l.ſed fideic.§.tractatum.ff.de iud.

*SVMMÆ.*

1 *Diſpoſitio captatoria ualet in relictis ad pias cauſas.*
2 *Pietas dicitur duobus modis.*
3 *Vltimam uoluntatem poteſt quis per alterum declarare.*
4 *Teſtator præcepit commiſſario,omnia præter pauca,in non pias cãs expendi:pauca uerò in pias:an uideatur teſtatus decedere.*
5 *Voluntas captatoria ad pias cauſas an ualeat.*
6 *Teſtator ſi dicat ita[amice pono bona mea , & animam in manibus tuis]quid per iſtud intelligatur.*
7 *Legatum collatum in alterius uoluntatem:an ualeat.*
8 *Teſtator dicit [ volo ſolui omnibus debentibus à me aliquid recipere: & de hoc ſtetur ſimplici verbo Titij fratris mei:] an tale relictum ualeat.*
9 *Inſtitutio talis an ualeat : pauperes Chriſti inſtituo,quos talis elegerit.*
*Et an talis poſſit eligere ſpurium , vel conſanguineum teſtatoris . nume.* 10.
11 *Teſtator filium adultum inſtituit,& quandocunque ſine liberis deceſſerit,voluit per executores,quos in teſtõ nominauit , bona ſua diſtribui inter pauperes : qui filius ſe hæreditati immiſcuit , & ſine liberis deceſſit : executores quoſdam pauperes nominauerunt,& in eos ſolo uerbo diſtribuerunt certam quantitatem de bonis,& hæreditate prædicta:an hæredes dicti filij poſſint conueniri à dictis pauperibus, &c.*
12 *Subſtitutio facta filio impuberi per hæc uerba [filiũ impuberem inſtituo]& ſi in pupillari ætate deceſſerit, uoluit omnia bona ſua uẽdi per T.& B.ſuos fideicommiſſarios, & pretium dari pauperibus pro anima ſua,& parentum ſuorum:an ualeat.*
13 *Teſtator fecit teſtamentum, & dixit [ volo, ꝙ notarius illud faciat ad ſenſum ſapientis ]quid poterit facere ſapiens per hæc uerba.*
14 *Voluntas incerta an poſſit per relationem ad alia declarari.*
15 *Statuto cauetur , ꝙ extantibus fratribus , vel ſororibus,mater filio decedenti inteſtato non ſuccedat : pupillus extantibus fratribus, & matre,mortuus eſt,quis præferatur,frater,uel mater.*
16 *Statuta debent intelligi ſecundùm cõem uſum loquendi.*

CVm tibi. Qui ponit animam ſuam , & bona in voluntate alterius:
1 vr̃ iubere omnia dari pro anima. Inn.†In relictis ad pias cauſas valet diſpoſitio captatoria . iſte eſt caſus huius c.ſecundùm Bart. Sed Ric.Malum. dicit,ꝙ hic loquitur in voluntate diſtributoria,non in inſtitutoria , ſeu diſpoſitiua.ita dicitur in quadam diſputatione , quæ incipit . Titius
2 hæres,&c.Richar.Pietas dicitur duobus modis.† vno mõ reſpectu pſonæ:alio mõ reſpectu actus. & hoc dupliciter , uel reſpũ actus diſpoſitiui, vel reſpectu actus diſtributorii.pietas,quæ eſt perſonarum proprietas,non pertinet ad materiam noſtram de relictis ad pias cauſas . de iſta loquitur. ff. de neg.ge.l.Neſennius.C.eo.l.alimenta. & de inof.teſta.l.nã & ſi parentib:pietas,reſpectu actus diſpoſitiui,eſt de materia noſtra.& dr̃ relictum ad pias cauſas, quod relinquitur pſonæ miſerabili,vel loco pio,vel in rem ipſam piam, vt in refectione eccleſiæ,vel monumenti, vel cuius diſtributio conuertitur ad arbitrium executoris,vt dixi ſ. & quicquid generaliter pro anima relinquitur:vnde relictum pro incertis, eſt ad pias cauſas.no.de leg.2.l.ſi quis Titio . facit de ſacroſan.ec.c.illud.& in Spe.de inſtr.edi. §.nunc verò aliqua.ver. & ſcias,ꝙ inter.diſtributio verò largo modo dicitur pia , & omnino executio vltimæ voluntatis,vt in Auth.de hæred. &
3 fal.§.ſi verò.ibi[pro agendo.]&c.Bal.¶No.j. †ꝙ vltimam voluntatem poteſt quis per alium declarare(& ſic alteri cõmittere motum animi ſui)ad quod vide no.per Bar.in l.ſi ſtipulatus fue.ff.de verbo.obli. l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichũ. de verb.obl.¶Oppo.dicitur hic, ꝙ iſte non dicitur decedere inteſtatus . contra ad eſſentiam teſtamenti requiritur inſtitutio,ore proprio teſtatoris expreſſa,non nutu.C.de teſt. l.iubemus.§.quod ſi nõ fuerit.Sed in iſto teſtamẽto, de quo in tex.inſtitutio non apparet,quæ legi poſſit : ergo non põt dici teſtamentum.& paria ſunt non eſſe, & legi non poſſe in materia iſta,& qualibet alia,vt l.1.ff.de his,quæ in teſta.delen.& l.Rutilia Polla.de contrah.empti. præterea vr̃ vitioſa iſta diſpoſitio,in alterius voluntatem collata:quia eſt captatoria.nam idem eſt dicere [committo in Titium meã extremam voluntatem]& dicere[facio illum hæredẽ, quẽ Titius voluerit,vel elegerit.]ſed talis diſpoſitio depẽdẽs ab alieno arbitrio,reprobatur à iure,vt l.illa inſtitutio.de hære.inſt.& l.captatoriæ.C.de teſt.mil.ex quibus patet, ꝙ iſtud c. malè dicit,dum approbat captatoriam diſpoſitionem, & carentẽ inſtitutione hæredis.Sol.iſtud contrarium ſentit gl. quæ dicit,ꝙ re vera illud non eſt teſtamentum:licèt de benignitate canonica dicatur valere, & committere alterius voluntati factionem teſtamenti ſui.i.vt aliquis ſit ei hæres. ita dicit , q̃ vr̃ inferre oppoſitum in obiecto. dicere.n. ꝙ non ſit teſtm̃ , & ꝙ proſit alteri declaratio hæredis , & valeat , ſunt repugnantia:niſi dicas,ꝙ intellexit eſſe,non eſſe teſtm̃ de iure ciuili:ſed de benignitate canonica dicatur teſtm̃. vt hic;qa nõ dicitur decedere inteſtatus.iſta eſt prima ſolu.Secundò ſoluunt Pe.& Abb.ꝙ iſtud eſt teſtamentum quò ad excluſionẽ illius priuilegii.c.cum tibi.de uerb.ſig.cuius illa pars eſt:ſed non quò ad alia.& ſic ceſſant contraria,ſm̃ eos. Tertiò ſol. Ho.dicens,ꝙ ex quò intendens teſtari dicit hæc verba [ oĩa mea cõmitto diſpoſitioni Petri.] vel his ſimilia , intelligitur teſtatus.ad hoc j̃.tit.1.c.fi.ad fi.nam licèt teſtator non dicat [hæredem inſtituo]ſi tñ vtatur verbis æquipollentibus , ſatis eſt:puta[hæreditatis meę dñs eſto:]vt l.his verbis.de hęre.inſt.& l.cogi.in prin.ad Treb.præſertim,quia qñq; teſtatores abuſiuè loquuntur,& neſciunt vti verbo [hæredẽ inſtituo.]de le.3.l.non aliter.& l.quoties.C.fam.erc.& in uerbis non debemus curare:ſed vim,& effectũ verborũ, vt c.petitio.de procu.& c.intelligentia.de verb.ſig.ita dicit Hoſt.remittit ad ſummam.eo.ti.§.qualiter conficiantur.ver.nec refert.ex his ſentit,ꝙ iſte, in quem extrema diſpoſitio eſt collata,obtinet locũ hæredis : & ſic cõmodũ hereditatis ad eũ pertinet,ſm̃ mentem Ho.Quarto mõ ſoluit contrariũ Inno. & dicit hoc c.loqui,qñ expreſsè iubet in pias cauſas ſua bona oĩa erogari:quia non in talibus ſuccedit hæres abinteſtato,nec falcidia deducitur.C.de epi.& cle.l.ſi quis ad declinãdã. Idẽ ſi tacitè hoc agat.nã per hæc uerba[extremã voluntatem meã cõmitto diſpoſitioni talis]vr̃ voluiſſe,ꝙ oĩa bona in pauperes,& pias cauſas expendantur.aliàs ſi contrarium voluiſſet:videret decedere inteſtatus.dicitur tamen,ſm̃ Ioã. An.Inno.addidiſſe,ꝙ planior intellectus eſt, ꝙ per hæc verba[cõmitto tali meã vltimam voluntatẽ. ] inſtituat illũ hæredẽ:cũ in ipſum voluntatis intentio dirigatur , vt l. cũ pr̃.§. donationis.de le.2.& non dat ei ptãtem alium inſtituẽdi: qa tunc voluntas eſſet captatoria;& iõ non valeret , vt l. captatorias.



torias.de teſt.mil.& iſta additio ſatis concor.cum Ho.retenta tamen opi.Inn. ꝙ per prędicta verba videatur ſenſiſſe teſtator bona ſua per illum noĩatum,in pias cãs, & inter pau-
4 peres erogari.ſubiungit quæſt.†quid iuris,ſi p̃cepit cõmiſſario oĩa(præter pauca)in non pias cãs expendi;pauca verò in pias.dicunt quidam , ꝙ vigore illorum paucorũ intelligitur teſtatus decedere.de le.2.l.ſi quis Titio decem.alii dicunt(& vr̃ melius Innoc.) ꝙ commiſſarius recipiet tm̃ illa pauca , & expendet in pias cauſas:alia omnia habebit hæres abinteſtato:qui,detracta falcidia , ſoluet legata ſecundũ præceptum teſtatoris.j̃.eo.c.Raynal.§.1.Aduerte tamen, ꝙ ſi teſtatoris intentio fuiſſet teſtari(quod ex verbis colligi poſſet, vt l.non codicillum.C.eo.)de iure communi legata ad non pias cauſas non valerent ex teſtamento non ſolemni:ex quo nõ poſſet adiri hæreditas:nec deberentur à venientibus abinteſtato,vt l.ſi nemo.de teſta.tute. relicta verò ibi ad pias cauſas, ſi iure legati,deberentur fortè à venientibus abinteſtato. ſi iure inſtitutionis:tũc , quia iure ſpeciali valet diſpoſitio : an trahatur ad omnia bona per l.2.§.ſi ex imperfecto.& an aditio confirmet legata facta perſonis non priuilegiatis ( vt capiant ex teſtamento non ſolemni)credo,ꝙ non,per l.hac cõſultisſima.§.ex imperfecto.C.eo. & iſta no. quia nouum dictum eſt.Si autem teſtator inſtituat pauperes,ᶜvel eccleſiam, ſiue Chriſtum,habebunt hæreditã.pauperes,vel eccleſiaᵈ; & aliis ſoluent legataᵉ, & fideicommiſſa , quæ mandauit teſtator,vt d.l.ſi quis ad declinãdam.iſta ſunt,quæ reperi hic ſcripta per Io.An.& Ioan.de Lig.ex quorum dictis parũ liquet veritas,& intellectus huius c. quid intendat:nam vtrùm iſte, cui extrema diſpoſitio eſt commiſſa, ſit hæres ad ſuum commodum.Ho.ſentit,ꝙ ſic.Inno.variat,dum appellat eũ commiſſarium:& poſtea in aditione ponit intellectum,ꝙ per illa verba inſtituat eum hæredem.Ber.dicit de benignitate canonica hanc diſpoſitionem valere:nec,vtrùm teneatur diſpẽſare in pias cauſas,mentionem facit.Pe.& Abb. intelligunt, vt vidiſtis.quid ergo in iſta varietate dicemus ? dico, quòd
5 iſtud argum.†an valeat voluntas captatoria ad pias cauſasᵃ,
a examinat Bar.in l.habeat. C. de ſacroſan. eccle. & arguit, ꝙ non:quia reprobatur in teſtamento militis:in quo ceſſat omnis ſolemnitas iuris ciuilis:ergo & inſtitutio , vt C.de teſtam.milita. l.captatorias.Ipſe tenet contrarium.primò per iſtud c.vbi dicit eſſe caſum, & confirmat hoc de iure ciuili : quia relictum libertatis poteſt conferri in uoluntatem alterius.de fideicom.lib.l.libertas . quare autem aliud in relictis ad pias cauſas,q̃ in aliis:dicit ipſe ; quia in aliis nulla regula iuris ciuilis limitat voluntatem:ſed in relictis ad pias cãs,eſt regula iuris ciuilis,& gentium(vt erga Deum religio. ut l.2. de iuſt.& iu.)debemus enim peccata noſtra redimere eleemoſinis.13.q.2.c.animæ defunctorum.vnde non poteſt hic non uelle:ſed in aliis relictis ſecus : & interim prædicta ſunt vera : ꝙ ſi aliquid relinquatur arbitrio alterius ſimpliciter : nec dicam,ad quid. quòd in dubio intelligitur ad pias cauſas,vt in 1.c.per Innocen.quod placet Bar. quando dicit in arbitrium:nam bonus uir ſic arbitraretur:niſi cauſa oſtenderetur,quare debeat aliter arbitrari:ut pro malè ablatis . ſed ſi diceret[ad voluntatẽ talis ] nec exprimeret, ad pias cauſas : tunc remaneret regula , ꝙ voluntas captatoria non valeat.ita ibi no.Bar.Bal.in l. illa inſtitutio. dicit , ꝙ non valet diſpoſitio collata in arbitrium alterius ad pias cauſas : quia in talibus incertitudo non vitiat : interim enim ſemper certus eſt hæres. ſ. cõmiſſarius : vel epiſcopus pro pauperibus, & cõmoditate pauperum. facit in Auth.de eccle.tit. §.ſi qs
6 in nomine.in glo.3.Ex his ſequitur†ſi teſtator dicat ita [amice pono bona, & animam meam in manibus tuis . ] iſtud interpretatur. ideſt facio te hæredem pro pauperibus Chriſti.nam licèt pauperes non ſint expreſſi: ſunt tamen quodãmodo quaſi ſubintellecti : & nihilominus valet eorum inſtitutio.nec mirum,quia & aliàs valet inſtitutio tacita, vt l.fin. de poſthu. inſti. Amicus enim ille non ſui contemplatione : ſed animæ teſtatoris fuit nominatus.de iure delib.l.cum aliquis.de hæred.inſtit. l.quidam cum filium.nec debet anima teſtatoris vim pati:nec confidentia ad perfidiam trahi. Inſt. de fideicom.hære.in prin.& §.fin.& iſta dicit Bald.in d.l.habeat.Concluſio igitur prædictorum eſt, ꝙ valet inſtitutio captatoria ad pias cauſas: ad non pias talis inſtitutio reprobatur,vt l.captatorias.ff.de hęre.inſtit.¶Sed contra iſtud opp. & videtur,ꝙ vltima voluntas poſſit poni in alieno arbitrio , vt l.verum.§.1.de reb.dub.¶Præterea videmus,ꝙ teſtator reliquit centum illis , quos elegerit prior fratrum prædicatorum.de ma.vin.l.pater ex prouincia. ſol.ibi non ſubſtãtia diſpoſitionis:ſed mera electio collata eſt alteri.& iſtud bene poteſt fieri.vt l.vnum ex fam.de lega.2.dic ergo,ꝙ aut loq̃mur in relictis ad pias cauſas : & tunc valet diſpoſitio : quia videtur ſolùm eligi ad diſtribuendum,& eligendum pauperes,vt in 1.c. quod tamen videtur contra illam l. illa inſtitutio.nam ſi illa verba[quos Titius voluerit ] importarent inſtitutionem pauperum,deberet valere illa inſtitutio,quã improbat illa l.dicit ergo Bal.ibi, ꝙ interdum teſtator confert in alterius arbitrium aliquid diſponendum per modum diſtributionis fiendæ per eum:& tũc ualet.de le.2.l.cum filius. §.pater.interdum per modum declarationis : & tunc ſimiliter valet.de do.præleg.l.Theopompus. interdum per modũ electionis:& tunc adhuc valet:quia non ſubſtantia , ſed electio alieno arbitrio eſt collata,vt d.l.vnum, & vide quod no. Cy.in l.captatorias. de teſtamen.mili. & aduertendum,quia Bar.tractat hic,an valeat diſpoſitio collata in voluntatẽ hæredis,vel tertii:cuius deciſionem collige ex prædictis.¶Sol. hoc examinat in legatis: an valeat legatum in alterius voluntatem collatum.quem articulum,& alios,qui ſequuntur,or-
7 dina per quęſtiones.primò ergo†quæro:an valeat tale legatum collatum in alterius voluntatem. glo.ſuccinctè ſe expedit.tu dic latiùs,& diſtingue tres caſus . nam quandoq; confertur in voluntatem ipſius legatarii:quandoq; hæredis:quãdoq; tertii . primo caſu, aut teſtator exprimit,ad eius arbitrium:& ſine dubio valet,vt d.l.2.aut hoc exprimit cõditionaliter:& tunc aut quantitate non expreſſa ; & non valet , vt d.l.vnum.in prin.aut teſtator exprimit certam quantitatem, vel rẽ:& tunc,aut dicit[ſi arbitretur. ] & valet . & tamen eſt neceſſe,quòd arbitret̃, vt ibi.aut dixit,[ſi voluerit:]& valet , ſi declarat ſe velle,vt l.ſi ita.§.illi ſi volet.de leg. 1. aut dixit , [cũ voluerit.]& valet.& ſi non declarat voluntatem ſuã moriendo,videtur velle,vt l.fideicom.§.ſi ſit relictum.de leg.3. ſecundo caſu , quando confertur in voluntatem hęredis . & diſtingue:aut dixit ad arbitrium hæredis,non conditionaliter:& valet vt purum,vt d.l.2.de leg.2. aut conditionaliter , re,vel quantitate nõ expreſſa:& eſt nullum, vt ibi à cõtrario ſenſu.aut expreſſa re, vel quantitate:& tunc aut dixit[ſi arbitratus fuerit.]& valet legatum,vt l.ſi ſic.in prin.de leg.1. aut tanquam conditionalis, vt ibi:& ideò eſt neceſſe, ꝙ hæres arbitretur:vel ꝙ ſit in mora, vt l.Thais. §. ſorore.de fideicõm. lib.aut dixit teſtator[ſi hęres voluerit:]& non valet,vt d.l.2. & l.11.§.q̃q̃.de le.3. tertio caſu quando legatum confertur in voluntatem tertii:& tunc aut dixit teſtator[ſi voluerit:aut cum voluerit:aut cum fuerit arbitratus.]primo caſu non valet;quia eſt captatoria,niſi in relictis ad pias cauſas,vt in c. cum tibi.fallit etiam in relicto libertatis.de fideicom.li. l.fideicom.libertas.ſecundo caſu,ſi dixit[cum voluerit ] valet: ſicut dictum eſt de hærede,& legatario ſimiliter.tertio caſu, cum dictum fuit[ſi fuerit arbitratus.]vt d.l.2.vbi ita diſtinguit Bar.& tractat.an tertius,in cuius arbitrium eſt collatũ , cogatur arbitrari.dicam j̃.eo.c.tua.& quid iuris , ſi noluerit
8 arbitrari,ibi videas.¶Secundò quæro.†dixit teſtator [volo ſolui omnibus debentibus aliquid à me recipere . & de hoc ſtetur ſimplici uerbo Titii fratris mei . ] an valeat iſtud relictum:vr̃,ꝙ ſic,vt l.Theopompus.de do.prælega. Bar. con-

ſulendo dixit videndum eſſe primò, quid importet ſtari ſim
plici dicto eius. & exponit, ideſt eius aſſertioni, vt l. ſciendũ.
§. dictũ. de ædi. edi. vñ concludit, ꝙ nõ valet. quia iſta diſpo
ſitio eſt captatoria: quia in incertum voluntatis alicuius con
fertur tota iſta diſpoſitio: & ideò inualida, vt d. l. captatoriæ.
de leg. 1. cum ſimil. & ideò eius dictum non valet: niſi aliqui
bus præſumptionibus probaretur eſſe verum, vt l. qui hære.
de re. du. Non obſt. l. Theopompus. quia loquitur in dote. in
cuius fauore valet legatum incertum, vt l. cum poſt. §. gener.
de iure do. præterea ibi conſtabat verum dixiſſe [ legitimis
præſumptionibus: ] fallunt prædicta in relictis ad pias cau-
ſas, in quibus valet diſpoſitio captatoria, vt ſæpius dictũ eſt.
9 ¶ Tertiò quæro: † vtrũ valeat talis inſtitutio ] pauperes Chri
ſti inſtituo: quos talis elegit. ] videtur, ꝙ non, per illam l. illa
inſtitutio. In contrarium facit quod no. Cyn. in d. l. captato
rias. & quod s. dixi. quia non ſubſtantia inſtitutionis confer
tur in arbitrium alterius: ſed perſonæ electio. Sed dices. cer-
tè in iſta q. confertur perſonæ electio in alterius voluntaté.
& ſic ſubſtantia. i. perſona hæredis. quod eſt vetitum, ut in
d. l. dicit Bart. ꝙ ideo illa inſtitutio valet: quia committitur
electio incerti generis in certum genus inſtitutorum. ſ. pau-
perum. & illo non eligente, intelliguntur omnes inſtituti, ut
l. ſi quis Titio. & l. cum quidam. de le. 1. ſed in caſu, quo dicit
[ quos Titius voluerit. ] &c. illo non eligente, non eſſet aliqs
inſtitutus. aduerte tñ, ꝙ iſte, qui debet eligere: anteq̃ eligat,
hr̃ loco hæredis, vt no. Roff. in ti. de act. ex teſtõ. & in Spe. de
inſtru. edi. §. nunc aliqua. & ideò interim, antequam eligat
pauperes, põt conueniri, & agere tãquam hæres, vt no. Bart.
10 in d. l. illa inſtitutio. ¶ Sed hic incidenter quæritur: † an iſte
poſſit eligere ſpurium, vel conſanguineum teſtõris. dic, ꝙ di
cta bona debent diſtribui pauperibus, vt in iſto c. cum tibi.
ſm̃ Inn. & ideò ſi iſti conſanguinei ſunt pauperes, põt eis di-
ſtribui, & multò magis, vt c. non ſatis. 86. di. vbi maior pie-
tas verſari debet erga eos, vt s. c. prox. ſecus ſi ſunt diuites,
vt no. C. de ſac. ſan. ec. l. illud. in ſpurio teſtatoris dic, ꝙ põt ei
diſtribui vſq; ad alimenta, & non ultra: ut ca. cum habet. de
eo, qui duxit vxo. quam pol. per adul. ¶ Quartò quæro cir-
ca iſtum executorem de q̃one, quam D. Bar. diſputauit, quę
11 incipit. filium adultum, &c. † pone. teſtator filium adultũ in-
ſtituit: & quandocunq; ſine liberis deceſſerit, voluit per exe
cutores, quos in teſtõ noĩauit, bona ſua diſtribui inter pau-
peres. qui filius ſe hæreditati immiſcuit, & ſine liberis deceſ-
ſit. executores quoſdam pauperes nominauerunt, & in eos
ſolo verbo diſtribuerunt certam quantitatem de bonis, &
hæreditate prædicta. quæritur vtrùm hæredes dicti filii poſ-
ſint conueniri à dictis pauperibus nominatis cum effectu: &
in quanta quantitate. & videtur, ꝙ nõ: quia dicta ſubſtitutio
pauperum fuit fideicommiſſaria: ergo ſine reſtitutione non
potuit in pauperes transferri, nec etiam per modum ceſſio
nis, vt l. mulier. §. ex aſſe. de pact. ſcđò dicta diſtributio eſt a-
ctus inter viuos: ergo requiritur præſentia partis, aliter non
valet. vt l. fi. de inter. ac. quæ præſentia non proponitur inter
ceſſiſſe: ergo &c. & eodem modo talis electio impugnari pt:
quia non pręſupponitur hęredes fuiſſe præſentes. quod vide
tur neceſſe: quia poſſunt lædi. vt l. nam ita diuus. de adopt. &
l. de vnoquoq;. tertiò impugnatur dicta diſtributio, quia fa-
cta aliter, q̃ teſtator mandauerit: nam mãdauit diſtribui oĩa
bona. ſub qua generalitate continentur debita, & credita, vt
l. cogi. ad Treb. Iſti autem diſtribuerunt circa quantitatem:
ergo non valet reſtitutio aliter facta, quàm teſtator manda-
uerit, vt l. ſed ſi ante. ff. ad Treb. In contrarium arguitur: qa
in legatis, & fideicõmiſſis relictis ad pias cauſas tranſit ſta-
tim dominium. l. fin. C. de ſacroſan. ecc. ergo pauperes nomi
nati ſtatim poſſunt agere. ſecundò probatur, ꝙ non requirã-
tur præſentia pauperum, vel hæredis in electione tali: qa po-
teſt fieri in vltima voluntate, vt l. vnum ex famil. de leg. 2. ſed
conſtat, ꝙ ea, quæ fiunt in vltima voluntate, non requirunt
præſentiam: quia non refert, cum quo quis loquetur, &c. vt
l. cum pater. §. ſurdo. & §. donationem. de lega. 2. facit quod
no. in l. ſerui electio. de le. j. vbi ponuntur, quę requirũtur ad
ſubſtantiam electionis: & tñ de præſentia nihil dr̃. ad idem l.
Theopompus. de dote præle. tertiò ſic. ille, qui eſt iuſſus rem
diſtribuere inter aliquos, poteſt partem diſtribuere, partem
omittere, vt l. vnum ex fami. §. ſi duos. de le. 2. ergo ita debet
valere in caſu noſtro: nã & nominati ab executore, ſunt ha-
bendi perinde, ac ſi à teſtatore nominati eſſent, vt d. l. vnum
ex famil. §. ſi de falcidia. ergo patet, ꝙ agere potuerunt. quid
dicendum. ſo. dicit Bar. præmittendum, ꝙ quando iſtis fidei
commiſſariis debet fieri reſtitutio iure fideicommiſſ. haben
tur loco fideicommiſſariorum. & ſi iure directo pauperes in
ſtituuntur, dato tali fideicommiſſario, habentur loco hære-
dis directò. allegat no. in primo c. per Docto. & in d. §. com-
pendioſè. verſi. & ſcias. & eſt caſus in l. nulli. C. de ſacroſanc.
eccle. & in Auth. de ec. titu. §. ſi quis autem pro redemptio-
ne. ſecundò pręmittit, ꝙ licèt in uniuerſalem fideicommiſſa
riũ non tranſeat actio ſine reſtitutione, vt l. reſtituta. ad Tre
bel. in relictis tamen ad pias cauſas tranſeunt ſine aliqua re
ſtitutione, vt l. vt inter dominum. de ſacroſanct. eccle. quam
intelligit in hærede directo, & per fideicommiſſarium reli-
cto: & probatur in d. §. ſi quis autem. vbi epiſcopus vẽdicat
ſine aliqua reſtitutione. intelligit etiã illam l. in omnibus re-
lictis ad pias cauſas: licèt in certis caſibus videatur loq. Ter
tiò præmittit, ꝙ licèt iſti executores debeant omnia diſtri-
buere: poſſunt tamen diſtribuere certam partem, vt d. §. ſi
duos. & l. ſi quis ad declinandam. & per illum. §. ſi duos prę-
mittit quartum, ꝙ non eſt neceſſaria præſentia perſonæ no-
minatæ: vel perſonæ hęredis, ut s. dixi. Quintò præmittit: ꝙ
id, quod dictum eſt de fideicommiſſario, ſiue tali executore
(ꝙ habeat actionem) eſt ſpeciale in relictis ad pias cãs: nam
alias non poſſunt agere, ut l. Lucius. §. Mæuia. ad Trebel. ſed
pauperes nominari ab eo poſſunt: ac ſi in teſtamento fuiſſet
ſpecialiter nominati, vt d. §. ſi de falcidia. & §. rogo. l. utrũ.
§. cum quidam. de reb. dub. his pręmiſſis concludit, ꝙ reſti-
tutio facta executoribus liberat hæredes à pauperibus, vt l.
1. in prin. l. ita tamẽ. §. qui ex Tre. ad Treb. ſi uerò dictis exe-
cutoribus, vel epiſcopo hæredes non reſtituiſſent: tunc dicti
hæredes à dictis pauperibus nominatis, & electis in illa quã
titate poterunt conueniri: quia priuilegium non aufert be-
neficium iuris communis. ff. de cap. l. bello. §. ſi quis ſeruũ. l.
generaliter. §. ſi quis autem. de condi. inſer. & ita concludit
in prædicta quæſt. quæ habet locum, cum ſubſtitutio fuit fi-
12 deicommiſſaria. ¶ Quintò quæro: † quid ſi fuit facta impu-
beri per hæc verba [ filium impuberem inſtituo: ] & ſi in pu-
pillari ætate deceſſerit, volo omnia bona ſua uendi per C. &
B. ſuos fideicommiſſarios; & pretium dari pauperibus pro
anima ſua. & parentum ſuorum. ] quæritur, vtrùm dicta ſub
ſtitutio ſit directa pupilla. dixit Bar. conſulendo, ꝙ iſti fidei-
commiſſarii ad uendendum bona defuncti, & diſtribuen-
dum inter pauperes, nullo alio hærede inſtituto, habentur
loco hæredis uniuerſalis. alleg. no. hic per Docto. & Roffr. &
Spec. ubi ſupra. nam ſicut executor legitimus ad piam cãm
haberetur loco hæredis, ut d. l. ſi quis ad declinandam. ergo
dicta uerba in teſtamento appoſita faciunt uerba directa.
nam uerba directa ſunt, quæ ad aliquem dirigũtur: ita quòd
ipſe de manu ſua capiat. C. de fideicõ. l. eam quam. in glo.
ſuper uer. & directis. ſed fideicommiſſarii prædicto caſu nõ
ab alio capiunt: ſed à ſeipſis. Et ſi dicas uidetur p hoc, quòd
pauperes uenient iure fideicommiſſ. quia oportet ipſos ca-
pere de manu executoris, qui debet bona vendere, & pre-
tium dare: ſed dic, quòd idem eſt relinquere pauperibus, &
relinquere adminiſtratoribus, ipſorum contemplatione, ut
l. annua. §. fin. de ann. leg. & idem eſt relinquere à tutore, &
relinquere à pupillo, vt l. etiam. C. de fideicom. & l. peto. §.
matre. de leg. 2. cũ ergo iſti executores ſint adminiſtratores
pau-



pauperum, & ſimiles ſint tutoribus, vt l. ſi quis ad declinan-
dam. & l. orphanotrophos. de epiſc. & cler. c. quia contingit.
de relig. dom. perinde eſt, acſi dixiſſet [ relinquo bona mea
pauperibus: & volo per vos vendi, & inter eos diſtribui pre-
tium. ] & per hoc apparet, ꝙ illa verba poſita in teſtamento,
videlicet [ & pretium dari pauperibus. ] &c. non faciunt vide
ri dictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam: cum admini-
ſtrator ipſorum pauperum eſt ille, qui pro eis vicem hr̃dis
tenet: & videtur eſſe rogatus, vt dictum eſt. & ita conſuluit.
& incipit conſilium. Titius condidit teſtm̃, &c. refert in l. fun
di. de vſufr. le. & remittit ad not. per eum in l. cẽtur. de vulg.
& pup. Et no. ꝙ iſte executor pauperem, quem elegit, poteſt
grauare, vt poſt mortem ſuam, vel poſt tempus fundum ſibi
traditum reſtituat alteri: quia ſicut poteſt diuidere rem inter
plures, vt d. §. ſi duos. ita poteſt diuidere in tempore, vt l. mi
les ita. §. & quia diximus. ff. de teſtam. mil. quid autem iuris,
ſi, antequam diſtribuat, moriatur: videtur omnes pauperes
admittendos eſſe, vt l. vnum ex fami. §. rogo. præal. ſed certè
ſcđm Bar. illa l. loquitur, quãdo aliquis erat iuſſus diſtribue-
re vni ex certis: ſecus ſi iuſſus eſt diſtribuere inter pauperes
ſimpliciter: quia tunc non omnes admittẽtur: ſed epiſcopus,
vt l. nulli. de epiſc. & cleri. & in Auth. de ec. ti. §. ſi autem. ſi au
tẽ eſſet iuſſus diſtribuere inter pauperes vnius viciniæ: vel
vnius hoſpitalis: tunc executore decedẽte, omnes illi admit-
tentur. ita not. ipſe in d. §. rogo. & inter iſtos caſus vide ratio
nem differentiæ, quam aſſignat Bald. in l. 1. de lega. 2. in re-
13 petitione. ¶ Sextò quæro. † quidam fecit teſtamentum, & di
xit [ volo, ꝙ notarius illud faciat ad ſenſum ſapientis. ] quæ-
ro, quid poterit facere ſapiens per hæc verba. dicit Iaco. de
Are. ꝙ ſi præceſſit teſtamentum, habens clauſulam deroga-
toriam, poterit addere ſapiens. [ non obſtante alio teſtamen
to, in quo talia verba. ] &c. Item ſi reliquit filiæ, poterit ad-
dere ſapiens [ iure inſtitutionis. ] Item ſi ſpurio teſtatoris: po
terit addere [ cũ capere poterit, ] vt l. in tempus. de hære. in-
ſtit. vel pro alimentis. c. cum habet. de eo, qui duxit uxor. &
probatur iſta opin. quia verbum, relinquo, trahitur ad inſti-
tutionem. in Auth. de hæred. & falc. §. ſi verò nulla. & ſic ſa-
piens nihil addit: ſed declarat quod verba continebant: quia
credendum eſt teſtatorem voluiſſe valere quod facit: nã &
quandoq; lex ſubintelligit inſtitutionem. C. de inof. teſt. l. 4.
ſi hoc facit lex: ergo & homo hoc facere poteſt. præterea ſi
hoc non poſſet: illa verba nihil operarentur contra l. ſi qñ.
de le. 1. nam in dubio debemus interpretari: vt res valeat, &
non pereat. In contrarium arguitur; quia teſtator iſtam inſti
tutionem nõ expreſſit ore proprio: ergo nulla, vt l. iubemus.
C. de teſta. cum enim ex teſtamento non poſſit hęredis inſti
tutio oculis perſpici: non videtur ſcripta, vt l. 1. de his, quæ in
14 te. delen. & l. vxor. de ma. te. † licèt voluntas incerta poſſit p
relationem ad alia declarari, vt l. aſſe. de hær. inſt. illud eſt ve
rum ab ipſo teſtatore: ſed ab alio non videtur poſſe pendere
talis declaratio. quia eſſet diſpoſitio captatoria: ergo nulla.
vt l. illa. & l. 1. de his, quæ pro non ſcrip. ha. quid dicendum.
Iac. de Are. tenet, vt dxi. ſed Ri. Ma. & Old. diſputauerunt cõ
trarium, ꝙ tabellio non poſſit addere derogatoria: nec poſ-
ſit addere verba [ iure inſtitutionis. ] nec poſſit addere condi
tio. cum capere poterit rem: quia iſta ſunt facti, & animi: vn
de non poſſunt committi tabellioni. item ſi hoc poſſet tabel
lio, hoc eſſet magis iudicium, quàm teſtimonium: ſed certũ
eſt, ꝙ ad tabellionis iudicium: ſed teſtm̃, vt ad teſtẽ, ut l. Do
mitius. de teſta. nam ſi poſſet addere ſapiens [ iure inſtitutio-
nis. ] illud eſſet de nouo diſponere. quod non poſſet facere ip
ſe teſtator ſine noua ſolemnitate, vt l. hæredes palam. §. ſi qđ
poſt. ff. eo. præterea verbum commune adiectum certæ rei,
vel quantitati eſt obliquum, vt no. Dy. in l. cogi. §. & genera-
liter. ad Trebel. vnde ſi tabellio adderet [ iure inſtitutionis. ]
transferret verbum obliquum ad directum, & faceret cõtra
naturã verborum prolatorum à teſtatore: quod eſt impoſſi-
bile, vt l. quoties. §. idem tract. de hær. inſt. & hanc opi. tenet
Bar. in d. l. illa inſtitutio. Io. An. approbat opi. Iac. de Are. di-
cens, ꝙ poteſt notarius addere verba [ iure inſtitutionis. ] de
mandato ſapientis: quia iſtud non eſt addere, ſed declarare;
quia erat in mente teſtatoris velata. quod dic per eum in ad
ditio. Spe. in ti. de inſtr. edi. §. inſtr̃m ergo. ver. à contrahen-
tibus. per Old. conſi. 176. Bald. concludit, ꝙ ſapiens poterit
dictare ſcripturam, ſtante eadem ſubſtantia facti: & poterit
præmittere præmittenda, & poſtponere poſtponenda, ſub-
ſtantia non mutata: & addit de iſto conſilio ſapientis, qđ no.
Inno. de of. deleg. c. ſi pro debilitatis. ¶ Septimò quæro, quia
iſta Decre. & Decre. cum tibi. interpretatur hoc verbum, in-
15 teſtatus. quæro pro eius intelligentia de tali q. † Statuto ca-
uetur, ꝙ extantibus fratribus, vel ſororibus, mater filio de-
cedenti inteſtato non ſuccedat. modò pupillus, extantibus
fratribus, & matre, mortuus eſt: frater vult præferri, tãquam
deceſſerit inteſtatus: mater econuerſo dicit verbum, inteſta-
tus, intelligi de habili ad teſtandum: nõ de inhabili, vt eſt pu
pillus. quæritur quid iuris. & videtur, ꝙ mater admitti de-
beat vnà cum eo: quia non poteſt dici inteſtatus, qui non po
teſt facere teſtamentum, vt l. 1. de ſuis, & leg. non enim cadit
b priuatio, vbi nunquam fuit habitus [b]. facit quod no. in ca. ad
diſſoluendum. de deſpon. impub. contrarium conſuluit Bar.
dicit enim, quòd habitus poteſt conſiderari dupliciter: vno
modo ſtrictè ſecundùm naturam vnius indiuidui: alio mo-
do largè ſecundùm naturam illius ſpeciei: ſub qua illud indi
uiduum eſt, vt in hoc exemplo. aliquis eſt mutus à natiuita-
te: certè licèt in eo nunquam fuerit habitus loquendi: tamen
dicitur mutus eo reſpectu: quia ſpeciei humanæ competit ha
bitus loquendi. C. qui te. fa. poſſ. l. diſcretis. Idem in eo, qui
natus eſt ſine oculis, rectè dicitur cæcus: hoc eſt priuatus lu-
mine eo reſpectu: quia ſpeciei humanæ competit videre, vt
in Euangelio de cæco nato. & hic eſt communis vſus loquen
di. & hoc voluit dicere, vt l. j. de ſuis & leg. dum dicit [ pro in
teſtato accipimus. ] &c. quaſi dicat: in eis cadit illud verbum
inteſtatus, reſpectu humanę ſpeciei: cui permiſſum eſt face-
re teſtamentum. hoc etiam vult dicere Imperator Inſtit. de
hæred. quæ ab inteſt. de. in prin. vbi dicit [ inteſtatus eſt, qui
omnino teſtamentum nõ fecit. ] &c. no. ꝙ dicit omnino, qua
ſi dicat: ſiue quia noluit: ſiue quia non potuit. ad propoſitum
ergo, aut dicimus pupillum inteſtatum propriè (quia eſt pri
uatus eo habitu, qui competit ſpeciei humanæ) & habeo ꝓ-
poſitum: quia ſtatutum vendicabit ſibi locum in eo. aut dici
mus ipſum inteſtatum impropriè: & tunc remanet, ꝙ eſt in-
teſtatus ſecundùm vſum, & communem modum loquendi,
16 vt dictis legibus probatur. † ſtatuta autem debent intelligi,
ſecundùm communem vſum loquendi: qui præualet omni
propriæ ſignificationi, vt l. Labeo. de ſup. leg. per Bar. & l. li-
brorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. & ſic ſtatutum ha-
bebit locum in pupillo. quod no. tangit Bal. in repetitio. l. ha
beat. de ſacroſan. eccle. &c.

### ADDITIONES.

a ¶ Ad pias cauſas. Vide Bar. in l. captatoriæ. uer. Dy. inducit. ff. de le. 1. idẽ in l. 1. in 3. q. in repe. in uer. contra hunc defectum. C. de ſac. ſan. ec.

b ¶ Non cadit priuatio, vbi nunquam fuit habitus. l. decem. de uerb. ob. l. manumiſſiones. de iuſt. & iu. l. 2. §. cæterum. qui. mo. uſuſfr. amit. Bal. in l. moueor. ad fi. C. de ſer. expor.

### SVMMAE.

1 *Legatum factum epiſcopo non imputatur in quartam ſibi debitam de relictis factis eccleſiæ.*

2 *Approbans uoluntatem defuncti, agnoſcendo relictum ſibi factũ, nõ poteſt poſtea impugnare.*

3 *Teſtator poteſt relinquere animo compenſandi debitum creditori.*

4 *Vendicare, uerbum adaptatur propriè ad habentem dominium.*

5 *Teſtator non poteſt fraudare epiſcopum debita portione.*

6 *Conſtitutio noua, quæ prouidet contra fraudes, & diſponit in caſibus dubiis emergentibus ſuper iure antiquo, non derogat indulgẽtijs ſpecialibus quibuſdam conceſſis.*
7 *Monaſteria de relictis eis factis an teneantur ad quartam epiſcopalem.*
8 *Portio canonica quo iure, & qua de cauſa ſit inuenta.*
9 *Quarta epiſcopalis an debeatur de relictis factis eccleſiis, & monaſterijs exemptis.*
*Quid de his, quæ legantur hoſpitali nu. 10.*
11 *Leproſorum collegium an teneatur ad canonicam de legatis ſibi factis.*
12 *Fratres de pœnitentia tertij ordinis S. Franciſci an teneãtur ad quartam canonicam de relictis ſibi factis.*
13 *Loca, quæ ſint, quæ tenentur ad ſolutionem canonicæ portionis.*
14 *Canonica an debeatur epõ de his, quæ eccleſiæ quæruntur ex legali diſpoſitione, ratione profeſſionis.*
15 *Rector eccleſiæ ſi decedit, & nemine exiſtente de cognatione, ſuccedit eccleſia: an debebitur canonica epiſcopo.*
16 *Canonica an debeatur de relictis factis epiſcopo pro miſſis dicendis.*
17 *Relictum pro cã priuilegiata auctoritate apoſtolica ſi conuertatur in cauſam non priuilegiatam: an ex eo debebitur canonica.*
18 *Canonica quo iure petatur.*
*Et contra quem. nu. 19.*
20 *Canonica epãlis an impediatur per canonicam parochialem.*
*Et quæ veniat detrahenda. nu. 21.*
22 *Canonica epiſcopalis quota ſit.*
*Et in quibus caſibus ceſſat. nu. 23.*
*Quando ſola debeatur. num. 24.*
*Et de quo. nume. 25.*
26 *Pater promiſit pro filia dotem viro: deinde in teſtõ aliquid filiæ legauit: an uideatur legare pro dote.*

OFficij. De relicto facto eccleſiis petit
epiſcopus partem ſuam: licèt ali
quid fuerit ſibi à teſtatore relictum: niſi eo mõ,
& forma relictum fuerit, ꝙ maneret ea parte contentus, &
legatum agnouerit. cõis diuiſio. ſecunda ibi [conſultationi.]
quæ tria facit. primò diſtinguit. & ſecundum membrum ibi
[ꝙ ſi.] ſecundò contra fraudem prouidet. ibi [ſi uerò.] ter-
tiò proteſtatur, ibi [ſaluis.] ¶ No. j. ꝙ illud c. p̃ſupponit por-
tionem deberi epõ de relictis factis eccleſiis, & monaſteriis,
exceptis quibuſdam regularibus, vt in fi. c. Et aduertendum,
quia iſtud c. conſiderat, quò ad quartam epi, loca, quibus re
linquitur: de iſtis. n. factis eccleſiis, & monaſteriis debetur
1 quarta epõ. Io. An. hic, ꝙ non. dicam j̃ latiùs. ¶ Scdõ no. † ꝙ
legatum factum epõ non imputatur in quartam ſibi debitã
de relictis factis eccleſiis. glo. tamen antepe. ſentit, ꝙ ẽt ſi ac
ceptat, poſſit agere ad ſupplementum. quod eſt verum, ſm̃
Io. An. qñ eps non acceptat, ſm̃ In. Idem ẽt dicit, ſi acceptat:
2 poſtea apparet de fraude. ¶ Tertiò ex hoc no. † ꝙ ille, q ap-
probat voluntatem defuncti, agnoſcendo relictum ſibi fa-
ctum, non põt poſtea impugnare: ſicut filius exhæredatus ex
cluditur à querela inofficioſi teſtamenti, ſi legatum ſibi fa-
ctum in teſtõ agnouit, vt l. poſt legatum. de his quæ, vt indig.
& l. pen. ff. de inoff. teſtam. Sed nunquid eps exhæredatus, vel
præteritus à patre, recipiendo portionem canonicam de re
lictis factis in teſtamento prædicti ſui patris eccleſiis, & mo
naſteriis, prohibeatur tale teſtamentum impugnare: videt̃,
ꝙ non; quia recipit, vt eps portionem prædictam, & impu-
gnat vt priuata perſona. ar. l. tutor. ff. de his quæ vt indig. dic
3 vt ibi in ſimil. & d. l. pen. & fi. de inoff. teſt. ¶ Quartò not. † ꝙ
teſtator põt relinquere animo compenſandi debitum credi
tori: in dubio tamen creditor, cui aliquid in teſtõ relinquit̃,
p̃t petere debitum. & legatum, vt l. creditorem. de le. 3. dicã
4 latiùs j̃. ¶ Quintò not. tex. dũ dicit [vendicare.] † quod ver-
bũ adaptatur propriè ad hñtem dñium, cui cõpetit rei ven-
dicatio, & nõ alii, vt l. in rẽ actio. ff. de rei vend. ex quo no. ꝙ
ſicut falcidia reſecat ipſo iure legata, vt l. linea margaritarũ.
ad leg. fal. ita iſta quarta canonica reſecat ipſo iure relicta fa
5 cta eccleſiis, & monaſteriis. ¶ Sextò no. in ver. ſi verò. † ꝙ te
ſtator non pt fraudare epm̃ debita portione: ſicut nec pr̃ fi-
liũ debita iure naturę, vt l. omnimodo. & l. ſcimus. C. de inof.
te. & iſta coniunctio [ſi verò.] quæ eſt aduerſatiua, aduerſat̃
ei, quod dixit, epm̃, qui agnouit relictum, renunciaſſe portio
ni: nam iſtud eſt verum, niſi poſtea de fraude conſtiterit: pu-
ta reperit eps, ꝙ legauerat eccleſiis pro anima, & expreſſe-
rat in legando falſas cãs (puta priuilegiatas) de quibus. j̃. ca.
fi. vel tanquam debitum, cum non eſſet: vel ſeruitio recepto,
cum nullum recepiſſet: p̃t. n. eps, detecta fraude, agere, non
obſtante, ꝙ agnouerit legatum, arg. ad hoc c. nulli. de elect.
lib. 6. nam & ſi poſſit epõ culpa obiici, ꝙ agnoſcit teſtatori:
p̃t obiici, ꝙ commiſit fraudem, & dolum: qui culpæ præpon
derat, vt l. item ſi obſtetrix. ad l. Aqui. qui tamen dolum al-
legat, dolum probare debet. ff. de proba. l. quoties. §. q dolo.
& probatur ex perſpicuis coniecturis, vt l. dolum. C. de do-
6 lo. & c. 2. de renun. li. 6. ¶ Septimò no. in uer. ſaluis. † ꝙ noua
conſtitutio, quæ prouidet contra fraudes, & diſponit in caſi
bus dubiis emergentibus ſuper iure antiquo, non derogat
indulgentiis ſpecialibus quibuſdam conceſſis: nec Papa, ius
cõe condendo, vr̃ derogare priuilegiis, quæ quibuſdam ſpe-
cialiter ſunt indulta: ſic nec ſtatutis, & conſuetudinibus ſpe-
cialis loci, vt c. 1. de conſtit. poſſet tamen, ſi vellet, priuilegia
reuocare, quæ non tranſiuerunt in contractum. in clem. 1. de
ſepul. ad fi. & c. fi. de reſcr. præſertim cum tendit ad noxam.
c. ſuggeſtum. de deci. & l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ¶ Octa-
iuncti,vt l.interdum.de hære.inſti.& de vulg. & pup.l. ſi pa-
ter.& l.qui quartam.in fi.de lega.1.idem in alijs nominibus
collectiuis.vt libertis meis,cognatis meis,& ſimilibus.¶Sed
27 incidenter hic quæritur. † Vtrùm copula, quæ cadit inter
orationes



orationes diuerſas inducat coniunctionẽ verbalem. vt ecce
Titio lego fundum, & Seio lego fundum æquis portionibus:
vtrùm ſint verbis coniuncti.videtur, ꝙ ſic propter virtutem
iſtius copulæ,& Bart.tenet contrariũ. dicit enim,ꝙ non vir-
tus copulæ:ſed vnitas ſermonis teſtatoris inducit cõiunctio-
nem verbalem. quod patet de oratione ſoluta, & de nomini
bus collectiuis,vt ſupra patet. & eſt tex. de cadu. tollen.§.ſi
aũt ex his.ver.hoc ita tamẽ.ad hoc inducit dictum Iac.Bu.in
qõne, quam diſputauit de eo, qui locauit mercatoribus, &
artificibus artis ſuæ:vbi dicit, ꝙ quandocunq; copula cadit
inter diuerſas orationes pariter principales: tunc non habet
propriè vim copulæ: nec requiritur concurſus copulatorũ,
vt l.2.ff. de his,qui not.infa.ſed quando copulat diuerſas ora
tiones acceſſoriè:tunc eſt propriè copula,vt l. ſi hæredi plu-
res.de cond.inſtitu.ita in propoſito: ſi dico [lego Titio fun-
dum: Sempronio lego fundũ æquis partibus.] iſtæ ſunt duæ
orationes pariter principales. & ſeparatus eſt actus legandi
vni ab actu legandi alteri.& ideò non ſunt coniuncti verba-
liter.Sed ſi diceret [Titio,qui eſt de Piſis,& Seio, qui eſt de
Luca,lego fundum æquis portionibus] tunc bene eſſent cõ-
iuncti verbis.quia verbum, lego, ſemel poſitum eſt in oratio
ne,non pluries. ſi ergo vis cognoſcere verbis cõiunctos,ſem
per inſpicias vnitatẽ ſermonis: vtrũ fuit vnus actus legandi,
vel plures.& hoc decidit multa dubia, ſecundũ eũ. qui ſub-
dit,vtrũ per nomina diſtributiua,vt quiſquis: quilibet:& qui
cunq;.& videtur,ꝙ non.C.de impu.& alijs ſubſti.l.fi. vbi cõ
prehenduntur quiſquis:quilibet: & quicunque. & vocantur
in virilem,vt d.l.interdum. de hære.inſti.dicit Bar.quòd de-
bemus inſpicere virtutem ſermonis, vt dixi: vt ſi fuit vnus
actus legandi, vel inſtituendi,ſint verbis coniuncti: licèt ſit
appoſitum ibi verbum diſtributiuum. vnde in d.l.fin. omnes
ſunt verbis coniuncti.Non ob.ꝙ quilibet vocatur in virilem.
quod ſecus eſſet in nomine collectiuo.quia fateor, ꝙ fortior
eſt coninnctio per nomen collectiuum: adeo ꝙ vocantur in
vnam portionem,& præfertur cæteris in iure accreſcẽdi:ſed
cõiunctio per diſtributiuũ perinde eſt,acſi quilibet eſſet no-
minatus:& vocantur in virilem.nam nec per nominationem
impeditur verbalis coniunctio. de dictione[aut] & dictione
[verò]tenet,quòd ſi eſt vnus actus legandi, inducit coniun-
ctionem verbalem. ¶ Septimò quæro.viſo de coniunctis re
28 tm̃,& vetbis tantũ:† videamus,qui dicantur coniuncti re, &
verbis.glo.in l.ſi.ff. de vſuf. accre. ponit exemplum tale. Sti-
chum Titio,& Mæuio lego.non enim videtur legatum inſoli
dum: ſed concurſu partes ſibi faciunt. quod exẽplum Cyn.
poſt Pe.reprobat in l. 1.§.vt autẽ.de cadu.tol.Bar.tenet glo.
adducit ꝑ ea caſum Inſti.eo.§.ſi eadem res.ver.ſi coniuncti.
vbi eſt tex.ſi lego Titio,& Seio Stichum: iſti ſunt coniuncti
re,& verbis:& fiunt partes per concurſum.pro hoc etiã l. tri
plici. de verb.ſig.vbi gl.ponit exemplum in hæreditate. pro
hoc facit ratio:quia coniungit eos cõnexus nominis, & rei.
29 ¶†Octauò quæro de coniunctione legali,quomodo contin
gat.ad quod dicas,quòd cõiunctio legalis habet locum quã
doq; in acquiſitionibus,quæ fiunt ex teſtõ. & illo caſu con-
iunctio legalis fit vno modo,ſcilicet quãdo ex perſona eius,
cui relinquitur, deuenitur ad plures.vt ſi vnus ſeruus pluriũ
inſtituatur:vel ei legetur,vt l.& Proculo.de leg. 2. & de acq.
hæredi.l.ſeruus cõis ab extero.de vſufr.accre. l.1.§. 1. eadẽ
rõne ſi vni eſſet legatum aliquid,qui poſt diem legati ceden-
tẽ,& ante agnitionẽ decederet, relictis pluribus hæredibus,
omnes iſti hæredes in illo legato dicuntur coniuncti coniun
ctione legali:quia ex perſona vnius peruenitur ad plures. &
hoc eſt utile propter ius accreſcendi,vt ĵ. dicam. quãdoque
habet locum coniunctio legalis in acquiſitionibus abinteſta
to. & iſta contingit duobus modis. quandoq; ex ſingularita
te vocationis:quandoq; ex identitate rationis.exemplum ex
ſingularitate vocationis. quia ſolũ vocatur ad eadem bona,
& ad eãdem hæreditatem,vt l.ſi ex pluribus.de ſuis, & legi-
ti.& C.quãdo non peten.par.l.1.ex idẽtitate vocationis,ſed
non rõnis,vocatur filius cum nepotibus ex alio filio.iſti au
tem ſic vocati an dicantur coniuncti,& qua coniunctione.di
cit Bar.ꝙ poſſunt dici coniuncti verbis tantũ: quia vocantur
ſemper nomine collectiuo. vt liberi, agnati,cognati,& ſim.
¶Ex prædictis habetis de coniunctione hominis,& legis. &
coniunctio hoĩs tribus modis contingit,re tantùm,verbis tã
30 tũ,re & verbis.¶†Nonò quæro de effectu coniunctionis. di
cit Bar.ꝙ coniunctio habet multos effectus. primò quia con
iuncti vocantur in vna portione,vt l.planè.2.rñ.de lega.1.de
hære.inſti.l.Titius.& l.interdum. Itẽ habet alium effectum:
quia ſubſtitutio reciproca inuicẽ facta videtur facta ſecũdũ
ordinẽ coniunctionis,vt l.cohæredi.§.qui diſcretas. de vulg.
& pup.& de his nihil ad præſens. eſt & tertius effectus.ſ.iu-
ris accreſcendi.& de hoc videndum eſt per infraſcriptã qõ-
nem: videlicet qui habent ius accreſcendi.Item qui præferã
tur in iure accreſcendi:quando habeat locũ ius accreſcendi:
qualiter,& ad quid locũ habeat.Item de iure accreſcendi ex
coniunctione legali.& vtrũ ius accreſcendi habeat locum in
diſpoſitionibus inter viuos. per qõnes igitur ordine ſupra-
ſcripto principales, & acceſſorias proſequamur.& ſicut ſu-
pra per ordinẽ dictum eſt,qui ſunt coniuncti re: qui verbis:
31 & qui re & verbis.† Ideo quæro, an inter oẽs iſtos altero ex
prædictis modis coniunctos habeat locũ ius accreſcendi. &
de coniunctis re tm̃,an habeant ius accreſcendi.dicas,ꝙ aut
ſunt plures re coniuncti in vſufructu:aut in proprietate.pri-
mo caſu aut portio vnius deficit ante vſumfructum acquiſi-
tũ:& habeat locũ ius non decreſcendi.aut deficit,poſtquàm
fuit ſemel acquiſitum: & habet locũ ius accreſcẽdi.nã ſemel
decreuit,vt l.1.§.interdum.de vſufr. accreſcen. ſecundo ca-
ſu habet locũ ius non decreſcendi,vt l.vnica.§.ſi aũt ad defi-
cientem.de cadu.tol.& hoc de coniunctis re tantũ. Inter cõ
iunctos aũt verbis tm̃ an habeat locũ ius accreſcendi.dic,ꝙ
aut ſunt coniuncti verbis: ſed in re eſt omnimoda diſiũctio,
(vt Titio, & Mæuio lego ſingulis ſingulos ſeruos.)an habeat
locũ ius accreſcendi,vt l.hmõi.§.quibus.de lega.1.vel [lego
Titio,& Seio fundũ, factis portionibus pro diuiſo:] tunc.n.
quælibet pars diuiſa eſt:& eſt ſeparatus fundus, vt l.rectè di
cimus.§.ſi.de ver.ſig. & tunc non habet locũ ius accreſcen-
di,vt d.l.1.2.rñ.de vſufr.accreſ.ſecũdũ verũ intellectũ.aliud
exẽplũ eſt in l.2.in prin.ff.qui.mo.vſusfr. amit. aut in re non
eſt omnimoda diſiunctio [vt lego fundum æquis portioni-
bus pro indiuiſo]& tunc quia partes non pñt oſtẽdi ad ocu-
lum, habet locũ ius accreſcendi, vt l.coniunctim. de lega.3.
32 ¶ Sed circa hoc quæritur † vtrũ coniunctus p̃feratur ſubſti
tuto: vel econuerſo:dic,ꝙ regula eſt, ꝙ ſubſtitutus p̃feratur
coniuncto.de bo.poſ.ſecundũ ta.l.2.§.ſi duo.de hære. & fal.
§.ſi qs aũt nõ implens.cũ ſimil.& videt̃ de acqui. hære.l.qui
patri.hoc fallit,ſi ex mẽte teſtatoris aliud appeat tacitè. vel
per cõiecturas,vt probat̃ de vulg.& pu.l.quidã teſtõ.Sed cir
ca hoc dubitat̃:pone,ꝙ ſubſtitutio nõ habet effectũ (qa ſub
ſtitutus morit̃ añ agnitionẽ,vel repudiat)an habebit locũ ius
accreſcẽdi?vr̃,ꝙ nõ.qa dando ſubſtitutũ, videt̃ ꝓhibere ius
accreſcẽdi.qđ põt facere.ff.de vſufr.l.dñs.ſm̃ vnã lec.ſed inu
tilis volũtas,& minus ſolẽnis ſufficit: qa ꝑ eã apparet de aĩo
teſtatorũ,vt l.ſi.de re.eo.& eſt caſus in l.planè.de leg.1.& de
adi.le.l.& ſi trãsferri.In cõtrariũ facit:qa ita demũ vr̃ voluiſ
ſe ꝓhibere ius accreſcẽdi,ſi ſuadet ſubſtitutio,& nõ aliter,vt
l.ſi vr̃.de leg.3.Bar.ſic diſtinguit, ꝙ aut eadẽ ꝑſona eſt ſubſti
tuta,& cõiũcta:& tũc ſiue ſubſtitutio ſit nulla:ſiue rupudiet,
poterit hr̃e ex iure accreſcendi, vt not. de acqui.hæred.l.nec
inter.§.hæres.& l.ſi quis hæres.in prin.in glo.2.aut ſunt di-
uerſi (qa alius eſt coniunctus,alius ſubſtitutus:)tũc aũt ſub-
ſtitutio deficit,ex cã ad hoc deſtinata:puta. vt rẽ ad cãm inte
ſtati deducat.aut quocunq; alio mõ. primo caſu nõ reuertit̃
ad ius accreſcẽdi: ſed potius deuenit ad veniẽtes abinteſta.
de iniuſ.te.l.pen.1.rñſo. Si aũt ſubſtitutio deficit alio modo;

tunc refertur ad coniunctum.c aſus eſt in l.quidam teſtō.de
vul.& pu.& de bo.poſ.ſecundū tab.l.2.§.ſi duo.rōnem dif-
ferentiæ vide per eum in d.l.re coniuncti.præfertur etiā ſub
ſtitutus ei,à quo eſt relictum.vt §.in primo. & §. pro ſecun-
33 do.de ca.tol. ¶ † Decimò quæro,quando habeat locū ius
c accreſcendi.[c] circa hoc.4. ſunt inſpicienda. Primò perſona
eius,cuius portio defecit:nec ſit de caſibus, in quibus fecit
partem qui nō admittitur ad partem: nam tunc ceſſaret ius
accreſcendi.quod dic,vt l.huiuſmodi.§.Titio.de leg.1. & de
cadu.tol.l.1.§.in primo.per glo.& Cy.Secundò circa ipſum
legatum,vtrū ſit relictum ob cām reiterabilē: an non reite-
rabilem.nam hoc ſecundo caſu non eſt locus iuri accreſcen
di,vt l.dn̄s.§.1.de vſufru.& ibi not. Tertiò eſt conſiderandū
circa perſonā eius, qui vult venire per ius accreſcēdi ad por
tionē deficientē:vtrū ipſe admittatur ad partem de iure cōi:
an de iure ſpeciali.Item vtrū ſecundū voluntatem: an cōtra
voluntatē teſtatoris.quod proſequere,vt no.Bar.in d.l.re cō
iuncti.ad quod vide l.ſi mulieri.de condi.& dem. & l. ſed cū
patrono.de contra tab. Quartò eſt conſiderādū,vtrū portio
coniuncti deficiat,poſtquàm fuerit acquiſita:an ante.quia ſi
poſt,non habet locum ius accreſcendi.l.aquam.§.fi.ff. quē-
admo.ſer.amit.& de vſuf.ac.l.pen.fallit in multis caſibus.Pri
mò in vſuf.l.1.§.pe.de vſuf.accre.Secundò in aſſignatione li
bertorum.de aſſig.lib.l.vtrū.in prin.& ibi no.Tertiò qn̄ de-
ficit ex poſtfacto per in integ.reſti.de acqui.hære.l.ſi minor.
Quartò quando ius accreſcendi habet vnionē cū pupillari
ſubſtitutione.de acqui.hære.l.qui patri. ¶ Vndecimò princi
34 paliter quæro.† qualiter habeat locum ius accreſcendi. dic,
ꝙ iſtud quatuor modis pōt intelligi.Primò qualiter.i.vtrū in
uitis,vel volentibus.ad quod ſic diſtingue.aut quæris de iu-
re non accreſcendi. & tunc inuitis; quia non pōt ſcindi le-
gatū.ff.de leg.2.l.neminē.& l.ſeq.aut de iure accreſcendi: &
tunc aut inter legatarios: aut inter hæredes. primo caſu ac-
creſcit volentibus tantū.C.de cadu.tol.l.1.§.vbi aūt. aut in-
ter hæredes: & tunc aut adiuit quis poſt portionē defectam
(puta poſt repudiationē cohæredis:)& accreſcit inuito.ff.de
acqui.hære.l.ſi duo.aut primò adiuit, & poſtea defecit por-
tio:& tunc portio defecta erat ei deſtinata ex voluntate te-
ſtatoris(puta per ſubſtitutionem)& accreſcit inuito. de acq.
hære.l.ſi quis hæres. & l. ſi tu ex parte.aut non erat expreſsè
deſtinata:& tunc aut defecit per reſtitutione in integ. & ac-
creſcit volenti tantū.vt l.ſi minor.de acqui.hære.aut alio mō
defecit:& tunc habet locum.l.cū de hæreditate.eod.titu. So.
dubitatur,qualiter accreſcat.i.vtrū cū onere, vel ſine onere.
Bar.diſtinguit in d.l.re coniuncti.dixi.s̄.eo.c.nos quidē.Ter
tiò dubitatur, qualiter accreſcat.ſ. pro uiribus hæreditatis,
vel legati:an pro virili. dic pro portionibus hæreditatis: vel
legati.de leg.2.l.nemo.in prin.de hære.inſti.l. liber homo.§.
cū quid. Quartò vtrū accreſcat taliter, ꝙ portio accreſcens
petatur eadē actione,qua prima:an alia actione,rn̄deo eadē
actione.ff.de vſufr.l.ſi Titio.§.1.de vſufru.accre.l.interdum.
35 ¶ Vlteriùs quæritur. † vtrū ius accreſcendi trahatur ad bo-
na impuberis,cui quis erat coniunctus. Rn̄deo aut habet qs
ius accreſcendi ex eo,ꝙ coniunctus tm̄: tunc nō trahitur ad
bona impuberis.quia ſunt diuerſæ hæreditates: & in diuer-
ſis hæreditatibus non habet locū ius accreſcendi, vt l. ſi ſub
cōditione.quibus mo.vſusfr.amit. aut ius accreſcēdi eſt vni
tum cū ſubſtitutione pupillari(puta quia idem eſt cohæres,
& ſubſtitutus) tunc ius accreſcendi trahitur ēt ad bona im-
puberis,vt l.qui patri.de acqui.hære.quod dic,vt ibi. ¶ Duo
decimò quæro de iure accreſcendi ex cōiunctione legati: &
36 primò † vtrū inter coniunctos coniunctione legali in acquiſi
tione ex teſtō habeat locū ius accreſcendi.diſtingue.aut quę
ris in vſuf.& habet locū.quia perſona ſerui inſpicitur in hoc
legato,vt l.1.§.1.de vſufru. ac. aut quæris in proprietate: &
tunc aut in hæreditate:& habet locū ius accreſcēdi,vt l.ſi ſer
uus communis ab extero.de acq.hær. rō eſt,ne quis decedat
pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.aut loquimur in le
gatis: & tunc aut legatum in perſonam vnius ex dn̄is eſt ab
initio pro non ſcriptū: & accreſcit alteri;quia ei videtur lega
tum,qui capere poteſt.ff.pro ſocio.l.lucrū. §. ſi ſeruo.de au.
tu.l.ſi ſeruus cōis. hoc verum,niſi eſſet pro non ſcriptum ex
delicto vnius ex dominis aſcribentis ſeruo cōi.ff. de fal.l. fi-
lius.§.ſequens.aut legatum deficit ex poſtfacto per repudia
tionē,vel alio modo:tunc non eſt locus iuri accreſcendi,vt l.
& Proculo.de leg.2.& idem dicerem in pluribus hæredibus
vnius legatarij: ſunt enim coniuncti coniunctione legali, cū
ex perſona vnius deuenitur ad plures. vnde in l. legatarius.
de lega.1.ſi vnus ex hæredibus legatarij partem ſuam repu-
diaret,alijs non accreſcit.& hoc tenet Pe.licèt quidam con-
tra. & p̄dicta de iure accreſcēdi ex diſpoſitione legali in ac-
quiſitione ex teſtō. Quid ergo erit in ſucceſſione abinteſta-
to.pone.quidam deceſſit,pluribus filijs relictis.item relictis
pluribus nepotibus ex alio filio præmortuo: vnus ex iſtis fi-
lijs repudiat: qualiter inter eos eſt locus iuri accreſcendi? rn̄
deo.iſti ſunt oēs coniuncti cōiunctione legali, ex eo ꝙ ſimul
vocantur. Item nepotes ſunt cōiuncti inter ſe alia rōne.ſ. qa
vna rōne vocantur in locum patris eorū. aut ergo repudiat
vnus ex nepotibus:& accreſcit fratri ſuo tantū: quia eſt du-
plici coniunctione coniunctus:& quia ſimul vocantur: & qa
eadem rōne.aut repudiat vnus ex filijs:& tunc oēs vocātur,
tam filij,quàm nepotes: quia omnes ſunt æqualiter coniun-
cti ea coniunctione,qua ſimul vocantur.hoc probatur.ff. de
contra tab.l.ſi duobus.in prin.ff.de coniun.cū eman. lib.l.1.
§.ſi qs ex nepotibus.hoc fallit in caſu, vbi vnus ex fratribus
in portione deficiente alijs præfertur.l.2.§. ſi duo fratres.de
colla.bo.& rō ibi patet in tex.& ita tenet Bar. in d.l. re con-
iuncti.vbi ſubdit.ſi ſunt duo filij ex vna vxore:duo ex alia, &
vnus abſtinet ab hæreditate paterna: an eius portio accre-
ſcet fratri vtrique coniuncto:an omnibus?dicit,ꝙ omnibus:
quia oēs vna rōne ad ſucceſſionem vocantur.ſ. quia ſunt fi-
lij:non quia ſint coniuncti aliter ſanguine inter ſe, ad ſucceſ-
ſionē eorū inter ſe coniuncti vtroque vinculo præferantur,
vt in Auten.ceſſante.& Autē.poſt fratres.C.de leg.hære.vtrū
aūt in illa acquiſitione per ius accreſcendi ex diſpoſitione le
gali accreſcat ipſo iure:an ſit opus noua aditione.dic,vt ff.de
bo.poſ.l.ſed cum patrono.in prin.C.qn̄ non pe.par.l.1.Item
vtrùm accreſcat cū onere,vel ſine.dic,ꝙ cū onere.l.Titio,&
37 Mæuio.§.Iulia.de leg.ſecundo. ¶ Decimotertio quæro: † an
in diſpoſitionibus inter viuos habeat locum ius accreſcendi:
ſiue ſit coniunctio hominis, ſiue legis. breuiter tam in iudi-
cijs.quàm in contractibus diſtingue per Bar.in d.l.re coniū-
cti.ad fin.vbi quærit, quid in donatione cauſa mortis: caſus
videtur,ꝙ ſic.de cadu.tol.l.1.in fi. quid ſi factum eſt relictū
de mille pro 10.virginibus maritandis,centū pro qualibet,
& expreſſis nominibus:an vna mortua accreſcat alijs dic, vt
no.Doc.meus in l.habeat.de ſacroſan.eccl.in repeti. Ex præ
dictis poteſt aliquantulum inſtrui canoniſta merus in mate-
ria coniunctorum.quam perſtrinxi ex dictis Bar.in d.l.re cō
iuncti.nam in iſto c.habes de coniunctis re & verbis.cū, ſci-
licet epō,& Capitulo ſit legatum.Item de coniunctis verbis,
& non re:puta ſi epō iſtud,& Capitulo illud in eadē.ſ. oratio
ne.Itē de coniunctis cōiunctione legali: puta ſi legatur epō,
debetur portio eccleſiæ:& econtra.ſi ergo omnibus iſtis caſi
bus alter repudiat: & an accreſcat cū onere. & ꝓ qua parte,
ex prædictis collige per te ipſum. ¶ Decimoquartò quæro.
dicitur hic, ꝙ priuata diſpoſitio teſtatoris &c. q̄ro an iſtud
ſit verum generaliter,ꝙ teſtator non poſſit in ſuo teſtamēto
iuribus derogare,non explico hic,remitto ad not.in l. nemo
pōt.de leg.1.dic, vt ibi per Bar.& Bal.

ADDITIONES.

a ¶ Lege non plures.Vide ibi pulchrē Sali.in fi. q̄onis.
b ¶ Qui dicantur coniuncti verbis tantùm. vide Bar.in l. vnica.C.de cadu.tol.verſi.ex §.iſto no.

Quando



c ¶ Quando habeat locum ius accreſcendi. Vide Bar. in conſi. 10. & in l.inter hęredes.ff.de hære.inſti.Bal.in l.hac edictali.C. de ſecun. nupt.

*SVMMAE.*

1 *Filius de iure denominandus eſt à patre.*
2 *Mentis integritas requiritur in teſtatore,non corporis ſanitas.*
3 *Vltra,dictio quid operetur.*
4 *Relinquo,verbum adiectum vniuerſitati bonorum,eſt verbum directum,& operatur inſtitutionem.*
5 *Teſtator poteſt facere in teſtamento,quot gradus voluerit.*
6 *Poſthumus an poſſit hæres inſtitui.*
7 *Verba, ſi abſque liberis, &c. an importent, quòd debeat habere plures.*
8 *Minores ligantur, ſicut & maiores, ſtatutis, & legibus ſpecialis loci.*
9 *Plures poſſunt agere,& conueniri in eodem libello.*
10 *Deductio quartarum contra portionem vniuerſalis fideicommiſſi.poteſt peti per modum exceptionis.*
11 *Exiſtentia ſola ſui hæredis confirmat fideicommiſſum vniuerſale.*
12 *Bona defuncti non hæredis veniunt in reſtitutione.*
13 *Soror rogata reſtituere ſorori detrahit quartam trebellianicam.*
14 *Sententia,quando continet plura capitula,debet quælibet pars,quæ ſenſerit ſe grauatam, appellare.*
15 *Iudex ad quem moderatur ſententiam iudicis à quo.*
16 *Fructus percepti poſt litem conteſtatam ab hærede hæredis de reſtituendo grauati computantur in quartam trebellianicam.*
17 *Debita iura naturæ non veniunt in fideicommiſſaria ſubſtitutione. Nec eſt detrahenda de ſingulis rebus.nu.22.*
18 *Hæres extraneus ſuccedens filio an tranſmittat ad alios hæredes.*
19 *Pater an poſſit grauare filium in legitima.*
20 *Filius viuente patre,an habeat aliquod ius in legitima.*
21 *Filius monachus an poſſit petere poſt profeſſionem ſeparationem legitimæ de bonis patris.*
23 *Legitima filiorum poteſt minui prætextu conſuetudinis.*
24 *Delegatus Papæ debet ſeruare conſuetudines ciuitatum ipſorum litigantium.*
25 *Sententia generalis valet in iudicijs vniuerſalibus. Et qualiter mandabitur executioni.nu.26.*
27 *Sententia iudicis à quo poteſt pro parte confirmari, & pro parte infirmari per iudicem appellationis.*
28 *Confirmatio Papæ de ſententia auditoris quid operetur.*
29 *Inſtitutus in rebus certis,alio vniuerſali inſtituto, habetur, & cenſetur legatarius quò ad legata,& debita ſoluenda:ſed quò ad titulum inſtitutionis, & valorem teſtamenti habetur, vt hæres.*
30 *Subſtitutio compendioſa facta pupillo verbis cōibus,vel directis an cenſeatur omni tempore fideicommiſſaria,vel directa.*
31 *Subſtitutio ſi facta eſt per verba directa: an poſt pubertatem admittatur ſubſtitutus.Et quid ſi facta eſt per verbum,ſubſtituo.quandocunque ſine liberis &c.nu.32.*
33 *Teſtator ſi dixerit [quandocunq; filius meus deceſſerit ſine liberis, volo,quòd bona mea diſtribuantur inter pauperes] an iſta ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, vel directa.*
34 *Voluntas defuncti, quòd voluerit matrem excludi per tacitam pupillarem,ex quibus præſumatur.*
35 *Teſtator ſi reliquerit vxori ſuæ aliquid,donec vidualem vitam ſeruauerit:& quando tranſiuerit ad ſecunda vota &c. an ex præſumpta voluntate defuncti excludatur à tacita pupillari.*
36 *Exceptio pro dote an habeat locum in caſu huius cap.*
37 *Vſucapio pro dote,vel pro re, quæ in dotem traditur, quando habeat locum.*
38 *Actiones quot competant ex teſtamento.*
39 *Actio perſonalis pro re propria quomodo poteſt competere.*
40 *Teſtator ſi damnauit vendere certo pretio: & legatarius offert pretium,ſtatim habetur venditio pro perfecta.*
41 *Donatio, & venditio an poſſint reuocari per querelam inofficioſæ donationis.*
42 *Pater ſi vendit quotam bonorum,& probetur fraus,venditio reuocatur vſque ad legitimam.*
43 *Hæres hæredis en teneatur computare fructus receptos poſt litis conteſta. in trebellianicam.*
44 *Quartarum ſpecies quot ſint.*
45 *Filio vno exhæredato, quæ erit legitima alterius fratris in bonis paternis.*
46 *Filia ſi renunciauit hæreditati paternæ:an legitima maſculi erit triens,vel dimidia trientis.*
47 *Frater præteritus à fratre an faciat partem matri,quæ agit ad ſupplementum legitimæ.*
48 *Mater ſi repudiat legitimam ſuam:an accreſcat fratri.*
49 *Pater ſi inſtituit extraneum: vni ex filijs aliquid reliquit: alterum exhæredauit iuſtè:an legitima inſtituti erit triens:an dimidia trientis.*
50 *Statuta diſponunt,quòd extantibus filijs maſculis filia fœmina non ſuccedat patri: ſi extat maſculus, ſed eſt incapax: an impediat ſororem ſuccedere.*
51 *Captum de bonis defuncti,an computetur in quartam.*
52 *Hæres quidquid conſequitur ex bonis defuncti, an imputetur in trebellianicam.*
53 *Imputari quid poſſit in quarta debita iure naturæ.*
54 *Donatio facta filio per patrem an valeat.*
55 *Filio an imputetur in legitima, quod ad eum peruenit ex ſubſtitutione.*
56 *Prælegata an veniant in fideicommiſſi reſtitutione.*
57 *Donatio,quæ morte confirmatur,an veniat in ſubſtitutione fideicōmiſſaria.*
58 *Hæres rogatus de reſtituendo,an teneatur fructus cōputare in quartam trebellianicam.*
59 *Relictum ſingulare qualiter differat ab vniuerſali.*
60 *Fructus quomodo computentur in quarta falcidia.*
61 *Legatarius à quo tempore poſſit fructus petere ab hærede, qui percepit eos.*
62 *Filius grauatus reſtituere an valeat detrahere duas quartas, ſcilicet legitimam,& trebellianicam.*
63 *Filius rogatus de reſtituendo ſub conditione, ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti,valeat iure codicillorum: an detrahet duas quartas.*
64 *Filius rogatus à patre de hæreditate reſtituenda, ſi ſine liberis moreretur, vnam domum hæreditariam vendidit: quæ aſcendebat ad legitimam portionem, & etiam ad trebel. deinde extitit conditio fideicommiſſi: fideicommiſſarius vult habere partem: an poſſit.*
65 *Supplementum legitimæ an poſſit detrahi de ſingulis rebus.*
66 *Hæres an poſſit detrahere trebellianicam,& falcidiam.*
67 *Contributio vniuerſalis fideicommiſſi,& particularium legatorum, an erit falcidia,vel trebellianica.*
68 *Hæres rogatus reſtituere: ſi reſtituit,quis teneatur ad legata, & debita,hæres inſtitutus,vel fideicommiſſarius.*
69 *Fideicommiſſarius vniuerſalis ſi decedat ante reſtitutionem ſibi factam: an tranſmittat ad hæredem.*
70 *Hæres decedens ante immiſſionem hæreditatis, an tranſmittat ad hæredes ſuos.*
71 *Hæreditas non adita non tranſmittitur: excipiuntur octo caſus.*
72 *Adire qui non poteſt propter aliquam dubitationem: & in omnem euentum ſe futurum hæredem cognoſcit,interim decedens tranſmittit.*
73 *Impeditus adire facto alterius, decedens hæreditatem non aditam tranſmittit.Similiter impeditus timore pœnæ legalis. num.74.*
75 *Hæreditas aſcendentis,etiam non adita,tranſmittitur ad deſcendentem.*
76 *Hæres ſuus de iure ciuili hæreditatem non agnitam tranſmittit ad quemcunq; ſucceſſorem.*
77 *Decedens,hæreditate aſcendentis non adita, nec repudiata, tranſmittit ad ſuos deſcendentes,etiam ſi non ſit ſuus.*
78 *Infans decedens,hæreditate cuiuſcunque non agnita,an tranſmittat.*



*Sciens*

79 *Sciens hæreditatem ſibi delatam: ſi decedit ea non agnita, vel repudiata, infra annum, ad quemcunque ius deliberandi, & adeundi tranſmittit.*
80 *Soboles an admittatur ſimul cum matre ad inſtitutionem.*
81 *Natura copulæ quæ ſit.*
82 *Vendidit quidam mihi domum pro me, & filio meo: an filius poſsit petere medietatem.*
83 *Pater ſi recepit rem in emphyteuſim pro ſe, & filijs: mortuo patre veniunt filij pro virili.*
84 *Immunitas ſi conceſſa eſt doctoribus, & filijs: viuente patre habent eam filij.*

RAynutius. Latiſsima, & profunda eſt materia huius. c. qđ
Io.An.diuidit in tres partes principales tantùm.
In prima ponitur factum corã Papa narratũ app. remedio,
vſque ibi[cum aũt]ibi ſecunda: vbi ponitur auditoris dati p
Papam pronunciatio. ibi [nos igitur] ibi tertia. vbi ponitur
ipſius pronunciationis per Papam cõfirmatio vſque in fi.pri
ma ſubdiuiditur in quinq; partes.In prima teſtamentũ Ray
nutij.in ſecũda ibi[mortuo]factum ipſius poſt mortẽ emer-
gens.In tertia ibi[poſtmodum]qõnem ex teſtõ,& facto pre
dictis exortam,& partiũ allegationes. In quarta iudicis dif-
finitionem.ibi [dictus verò ] in quinta partium appellatio-
nes.ibi[ſed vtraque.] ſecũda etiam ſubdiuiditur in quatuor
a partes.prima pars corrigit in vno capitulo iudicis ſentẽtiã. a
ſecunda ibi [in eo.] In alio capitulo. illã confirmat cũ certa
moderatione.tertia ibi[quia verò]ſupplet, qđ primò omiſe
rat.quarta ibi[in eo autem.]quò ad alia ſnĩam confirmat.&
hoc dicit.In bonis patris,matris, & auiæ habet quis tertiam
debitam iure naturæ, qua priuari non põt. & filius rogatus
reſtituere hæreditatẽ detrahit debitam iure naturæ, & quar
tam trebellianicam: in ea tamẽ cõputantur fructus poſt lit.
conteſta.percepti.h.d.¶Not.primò.ꝙ iſte Ray.denomina-
1 batur à matre:quia fortè nobilior.† ſæpe enim filius ſuper-
biæ cognoſcit cognatos potius,quàm agnatos.de iure tamẽ
denominandus eſt filius à patre.de hoc.ĩ. de conuer. infide.
c.2.& l.cum legitimæ. de ſta. ho. & hoc eſt verum in legiti-
mis, & naturalibus.naturales verò tantũ,vel ſpurij ſequũtur
matrem.qđ dic,vt d.l.cum legitimæ.¶Secundò no.ꝙ in ex-
2 tremis iſte poſitus condidit teſtm̃: † non ergo corporis ſani
tas:ſed mentis integritas requiritur in teſtatore, vt l.in eo.ff.
e. furor autem ſuperueniens,dum teſtamentũ eſt in fieri,vi-
tiat totam ſeriem: ſecus ſi ſuperueniat,poſtquàm fuerit con
ſummatum:quia multa impediunt contrahenda:quæ cõtra-
cta non dirimunt,vt l.furioſum.C.eo.& c. præcepta.50.diſt.
¶Tertiò no.ꝙ iſte.R.reliquit filiæ puberi vltra dotem, do-
3 mũ,& hortũ. † & per hoc,ꝙ dicit [vltra dotẽ] vr̃ ſibi etiã re
liquiſſe dotem,vt l.ſi ſic.de leg.3.& l.qui ita legat.de dote p̃-
legata.vbi de dictione,hoc amplius.Quid ſi dicat [lego cen-
tum præter dotẽ]an videatur legare dotẽ.dic,ꝙ ſic.facit l.1.
de pign.ac.quid ſi dicat,ſupra dotẽ.dic quòd idẽ, vt l. diuor
tio.§.itẽ ſi locatio.ff.ſolu.mat.& l.Seia.de dote p̃lega. & hoc
no.Bar.in l.cũ ita.de dote præle.de dictione, vſq;, an inclu-
dat,vel excludat.dic,vt no.Bar.in l.patronus.§.1. de lega.3.
¶Quartò not.ꝙ reliquit domũ, & hortũ:an aũt legãdo do-
mũ videatur legare hortũ ſibi cõtiguum.Ioan. An. ꝙ ſic,re-
mittens ad no.de hoc.12.q.2.c.fina.facit l.prædijs.§.fina.de
leg.3.& quod no.Bar.de dãno infec.l.quod cõclaue.vbi om
4 nino vide.& gl.l.fi.ff.de ſeru.vrb.præd.¶Quintò no.†ꝙ ver
bum,relinquo,adiectum vniuerſitati bonorũ,eſt verbũ dire
ctum,& operatur inſtitutionẽ.quod patet:quia aliàs iſtud te
ſtamentũ nõ valuiſſet,in quo fuiſſet filius directò inſtitutus:
quia non ſufficit relinqui ſibi quoquo titulo: ſed titulo inſti-
tutionis,vt in Auten.vnde ſi parens.& Auten. nouiſsima. de
inoffi.teſta.imò adiectũ certæ rei producit iſtum effectũ: vt
patet hic in inſtitutione Alterochæ. quod an ſit verũ. dic, vt
no.Dy.in l.cogi.in prin.ad Trebel. & de illo verbo vide glo.
no.in Auten. de hære. & fal.§. ſi verò nulla. colla. 1.facit qđ
not.in l. quoties.C.fami. erciſ. ¶Sextò not.ꝙ teſtator fecit
duos gradus.primò filias inſtituit: ſecundò impuberi ſubſti
5 tuit:† & hoc poteſt teſtator, ſcilicet facere quot gradus vo-
luerit:& ꝙ vni ex ſuis hæredibus, eo mortuo, plures ſucce-
dant: & econuerſo vnus pluribus. quod intellige per fidei-
commiſſum, non directò,vt l.filiusfam.§. vt quis hæredem.
de leg.1.& l.ex facto.ad Trebel.& l.põt quis.de vulg. & pu.
ſubſti.ſecunda,tertia,vel vlterior dicitur inſtitutio conditio-
nalis,vt no.in l.Gallus.in prin.de libe. & poſthu. ¶Septimò
no.ꝙ impuberi ſubſtituit Alterocham,& ſobolem, quã ge-
ſtabat in vtero: nam ſi non feciſſet de ſobole mentionem,&
deceſsiſſet Alterocha ante diem fideicommiſ. cedente ſpe
ſubſtitutionis non tranſmiſiſſet ad ſobolem, vt l. ſi ex pluri-
bus.de ſuis, & legiti. vtrùm adueniente caſu ſubſtitutionis,
iſta ſoboles admittatur ſimul cum matre ad iſtam ſubſtitu-
tionem: an ordine ſucceſsiuo.tex.iſte ĩ.in ver. poſtmodum.
facit,ꝙ ſimul.quia ſimul egerunt.Bar.de hoc no.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantùm.de lib.& poſthu. dicam.ĩ.vtrũ etiã plu-
ribus natis,mater cum eis veniat pro virili: an pro dimidia.
vide materiam in l.fi.C.de impube.& alijs ſubſti. ¶Octauò
6 not. † ꝙ poſthumus poteſt hæres inſtitui. quod eſt verũ de
proprio teſtatoris: imò neceſſarium eſt, ne agnoſcendo te-
ſtamentũ rumpat, vt l.poſthumorum. de iniuſto teſta.poſt-
humus aũt alienus olim non poterat.quod dic,vt Inſti.de le
ga.§.poſthumo.& l.pen.de leg.1. ¶Nonò no.formã ſubſti-
tutionis factæ impuberi [ſi ſine liberis moreretur, ſuccede-
ret. ] &c.nam ipſa moriente poſt pubertatẽ, admittitur ſub
ſtituta ex fideicommiſ.ſubſtitutione,vt in iſto c. infra puber
tatem verò an iſta ſubſtitutio ſit cenſenda directa pupilla-
ris,ſub iudice lis eſt.de quo plenè vide ĩ.eo.c.1.lib.6.in no-
7 uella.ſuper glo.hic decidit.in fi.† Iſta aũt verba[ſi abſq; libe
ris]&c.vtrùm importent,ꝙ debeat habere plures.dic,quòd
ſufficit vnus tantũ, vt ſubſtitutio euaneſcat.de ver.ſig. l. non
eſt ſine liberis.euaneſcit etiam per ingreſſum monaſterij.qa
non videtur deceſsiſſe ſine liberis, qui monaſterium ingre-
ditur.vt c.in præſentia.de proba.quid dices,ſi teſtator dixit
ſimpliciter.volo, ꝙ poſt mortem Adiectæ Alterocha ſucce-
dat.dic,ꝙ iſta conditio[ſi ſine liberis.]&c. ſubintelligitur à
iure, cum filius poſt mortem de reſtituendo grauatur: exi-
ſtentibus ergo liberis,expirat ſubſtitutio iſto caſu,vt l. cum
auus.de cond.& demon. & l. cum acutiſsimi. de fideicõmiſ.
¶Vtrũ filius naturalis tantũ,ſi extat, ſufficiat ad excluſionẽ
ſubſtituti.dic.vt l.ex facto.§.ſi qs rogatus. ad Trebel.& not.
in d.c.in præſentia.euaneſcit etiam talis ſubſtitutio: licèt fi-
lius nõ ſit hæres,ſufficit,ꝙ ſuperſit.de leg. 1.l.filiusfa.§. cum
quis rog. ¶ Decimò not. ꝙ tutores impuberis tradiderunt
iſtã nuptui.& intellige, ꝙ iſti erant tutores teſtamẽtarij. qa,
cum haberet iſta Adiecta matrẽ,& auiã, admiſſæ fuiſſent ad
tutelã,excluſo legitimo,& datiuo,vt in Auten.matri & auię.
C.quan.mu.tu.offi.fun.po. & collige etiam aliud, ꝙ colloca
re puellam,matrimonio,pertinet ad tutorem: quia habet cu
ram perſonæ,& rerum:non ad curatorem, vt l.in copulãdis.
C.de nup.pertinet etiam ad tutorem conſtitutio dotis,vt hic
patet. vt l. tam dementis.C.de epiſ. audien. Sed dices. quo-
modo tutores (cum iſta eſſet impubes) tradiderunt nuptui,
cũ nõ eſſet pubes,& apta ad viriles amplexus.vt ĩ.de deſpõ.
impube.per totum.Solu.dic, ꝙ malitia in ea ſupplebat æta-
tem,vt c.pubes.eod.tit. ex quo collige, quòd lucrum dotis,
& ipſius conſtitutio ſecundũ formam conſuetudinis, habet
locum in impubere alteri nupta,ſi eſt viripotens, vt hic pro
batur:ſecus ſi non eſſet viripotens. nam tunc nec lucrum ex
forma ſtatuti: nec lucrum fructuum ad maritum ſpectaret,
vt l.an in patrẽ.ff. quod fal.tuto.au.& l.dotis fructus.de iure
dot. ¶Vndecimò not. ꝙ iure Lombardo tradiderunt iſtam
8 nuptui cũ omnibus bonis.ex quo collige,† quòd ſtatutis, &
legibus



legibus ſpecialis loci ligantur minores: ſicut & maiores. ad
hoc l. ſi ſine.§.Lucius.de admi. tuto.& c.conſtitutus.s̃. de re
ſtitutio.in integ.vbi verò non eſſet talis conſuetudo,non eſt
impubes maritanda cum omnibus bonis: quia in conſtitu-
tione dotis vires patrimonij,& dignitas,& alia conſiderãda
ſunt, vt l.quæro.de iure do.& l.mulier bona.eod.tit. & C.de
inoffi.do.l. 1. ¶ Duodecimò not. ꝙ iſta Adiecta ſuſcepit fi-
lium,qui ante eam deceſsit: & per hoc fingitur non habuiſ-
ſe quò ad hoc,vt ſubſtitutio firma ſit:non enim filiorũ nati-
uitas,ſed ſuperuenientia filiorum ſubſtitutionem extinguit,
vt l.ex facto.§.ſi quis autem. ad Trebel.l. hæredibus.eo.titu.
¶Decimotertiò no. ꝙ plures perſonæ agebant,& defende-
9 bant.† & ſic in eodem libello poſſunt plures agere, & conue
niri,etiam ſi res deducta in iudiciũ tangat quemlibet ꝓ par
te,vt hic patet.ſimiliter contra vnum in vno libello poteſt ex
pluribus cauſis conueniri.quod dic,vt ff.de actio.emp.l.non
eſt nouum.& l.cum filius.§.varijs.de leg.1.dixi in c.2. de li-
bel.obla.¶Decimoquartò no. ꝙ non ſolùm Raynnerius tu
torio nomine filiorum P.ſed etiam pupilli erant in lite ſine
cauſa iſta: nam nihil refert, fundetur iudicium in perſonam
tutoris: vel in perſonam pupillorum, tutoris auctoritate.
quod dic,vt l.1.ff.de admini.tuto. vbi etiã quid iuris de adul
to,an contra ipſum,vel contra adultum debeat porrigi libel
lus,& citatio dictari. ¶ Decimoquintò no. in ver.tutorem.
ꝙ iſte tutor contrarijs ſe exceptionibus tuebatur: quod eſt
reo permiſſum,vt c.nullus pluribus.de reg.iur.lib.6.p Dyn.
& collige etiam,ꝙ ſui hæredes poſſunt vſucapere:ſicut hære
des extranei. quod dic,vt l.in ſuis.C.pro hærede. ¶Decimo
10 ſextò no.in verſi. inſuper. † ꝙ per modum exceptionis põt
peti deductio quartarum contra portionẽ vniuerſalis fidei-
commiſsi.& ꝙ plures quartæ veniunt detrahendæ: nam (vt
ſic dixerim) duas tertias, & vnam quartam detrahi pete-
bant: & non intelligas quamlibet detrahi de aceruo toto:
ſed prima de toto: ſecunda de eo, quod reſtat:tertia ſimili-
ter de reſiduo.& ſic deinceps.& iſta ſentit hic Ioan. And. &
ĩ.dicam. ¶Decimoſeptimò no.in verſi. dictus.ꝙ poteſt agi
contra tutorem, vt reſtituat fideicommiſſum vniuerſale: &
tranſibunt actiones ex Trebel.de quo in l.1. §. fuit quæſitũ.
ff.ad Trebel.& ſi dicas, cum ad confirmationem vniuerſalis
fideicõmiſsi requiratur aditio.vt l. apud Iulia.§. Antiſtia. &
l.ille à quo.§.ſed quid ſi.ad Trebel.quis adiuit hic hæredita
tem Raynutij? poteſt dici, quòd tutor nomine pupilli, vt l.
11 potuit.C.de iure delib.poſſet etiam dici, † quòd ſola exiſten
tia ſui hæredis confirmet fideicommiſſum vniuerſale,vt l.ita
12 tamen.§.ſi pater.ad Trebel. ¶Decimooctauò nota,† quòd
in reſtitutione fideicommiſsi de bonis defuncti oportet de-
trahere,quod debetur grauato, ſiue eius hæredi. bona ergo
defuncti,non hæredis veniunt in reſtitutione, vt l.cohæredi.
§.cum filiæ.de vulg. & pupil. ¶ Decimononò not. ꝙ Clara
matri teſtatoris Adiectæ, & eius viro donauit: Adaleſacia
vxor teſtatoris vendidit aliam ſuam tertiam: & ſic iura in-
corporalia. & quæ quis habet in hæreditate alicuius poteſt
vendere: & donare.nec mirum: quia etiam hæreditas vendi
poteſt,vt ff.& C.de hære.vel actio.ven.per totum. ¶Viceſi-
13 mò no.†quòd ſoror rogata reſtituere ſorori,detrahit quar-
tam trebel. quia filius ſic rogatus non debet eſſe deterioris
conditionis,quàm extraneus,vt dicit tex. 86.diſt. c.non ſa-
14 tis. ¶ Viceſimoprimò not.in verſi. ſed vtraque.† ꝙ quando
b ſententia continet plura capitula, b debet quælibet pars, q̃
ſenſerit ſe grauatam,appellare: aliàs appellatio vnius ſuper
certis capitulis non deuoluet capitula deciſa per iudicem à
quo,ſuper quibus non fuit appellatum: appellatio tñ ſuper
principali deuoluit cauſam expenſarum,in quibus iudex ap
pellatum grauauit,vt l.omnem.C.quan.prouo. nõ eſt neceſ.
15 ¶Viceſimoſecundò no. † ꝙ iudex ad quem moderatur ſen-
tentiam iudicis à quo.& aduerte,quia Adaleſacia mater,&
Clara auia Alterochæ ſuas tertias tranſtulerunt in maritum
Adiectæ, & ipſam: & tamen talis tranſlatio non tenuit quò
ad legitimam iuris naturæ: quæ Alterochæ in dictis tertijs
debebatur:& quatenus eſt inofficioſa,reſcinditur,& non vl-
tra,vt hic patet.ad quod vide,quæ dixi.s̃.de dona.c.fi.& col
lige etiam hic,quòd ſit dicta reuocatio, non intentata quere
la: ſed per modum replicationis.facit l.Papinia.§. ſi filius.ff.
16 de inoffi.teſta. ¶ Viceſimotertiò no. † quòd fructus perce-
pti poſt litem conteſtatam ab hærede hæredis de reſtituẽdo
grauati computantur in quartam trebel.percepti verò ante
an computentur.dic,vt in glo.& pleniùs in l. fideicommiſſa.
17 ff.ad Trebel.¶ Viceſimoquartò no.in ver.quia verò.† ꝙ de
bita iure naturæ non veniunt in fideicommiſſaria ſubſtitu-
tione:an venient prælegata? dic, vt l.Marcellus.§. quidam li
beris.ff.ad Trebel.In ſubſtitutione autem pupillari venit le-
gitima:nec mirum,quia etiam omnia bona pupilli,vt l.ſed ſi
plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vul.& pu. & quare magis in pu
pillari, quàm in fideicõmiſſa. poſsit pater grauare filiũ. dic,
vt no.in l.ex tribus.C.de inoffi.teſta.aduerte tñ, ꝙ licèt in le
gitima nõ poſsit pater grauare filium per fideicõmiſſum:po
teſt tñ grauare venientes abinteſtato,qui ſucceſſuri ſunt pu-
pillo.quod grauamen expirat per aduentũ pubertatis,vt l.ſi
fundum per fideicõmiſſum.§.fi.cum l.ſeq.ff.de leg.1.¶Vice
ſimoquintò no.in eodem ver. ꝙ in cauſa principali legitima
Adiectæ non fuit deducta,nec de ea facta mentio:& tñ in cã
appellationis per modũ detractionis ratio eſt habenda; qa
connexa cum cauſa principali,& ab ea dependens, vt l. per
hanc.de tempo.appella. & vide quod habetur in cle.1.de re
ſti.ſpol.& tranſmiſit Adiecta illã quartã ad iſtum P.ſuum hę
redẽ.& deinde P.ad filios: licèt non appareat, ꝙ in uita eam
agnouerit. ſed dic, quòd poſſederat oĩa bona per tutorem:
ex qua poſſeſsione inducitur agnitio,vt l.gerit.& l. pro hære
de.ff.de acqui. hære. Si aũt filia non poſſediſſet bona patris:
nec ſimiliter hæres filiæ, vt iſte P.an hæredes P. poſsint legi-
timã petere,poſſet dubitari:exiſtentiã.n. ſui hæredis operat̃
tranſmiſsio hæreditatis non agnitæ, ſecundũ veram opi.in l.
18 ex militari.de teſta.mili.†Sed an hæres extraneus ſuccedens
filio ſimiliter tranſmittat ad hæredes alios: fortè ſic, vt l.vi-
deamus.quod me.cau.vbi de hoc per Bar.¶Viceſimoſextò
19 no.†ꝙ pater non põt grauare filium in legitima.quod intel-
lige,per fideicommiſ.ſecus ſi pupillũ ſubſtituat, vt d.l.ex tri
20 bus. † Sed an filius viuente patre habeat aliquod ius in ea.
glo.in Auten.de hære.& fal.§. ſi quis aũt non implens. vide-
tur dicere, ꝙ ſic: pro qua facit.ff. de inoffi. teſta. l. Papi.§.ſi
quis impuberes.veritas eſt,ꝙ viuo patre non dicitur debita:
ſed quaſi debita.C.de iur. & fac.igno.l. 2. & ibi glo.& plenè
21 per Bar.in l.is poteſt.de acqui. hære. Facit ad quæſt. † an fi-
lius monachus poſsit petere poſt profeſsionem ſeparationẽ
legitimæ de bonis patris. glo. ſentit, ꝙ non in Auten. ſi qua
mulier.propè fi.C.de ſacroſan.eccl.& in Auten. de ſanc.epi.
§.ſi qua.licèt glo.ſentiat contrarium in Auten. de mona.§.il
lud.Sed primũ verius.facit ẽt ad q.an filio cõdemnato,tenea
tur pater ad legitimã,& poſsit fieri executio ſup ea.no.Spec.
in tit.de ſenten.execu.§.ſequitur.verſi.quid ſi filius.¶Viceſi
moſeptimò no.ꝙ deductio legitimæ eſt fiẽda de rebus, quæ
ſecundũ conſuetudinẽ cõſueuit fieri. Ex quo collige primò,
22 † ꝙ debita iure naturæ eſt detrahẽda c de ſingulis rebus. an
c aũt in vna re poſsit filius retinere legitimam: vel hæres tre-
bel.vel falci.dic,vt no.in l.non amplius.§.fi.de leg.1.Collige
23 etiã,† ꝙ prætextu conſuetudinis poteſt minui legitima filio
rum: quia per conſuetudinẽ ceſſat detractio in quibuſdã re-
bus,vt hic patet. quod dicit abbas alibi melius haberi. ſed ſi
intelligas, ꝙ reſpectu æſtimationis totius hæreditatis de cer
tis tantũ rebus fiat deductio:non probat hoc iſte tex. & iſte
vltimus intellectus videtur probari in d.l. nõ amplius. de le.
1.nam deuenitur ad æſtimationẽ rerum,in quibus detractio
legitimæ non poteſt fieri commodè,vt ibi patet.arg.contra,
quòd non. in Auten. ſimiliter.C.ad leg.fal.vbi ſi de quibuſ-

dam legatis non detrahitur:alia non grauantur.& quòd no.
j̃.de immu.eccle.c.2. per Hoſt. vbi ſi aliqui eximūt à colle-
ctis ex gratia:vel alijs,qui debent ſoluere,nō accreſcit illud
onus:ſed debent ſoluere partem tantū: ſicut iſti, ſoluere te
nentur.quod tenet Specu.in tit. de cenſi.§. nunc videndum.
ver.quid ſi vniuerſitas.& ver. ſeq. per ſtatutum aūt an poſsit
portio filiorum minui:vel in totū tolli,no.Dy.in reg. indul-
24 tum.de reg.iur.lib.6. ¶ Viceſimooctauò no. † ꝙ delegatus
Papæ,& iudex appellationis omnis debet ſeruare conſuetu-
dines ciuitatum ipſorum litigantium. quod dic.vt s̃.de con-
ſue.in rub.per Inno.facit c.quod clericis.s̃. de fo.compe. &
quod dixi.s̃.c.relatum.1.¶ Viceſimononò no.ꝙ de vna hæ-
reditate, vt de iſta Rayn. detrahuntur plures quartæ : tertia
Claræ: tertia Adaleſaciæ:quarta trebel. & tertia iure natu-
ræ:oēs iſtas detrahunt hæredes Adiectæ,trebel. & legitimā
ex perſona eius: duas alias tertias vigore donationis, & ven
ditionis,quas fecerunt mater,& auia. Sed dices. iſtæ tres ter
tiæ.ſ.duæ ex conſuetudine Lombarda:& alia iure naturæ, &
quarta trebel.videntur abſorbere totū as,& etiam excede-
re in tribus vncijs.ex quo ſequitur, ꝙ condemnatio ad reſi-
duum,his detractis, ſit inanis, & deriſoria.nam nihil rema-
net: duæ enim tertiæ ſunt 8. quarta trebel. & tertia debita
iure naturę,quartæ:& ſic 15.ſed dic,ꝙ iſtud eſt verū,ſi quæ-
libet tertia detrahatur de integro aceruo: ſed non fit ita. nā
prima de integro aceruo : ſecunda tertia de reſiduo : alia de
reſiduo:& ſic deinceps.quod,vt melius intelligas, declaro ꝑ
exemplum poſt Io.And.pone,ꝙ hæreditas Raynutij valuit.
54. in quibus Clara Adiectæ auia (quia marito ſuperuixit)
habuit tertiam de iure Lombardo : & ſic 18. reſtant. 36. de
quibus Aleſacia vxor Raynutij eodem iure tenuit tertiam:
quæ ſunt 12.reſtant. 24.de quibus legitima, & trebel. veni-
unt detrahendæ. ſed primas tertias prædictas expediam in
tertia Claræ, quæ fuit. 18. legitima iſtarum duarum filiarū
erat 6.de quibus Alterocha debet habere tria de tertia Ale
ſaciæ,quæ fuerunt 12.duo,& alia duo Adiecta. & ſic de iſtis
duabus tertijs,quæ fuerunt 30. Alterocha pro portione ſibi
debita iure naturæ debet habere 5. iudex ergo à quo, qui di
xit integraliter deducendas ante omnia per hæredes Adie-
ctæ iniuſtè pronunciauit.quia de iſtis. 35.debebantur Alte
rochæ rōne vltimæ in vtriuſque tertijs debitæ,vt dixi. & per
hoc iudex appel.in iſtis 5. dictum R. cōdemnauit ad reſtitu
tionē.diuiſis ergo iſtis.30.reſtant illa 24.diuidenda hoc mo
do. nam legitima duarum filiarum conſiſtit in 8. de quibus
Alterochæ quatuor,& Adiectæ quatuor.de 16.quæ reſtant,
trebel. eſt deducenda : quæ conſiſtit in quatuor, quæ debet
Adiecta de reſtituendo grauata detrahere, cōputatis tñ in
ea fructibus,vt in tex.defalcatis igitur omnibus iſtis, hære-
ditas Ray. ex fideicommiſ. reſtituenda Alterochæ remanet
in 12. portio ſibi debita iure naturæ in eiuſdem Ray. bonis
fuit quatuor, & ſic 16.vltima ſibi debita in tertijs matris,&
auiæ fuit 5.& ſic 21.in quibus eſt pro ipſa ferenda ſententia,
& Raynerius tutor pupillorum ad reſtitutionē cōdēnandus.
in reliquis.33.ſibi remanentibus, vt in tex. & hæc eſt portio
Ioan. An.ex qua collige,ꝙ portio,quæ primò detrahitur,eſt
maior,quàm ſecunda:ſecunda maior,quàm tertia : & tertia
maior,quàm quarta.& ſic deinceps. à qua ergo incipies, &
ſecūdo,tertio,& quarto progrediaris,ex prædicta caſus po-
ſitione conſidera: nam ſemper prior in tempore eſt præferē
da.quod patet : primò enim detraxit illā auiæ : ſecundò illā
matris:tertiò legitimam filiorum: quartò trebel. & hūc or-
dinem ipſe habuit in prædicta caſus poſitione: ſed in ordine
tex. iudex appellationis prius detrahit trebel. quā legitimā:
pro qua tñ,ꝙ debeat eſſe potior ratione,patet:quia prius fi-
lijs hic debetur.ſ.in morte, quàm trebel. hære.ſ.poſt aditio-
nē,quæ mortem ſequitur.Sed poſſes reſpondere,ꝙ aditio re
trotrahitur ad tempus mortis.& ſecundū hoc vtraq; cōcur-
runt:& ſic magis legitimæ iure naturæ debitę: quàm trebel.
iure poſitiuo tantummodo eſt fauendum.omnes tamen iſtæ
quartæ concurrunt eodem tempore quò ad effectum exa-
ctionis.nam inuito Ra.non erunt deducendæ:ordo ergo ea-
rum ex actione conſideratur ex tēpore præcedenti quo.ſ.or
tæ ſunt potentialiter,nō in actu:vt in ſimil.dicit tex. in c.ma
iores.de bapti.ſim.in actione tu.& nego.geſt.& ſim.dubita-
tur an à tēpore contractus, vel à tempore malę adminiſtra-
tionis oriatur obligatio. de quo in l. iuriſgentinm.§.3.ff. de
pac.cum ſimil. ¶ Triceſimò not.ꝙ hic fertur ſententia gene
ralis: nam condemnatur ad reſtitutionem bonorum Ra.plu
res tertias ſtatuit detrahendas.de rebus autem clarè,& ſpe-
cificè non habetur mentio,contra l. 1.& 2.C.de ſen.quę ſine
25 certa quanti.† Sed dic, ꝙ in iſtis iudicijs vniuerſalibus valet
ſententia generalis:ſicut in iudicijs generalibus, vt tutelæ,ꝓ
ſocio,nego. geſt. & ſim.vt not. in l.1.ff. de eden. & s̃. de lib.
26 ob. c.2.¶ Sed dices. † quomodo ſententia generalis manda
bitur executioni? dic, ꝙ in rebus, quas conſtabat fuiſſe de
hæreditate: & debebit hoc conſtare ſummariè ſine iuris or-
dine:quem executor ſeruare non tenetur, ſed ſummatim co
gnoſcere de rebus,vt no.Inno.in c.conquerente. de maio.&
obe.& c.ex ratione.de ap.& l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.de
27 re iudi.facit l.3.& 4.de peti.hæ.¶ Triceſimo primò † not. ꝙ
d ſententia iudicis à quo. [d] pro parte confirmatur, & pro par
te infirmatur per iudicem appel.de quo in c. placet.de con-
uer. coniuga. Item, ꝙ addit primæ ſententiæ. quod dico vt
28 j̃.eo.c.Raynaldus.in 2.parte.¶ Triceſimoſecundò not. † ꝙ
Papa confirmat ſententiā ſui auditoris : & per talem confir-
mationem dicit Io.An.quòd clauſa eſt ianua omnibus iudi-
cibus inferioribus, ne de iuribus dictæ ſententiæ poſsint de
cætero cognoſcere vllo modo. de confir.vti.vel inuti.c. 1. &
2.is tamen,vel is,cui committeret,audire poſſet per viā ſup
plicationis.ad hoc de reſt. ſpol. c. cum ex literis. ſecundùm
Hoſt.¶ Expeditis notabilibus, venio ad reliqua hoc ordine
expedienda: nam primò eliciam oppoſitiones ex glo. & di-
ctis Doct.ſecundò alia per quæſt.expediam: quæ hic tangū-
tur per glo.& Doct.& vltra etiā aliqua hic ſubdam.¶ Oppo.
ergo primò hic dicitur : quod Alterochæ reliquit, vltra do-
tem,& domum,& ortum : Adiectæ cætera bona legauit. ſed
oppo.& videtur,ꝙ non tenuerit iſtud teſtamentū. quia Alte
rocha non habuit tit.inſtitutionis,ſed legati:ergo teſtm̃ nul-
lū,vt in Auten.vt cum de ap.cogno.§. aliud quoque capitu-
lum.Sol.dicit glo.ſecunda ſupple ad tex. ꝙ reliquit iure inſti
tutionis:aliàs teſtamentū non valuiſſet. ita dicit glo. contra
29 quā ſolu.oppo.† ꝙ etiam ſi expreſſerit, iure inſtitutionis re-
linquere res prædictas,non magis valeat : quia inſtitutus in
rebus certis,alio vniuerſaliter inſtituto, habetur loco lega-
tarij.vt l.quoties.C.de hære.inſtitu.ſolu. illud verū regulari-
ter. fallit in filijs, qui etiam inſtituti in re certa habentur lo
co hæredū ad excluſionem querelæ, & fauore teſtamenti, vt
no.in l.ſi quis priore.ff.ad Trebel.pōt tamē, ſi habet minus
quarta,agere ad ſupplementum,vt l.quoniam nouella.& l.ſi
quando.§.& generaliter.de inoffi.teſta.conclude ergo, ꝙ ad
valorem teſtamenti requiritur,ꝙ filius habeat legitimā,non
quoquo relicti titulo,ſed titulo inſtitutionis.Alij(vt Azo) ali
ter in hoc dicunt,vt ipſe no.in ſumma.de inoffi.teſtam.ad fi.
Sed præcedens opi.eſt vera de iure ciuili.vt no.Cy.& Ia.Bu.
in Auten.nouiſsima.de inoffi.teſta.de quo plenè per Io. An.
in c.ſi pater.j̃.eo.lib.6.in glo.nunquid.Sed dices.quæ eſt rō,
ꝙ potius titulo inſtitutionis,quàm legati, vel alio iure volue
rint filiā habere legitimam.dicunt Cyn.& Iaco.But.quia eſt
tit.honorabilior,vt l.3.da leg.præſtan.vel dic, ꝙ talis titulus
eſt vtilior : quia habet ius accreſcendi. nam filius inſtitutus,
etiā ex re certa,habet ius accreſcendi,vt no.Cy. in d.l.quo-
ties.& dixi.s̃.e.c.1. ¶ Secundo op.iſta Adiecta deceſsit ſine
liberis:ergo Alterocha debuit ſibi ſuccedere, non maritus,
vt l.ſi in perſona.C.de fideicom.hic autem innuit,ꝙ iſte P.ſi-
bi ſucceſsit.ergo malè.ſo.glo.& intellige.&c.dicit,ꝙ ipſa in-
ſtituit



ſtituit maritum.quod potuit, excluſa ſorore:quæ nō potuit
rumpere teſtamentum: niſi maritus inſtitutus fuiſſet turpis.
de inoffi.teſta.l.fratres.ita dicit glo.vel dic, quòd iure Lon-
gobardo maritus ſuccedebat vxori, ſecundùm Ioan. And.
¶ Tertiò oppo.dicitur hic, quòd Raynutius ſubſtituit impu
beri : & deceſsit poſt pupillarem ætatem.ergo per aduentū
pubertatis uidetur ſubſtitutio expiraſſe : & per conſequens
Alterocham non admitti, vt l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.&
30 pupil.cum ſimi.† ſo.gl.quæ incipit.ſed videtur &c.ſentit cō-
trarium:in cuius ſolutione conſyderat formam verborum,
quibus iſta compendioſa fuerit concepta: quia aut Alterc-
cha fuit ſubſtituta per verbum commune,ſubſtituo. aut per
verbum directum.ſ.hæres eſto. vt primo caſu trahatur ad fi
deicommiſſariam ſubſtitutionem poſt tempora pubertatis.
& ſic admittitur Alterocha, vt hic. ſecundo caſu ſi Adiecta
deceſſerit in ætate pupillari, Alterocha admittitur : ſed poſt
repellitur,quia ſubſtitutio expirauit. Ex qua glo.duo colli-
ge.primum, quòd ſubſtitutio compendioſa facta per verba
communia hoc modo [quandocunq; filius meus deceſſerit
ſine liberis,ſubſtituo Alterocham ]iſta poſt pubertatem eſt
fideicommiſſa. ſecundùm glo.Sed an infra tempora pupilla
ris ætatis ſit directa pupillaris.gl.non tangit. ſecundum eſt,
quòd ſubſtitutio compendioſa facta per verba directa hoc
modo [quandocunq; filius meus ſine liberis deceſſerit:talis
ſit hæres]expirat, adueniente pubertate:nec poſtea ſubſti-
tutus admittitur. Aduertatis, quia quotidiana apud moder
nos,& antiquos adhuc non eſt bene clara. examinemus er-
go primò, quando ſubſtitutio compendioſa fit pupillo per
verba merè directa.ſecundò quando per verba communia.
31 † quò ad primum, quando per verba merè directa teſtator
compendioſè ſubſtituit eo modo, quò glo.ponit.glo.tenet
hic,quòd poſt pubertatem non admittitur ſubſtitutus:& ſic
tenet,quòd infra pubertatem ſit directa,& poſtea in totum
expiret.Sed glo.in l.precibus. tenet, quòd iſta omni tempo-
re ſit fideicommiſſaria:quæ opi.non videtur vera,per l.cen-
turio.de vul.& pupil. quæ dicit,pupillo decedente in pupil-
lari ętate, admitti ſubſtitutionem iure communi ad omnia
bona. Si autem teſtator non adiecit [ ſine liberis]ſed dixit
[quandocunq; deceſſerit,talis ſit hæres.]glo. in l. precibus.
dicit,quòd poſt pubertatem nullo modo valet. Idem tenet
in l.centurio.& communiter omnes Doct.& idem ſi adiece
rit [ſine liberis.]vt poſtea non teneat, ſecūdū Ber.hic.ſuper
uenit Io.An.in l.1.eo.ti.li.6.in nouella. vbi tenet,quòd infra
pupillarem ætatem valeat iure directo:poſtea iure fideicō.
de primo dicit eſſe caſum in c.1. de ſecundo dicit eſſe ca-
ſum hic:vbi dicitur, ꝙ poſt tempora pubertatis valeat iure
fideicom. Item de iure ciuili dicit, quòd eſt caſus in l.preci-
bus. de impu. & ali.ſubſti. nam ibi nulla ſpecialitas ponitur
in milite : licèt fuerit ſic de facto.& hanc opi.dicit eſſe con-
ſonam voluntati teſtatoris: ergo ſequendam, vt l.in condi-
tionibus.de condi.& demon. Bart.dicit aliter in l.centurio.
32 dic vt ibi.† In ſecundo caſu,quando cōpendioſa fit per ver-
bum[ſubſtituo, quandocunq; ſine liberis]&c. Idē tenet Io.
And.vt infra tempora pubertatis valeat iure directo:poſtea
obliquetur ex coniunctione iſtorum ca.& hoc verum,ſecū-
dùm eum,etiam ſi non fuerit appoſitum ver.quandocunq;.
ſed ſimpliciter dictum[ſi ſine liberis deceſſerir, talem ſub-
ſtituo.]Sed gl.in l.precibus.tenet, quòd iſta ſit omni tempo
re fideicommiſ.Bart.dicit, quòd quandoq; ex verbis teſta-
menti poteſt apparere,quòd uoluerit eam valere iure dire-
cto ex aliquo verbo:puta dixit [ſi ſine liberis deceſſerit, ſub
ſtituo.]& adiecerit[accipiat de manu ſua] vel [ ſine aliqua
diminutione]& tunc valebit iure directo infra tempora pu-
bertatis. quandoq; non apponitur aliquod iſtorum verbo-
rum in teſtamento.ſed ſimpliciter locutus eſt teſtator:tunc
dicit, quòd quia intentio teſtatoris eſt dubia, ſi eſt mater in
medio:tunc in fauorem matris debet interpretari fideicō-
miſ.&ita intelligatur glo.l.precibus.& l.centurio. quod in-
telligit Bar.niſi ſint ſubſtituti filii dicti teſtatoris:qui ex præ
ſumpta voluntate defuncti matrem excludunt,vt not.in d.l.
precibus.in vlti. glo. Sed dices.hoc uidetur contra caſum.c.
1.infra eo. li. 6.vbi mater erat in medio:& tamen iure dire-
cto tenuit talis ſubſtitutio infra pubertatem.ſed ibi fuerunt
verba directa,vt ver.moriatur.ſed nos loquimur, cū per ver
ba communia facta fuit. ſi verò mater nec aliqua dictarum
perſonarum eſſet in medio:tunc Bar.multum dubitat,& tan
dem reſidet cum Io. An. quòd infra tempora pubertatis ſit
pupillaris:poſtea fideicommiſ. Ita dicit in d.l.centurio.in 3.
q.& videtur hoc idem tenere glo.Inſti. de pub.ſub.§.qua ra
tione. quam Cyn. tanquam æquam conſulendo tenuit,vt re
fert in d.l.precibus. doctor meus in d.l.centurio. refert ſe ſę
pius conſuluiſſe ſecundùm opi.gl. vt ſ. omni tempore ſubſti
tutio talis ſit cenſenda fideicom. dic vt ibi per eum. & præ-
dicta procedunt,quando teſtator non diſtribuit tempora:ſe
cus autem ſi diſtinxerit tempus pupillaris ætatis à tempore
pubertatis:vt quia dixit[ſi filius meus deceſſerit in pupillari
ætate:vel poſtea quādocunq;, talem ſubſtituo.]nā tunc iſta
ſubſtitutio eſt bimembris,non unimembris.& ſic importat
plures ſubſtitutiones,vt dicit glo.no.in d.l.precibus.& l.cen
turio.& in hoc omnes concordant. Sed quid ſi teſtator ap-
poſuit verbum diſtributiuum non diſtinctiuum temporis:
puta dixit.quandocunq; filius meus deceſſerit, talem ſubſti
tuo:tunc vidiſtis ſupra opi.Io.An.& Cy.tenent, quòd uarie
tur per tempora : vt infra pupillarem ętatem ſit pupillaris.
quod eſt verum,ſecundùm Bar.ſi mater,vel alius teſtatoris
filius non eſſet in medio. poſt pupillarem verò erit fideicō-
miſſa.Bal.ſequens glo.in l.precibus.& l.centurio.tenet,ꝙ oī
tempore ſit fideicommiſ.Et prędicta habent locum, quan-
do compendioſa ſubſtitutio fit per verba merè directa, vel
per verba communia. ſi autē fiat per uerba merè obliqua:
tunc omnes concordant,quòd infra pubertatē, & poſt ſem
per erit fideicommiſ.vt l.coheredi.§.cum filio. de vul.& pu
33 pil.¶ † Quid ſi teſtator dicit [ quandocunq; filius meus de-
ceſſerit ſine liberis, volo,quod bona mea diſtribuantur in-
ter pauperes] an iſta ſubſtitutio infra pubertatem erit fidei
commiſ. vel directa. tenet Bart.quòd directa, vt not.in d.l.
centurio.in ſecunda quæſt.principali. Ex prædictis ergo(vt
cognoſcas compendioſam factam pupillo, vtrùm ſit fidei-
commiſ.vel directa: & quanto tempore duret.)aduerte dili
genter ad verba teſtamenti. quæ autem ſint verba directa,
quæ communia,& quæ obliqua:dic per Bar. in d.l.cēturio.
34 ¶ Quæro † ex quibus præſumatur iſta voluntas defuncti, ꝙ
voluerit matrem excludi per tacitam pupillarem. reſpon-
deo ex quatuor principaliter. primò ex his, quæ teſtator di
xit extra teſtamentum. Secundò ex his, quæ teſtator dixit
in teſtamento. Tertio ex conditione perſonæ matris,& ſimi
lium perſonarum:de quibus excludendis tractatur. Quartò
ex conditione perſonæ,qui eſt ſubſtitutus.videamus de quo
libet.dixi primò,quòd ex his,quæ teſtator dixit[extra teſta
mentū.]&c.quid enim ſi dixit.[ſi filius meus moreretur,nol
lem,quod mater eius haberet vnum obolum:vel ſimilia uer
ba.]certè videtur ſufficere.ad hoc ar.eo.tit.l.quoties. §.1.&
quod ibi not.ad idem de leg. 1.l. ſi quis in fundi vocabulo.
pro hoc l.Titia.§.idem reſpondit. j̃.de ver.obli.cum ſimi.ſe
cundò poteſt apparere ex verbis poſitis in teſtamēto. quid
enim ſi teſtator matri pupilli reliquit aliquid: & iuſsit eā eſ-
ſe cōtentam: & ꝙ plus de bonis ſuis petere nō poſſet.in hoc
dicit Guil. ſi quidem iſta verba fuerunt adiecta in legato re
licto ab ipſo pupillo:tunc matri non præiudicatur in ſucceſ
ſione pupilli.quæ venit poſt mortē pupilli. vt l. Paulo Ca-
linico. §.1.j̃.de lega. 3. Sed ſi iſta verba ſunt adiecta in ali-
quo legato relicto à ſubſtituto pupillo:tunc ſecus.præſumi-
tur enim,quòd uoluerit ſubſtitutum matri præferri, vt l.ꝓ-
tor.in prin.de leg.2.pro hoc facit optimè.l. fideicommiſ.§.

ſi quis ita.de le.3.& quod ibi dixi.quod puto verum. ¶Sed
35 quid ſi teſtator reliquit vxori ſuæ aliquid: donec vidualem vitam ſeruauerit:& quando tranſiuerit ad ſecunda vota . an ex præſumpta voluntate defuncti,ſicut per tranſitum ad ſecunda vota illo relicto priuatur : ita excludatur à tacita pupillari . videte . iſtud legatum annuum poteſt deberi, & incipere deberi pro futuris annis à ſubſtituto pupillo:ſicut ab ipſo pupillo,vt l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi pater.ff.de lega.1.facit l.non ſolum.§.liberationis.de lib.leg.& ideò ſicut per tranſitum ad ſecunda vota teſtator voluit ab illo legato priuari(etiam in perſonam ſubſtituti, ſeu alterius hæredis pupilli per curſum,& ſucceſſionem temporis : eadem ratione poteſt præſumi,ꝙ voluerit eum per tranſitum ad ſecūda vota à tacita pupillari excludi. Tertiò poteſt probari ex conditione perſonæ matris,& ſimiliū perſonarum:de quibus excludendis tractatur.vt ecce,quid ſi mater erat odioſa tempore teſtamenti(quia habebat amicitiam cum ſcholaribus . & ſic eum multum offenderat ) certè præſumam eam voluiſſe excludi à tacita pupillari,vt l.4.in fin.& l.ex parte.ff.de adi.leg.& l.ſi inimicitiæ.ff.de his,quæ vt indi.& hoc etiam tenet Guil.de Cug.¶Item quid ſi mater non eſt capax hæreditatis pupilli(quia pupillo tutorem non petiit)certè pinde eſt, acſi non eſſet mater,vt l.2.in fin.ad Tertul. & l.1.§.pen.ff.de contratab.& ibi dixi.& idem eſſet dicendum, ſi poſt mortē pupilli vxor teſtatoris aliquid inhoneſtum commiſiſſet, vt no.in l.fideicommiſſaria.C.de fideicom.& l.ſororē.de his,ꝗ vt indi.Quartò dixi, ꝙ probatur ex conditione perſonæ ſubſtituti.pone enim,ꝙ frater pupilli, filius teſtatoris eſt ſubſtitutus pupillo vulgariter:certè tacita pupillaris excludit matrem.quia præſumptio eſt, ꝙ teſtator voluerit filiū ſuū vxori ſuæ præferri, arg.l.cum acutiſſimi.cum ſimi.C.de fideicō.& hoc uidetur ſentire gl.in l.precib. C.eo.quod mihi vr̄ multum eſſe conſonum uoluntati defuncti . facit ad hoc l. peto.§.fin.de leg.2.facit l.Lucius.eo.titu.l.generaliter.C.de inſti.& ſubſti.prædicta uera in fratre pupilli:ſecus in fratre teſtatoris patruo pupilli,ſecundùm Gui.de Cug.in l.3.2.reſpon.de lega.præſtan.¶Sed quid de matre defuncti.quid enim ſi mater defuncti eſt ſubſtituta uulgariter pupillo ? certè dicit Gui.de Cug.idem,quod in filio,tali ratione.quia quandoq; abinteſtato pupillo æqualiter ſuccederet:ſicut filius teſtatoris,frater pupilli,vt in Authē.defuncto.ad Tertul. Item quia eſt de parentibus.ar.d.l.3.poſt prin.ff.de le.1.ita dicit Guil.quod ſatis mihi placet.contrarius eſt effectus. & c.prædicta tractat Bar.in l. moribus.ff.de vulg.& pup.in ea.q. circa fin.
36 ¶Quartò opp.dr̄ hic,†ꝙ fuit obiecta vſucapio pro dote, & nō profuit:ſed uidetur,ꝙ prodeſſe debuerit: quia,ſecuto matrimonio,rebus traditis inæſtimatis,ut hic erat, talis pſcriptio locum habet,ut ff.pro dote.l.1.hic autem dicitur,ꝙ nō profuit:ergo malè.ſol.dicit gl.tunc prodeſt.&c. ꝙ ideò filiis huius P.non profuit hæc exceptio;quia Alterocha, & filius agebant actione ex teſtamento ad fideicom. uniuerſale ; ꝗa Rayn.in teſtamento eis reſtitui mandauit:ſed actio ex teſtamento non tollitur longo tempore, ſed longiſſimo, cum ſit actio perſonalis,ut C.commu.de leg.l.1.& de conſti.pecun.l.2.ita dicit glo.ſuper qua ſo.An.tangit duo puncta. primū ,
37 †quando habeat locum uſucapio pro dote , vel alia pro re, quæ in dotem traditur .& quot actiones competant ex teſtamento illi,cui aliquid eſt relictum:& an omnibus,vel altera uti licet. Quò ad primum dicit,ꝙ aut traditur in dotē res inæſtimata,aut æſtimata.primo caſu aut traditur eo animo,ut ſtatim ſit accipientis: & tunc ante matrimonium hēt locum tit.pro ſuo.poſt matrimonium uerò habet locum tit.pro dote,ut ff.pro dote.l.1.& hoc uerum,cum de iure,& de facto ſequitur matrimonium: aliàs etiam poſt contractū de facto habet locum titu.pro ſuo,ut l.Proculus.ff.de iure dot. Alii hoc caſu dicunt,ꝙ pro dote,ſi iuſtus error interuenit:ſi autem non apparet,quo animo tradiderit in matrimonium: tunc præſumitur, ꝙ animo transferendi ſtatim dominium, ut l.ſi ego.de iure do.tunc ergo tranſibit uſucapiendi cond.in re.aliena,ut l.quod ubi.de iure do.aduerte tamen,ꝙ ſimplex traditio tunc in dubio operatur tranſlationem dominii,etiam ex contractu conditionali, quando præcedit contractus habilis ad dominium transferendum , vt in iuribus præalleg.aliàs ſimpliciter traditio, non pręcedente contractu,videtur facta cauſa cuſtodiæ,ut l.cum pater.§.pater pluribus.de leg.2. ſecundo caſu quando res traditur æſtimata: tunc ſecuto matrimonio,habet locum titu.pro emp. ꝗa æſtimatio ſimilis eſt emptioni,ut l.1.ff.pro empto.quod intelligo uerum,niſi æſtimatio facta ſit , ut ſciatur ualor rei : ut ſic reddatur.nam tunc uſucapientur tutelæ pro dote. quod dic ut l.quoties.& l.ſi inter uirum.C.de iure do. Si aūt nondum matrimonium ſit ſecutum:tunc dicunt quidam non uſucapi pro ſuo;quia eſt in pendenti talis uenditio: ergo omnis uſucapio ceſſat ante conditionis euētum.ff.pro emp.l.2.§.ſi ſub conditione.Bar.tenet opi.Ray.ſ.ꝙ etiam ante ſecutum matrimonium habeat locum tit.pro ſuo.ut no.in l.2. ff. pro dote.applicando igitur prædicta ad uer.tutorem filiorum, &c. dic,ꝙ non profuit præſcriptio alleg. quia aut fuerunt res traditæ æſtimatæ:& ceſſat tit.pro dote.aut inæſtimatæ: & tunc conſtante matrimonio non currit præſcriptio contra dotē. vt ff.pro dote.l.1.ante fi.ſoluto autē matrimonio,ceſſat uſucapio pro dote,ut ibi.his ergo de cauſis illa exceptio nō ua
38 lida,nec curata:ſimiliter nec annalis exceptio , ut dicit glo. hic alleg.†ſecundum articulum, quot.ſ.actiones competant ex teſtamento.Io.An.non perfectè declarat. aliter ergo dicas:& ſic,quia aut legatur quantitas,aut ſpecies.ſi quātitas : tunc aut quantitas in genere,aut in ſpecie. primo caſu cum legat quantitatem in genere,veluti. 10. lib. habet legatarius perſonalem ex teſta.& hypothe. quia bona teſtatoris ſunt obligata pro illis 10.Si uerò legat quantitatem in ſpē(ueluti pecunia,quam habet in arca ) tunc datur rei uendicatio , ut l.ſed ſi certos.de leg.1.ſi uerò legat ſpeciem : tunc aut in genere(puta hominem.)& habeo actionem ex teſtamento , & hypothe.aut in ſpecie:& tunc aut rem ſuam, aut ſui hæredis,uel legatarii,aut prorſus extranei: ſi ſuam: tunc hēt legatarius tres actiones,perſonalē,ex teſta.& hypoth.& rei uen
39 dicatio.ut l.1.C.cōmu.de leg.¶Sed inſtabitis.†quō pōt competere actio perſonalis pro re propria,non videtur,ut Inſti.de actio.§.ſic itaq;.& eſt ſpeciale in fure,ut l.1. in fin. uſufr.quemad.ca.nec ſimiliter hypothecaria vr̄ competere pro re propria,ut l.nec pignus.ff.de reg.iu.breuiter dic,ꝙ pro re legata ipſius teſtatoris legatarius habet dominium de iure cōmuni.hypothe.& perſonalem de iure ſpeciali. ſed priuilegiū nunquam aufert utilitatem iuris communis, ut ff.de cap.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.& quod no.de ſecund.nup. l.hac edictali.§.omnibus. & ſicut dominium de iure communi nō excludit perſonalem de iure ſpeciali:ita nec hypothecariam,ꝗ ſequitur perſonalem.ſecundo caſu,quando legat rem hæredis,vel legatarii:tunc uidetur,ꝙ tranſeat ſtatim dominium , ſicut in re propria dixi:& per conſequens detur etiā rei vendica.& ita tenet gl.in l.2.C.commu.de leg.quæ ab omnibus reprobatur,vt l.unum ex fa.§.ſi rem.de leg.2.& et gl. contraria.ff.de ſerui.l.Papi.de quo per Cy.in d.l.2.in 1.q. tertio caſu,quando legatur res aliena:tunc in caſibus, in quibus tale legatum debetur(vt dixi in c.ſi filius.ſ.eod.)dic ꝙ dat̄ actio ex teſtamēto:ut rem redimat,uel det æſtimationem , ut l.nō dubium.de leg.3.& hoc,cum legat quantitatem , uel ſpeciē. quandoq; legat rem incorporalem: & tunc aut ius liberationis:& habet excep.& actionem ex teſtamento ad liberādū: vel dic,ut no.gl.in l.1.C.commu.de leg.aut eſt nomen,& habebit legatarius utilem actionem in eo nomine.C.de lega.l.ex legato nominis.aut eſt ſeruitus realis:& tunc ius ſeruitutis tranſit ab adita hæreditate,& datur cōfeſſoria.ff. queād:ſer.amit.l.ſi partem.aut eſt ſeruitus perſonalis: & tunc cōfeſſoria



feſſoria datur, & hypothe. ſed in rem,& confeſſoria nō dat̄ : quia ſimul non concurrunt.ff.de excep.rei iud. l.fin.§.Latinus.vel dic,ꝙ poſſunt concurrere , vna de iure ſpeciali : alia de iure communi,ut dixi.& hanc diſtinctionem ponit Cy.in d.l.1.commu.de leg. Ex prædictis apparet magnus fauor,ꝗ à iure impeditur,ut uoluntas teſtatoris impleatur: concurrit enim actio perſonalis,& rei vendicatio in eadem re . Itē rei vendicatio,& hypotheca.Aduerte tamē,ꝙ iſta hypothecaria non competit uni legatario contra reliquum.vnde ſi legatus eſt mihi fundus,tibi equus:ego contra te,& tu contra me hypothe.non habemus:ſed in rebus aliis non legatis ſpecialiter competit hypothe.contra hæredem, & alios poſſeſſores.& ita no.gl.in d.l.1.arg.l.fin. §.exceptionem.qui po.in pig.hab.& prædicta ſunt uera , quando teſtator legat ſpeciē purē.ſi autem alternatiuè iſtam, aut illam : tunc licèt ambæ ſint in bonis teſtatorum,& in obligatione: non tranſit dominium.& ſic non datur rei uendicatio:ſed perſonalis,& hypo
40 the.ut l.ſi in rē agat aliquis.de rei uend. ¶†Quid ſi teſtator damnauit uēdere certo pretio: & legatarius offert pretium. nam ſtatim habetur uenditio pro perfecta. ff. de contrahen.emp.l. Labeo.Sed an tunc aget actione ex emptione, uel rei uend,i.an oblato pretio illud intelligatur , quod uera traditio requirit,& illud operetur:an operetur illud , quod legat. primo enim caſu non transfertur dominium:ſecūdo ſic.Iac.de Are.tenet,ꝙ conuento pretio, & uenditione inter partes non transfertur dominium ſtatim traditione ſecuta : ſicut in aliis emptionib.per l.ſi fideiuſſ.§.ſi.& l.ſi equo.alleg.Dy.conſuluit,ꝙ detur rei uendicatio:& conuentione inita, trāſferat dominium,tanquam debeatur ex vltima voluntate , p l.vxor.§.agri plagam.ff.de leg.3.per Iac.de Are.facit l.ſi hæres teſtamento.de act.emp.Et aduertendum, ꝙ illa,quæ de hypothecaria dicta ſunt;intelligenda ſunt in bonis defuncti. In bonis aūt hęredis,nō aut legatarii, hypothe.locū hēt licèt gl.aliter dicat,& non bene,ut refert Cy.in d.l.1.in 10. quæſ. ¶Item aduertendum,quia prædicta uera in legatis,& fideicommiſſ.ſingularib.pro uniuerſali aūt fideicommiſſo conſequendo(ut in caſu huius c.)proditum eſt auxilium Treb.ſenatuſcon.& in multis differunt relicta uniuerſalia à ſingularibus.quod dic,vt l.2.ff.de leg.1.per Bar.& Cy.in d.l.1.Rurſus aduertendum,ꝙ licèt dixerim, tot competere actiones , illud eſt verum in natiuitate,& à prin. non in profeſſione iudicii,ut l.cum filius.§.variis.de leg.2.per Cy.& de prædictis tangit hic aliqua Hoſt.qui meritò erubeſcat vbique clamans non curandum de ſpecie actio.nam imò curandū: cū aliter in vna, ꝗ in alia ſententia ſit ferenda . & adde ad hoc , quod no.Inno.in c.cum dilectus.de ord.cog.¶Quartò principaliter opp.& vr̄,ꝙ tertia Claræ,& tertia Adaleſacæ in bonis Rayn.iure aliquo non debeatur:nam in ſucceſſione prima cauſa eſt filiorum,vt in Auth.de hære.quę abinteſt.defe.in prin.ſol.vt in gl.ſed quid ad matrem &c. ſuper quo Ioan.And.de iſto iure Longobardorum, an ſit approbatum , aliquam mentionem facit:ſuper quo (vt ad vtiliora veniā) non
41 inſiſto.¶†Quintò opp.ad ver.cum autem. & vr̄,ꝙ donatio, & venditio tertiarū Claræ , & Adaleſacæ non veniant reſcindendæ aliquo iure:nam donatio perfecta non reuocatur:niſi per querelam inofficioſæ donatio. vt patet in toto titu. C.de inoffi.dona.hic autem per Alterocham intentatam nō apparet.Item venditio legitimè facta non retractatur vllo iure ratione legitimæ:nam per traditionem illorum factus fuit dn̄s tertiæ Adaleſacæ.vt Inſt.de rer.diui.§.per traditionē. ſo.gl. quæ incipit.petiuerat enim,&c.ſentit iſtud contrarium,& dicit,ꝙ hoc Alterocha petiit.ſ.donationem reuocari, vt inofficioſam.& ſic reuocata fuit pro parte per iſtum Car. ſed vr̄, ꝙ minus bene. nam querela inofficioſæ donatio . eſt ſimilis querelæ inofficioſi teſtamenti.vt C.de inof.don.l.fi.ſed querela inofficioſi teſtamenti rumpit teſtamentum: ita ꝙ intentans eam,ſuccedit in totum.C.de lib.præt.l. maximum vitiū. ergo Alterocha non ſolū partem legitimæ:ſed dimidię iſtius donationis reſciſſæ in totum habere debuit. ſol.dicit Io.An. inter querelam inofficioſi teſtamenti,& inofficioſę donationis ſunt plures differentiæ:& inter ceteras eſt iſta.quia p illā reuocatur totum.per iſtam reuocatur pars . quod an ſit uerū:dic,vt dixi plenè.ſ.de dona.c.fin.Alias ēt differentias hic aſſignat Io.And.quas omitto.& venio ad declarationē,quo iure venditio illius tertiæ Adaleſacæ pro parte legitimæ Alterochæ reuocatur.nam(poſtquam partim eſt ſolutum) non dēt emptor perdere,vt l.ab Anaſtaſio.C.man.imò ſi ab alio euinceretur,Alterocha,filia,& hæres Adaleſacæ tenētur,nō habita ratione legitimæ,dicto P.creditori hæreditario.cuius debitum prius eſt,ꝗ legitima,detrahendum, vt l.ſi.§.in computatione.de iur.delib.ſol.Io.And. tangit iſtud contrarium in tex.ſuper ver.vendiderat &c.& concludit,ꝙ iſta venditio fuit,vel pręſumitur fraudulenta:quia vendidit omnia bona.
42 quod tex.non dicit:primò dicit,partem.ex quo collige, †ꝙ pater vendendo quotam bonorum,ſi probetur fraus, venditio reuocatur vſq; ad legitimam: ſicut ſi in fraudem vēderet omnia bona ſua.Idem ſi ſingula bona in iſtum,& in illū.vtrū autem hoc ſit verū,ſiue emptor ſciuerit, vel ignorauerit malam fidem patris venditoris:videtur,ꝙ ſi ignorauerit, nō debeat damnum pati:& ſibi magis, ꝗ filio ſit fauendum . quia ſuum eſt debitum filii,quaſi debitum:& non ſunt paria , &c. vt l.fi. C.de codi.ſi autem fuit ſciens (pretium tamen ſoluit) an debeat ipſū perdere.quidam ꝙ ſic: quia videtur donare. vt l.cuius per errorem.de reg. iur. nec videtur deceptus, qui ſcit &c.l.1.de act.empt. Alii aliter dicunt, vt hic in nouella. ſed præcedentē opin.ſ.quò ad reſcindendum venditionē ſic diſtinguendum,participauerit emptor fraude, necne, tenet Cy.in l.1.in 7.q.C.de inoff.dona.vbi plenè de iſta quæſtio.
43 ¶†Sextò opp.ad ver.in eo verò.vbi dicitur, ꝙ Adiecta, ſiue hęres de reſtituendo rogata Alterochæ ſorori ſuæ computat ſibi in quartam treb. fructus perceptos poſt lit.conteſt. Sed contra de l.iubemus. C. ad treb. vbi frater rogatus reſtituere ſorori,vel filiis non computat ſibi fructus in quartam:hic dr̄ cōtrarium.ergo malè.ſol.dicit gl.quæ incipit.ex quo &c. ꝙ l.contraria loquitur de perceptis ante lit.conteſt.ſed illud c.loquitur de perceptis poſt lit.conteſta.ita ꝙ illa l.per iſtud c.limitatur.vel poteſt dici, ꝙ iſtud priuilegium ſpeciale conceſſum liberis primi gradus de reſtituendo rogatis,vt nō cōputent ſibi fructus,non vendicat ſibi locum in hæredibus eorundem:& ſic loquitur hic.vnde mortuo filio de reſtituendo fratri, vel filiis grauato , hæres eius computabit ſibi fructus poſt perceptos in quartam,vt in j.c.ar.l.ſi patronus.de le.2. ¶Sumpta aūt hinc occaſione pro pleniori declaratione materiæ huius glo.& pręcedentis,quæ incipit . non ergo . plura veniunt declaranda.ſ.quot ſint ſpecies quartarum. Item an legata,& fideicommiſſa,donationes,& alia, quæ quis hēt de bonis defuncti,debeant ſibi computari in quarta tali. Itē an fructus percepti de hæreditariis imputentur hæredi:vel filio in quarta:vel debeat eos lucrifacere. declarabo igitur iſta,
44 & illa,quæ reſtant,per quæſtio. ¶†Primò ergo quæro,quot ſint ſpecies quartarum.& gl. ponit hic tres ſpēs quartarum . adde alias ſpēs,quas gl.tangit in l.in quartam. ff.ad leg.falc. & plenius per Cy.in l.filium quem habentem.fam.er. Aliis aūt omiſſis,quæro dē quarta iure naturæ , quę iure nouiſſimo eſt triens,vel ſemis,ſecundūm numerum filiorum, vt in gl.no.ergo.&c.†Pone igitur, ꝙ habens duos filios vnū iuſtè
45 exhæredat:quæ erit legitima alterius:an dimidia trietis tantūm:an totum triens?dic,ꝙ triens: quia exhæredatus non facit partem:cum pro mortuo habeatur,vt l.1.§.pater.de cōiun.cum emancip.lib. Item ſi alius non eſt exhæredatus:ſed aliàs incapax,puta frater minor, vt l.ſi neceſſe.§.ſi deportatus.de bon.lib. Quid ſi habet quinq; filios,quorum vnus eſt incapax.ſ.frater minor.an legitima aliorum quatuor erit ſemis:vt ſic iſte frater computetur in numero quinq;. an verò erit

erit triens, tanquam iſte frater non ſit in rerum natura? dic,
ꝙ erit triens.quia ſicut aliis in minuendo non nocet: ita nec
debet in augendo prodeſſe, vt l.& ſi contra.de vulg.& pup.
46 ¶†Quid ſi filia renunciauit hæreditati paternæ:an legitima
maſculi erit triens,vel dimidia triētis, habito reſpectu ad fi-
liam?ex prædictis vr̃,ꝙ,cum ipſa excludatur,non faciat par
tem:quia incapacitas vnius ex his vndecunq; proueniēs nō
minuit,nec auget,vt ex prędictis apparet.Sed aduertatis hic
ad q.dependentem ex præmiſsis per do.meum in repetitio-
ne ſolemni Bononiæ, me audiente, plenè diſcuſſam contra
opi.Bar.& eſt talis. †Nunquid frater à fratre p̄teritus faciat
47 partem matri:quæ agit ad ſupplementum legitimę.Cyn.di-
cit,ꝙ non facit partem a: quia, cum frater excludatur à que
rela,pro mortuo habetur.Inſt.de ſucc.lib.§.ſed noſtra.& in
Auth.de nup.§.ſoluto.ver.ſi quis enim.Item qui non admit-
titur ad partem,nec admitti ſperatur,non facit partem,vt ff.
de inof.teſt.l.qui repudiantis.& l.ſi proponas.§.fi.& licèt il-
læ leges loquantur in querela:idem in iure agendi ad ſupple
mentum,quod ſuccedit loco querelæ,vt l.omnimō.de inof.
teſtam.Bar.tenet contrarium, & probat talibus rationibus.
iſta mater iure ſuo non poteſt petere,niſi tertiam eius,quod
eſſet habitura abinteſtato.& ſic ceteris paribus,idem eēt ex
teſtō,vt mater habeat partem ſuæ legitimæ, & non fratris.
Nam ſi tu dares partem legitimę debitæ fratri, non poſſes
alio iure dicere dictam partem fratris matri deberi: q̃ iure
accreſcendi.ſed ſecundùm Bar.hoc eſt impoſsibile,ꝙ in le-
gitima habeat locum ius accreſcendi:quia frater,& mr̃ de-
functi in legitima ſunt coniuncti cōiunctione legali: ſed inter
coniunctos coniunctione legali non hēt locum ius accreſcē
di,niſi in vniuerſali ſucceſsione,vel in vſufru.vt l.ſi ſeruus cō
munis ab extero.de acq.here.& l.& Proculo.de le.2. ſed ſuc
ceſsio in legitima non eſt ſucceſsio vniuerſalis, vt no. de rei
vendi. l. cum à matre. nec poteſt dici hunc filium pro legi-
tima conueniri,vt hæredem.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.1.& de
tranſac.l.controuerſia.ergo hic ceſſat ius accreſcendi: nam
nulla coniunctio eſt inter matrem,& fratrem: niſi coniun-
ctio iuris diſpoſitione legali. probat etiam hoc alia ratione:
dicit enim,ꝙ quando aliqui ſuccedūt diuerſo iure:inter eos
non habet locum ius accreſcendi.ff.de bon.poſſ.l.ſi cum pa
trono.ſed frater,& mater admittuntur ad legitimam diuer-
ſo iure:& legitima fratris eſt quarta.quia non inuenit aucta:
ſed legitima matris eſt tertia.in Auth.de trien.& ſemiſſ.§.1.
cum ergo veniant ex diuerſis conſtitutionibus, nulla eſt in-
ter eos coniunctio,nec legis,nec uerbis,nec re: quia diſtin-
ctis portionibus admittuntur.facit.ff.qui.mo.vſusfru.amitt.
l.ſub conditione.Et prædicta uera,maximè ſi teſtator prohi
buit ius accreſcendi.quod patet ēt in legitima prohiberi: ſi-
cut in omnium particulari ſucceſsione,vt l.dn̄s. ff.de vſufru.
per iſtas rationes,tenet D.Bar.quod s̃.dictū eſt.Doct.meus
tenet oppoſitum,& defendit opi.Cy.dicit.n. ꝙ frater non fa
cit partem matri:& q mater admittitur ſola non per ius ac-
creſcendi:ſed iure proprio.& per hoc excludit rōnes Bar.s̃.
factas.ſuccedit enim tanquam ſola per amotionem obſta-
culi:non tanquam coniuncta cum fratre,qui eſt inhabilis:&
quantùm ad ius agendi retinetur pro nullo: nec connumera
tur inter agentes.vnde propriè loquendo dr̃ nullus, non aūt
coniunctus.pro quo alleg.gl.l.pater filiam.de inof.teſtamē.
quam ēt alleg.Cy.præterea ille, qui non includitur in diſpo
ſitione legali,nec re,nec verbis,& lege, ille non eſt coniun-
ctus,ſed nullus:ſed iſte nullo modo includitur, ergo &c.hoc
tenet Oldra.in ſimili.q.& ſubtiliter arguit conſi.160.vbi vi-
de.præterea poſito,ꝙ mater intret per ius accreſcendi,dicit
ipſe,in legitima habet locum ius accreſcendi. qd̄ tenet Dy.
in l.planè.§.ſi coniunctim.de leg.1.alle.pro caſu. in Authē.
de natur.& vr̃ de pub.§.quod ſi legitimorum.colla.4.quam
rub.pauci habent.Alij habent eam poſt ti.de conſulib.& gl.
allegat illum tit.in Auth.de trien.& ſemiſſ.§.1.colla.3.Bald.
hæc confirmat.nam ſi rōne legitimæ habet locum ius accre
ſcendi in tota hæreditate,vt no.Doct.in l.quoties.de hæred.
inſt.ergo & in parte altera legitimæ, vt in Authē. vt cum de
app.cog.§.quoties.vbi eſt expreſſum.nam in habentib.ſym
bolum facilior eſt tranſitus,vt l.an inutilis.§.fin.cum ſim.de
accep.Non obſt.l.& Proculo.quia aliud in legitima:aliud in
legato ſimplici:cum ratione legitimæ quis dicatur hæres. &
ſic legitima magis accedit hæreditati,q̃ legato, vt no.in l.fi-
lium.de leg.præſtan.& de inoff.teſtam.Auth.nouisſima. Itē
in eo,quod dicit Bar. ꝙ ius accreſcendi in legitima pōt pro-
hiberi,non videtur bene dictum.quia legitima debet ex ꝓ-
uidentia legis.vnde ſicut ipſa non poteſt prohiberi: ita nec
eius qualitas,& natura pōt impediri:cū ſit debita, & de ne-
ceſsitate,vt d.§.ceterùm.vbi eſt caſus.& de adop. l. ſi arro-
gator.verè tn̄ propriè loquendo non eſt hic tractandum,&
(vt dixi)de iure accreſcendi: quia legitima portio legitimè
debetur fratri illo caſu,vt no.in Auth.de hære.& falc.§.pri-
mum.ſi nulla portio:ergo nihil vacat ab eo. & per cōſequēs
nec accreſcit:ſed non decreſcit.& hæc vera, vbi turpis perſo
na non ſit inſtituta:ſed turpi perſona hærede inſtituta, text.
cum gl.dicit,ꝙ fratri debetur legitima,quaſi iure naturæ.
48 ¶†Quæro ergo tunc.ſi mater repudiat legitimam ſuam:an
accreſcat fratri.vr̃,ꝙ ſic,vt d.§.ceterùm. Sed ille §. loquitur
in aſcendentibus,& deſcendentibus, non in tranſuerſalibus.
videtur ergo dicendum,ꝙ non,per d.l.ſed cum patrono.pri
mam partem tenet Bar.l. ꝙ habeat locum ius accreſcendi,
vt l.1.§.ſi quis ex nepotibus. de coniun. cum eman.lib.& ſi
dicas.ibi loquitur in ſucceſsione uniuerſali. Reſpon. ꝙ ſuc-
ceſsio legitima accedit per omnia vniuerſali ſucceſsioni: p̄-
terquam ad onera debitorum.Non ob. l.ſed cum patrono.
quia loquitur in remediis contrariis in ſecundum tab. & cō
tra tab.vnde vnum non poteſt accreſcere alteri: quia qd̄ ac-
creſcit,dicitur eſſe eiuſdem formæ,& naturæ,non contrarię.
ar.eius,quod no.in ſimili.in c.hi qui.de præben.lib.6.p Ar-
chi.& Ioan.An.Sed quæſtio noſtra loquitur in legitima:quæ
eſt eiuſdem naturæ,& qualitatis in quolibet coniunctorum.
Non obſtat,ſi dicas, ꝙ veniant ex diuerſis conſtitutionibus:
quia non eſt nouum, ꝙ diuerſæ leges coniungantur adinui-
cem,& fiant tanquam vna lex.ff.de libe.& poſthu. l.Gallus.
§.ille caſus.& C.de iure delibe.l.fin.poſt prin. Iſta ſunt dicta
Bal.in repetitione dictæ l.pater filium.de inof.teſt. Vbi quæ
49 rit:†ſi pater inſtituit extraneum,vni ex filiis aliquid reliquit,
alterum exhæredauit iuſtè: an legitima inſtituti erit triens:
an dimidia trientis;ita ꝙ filius exhæredatus faciat ſibi par-
tem:licèt non admittatur ad ple.Dyn.tenet,ꝙ triens.Bart.ꝙ
dimidia.Bal.idem quod Dy.Subiungit etiam, ꝙ an ſicut ex-
hæredatus non minuit:ita non augeat legitimam aliorū:pu-
ta alii erant quatuor: ſi iſte exhæredatus non computabat̃,
illorum quatuor legitima erat triens. iſto autem computa-
to,erat ſemis.Bar.ꝙ ſemis. & ſic exhæredatus computet̃ in
numero ad augendam legitimam quatuor liberorum. Bald.
dicit ibi,ꝙ cum habeatur pro mortuo, & ſibi nulla legitima
debeatur:non poteſt transfundi ad fratres aliquid ex perſo
na ſua,vt dixi s̃.Et prædicta applica ad q.in qua Bar.conſu-
50 luit.†vbique per Italiā ſunt ſtatuta f, ꝙ extantibus filiis ma-
f ſculis,filia fœmina nō ſuccedat patri.pone ergo,ꝙ extat ma
ſculus(ſed eſt incapax)an impediat ſororem ſuccedere. vr̃,
& non,vt ff.de bon.lib.l.ſi necem. §.ſi deportatus.& hoc te-
net ipſe:nam fauore maſculorum ſtatutum ſic diſponit, vt l.
ſeruo legato.§.ſi teſtator.de leg.1.& excluditur ſoror à fra-
tre,tanquam ab habente ius potentius.ideò fratre excluſo,
ſoror admittetur, vt l.2.§.ſi ſit.ff.ad Tertul. de hoc latè per
eum in l.1.§.quidam filium.ff.de contratab.& l.1.§.ſi pr̃.de
coniun.cum emanc.libe.Ex prædictis collige,quò ad text.ſi
iſta Clara repudiaſſet tertiam, an accreſceret Adaleſacæ ha
benti aliam tertiam.& ſi vna ex filiabus repudiaſſet partem
legitimæ:an accreſceret alteri ſorori tantùm, vel etiā Ada-
leſacæ,



leſacæ,& Claræ, ſol.ex p̄dictis collige per teipſum,&c. ¶Se
51 cundò principaliter quæro. †an.ſ.quod capitur de bonis de
functi,computetur in quartam:& proſequatur in quarta fal.
in quarta treb.& in quarta debita iure naturæ.quò ad quar-
tam falcidiam diſtingue: aut hæres capit de bonis defuncti
extra cauſam teſtamenti:aut ex teſtō.Primo caſu,aut ꝓpter
hoc capit expreſsè, vt ſibi imputet in falcidiam: & imputat̃,
vt l.cum quo.in fi.ad leg.falc.aut capit propter aliam cām:
& tunc ſecus, vt l.pater filiam.in prin.eo.titu.Secundo caſu,
qū capit ex teſtō:& tunc aut iure hæreditario: aut iure lega-
ti:aut cā conditionis implendæ:aut ex cā modi: aut ex cā p̄-
tii ex iuſſu teſtatoris.primo caſu imputatur in falcidiam, ut
l.in quartam.ad leg.falc.ſecundo caſu,aut legatur ſibi à le-
gatario:& nil computat in falcidiam; quia nil iure hæredita
rio habet,vt l.ſi à me.eo.tit.niſi quò ad ipſum, qui dat,vt ar.
l.Neſennius.aut quò ad alios.& tunc aut fuit legata pecunia
non hæreditaria:vel corpus non hæreditarium: & nil impu-
tatur.quia nil iure hæreditario capit.aut fuit legata pecunia
hæreditaria:& tunc ſi fuit iuſſus dare, vel detrahere: & totū
computat.de le.2.l.cum pater.in prin. Aut cohæres fuit iuſ-
ſus ſibi dare:& tunc ſibi pro hæreditaria parte computat:vel
quarta hæreditariæ,vt ſtatim dicam.& no.in d.l.in quartam.
ad leg.fal.& l.id autem.eo.ti.Si verò corpus hæreditariū: &
tunc aut detrahit falcidiam de voluntate defuncti:& compu
tatur quarta hæreditariæ portionis:aut contra,vel p̄ter volū
tatem:& tunc tota hæreditaria portio,vt ff.ad leg.falc.l. Ti-
tia.& no.in d.l.Neſennius.eo.titu. Tertio caſu quando capit
cauſa conditionis implendę: tunc ſi quidem legatarius poſ-
ſidet;ita ꝙ ab hærede conuenitur:& imputat in quartā quò
ad dantem:non quò ad alios.ar.d.l.Neſennius. Si uerò hæ-
res poſsidet,& ipſe conuenitur: tunc aut fuit datum à ſtatu-
libero.& dic,vt l.id autem.ad leg.falci. Aut ab extraneo:&
tunc nullo modo imputatur in falcidiam: nec quò ad dan-
tem:nec quò ad alios,vt d.l.in quartam.& l.id aūt.& l.ſi fun
dus legatus.eo.titu.Quarto caſu quando capitur vi modi:&
imputatur in quartam,vt l.in ratione.§.quid tamen.& fi.ad
l.fal.Quinto caſu quando capitur loco pretii:tunc computa
tur in falcidiam.eo.ti.l.qui fundum.& ibi no. & l.ad vetera-
ni.§.1.& hæc diſtinctio procedit in falcidia. ¶Tertiò quæ-
52 ro in treb.†an quicquid hæres conſequitur ex bonis defun
cti,in trebellianicam imputetur.iterum ſic diſtingue.aut ca-
pitur extra teſtamentum: & idem,qd̄ ſupra dixi in falcidia.
aut ex teſtamento:& tunc aut iure inſtitutionis:& idem. aut
iure legati:& tunc aut ab extraneo,vel legatario: & indiſtin
ctè imputatur,vt l.deducta.§.nummis.ad Treb. aut corpus
non hæreditarium:& imputatur:licèt ſecus in falcidia. aut
corpus hæreditariū:& tūc idem,ꝙ in falcidia. quia aut quæ-
ritur de imputatione quò ad ipſum cohæredem: & imputa-
tur totum.aut quò ad alios fideicōmiſſarios: & tunc aut da-
tur hic de voluntate:aut contra voluntatem,vt d.l.Titia.ſi ve
rò capitur cauſa implendæ conditionis: & tunc aut reman-
ſurum penes eum:& imputatur,vt hic.aliàs ſecus,vt l.accep.
Si verò capitur vt pretium:tunc imputatur,vt s̃. diſtinctū eſt
in falcidia.¶Iuxta prædicta quæritur,ꝙ in falcidia imputa-
tur ſolum quod capitur iure hæreditario: & aliud in trebel.
no.hic Io.And.& Accur.in d.l.in quartam.vbi dicit. ꝙ ideò
ineſt;quia in falcidia plus grauatur hæres:quia onera rema-
nent apud eum inſolidum:ideò releuatur,vt ſolùm quæ iure
hæreditario capit,imputentur in falcidiam: ſed in treb. non
ſuſtinet onera,niſi pro parte.ff.ad Treb.l.1.§.fina.ideò plus
grauatur. idem tenet Cy.in l.filium quem habentem.fa.erc.
Bar.reddit aliam rationem in d.l.in quartam.vbi videas etiā
rationem diuerſitatis inter corpus hæreditarium:non hære
53 ditarium:& pecuniam.& hoc de treb.¶†Quartò quęro,qd
imputetur in quartam debitam iure naturæ.dic,ꝙ aut aliqd
capitur extra patrimonium defuncti: & nullo modo in illā
quartam imputatur,ut l.ſancimus.§.repletionem. de inoffi.
teſtam.aut capitur ex defuncti patrimonio:& tunc, aut iudi
cio teſtatoris:& imputatur in quartā,quocunq; iure habeat,
ſiue iure hæreditario,ſiue legati, vel alio modo capiatur,vt
l.ſi quando.de inof.teſt.l.etiam.§.pen.& fi.de bo.lib. dum-
modo aliquid iure inſtitutionis habeat,vt in Authē. vt cum
de app.cog.§.aliud quoq; capitulum.& dixi s̃.in prima op.
aut capitur inter viuos:& tunc aut eſt donatio ob cauſam(vt
dos,& donatio propter nuptias data cauſa militiæ:) tunc il-
lud imputatur in quartam.vt l.quoniam nouella. & l.omni-
modo.de inof.teſt.Si verò eſt donatio ſimplex, ſeu ſimplex
datio:tunc aduerte.ſi quidem valuit in vita:tunc non imputa
tur in quartam,niſi ſit dictum: vt ſi datur filio emancipato,
vt l.ſi quando.§.ſi pater.de inoffi.teſt. & ita fecit D.Accur.
quando Franciſcum emancipauit: quia fuit dictum expreſ-
sè,ꝙ in falcidia imputaret.pro hoc eſt tex. in l.etiam. §.ſed
54 ſi non mortem.de bo.lib.†Idem dicerem,ſi eſſet facta dona
g tio g filio in poteſtate propter merita præcedentia. nam tūc
ſtatim valet donatio,& percipit tanquam aduentitiū,ut not.
glo.in Auth.vnde ſi parens.de inof.teſt. Si verò donatio non
tenuit ab initio:ſed fuit morte confirmata: tunc in quartam
imputatur, vt eſt caſus in l.filium quem habentem. ſecundū
lecturam Azo.& probatur in d.l.etiam. §.ſed ſi nō mortem.
¶Sed pro declaratione prædictorum quæro, quæ eſt ratio,
ꝙ in quartam treb.& falcidiam non imputatur, quod capit̃
extra teſtamentum,vt l.pater filiam.ad leg.falc.& computa-
tur in debita iure naturæ?dic,ꝙ falcidia & treb.debetur ra
tione teſtamenti:ideo in ea non imputatur niſi quod uenit
ex teſtamento:debita autem iure naturæ venit extrinſecus.
& ex hoc habes,quòd in aliis quantitatibus, quæ debentur
de aliis diſpoſitionibus iuris,vel ſtatuti:vt ſi mulieri,vel viro
ex forma ſtatuti aliquid debeatur: tunc ſibi imputatur qc-
quid extrinſecus venit.vt in Aut.præterea.C. vn̄ vir & vxor.
55 ¶†Circa iſtam legitimam etiam incidenter quęro.an id,qd̄
ex ſubſtitutione ad filium peruenit, ſibi imputetur in legiti-
mam:videtur,ꝙ non.per l.ſancimus.§.repletionem. de in-
offic.teſt.dic,vt ibi.& Bar.in d.l.in quartam.ad fi. vbi etiam
quęrit.ſi eſt relictum filio minus quarta: per quos debet ſibi
ſuppleri iſta quarta,vtrùm per hæredē, uel legatarium, qui
poſſidet res hęreditarias pro rata? tex. in d.§.repletio.dicit
ſimpliciter ſuppletionem fieri ex ipſis rebus, & ſubſtātia de
functi.ſed Auth.vt cum de app.cogno.§,ceterùm.coll.8.di-
cit,impleri ab hæredibus. in debita per patrem videtur dice
re tex.ꝙ ſit in ſua poteſtate:vtrùm ab hęredibus, vel legata-
riis,vt l.ſi ex patronis.in prin. de bon.lib. & l.ſi libertus ſub
conditione.eod.tit.concludit ipſe ex iſtis legibus, ꝙ illud ſit
onus reale:& ſic ab hæredibus,& legatariis faciendum.& in
fert iſta deciſio,ꝙ in vnaquaq; re ſit legitima deducēda.vtrū
autem poſſit detrahi in vna re talis legitima treb.j.dicam.
¶Quintò quæro:ſatis dictum eſt,an illud, quod capitur ex
bonis defuncti,computetur in treb.falc.vel debitum iure na
turę.Sed pone,ꝙ iſta Adiecta de bonis Rayn.aliquid habuit
ex donatione inter viuos:vel iure prælegati: vel ex ſubſtitu-
tione vulgari:vel fideicommiſſaria ab alio cohęrede fortè ſi-
bi dato: an iſta venient in reſtitutione fideicommiſsi fienda
56 Alterochæ.†diſtingue in prælegatis, cum.ſ.quæritur, an ve-
niant in fideicommiſſ.reſtitutione.dic, ꝙ aut teſtator vtitur
verbis generalibus,& futuri temporis: aut pręteriti. primo
caſu bene cadunt prælegata in reſtitutione, non habita di-
ſtinctione iſto caſu:an primò prælegat:vel poſtea, vt l.cum
uirum.C.de fideic.& de le.2.l.cum pater.§.pater fidei.ſi pręę
teritis verbis vtitur teſtator:tunc refert:aut primò rogat, &
poſtea prælegat.& iſto caſu non veniunt in fideicōmiſſ. re-
ſtitutione:quia non eſt veroſimile,&c. vt l.Titia.ad leg.falci.
Sed an tunc debeant imputari in quartam. dic vt ibi,& d.l.
cum uirum.aut primò prælegat,& poſtea rogat: & tunc aut
teſtator facit mentionem hæreditatis: & hoc caſu venit ſolū
quarta: quia quod iure hæreditario capitur in prælegatis,
vltra

vltra reſtituere non debet.ff.ad Treb.l.in fideicom. §.vlti.&
ita debet intelligi l.ſi Titius.de leg. 3. aut non facit aliquam
mentionem hæreditatis:& tunc totum prælegatum cadit in
fideicommiſsio.ff.ad Trebel.l.Marcellus.§.quidam.& præ-
dictam diſtinctionem in prælegatis an veniant in fideicom-
miſsio vniuerſali ponit Cyn. in d.l.cum iura.& Bar.notat in
d.§.quidam liberis.vbi quærit,ſi pater totum ſuum patrimo
nium diuiſit inter liberos,& eos hæredes inſtituit: in illis re-
bus ſic diuiſis:an prẹlegata veniant in reſtitutione fideicom
miſſ.facienda inuicem.dic vt ibi.Sed an veniant in ſubſtitu-
tione vulgari.dic,ꝙ non,vt l.Sextiliam.de leg. 3. Item in ſub
ſtitutione pupillari.dic, ꝙ veniunt prælegata, vt l. cum pa-
ter.in prin.ad leg.fal.& idem in exemplari, vt l. humanita-
57 tis.C.de impube.& aliis ſubſti. ¶† Quæro ẽt,an in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria ueniat donatio, quæ morte confir-
matur.videtur,ꝙ ſic:quia ſimilis eſt legato.C.de donat.inter
vir.& vxor.l.donatio.dic contra,vt no.Dy. in l.ſequens quæ
ſtio.de le.2.nam talis donatio ſeparatur à ſubſtantia viri in
vita ſua.vnde quantùm ad mentem teſtatoris, non vr̃ cogita
tum de his rebus poſtea.iſta eſt ratio Cyn.in d.l.cum virum.
quid de eo,quod capitur ex ſubſtitutione vulgari:an ueniat
in fideicommiſſ. habes caſum in l. ita tamen. §. qui ſuſpe-
ctam.ad Treb.quid de eo, quod venit ad aliquem ex iure ac
creſcendi:an veniat in fideicommiſſ. dic, quòd ſic, vt l.ſi to-
tam.de acq.hæred. & quod ibi no.& hoc verum ſine dubio:
quando adiit coactè.idẽ ſi ſponte: quia portio accreſcit por
tioni,non perſonæ,vt d.l.ſi totam.& l.ſi Titio.§.1.de vſufru.
prædictas q.ſuccinctè tangit Bar.in d.§. quidam liberis. &
ſubiungit,an illud, quod venit ad aliquem ex ſubſtitutione
compendioſa,ueniat in reſtitutione fideicommiſſ.dic,ut ibi.
58 ¶†Sextò quæro.nunquid hæres rogatus de reſtituendo te-
neatur fructus computare in quartam treb. uel eos lucrari.
diſtinguit ita Cy. poſt Pet. Aut quæritur de perceptis iudi-
cio teſtatoris:aut de perceptis negligentia non petentis: aut
mora non reſtituentis:aut de perceptis alio modo.Primo ca
ſu,quando quæritur de perceptis iudicio teſtatoris: puta ro
gauit teſtator reſtituere hære.poſt 10. annos. & iſto caſu cõ
putat fructus in quartam.& ſi in tm̃ ſunt percepti,quantum
facit quarta,nil de rebus aliis percipiet:& ſi plus percepit,to
tum eſt ſuum,ſaluo quod no.in l.Baliſta.ad Treb.fallit in li-
beris primi gradus,vt d.l.iubemus.& hoc no. Secũdo caſu,
cum quæritur de fructibus perceptis negligentia non petẽ-
tis:quia non petit fideicõmiſſum:tunc nec cõputat in quar
tam:nec reſtituuntur. & ideò hoc demum à tẽpore petitio-
nis.i.litis conte. condemnatur. P.& hæredes eius ad reſtitu-
tionem fructuum:non autem ad perceptos ante negligẽtiã
nõ petentis.& hoc uerum in fideicommiſſo uniuerſali, ut ff.
ad Treb.l.mulier.§.ſi hæres.ſecus in ſingulari.nam nõ ideo,
ꝙ legatarius negligit rem legatã petere,fructus, quos alius
59 percipit,facit ſuos. † & in hoc differt ſingulare relictum ab
uniuerſali:quia ſingularis legatarius efficitur ſtatim domi-
nus,etiam ante aditam hæreditatem, ut l.à Titio.de fur. ſed
fideicommiſſarius uniuerſalis non efficitur dominus:niſi fa
cta reſtitutione,ſaltem verbali: ſed poſt factam reſtitutionẽ
verbalem idem eſt in eo, quod in ſingulari fideicom.Tertio
caſu quando quæritur mora non reſtituentis:tunc in quartã
non imputabit:ſed integros fructus reſtituet hæres, ar.C.de
vſur.& fru.leg.per totum.Quarto caſu quando quæritur de
perceptis aliunde:vbi nec iudicium teſtatoris interuenit,nec
negligentia,nec mora: tunc in iſtis caſibus hæres non reſti-
tuit:nec computabit,ut l.ita tamen.§.1.& l.mulier. §. ſi hæ-
60 res.ad Treb.& hoc de quarta treb.†Sed quomodo commu-
tentur fructus in quartã falc.uideamus.& diſtingue. qa aut
quæritur de fructibus rerum non legatarum, nunquid illos
hæres computet in falcidiam:tunc refert. aut fructus erant
editi tempore mortis(hoc eſt ſeminati,& iam nati.) & tunc
computabit.ff.ad leg.falc.l.in lege falc.placuit.aut non erãt
editi:& tunc non computabit.ff.ad leg.fal.l.Paulus.1.reſpõ.
& l.in ratione.aut quæritur de fructibus rerum legatarum:
& tunc aut percipiuntur iudicio teſtatoris: & hoc caſu com
putabit in falcidiam ad inſtar quartæ treb.& intellige, ꝙ cõ
putabit in quartam falcidiam hoc caſu fructus quandocũq;
natos tã ad commodum ipſius legatarii, quàm ad commo-
dum aliorum,ut l.de bonis.§.fructus.ad leg.falc.& no.in l.q
eccleſiæ.§.ec.eo.tit.aut quæritur de perceptis mora non re-
ſtituentis:tunc non computantur in falcidiam: ſed ueniũt in
reſtitutione.nam à tempore moræ ueniunt fructus, ut l. 1.&
fi.C.de uſu.& fru.le.aut quẹritur de perceptis negligẽtia nõ
petentis:& iſtos etiam reſtituit legatario: ſed non fideicom-
61 miſſario uniuerſali.rationem differentiæ.s̃.dixi.†pro plenio
ri tamen doctrina.ſ.à quo tempore fructus, & cauſam rei le
h gatæ poſſit petere legatarius ab hærede h: diſtingue. qa aut
quæritur de fructibus perceptis ante aditam hæreditatem,
aut poſt.ſi ante.& tunc aut fuit legata res teſtatoris:aut alie-
na.ſi fuit legata res teſtatoris.gl.tenet, ꝙ veniunt ante aditã
hæreditatem,ut l.ſi tibi.§.cum ſeruus.de le.1.Pe. ibi cõtra.ſ.
ꝙ ab adita hæreditate.& Cy.in l.fi.de uſu.& fru.leg.in addi.
aut teſtator legauit rem alienam: & tunc aut hæres diſtulit
malitioſè adire:& tũc idem, quod de fructibus ꝑceptis poſt
aditam hæreditatem,ut ff.de uſu.l.ſi uſuſfr.ſecũdo caſu prin
cipali,cum quæritur de perceptis poſt aditam hæreditatem:
& tunc aut quæritur de perceptis ante interpellationẽ:& tũc
non ueniunt:niſi res teſtatoris legata ſit.arg.dicti. §.cum ſer
uus.aut quæritur poſt interpellationem factam:& tũc aut q̃-
ritur de perceptis poſt aditam hæreditatem,& poſt interpel
lationem,& moram:& tunc ueniunt indiſtinctè tam perce-
pti,q̃ percipiendi,ut l.1.in fi.de uſu.& fruc.leg. aut quæritur
de perceptis poſt aditam hæreditatem, & poſt interpellatio
nem(tamen ante moram:quia interpellatus iuſtam cauſam
habuit litigandi:)tunc aut quæritur de perceptis: & illos re-
ſtituere tenetur.ff.de pet.hære.l.item veniunt. §.petitum.aut
quæritur de percipiendis:& tunc aut de fructibus, quos per
cipere potuit petitor:aut quos percipere potuit poſſeſſor.ſi
de fructibus,quos percipere potuit petitor: & non ueniunt,
ut d.l.1.& fi.de illis,quos percipere potuit poſſeſſor: & tunc
tenetur de illis.ſic intelligit Pe.de lega.1.l.apud Iulianum.in
prin.iſta eſt diſtinctio Cyn.in d.l.fi.de vſu.& frũ.lega.cui ad-
de gl.magiſtram.in l.fideicommiſſ.de uſũ.& quod dictũ eſt,
fructus ante moram uenire,eſt uerum,niſi hæres eſſet bonæ
fidei,ar.ff.de acqu.re.dom.l.conuentum.quid enim ſi multo
tempore poſt aditam hæreditatem appareant improuiſè le
gata in codicillis facta, vel aliter ( ita ꝙ hæres poterat præ-
tendere probabilem ignorantiam de legatis factis. & ſic res
legatas cogitatione domini poſſidebat) vtiq; non tenebitur
dicto caſu.¶ Quæro circa prædicta: quid in quarta iure na-
turẹ: an in ea computetur fructus.videtur, ꝙ ſic, vt l. Pomp.
§.ſi conditioni.de inof.teſt.credit Bar.ꝙ ille. §.ſit correctus.
quia fructus non cõputantur in quarta iure naturæ, ut l.ſan-
cimus.§.repletis.C.de inof.teſt.& ita no.Bar.in d.§.quidam
62 liberis.¶ Septimò quæro,& reuoco in dubiũ. † vtrùm filius
de reſtituendo grauatus poſſit detrahere duas quartas.ſ.le-
gitimam,& treb.gl.antepe.format iſtam quæſt. & arguit pri
mò,ꝙ poſſit pluribus ar.& primò, quia non debet eſſe dete
rioris conditionis,q̃ extraneus,vt dicit tex.ſed extraneus de
traheret.ergo & ipſe.ſecundò de eo, quod quis eſt rogatus
reſtituere,poteſt treb. detrahere. ſed de legitima non videt
grauatus,ſed de reſiduo:ergo de reſtituendo detrahenda.&
alias rationes facit Bertr.pro illa parte:quibus adde aliam.
nam ſi contrarium diceremus,omnis lex, quæ dicit filiũ de-
trahere treb.eſſet falſa:cum enim prius detraxiſſet legitimã
ipſo iure,vt l.quoniam in prioribus.de inoffi.teſt. & ſic hẽat
vnam falcidiam,ſeu legitimam:ergo impoſſibilis eſſet dedu
ctio trebellianica.fruſtra ergo loqueretur lex de treb.à filio
deducenda:ſicut de ipſa loquitur l. filium quem habentem.
fam.



fam.erc.& l,iubemus.C.ad Treb. præterea quando duo iu-
ra concurrunt in vno diuerſæ rationis,& diuerſæ quotitatis,
& diuerſarum quantitatum,p̃t quis vti vtroq; iure, & vnum
reliquum non confundit,vt ar.l.ſi domus.de ſer.vrb.prẹd.&
l.generaliter.de fideiuſſ.& in hac opin.fuit Mar. Alii dicunt,
ꝙ de iure ciuili filius vna falcidia dẽt eſſe contẽtus. & arguit
à diuiſis:quia aut filius elegit primò trebel. & non p̃t poſtea
habere legitimam:quia in ipſa computari debet quicqd fi-
lius eſt de bonis patris conſecutus,vt l.qm̃ nouella. ecce er-
go,ꝙ treb.prius detracta computabit ſibi in legitimã poſt-
ea detrahendam. Rurſus econuerſo idem contingit,ſi prius
legitimam detraxerit. nam ipſam ſimiliter computabit in
treb.detrahenda:in qua computatur quicquid filius iure in
ſtitutionis conſequitur:ſicut legitimam conſequitur,ſi inſti-
tutus eſt.Item dicit lex.ꝙ in teſtõ patris, & filii vna falcidia
locum habet,vt in gl.q̃ tamen ſm̃ iſtos fatetur,ꝙ illud,quod
eſſet minus in vna,q̃ in alia,poſſet poſtea conſequi:ſed qua-
tenus concurrunt,inuicem ſe confundunt.Alii diſtinguunt,
ꝙ aut filius eſt grauatus reſtituere ſub conditione: & tunc
p̃t detrahere duas quartas,ſcilicet legitimam,ſtatim cum oẽ
grauamen ẽt ipſis ſubducatur in eadem de medio ipſo iure.
vt d.l.qm̃ in prioribus.alia verò.ſ.treb. cum conditio adue-
nit:& ſic ſit vera prima opi.aut filius eſt grauatus reſtituere
purè:& tunc debet detrahere vnam tm̃. & ſic ſit vera ſecun-
da opi.ſed hæc diſtinctio reprobatur per §.quamobrem. in
Auth.de reſt.& ea,q̃ pa.præterea ex ipſa ſequitur abſurdũ.ſ.
quòd filius plus grauatus.ſ.purè,minus detrahit:& q minus
detrahit.ſ.ſub conditione,detrahit plus,contra l.eum qui.de
iureiu.cum ſimi.breuiter de iure ciuili tenent legiſtæ cõiter,
ꝙ filius grauatus de reſtituendo non poſſit detrahere, niſi
vnam quartam.allegant pro caſu l. filium quem habentẽ. &
d.l.iubemus.& hoc tenet Odo.& Pet.& Cy.in d.l.filium quẽ
habentem.& Iac.de Bel.in d.§.quamobrem. Sed de iure ca-
nonico conſuetudine approbato filius detrahit duas quar-
tas,vt hic patet.ſm̃ quam opi.refert doctor meus in repe.d.l.
filium.ſe ſæpius conſuluiſſe: & ego ẽt multoties. & de hoc ꝑ
Cyn.in l.q̃q̃.C.ad leg.fal.& hoc procedit,cum filius rogatus
eſt reſtituere hæreditatem totam,vel quotã. Si aũt filius eẽt
inſtitutus in certis rebus,& rogatus reſtituere,ſi deceſſerit ſi
ne liberis &c.tunc non detrahet treb. ſed legitimam tm̃: qa
non eſt vniuerſalis,vt l.lex falcidia.§.nunq̃.ad leg.falc.& ita
Bal.conſuluit.qd no.Item aduerte,quia illud, quod de iure
canonico dictum eſt,ꝙ poſſunt detrahi duæ quartæ, eſt ue-
rũ,qñ filius eſt rogatus reſtituere ſub condõne,vt fuit in iſto
c.ſi aũt purè:& tunc vna tm̃ detrahitur, & ſi quid in alia eẽt
plus.& ſic conſuluerunt Bar.Fran.de Piſ.& Bal. eorum diſci
63 pulus in q.tali.†filius rogatus eſt de reſtituendo ſub condi-
tione:ſi non valet,vel non valebit iure teſtamenti,valeat iure
codicillorum:an detrahet duas quartas. dicunt ipſi,ſi iure te
ſtamenti teſtm̃ eſt nullum:tunc tanq̃ purè rogatus nõ detra
het niſi vnam:niſi quatenus eſſet plus in alia. pone exẽplũ,
cum alius filius eſt præteritus:ſed ſi conditio non eſt uera de
præſenti, ( vt quia præteritus eſt poſthumus)detrahet duas
quartas poſtea poſthumo nato, per theoricam prædictam.
64 Ita refert Bal.in d.l.filium.vbi vide.¶† Octauò quæro de ta
li q.filius rogatus à patre de hæreditate reſtituenda, ſi ſine li
beris moreretur:vnam domum hæreditariam uendidit: quæ
aſcendebat ad legitimam portionem,& etiam ad treb.dein-
de extitit conditio fideicom.fideicommiſſarius in domo alie
nata vult partem ſuam:quia dicit,ꝙ ipſe debet habere par-
tem in qualibet re:econtra dicit emptor, quòd filius potuit
vendere pro legitima,& trebel.& ipſas in una re eligere. q̃-
ritur quid iuris.& videtur,quòd poſſit.primò,quia legitima
eſt filiæ debita,cenſetur in ea creditor,vt dicit glo.antepen.
ſi ergo bona tenentur ad legitimam:ſicut creditor poteſt eli
gere vnam ex rebus ſibi pro debito obligatis, vt vendat: ita
& filius,argumen.ff.de diſtract.pigno.l.creditor.Item ſi cre
ditor ſuper bonis hæredita.poteſt ſibi ſoluere, vt ff. de nego.
ge.l.diuortio.& l.fiſtulas.§.fundum.de contrah.emp.& hoc
videtur æquum,ꝙ alienando poſſit deducere in una re. nam
ſi uellet in ſingulis rebus partem alienare, hoc eſſet difficile;
quia vix reperiretur emptor.& poſito,ꝙ reperiretur, minus
venditur pars indiuiſa: & minus ualet pars reſpectu partis,
quàm totum reſpectu totius.de leg.2.l.Mæuius. §.in fundo.
Alii dicunt contrarium:& ꝙ non valet alienatio, niſi quate-
nus eſt legitima in re illa; quia filius habeat legitimam ipſo
iure in qualibet re pro rata:& ſic cenſetur creditor. vnde id,
quod debet ſibi in una ſpẽ, non poteſt ſibi ſolui in alia ſpẽ,
de rigore iuris.ſi cer.peta.l.2.§.1.præterea ſpeciale eſt,ꝙ ꝑ
dote,& donatione propter nuptias poſſit eligere legitimã,
& treb.in vna re.vt in Auth.res quæ. C.commu. de leg.ergo
in contrarium eſt ius commune.& hanc opi.tenet Odof. qa
leges ſunt expreſſæ.ff.de pecu.leg.l.ſi peculium.& not. C.ad
leg.fal.l.2.& eſt uerior de rigore iuris.ſed de æquitate filius
alienando videtur,quòd poſſit deducere in vna re.dñs tamẽ
Iaco.de Bel.vt omnium ſaluetur opin. conſulit filio alienare
volenti, quòd ipſe prouocet fideicommiſſarium uniuerſalẽ
ad diuiſionem,etiam ante diem fideicommiſſ. cedentem: ut
ſic per iudicium famil.erciſc.poſſit habere legitimam ſuam
in certis rebus.argum.ff.famil.erciſcun.l.2. circa prin. & li-
cèt illud dictum poſſet procedere in legitima: tamen in tre-
bel.non videtur poſſe procedere. quia nondum debetur: &
ſic ſuper ea non poteſt fundari iudicium, vt l.non quemad-
modum.ff.de iud.& ita dicit Bal.in d.l. filium quem haben-
tem.dom.Bar.ſic diſtinguit.aut quæris, vtrùm poſſit dedu-
ci in vna re à volentibus:& poteſt,vt l.poteſt. de lega. 1. aut
quæris de neceſſitate:& tunc aut quæris, in qua re debeatur
quarta.aut in qua re deducatur tempore diuiſionis. primo
caſu regula eſt, quòd deducitur de qualibet re pro indiuiſo,
vt l.Plautius.& l.linea.ad l.fal. ſecundo caſu aut teſtator cõ
ceſſit,ꝙ debeat imputari in quartam: & illud prius imputa-
tur,vt l.is autem.& l.cum quo.§.fin.ad leg.fal. Si verò hæres
nihil reliquit: tunc aut hæres percepit fructus iudicio teſta-
toris:& illos prius imputare in quartam cogitur, vt l. quod
de bonis.§.fructus.ad leg.falci. aut nullos fructus percepit:
aut hæres aliquid de hæreditate alienauit: & illud ſibi prius
computat in quartam,vt l.Marcellus. §.res. & ibi not. ff. ad
Trebel.quod tenet Azo in ſumma. C.ad Trebel.& Dyn. &
Oldrad.conſuluit conſi.247.alii aliter in hoc dicunt, vt ſu-
pra uidiſtis.aut nihil uendidit:& tunc aut teſtator unius cõ-
ceſſerat aliqua in peculio. & illa poteſt retinere, aduerſario
inuito,vt l.filium quem habentem. C.famil.erciſcun. ſecun-
dùm lect.antiquorum.quæ in hoc vera eſt: vt officio iudicis
illa res filio aſſignetur: vt ſic quem teſtator dilexit in vita in
vna re:videatur dilexiſſe in morte,argum.l.pen.de alimen.&
ciba.lega.aut nihil conceſſit in uita,nec in morte. tunc ſi res
ſunt indiuiſibiles,poteſt in una re deduci.arg. ff.ad leg.falc.
l.ſed ſi non ſeruus.& l.in l.fal.l.ſeruitutis. & l.ſi fundus mi-
hi.cum ſimi. aut omnes ſunt diuiſibiles: tunc deducetur de
vna,vel duabus rebus.& hoc officio iudicis,vt d.l.poteſt. de
lega.primo.& C.quando & qui.quarta pars debe.l.2. ita di-
ſtinguit Bar.in l.in quartam.ad leg.falc. in quarta quæſt. ad
prædicta applica quæſtionem.Oldr.qui quẹrit:†an ſupple- 65
mentum legitimæ poſſit detrahi de ſingulis rebus. dicit ip-
ſe,quòd in quarta falcidia apud antiquos dubitatio fuit, ut
notat in l.2.C.ad leg.falcid. Sed quicquid ſit in aliis dedu-
ctionibus:in ea,de qua quæritur,dicit ſupplementum faciẽ-
dum eſſe ex ſubſtãtia teſtatoris uiri boni arbitratu, vt l.ſan-
cimus. C. de inoffic. teſtamen. nam licèt in illa l.dicat poſt
princ.repletionem fieri ex bonis teſtatoris: tamen in prin-
cipio dixit ipſo iure ineſſe in eandem ſuppletionem: & ſic
illud uerbum,eandem,dat intelligere, quòd fiat talis reple-
tio uiri boni arbitratu. uir autem bonus nunquam arbi-
trabitur, ut in ſingulis rebus fiat ſuppletio propter uitan-

dam communionẽ:quæ diſcordias parere conſueuit. de leg.
2.l.cum pater.§.dulciſsimis.& hoc voluit dicere. l. filiũ quẽ
habentem.& ideò poſita eſt in iſto titu.vt inſtruat iudicẽ,qui
de diuiſione cognoſcit, vt nõ in ſingulis, ſed in vna re legiti-
mam aſsignet:& coaptet ſe in hoc voluntati teſtatoris,vt ibi
66 patet,& ita notat ipſe conſi.170. ¶ † Nonò quæro: dictum
eſt, vtrùm hæres poſsit detrahere legitimam, & trebelliani-
cam.ſed an trebel. & falci.verbi gratia.teſtatrix in teſtamen
to multa legata fecit. filiam in vniuerſo inſtituit: & rogauit,
ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem fratri ſuo reſtitui: mo-
dò pater filiæ,q̃ ſuccedit filiæ abinteſtato, vult detrahere fal
cidiam de illis legatis ſingularibus.& treb.de vniuerſo:vtrũ
poſsit? videtur quòd ſic:quia legata particularia contribuun
tur cum fideicom.vniuerſali,vt l.Marcellus.ff.ad Treb.quod
tenet Bar. quando fideicommiſſum eſſet purũ.ſi autem fidei
cõmiſſum vniuerſale eſſet conditionale: tunc videtur,ꝙ lega
67 ta debeat ſolum integrè,vt l.pe.§.1.ad leg.Fal. ¶†Sed inci-
denter quæritur. quando fit iſta contributio vniuerſalis fidei
commiſ.& particularium legatorum:an illa erit falcidia, vel
treb.quòd ſit falci.faciũt legata ſingularia.ſed quòd ſit treb.
facit fideicommiſſum vniuerſale.tex.in d.l.Marcellus. §. idẽ
Pompo.appellat falcidiã,vbi Bar.dicit, quòd pro parte erit
falcidia: pro parte trebel.poſtquam duo iura ſic coniungun
tur,vt in ſimili in l.Gallus.§.ille caſus.de lib.& poſth. & ea-
dem eſt qõ in legitima,& treb. an detrahantur tm̃ de vniuer
ſo:vel an de legatis particularibus.& Oldra.conſuluit,quòd
de vtriſq;,conſi.114.vbi idem ſentit in falc.& treb. ſicut di-
68 xi.allegat pro caſu l.1.§.vlt.ad Treb.¶†Decimò quæro:po
ne,ꝙ iſte Raynu.erat pluribus obligatus. Item in ſuo teſta-
mento multa legata fecit:Adiectam inſtituit, & de reſtituen
do Alterochæ grauauit,quæ reſtitutio facta fuit,vt in tex.dr̃:
quæro ergo,quis teneatur ſoluere debita,& legata.diſtingue
aut hæres reſtituit,nihilo retento:& tunc fideicommiſſarius,
ideſt Alterocha,tenetur inſolidum ad credita, & legata, vt
ff.ad Treb.l.1.§.ſi is.aut reſtituit, aliquo retento : & tũc aut
retinet in quantitate,aut in quotitate.ſi in quantitate, non te
netur hæres,niſi in ſubſidium, vt no.Cy.in l.1.C.ad Tre.Si in
quotitate:tunc refert,aut retinuit tantùm quartam: tunc nõ
tenetur legatarius,ſed fideicommiſſarius tantùm.creditori-
bus verò tenetur,vt d.l.1.aut retinuit vltra quartam(vt quia
retinuit portionem dimidiam:)& tunc fideicommiſſarius te
netur pro portione reſtituta tm̃,vt l.2.C.ad Treb.In hoc tñ
caue. quia creditoribus reſpondebit quilibet pro dimidia.
C.ſi cer.pet.l.1. ſed legatariis tenetur reſpondere pro tertia
parte tm̃.ratio,quia hæres debet habere quartam ſine onere
legatorum,& fideicommiſſorum,vt dixi.& illa eſt diſtinctio
Cy.in d.l.2.ad Treb.qui ſubiungit: vtrùm fideicõmiſſarius
vniuerſalis,cui facta eſt reſtitutio cum onere legatorum, ha
beat ius falcidiæ.remittit ad no.per eum in l.1.commun.de
leg.dic vt ibi plenè. ¶ Vndecimò quæro.pone,ꝙ poſt mor-
tem Adiectæ iſta Alterocha,anteq̃ peteret reſtitutionẽ fidei
69 com.deceſsit:an eius hæres poterit petere ? † dic, ꝙ de hoc
eſt dubium:ſi decedit fideicommiſſarius vniuerſalis ante re
ſtitutionem ſibi factam:an tranſmittat ad hęredem.In hære
ditate.n.traditur regula, ꝙ hæreditas non adita nõ trãſmit-
titur ad hæredem,vt l.vnic.§.in nouiſsimo. de cad.tol.lega-
ta verò pura,vel in diem certam non agnita tranſmittuntur,
vt ea.l.1.col.ver.ſimili modo. In fideicommiſſo ergo vniuer
ſali,cui magis accedat:an hęreditati,vel legatis,quò ad trãſ-
miſsionẽ:dubitant legiſtæ.gl.n.in l.cum filio.de leg. 1. dicit,
ꝙ non tranſmittit.ſicut nec hæres hæreditatem non aditã. vt
dixi.nam fideicõmiſſarius vniuerſalis eſt hæres in effectu. vt
Inſt.ad Treb.§.reſtituta.Idem videtur ſentire glo.in l.à teſta
tore.de cond.& dem.& fuit opi.Azo.in ſumma. C. ad Treb.
in fin.primæ col.Docto. omnes Dyn. & alii dicunt contra-
rium:quia tex.eſt expreſſus.ff.ad Treb.l.poſtulante. in prin.
& l.cogi.§.id verum.eod.tit.& d.l.à teſtatore.& l.3. C.de fi-
deicom.Nõ obſtat.l.apud Iulianum.§.vtrùm. & §.Antiſtia.
quia ibi deceſsit fideicommiſſarius ſine hærede.Non ob.d.l.
cum filio.quia ibi erat relictum fideicommiſſum ſub condi-
tione.nam relicta ſub conditione, moriente eo, cui relicta
ſunt,conditione pendente nõ tranſmittuntur: & idẽ ſi in die
incerta,vt mortis,vt d.l.1.§.ſi autem aliquid.de cad.tol.Sed
dices,quare magis fideicommiſſum vniuerſale, q̃ hæreditas
ante aditionem tranſmittitur?dic,ꝙ ideo; quia hæres ante
hæreditatem aditam nullum ius habet:meritò non trãſmit-
tit.ſed illud, quod habet.ſ.ius deliberandi, illud hodie trãſ-
mittit,ſecundùm formam l.cum antiquioribus.C.de iure de
libe.ſed fideicommiſſarius vniuerſalis habet actio. ex teſta-
mento:quam tranſmittere poteſt.facit quod no.in l.is põt.
de acq.hęre.per Bar.& hæc uera,cum fideicommiſſarius vni
uerſalis decedit ante reſtitutionem ſibi factam, ſed tñ poſt
hæreditatem aditam per hæredem.quid ergo, ſi antequam
hæres adeat:an tranſmittatur ad hæredem?quædam glo.te-
net,ꝙ non,in l.quidam ita.in prin.ad Treb.in glo.parua ſu-
per ver.adeatur,& alia gl.dicit,quòd dies fideicommiſsi vni
uerſalis non cedit,niſi ab adita hæreditate. de regu.ca.l.3.
Idem tenet Dy.de adimen.lega.l.3.§.1. Iaco. de Are. tenet
contrarium,ſcilicet,quòd quò ad trãſmiſsionem cedit à die
mortis teſtatoris:ſicut in legatis, & fideicommiſ. particula-
ribus.pro hoc l.3.§.2.ver.idem dicendum. de adimen.lega.
vbi quo ad diei ceſsionem æquiparatur vniuerſale,& parti-
cnlare.& hanc opin.ſequitur Bar.in d.l.cum filio.per d.l.co
gi.§.idem verum.quæ videtur permittere, quòd hæres fidei
commiſſarii cogat hæredem inſtitutum adire: ergo fideicõ-
miſſarius decedens ante aditam hæreditatem tranſmittit.po
teſt etiam hic colligi ex ordine rubr. C.& ff.nam in C præ-
miſit tit.de leg.& fideicom.& tit.ad Treb.& ſic de vniuerſa-
libus,& particularibus.poſtea in tit.de cadu.tol. §.cum igi-
tur.& §.in nouiſsimo. dicit indiſtinctè diem legatorum, &
fideicommiſſorum relictorum purè cedere à die mortis te-
ſtatoris.Intelligo ergo de fideicõ.particularibus, & uniuer-
ſalibus.idem eſt ordo in ff.nam primò præmittuntur tit. de
leg.1.ad Treb.& ſequitur rub.quando dies leg. vel fideicõ.
ce.quod intelligo fideicom.particularis,& vniuerſalis. Non
obſt.l.quidam ita.quia debet intelligi,quòd cedit à die adi-
tæ hæreditatis quò ad petitionem: non quò ad tranſmiſsio-
nem.nam multis reſpectibus dicitur cedere dies legati,& fi-
deicommiſsi aliter & aliter, vt no.Cy.plenè in l.1.C.de cad.
tol.in prin.aduerte tamen, ꝙ licèt prima opinio vera ſit.ſ.ꝙ
non cedat dies vniuerſalis fideicommiſsi quò ad tranſmiſ-
ſionem ante aditam hæreditatem:tamen fideicommiſſarius
vniuerſalis ante aditam hæreditatem decedens tranſmittit
ius deliberandi,ſicut & hæres.vt no.Accur.in d.l.cum filio.
& Azo in ſumma.C.ad Treb. Item ſi fideicommiſſarius de-
cederet poſt petitionem factam: licèt ante reſtitutionẽ, uel
aditam hæreditatem tranſmitteret,vt l.non iuſtã. C.ad Tre.
¶ Sed iuxta prædicta quæro. pone, quòd Adiecta ante miſ-
ſionem ſuam in hr̃ditate Rayn.deceſsit:an petitus eius mari
tus,& hæres adire cogatur ad petitionẽ Alterochæ:vt ſibi re
ſtitutio fiat?diſputat gl.plenè in l.eã quã.C.de fideic. & p̃di-
cta ſunt vera de tranſmiſsione vniuerſalis fideicommiſsi, &
ẽt legatorum:ſed de tranſmiſsione hęreditatis nõ aditæ an
hæres inſtitutus tranſmittat ad hæredem ſuum facultatẽ ad-
70 eundi,latiùs attingamus.¶†Duodecimò ergo quæro.Adie
cta deceſsit ante immiſsionẽ hæreditatis Raynuчи pr̃is ſui,
ĩſtituto marito hr̃de:an ipſe poterit adire? rñdeo regula eſt,
vt dixi,ꝙ hæreditas non adita non tranſmittitur ad hæredẽ,
vt d.l.vnic.§.in nouiſsimo.ver.hęreditatem.de ca.tol. & ad-
uerte,ꝙ in filiis in ptãte decedentibus ante immiſsionẽ, tũc
moderni cõiter tenent, ꝙ filius in ptãte paterna hæreditatẽ
non agnitã tranſmittit ad oẽs eius hæredes.allegat Bar. pro
caſu l.ventre.de acq.hæred.ibi dum dicit[ſua extitit.]& ple-
nè hoc examinat in l.ex militari.ff.de teſt.mil. nam ſecundũ
eum,



ẽũ,inſpecto mero iure ciuili, quo filius velit nolit,eſt hæres,
filius trãſmittebat hæreditatem paternam ad oẽs. Sed dubiũ
facit hodie beneficium abſtinendi conceſſum à prætore,per
quod beneficium æquiparatur omnino extraneo.vt l.nã nec
emancipatus.de leg.1.ſed quia beneficiũ abſtinendi eſt indu
ctum in fauorẽ:vbi non vertitur eius fauor,beneficium nihil
operatur,vt l.ſi filius qui patri.de vulg.& pup.ad hoc l.quod
fauore.C.de legi.Sed ſi illud beneficium impediret tranſmiſ
ſionem,eſſet detrimẽtum filij. ergo nihil operatur.nã inter-
eſt filij tranſmittere iſtud ius adeundi, arg.l. Iul. in prin. de
acq.hære.& hoc vult tex. expreſsè in l.fi.§.1.C.de cura.fu.&
dicit Bar.in d.l.ventri.ꝙ cõiter omnes moderni tenent iſtam
opi.& Cy.in l.apud hoſtes.C.de le.hęre.licèt Ia.de Bel.diſpu
tando tenuerit contrarium:cuius dictum per modum regula
rẽ refert Bar.in d.l.ventre.vbi videas. Et de filio in ptãte de-
cedente,hęreditate non agnita.quid in emancipato:videtur,
ꝙ tranſmittat,ſicut ſuus.C.de leg.hære.l.meminimus. vbi di
cit,ꝙ ſuccedit ad ſimilitudinẽ ſuorum: ſed in ſuis non eſt du
bium,vt dictum eſt.ergo &c.pro hoc, quia ſublata eſt hodie
differentia emancipationis,& patriæ ptãtis.in Auth. de hær.
quæ ab inte.§.nulla.& hæc dicta ſint de filiis, an tranſmittãt
71 hęreditatẽ patris non agnitam.†Quid ergo de aliis. gl.in d.
l.ventre.ponit reg:ꝙ hæreditas non adita non tranſmittitur.
à qua excipit.8.caſus,quos Bar.dicit non eſſe exceptiones:
ſed ſunt regulæ exceptiuæ non ita uniuerſales:ſicut reg. pri-
mus ergo caſus,in quo fallit dicta regula,dicit,eſt caſus glo.
72 in d.l.ventre.ex quo talem colligit regulã. †qui propter ali-
quam dubitationem adire non põt: & in omnem euentum
ſe futurum hæredem cognoſcit, interim decedens tranſmit-
tit.hæc regula probatur ex fine dictę l.ventre. vbi Iuriſcõſul
tus extendit ad omnem caſum,vbi eſt eadem ratio. & colli-
ge exemplum huius regulæ ex caſu dictæ l.ventre.quæ loqui
tur,cum filius iam natus non poteſt adire propter natiuita-
tem poſthumi præteriti,quæ ſperatur. ſed quid eſſet de alio
veniente abinteſtato.dic,ꝙ idem,ſi in omnem euentũ ſe fu-
turum hæredem cognoſcit.exemplum.proximus agnatus re
peritur inſtitutus in teſtõ: quod teſtamentum dicitur falsò
ab alio fabricatum:& ſic non poteſt adire, vt l.cum falſum.
de acquir.hære.tamen(quia ſiue ſit falſum, ſiue non, cogno
ſcit ſe futurum hæredem)interim decedens tranſmittit, per
reg.dictæ l.facit.de bon.lib.l.ſi filius. §. fi. ¶Secundus caſus
poſitus in glo.eſt in l.ſi ſcriptus. ad Carbo.ex quo talem for
73 mabo reg.†quoties quis facto alterius adire impeditur:de-
cedens,hæreditatem non aditam tranſmittit, vt ibi,& d.l.ſi
filius.in fi.quod eſt verum, niſi contra illum impediẽtẽ poſ-
ſet haberi regreſſus,vt l.1.in fi.ff.ſi mu.ven.nomine. facit ff.
quod metus cau.l.ſi mulier.§.fi. ¶Tertius caſus poſitus ibi
in glo.eſt. ff. ad Sylla.l.3.§.eleganter.& l.qui poſthumos.ex
74 qua talis datur regula. † Quoties quis timore pœnæ legalis
tantum impeditur adire,interim decedens tranſmittit.ibi.n.
impediebatur propter timorem ſenatuſconſulti : & per hoc
dixit Bar.in quæſt.de facto.Statuto Peruſii cauetur,ꝙ foren
ſis non poſsit quærere poſſeſsionem Peruſii ſub certa pęna,
niſi primò fuerit allibratus. modò forenſis inſtitutus hæres :
vt habeat bona,quæ ſunt Peruſii,procurat allibrari:quod an
tequam perficiat,deceſsit.dixit,ꝙ dictam hæreditatem non
aditam tranſmittit:quia timore pœnæ ſtatuti diſtulit adire.
¶Quartus caſus,ĩ quo fallit dicta regula eſt.C.de ſuis,& le.
75 l.apud hoſtes.ex qua collige regulam. † ꝙ hæreditas aſcen-
dentis,etiam non adita,tranſmittitur ad deſcendentem. Sed
76 Bar.ex illa l.colligit reg.†ꝙ ſuus hæres de iure ciuili hęredi-
tatem non agnitam tranſmittit ad quemcunque ſucceſſorẽ.
quod ibi plenè proſequitur.vt d.l.ex militari.de teſtam.mil.
& dixi ſ̃.¶Quintus caſus ibi in glo.eſt de l.1. C.de his,q̃ an
77 te aper.ta.ex qua collige talẽ reg. †quoties quis decedit hæ-
reditate aſcendentis nõ adita, nec repudiata:tranſmittit ad
ſuos deſcendentes,ẽt ſi non ſit ſuus, vt ibi patet. & illud eſt
nouum ius:qđ introducit illa l.videlicet,ꝙ non ſuus trãſmit
rat in deſcendentes: & intellige deſcendentes in infinitum:li
cèt illa l.exempli gratia loquatur in nepote,& pronepote. &
intellige,ꝙ per illam l.tranſmittunt non hęreditatem ipſo iu
re:ſed facultatem iuris adeundi,vt ibi per Cy.in 3.q.vbi vi-
deas per Cy.¶Sextus caſus,qui ponitur in glo.eſt in l.ſi in-
78 fanti.C.de iure deliber.ex qua collige reg. † quoties q̃s in-
fans decedit, hęreditate cuiuſcunque non agnita:ſed dela-
ta ad patrem, vel ad alios aſcendentes per lineam paternã:
ẽt ſi in eius poteſtate nõ fuiſſet, perinde eſt,ac ſi fuiſſet adi-
ta,vt ibi patet:mater ergo, vel auus maternus non habet be
neficium illius l. & ideò licèt pater, & mater ad ſucceſsionẽ
filii pariter admittantur.C.ad Tertul. Auth.defuncto.tamen
in hæreditate exteanei delata infanti, & non agnita non con
curreret mater cum patre:ſed pater habebit beneficio dictę
l.ſicut in ſimili in l.poſt mortem.§.fi.de contratabu. & quod
ibi per Bar.¶Septimus caſus eſt. C.de iure delib.l.cum anti
79 quiorib.ex quo talem collige regulam. †quoties quis ſciens
hæreditatem ſibi delatam,decedit ea nõ agnita, vel repudia
ta ĩ.annum,ad quemcunq; ius deliberandi,& adeundi trãſ-
mittit.in cuius materia Bar.facit pulchras quęſt.in l.q̃ duos.
in prin.de reb.dub.¶Octauus caſus ſecundùm glo. in l. fin.
C.de inſtitu. & ſubſtitu. ſed certè ille caſus nullam nouitatẽ
continet:quia ibi filius ſuam hæreditatem paternã nõ agni-
tam tranſmittit ad matrem.nam ad quemcunq; tranſmitte-
ret,vt dictum eſt.& prędicta vera de tranſmiſsione hæredi-
tatis non agnitæ:quæ fit ipſo iure. eſt & quędam tranſmiſ-
ſio,quæ fit,petita in integrum reſtitutione.de qua dic p̃ Bar.
in d.l.patronus.de acqu.hæred.& d.l.qui duos. de reb.dub.
¶Tredecimò quæro.dicitur hic,ꝙ Adiecta fuit rogata,ſi ſi-
ne liberis deceſſerit,reſtituere Alterochæ, & ſoboli, quam
80 geſtabat in vtero.quæro ergo†an iſta ſoboles admittatur ſi-
mul cum matre ad bona ex fideicom.debita: videtur,quòd
ſic.quod patet.quia hic ſimul egerunt,& ambobus iſte tutor
condemnatur.ergo quilibet admittitur pro vniuerſali, vt C.
ſi plures vna ſen.l.1.& l.reos.§.cum in tabulis. de duob.reis.
In contrarium facit,quia quando plures ſunt perſonæ, inter
quas cadit affectio ordinata : non admittuntur ſimul ad di-
ſpoſitionem:ſed ordine ſucceſsiuo,vt l.peto.§.fratre. & l.cũ
a pater.§.penul.de leg.2.pro hoc facit glo.in l.Gallus 2. §.qui
dam rectè.de lib.& poſthu.vbi inſtitutio filii,& nepotis intel
ligitur facta ordine ſucceſsiuo.quid dicemus.dicit Bal.quòd
ſolus ordo charitatis non inducit ordinem ſucceſsionis in p̃
ſonis copulatis:& dicit,quòd tres ſunt caſus.primus eſt, qñ
teſtator vtĩ nomine collectiuo.& iſto caſu ſeruatur ordo,ut
d.§.fratre.Interdum teſtator vtitur diſiunctiua coniunctio-
81 ne:& tunc idem,propter naturam diſiunctiuæ:†quæ eſt non
per omnia copulare,vt l.cum pater.§.penul.de leg.2. Inter-
dum teſtator vtitur coniunctiua coniunctione:& tunc ſolus
ordo charitatiuus abſtractus, ideſt remotus ab ordine de-
biti naturalis non inducit ordinem in retinẽdo : ſed veniunt
ſimul: vnde in legatis, & fideicommiſsis non habet locum
dicta glo.in d.§.quidam rectè. vt ſcilicet ad legatum, & fi-
deicommiſſum relictum à patre filio, & nepoti ueniant fi-
lius,& nepos ordine ſucceſsiuo.quia legata,& fideicommiſ-
ſa non procedũt ſecundùm ordinem debiti naturalis. & eſt
caſus,ſecundùm eum,in l.ſi quis Titio.& l.ſi mulieri cum li-
beris.& de vſufr.acc.& hoc mõ intelligitur illud c.ſ.vt ad il-
lud fideicõmiſſum vniuerſale,nõ iuris neceſsitate, ſed rõnis
volũtate relictũ Alterochæ,& ſorori ad ipſum æqualiter ad-
mittantur.& hæc vr̃ mihi veritas:licèt Bar. latiùs de hoc no.
82 in d.§.quidam rectè.vbi inducit prædicta ad quæſt. †Quidã
vendidit mihi domum recipienti pro me,& filio meo : filius
iure ſuo vult medietatem:ego in vita volo totum: vt ſic poſt
mortẽ meam ipſe habeat,& non ante.dicit Iac.de Are.fuiſſe
iudicatum,quòd ab ipſo principio fuit ius vtriq; quęſitum,
per dictam l.ſi mulieri cum liberis. & d.l.ſi quis Titio. ipſe

tamen tenet cōtrarium: & dicit, ꝙ in vita ſua videtur emiſſe
pro ſe:poſt mortē verò ꝑ filio,vt l.ſi qs operas.& l. vt iuriſiu
ran.de oper.liber.Et hoc tenet ibi Bar.dicit enim,ꝙ quando
pater paciſcitur filio: videtur ſibi ſtipulari,vt hæredi,vt l.ſi ti
bi.§.pactus.de pac.præterea cum pater acquirit filio ex ſua
prouiſione: illnd eſt profectitium, quod ēt hodie filius quæ-
reret patri,vt l.eum qui ita.§. qui ſibi.ff.de verb.obli.Aduer
tendum tamen ſecundùm eum,quia eſt differentia inter res.
nam qñ apponitur ſuper rebus: quæ de ſui natura non tran-
ſeunt niſi ad filios: pater videtur ſtipulari filijs,vt filijs:non vt
hæredibus.ex quo ſequitur,quòd iſto caſu filij admittuntur
pro vniuerſalibus,non pro portionibus hæreditarijs: ſi fortè
ſint à patre inæqualiter inſtituti,vt l.vt iuriſiurādi.§.ſi liberi.
83 l.ſi operas.de oper.liber.†vnde ſi pater recepit rē in emphy
teuſim pro ſe & filijs: mortuo patre filij venient pro vniuerſa
li:non pro portionibus hæreditarijs,vt in Aut.de nō ali.§.ex
his.& no.Cy.in l.liberti libertæq;.de bo.liber.in alijs verò re
bus,quæ de ſui natura ad hæredes tranſeunt,videtur ſtipula-
ri filijs vt hæredibus.& ſic pro portionibus hæreditarijs,vt l.
ſi tibi.§. pactus.de pac. Et prædicta ſunt vera in rebus, quæ
non poſſunt competere patri,& filio inſolidum:ſed ſi eſſet ta
84 lis res, quæ vtrique poſſet competere: tunc ſecus.†pone con
ceſſa eſt immunitas doctoribus,& filijs. dic,quòd viuente pa
tre filius habebit immunitatem,vt l. 1.& 2.de iure immu.Ita
tenet Bar.in dicto.§.quidam rectè.vbi quærit,ſi in vltima vo
lūtate dicitur[ſi talis deceſſerit,ſubſtituo ſibi filium, & hære
des:]an intelligātur ſolùm ſubſtituti filij, qui erunt hæredes:
vt ſic exigatur,quòd ſit filius & hæres.an verò per illud[hæ-
redes] intelligentur etiam de hæredibus extraneis: qui fortè
cum filijs ſunt admiſti.& finaliter tenet,quòd cum non eſſet
in tali ſubſtitutione charitas teſtatoris ordinata, omnes ad-
mittantur,vt l. interdum.in prin.de hære.inſti.Sed ſi eſſet di-
ctum [filijs vel hæredibus:] tunc filij admittentur primò : &
hæredes ſecundò,per l. cum pater.§.penul.de leg. 2. ¶Deci
moquartò quæro,quot ſunt ſpecies ſubſtitutionū. gl.3. pro-
ſequitur ſatis ſuccinctè. & quia eſt materia difficilis, & pro-
lixa:& multi ſunt tractatus iuriſtarum editi ſuper hoc: quo-
rum aliquos refert hic domi.Ioan.de Lign.de verbo ad ver-
bum. ſcilicet illum Bar. & domini Nico.& Alexan.de Peru-
ſiô: ideò hìc omiſi proſequi : & vtilius fore putaui prædicta
vtilia varijs locis ſparſa hic inſerere pro pleniori declara-
tione huius.c. & glo.

ADDITIONES.

a ¶Iudicis ſententiam. No.iudicem appellationis ſequi conſuetudinem partium.Item addere ſen.& ſupplere Inno.C de appel. l.ampliorem. ff. quod cum eo.l.Titianus ne.& emendat tam in dicto, quàm in ratione, ut ibi Bald.
b ¶Plura capitula. uide j c.2.in 11.no.& Spe.ibi. ubi & Bal.
c ¶Eſt detrahenda.legitima detrahenda eſt de ſingulis rebus.idem Sal. in l.2 C.ad leg fal.& in l.filium quem hab.fa.erc.
d ¶Iudicis à quo.uide Bal.& Doct.in l.quędam mulier. ff.fam erc.& l.ēt. §.1.ff.de mino.
e ¶Quod non facit partem.Vide Sal.in Auth.nouiſſima.q.9. C.de inoff. teſtamen.
f ¶Statuta vide Alex.in l.1.§ ueteres.de acq hær.Bal.in Authen. ſed & ſi quis.C de nup.& l ſi quando.C de inof te.Ang.in Auth.de hær.& falc. § ſi quis.Bar.in l.fi.ad Tertu.& in l.vt iuris.§.liberi.de op.li.Bal.in l.Gallus.§.& quid ſi.de li.& poſth.Bar.conſi.20.inci.factum ſic ſe habet.
g ¶Facta donatio.Donatio inter patrem, & filium in quibus caſibus ualeat incontinenti Vide Bal.in l.cū oportet.§.1.de bo.quæ li.gl.& Guil. de Cu.in l.2 C de inof don.Ang in l.2.ff.pro don.Alex.poſt Bar.in l.frater à fratre.ff.de cond.ind.
h ¶In l gallus.Vide ibi Bar.Bal.& Ioan.de Imo.

*SVMMAE.*

1 *Homines diſparis profeſsionis poſſunt coniungi in eodem miniſterio.*
2 *Diſtributio ſubſtantiæ teſtatoris in pios uſus ſpectat ad executores teſtamentorum.*
3 *Executores non poſſunt uoluntatem teſtatoris in aliam cauſam commutare.*
4 *Voluntas teſtatoris non ſemper ſeruatur.*
5 *Executores non poſſunt de relictis factis ad pias cauſas detrahere aliquam falcidiam.*
6 *Epiſcopus poteſt compellere per cenſuram eccleſiaſticam executorē ad exequendum.*
7 *Monitio debet præcedere cenſurā, & an debeat eſſe bina, vel trina.*
8 *Teſtator fecit multa legata, & executorem dedit. aliqui legatarij repudiant legata: uel ante teſtatorem mortui ſunt: an debeant iſta cedere lucro executoris, uel hæredis.*
9 *Electus ꝙ ſit aliquis ad diſtribuendum ut legatarius, vel ut miniſter, quomodo cognoſcetur.*
10 *Executores an poſſint uendere bona defuncti, ut ſic legata ſoluant.*
11 *Executor uniuerſalis quis dicatur.*
12 *Conceſsio alienandi ad hoc, vt valeat, an requiratur hæreditatis aditio.*
13 *Verbum[licentia,]quid importet.*
14 *Verba[ſi tibi videbitur.] important iuſtum, uel licitum arbitrium boni uiri.*
15 *Verba[liberam poteſtatem]quid importent.*
16 *Verba[plenum, & liberum arbitrium] ſi adijciantur uerbo, quod alias de ſui natura ſignificat boni uiri, facit ipſum ſignificare liberam uoluntatem.*
17 *Verba[vendendi, & alienandi.]&c. quid importent.*
18 *Executores an poſſint uendere omnem rem, quam uolunt.*
19 *Executores an debeant requirere hæredes tam in electione rerum, quas uolunt uendere: quàm etiam in taxatione pretij: pro quo uolunt uendere.*
*Et an debeant uendere præſenti pecunia.nu.22.*
20 *Hæres requiſitus per executores ſi vult impedire uenditionem, an poſſit.*
21 *Verba[ſiue bannimentis] quid importent.*

TVa nobis. Epiſcopus cōpellit fideicom
miſſarios ad exequendū pias
defunctorum voluntates. communis diuiſio. ſecūda
ibi[cum igitur.] ¶Not.primò,quòd in teſtamentis quādo-
que relinquitur executor religioſus. quandoque clericus ſe-
cularis. quandoque laicus:& non ſolum diuiſi:ſed coniuncti
1 poſſunt eſſe executores.† & ſic in eodem miniſterio coniun
gi homines diſparis profeſsionis:quod quomodo procedat,
dicam.j. eod.c.Ioan.& ibi etiam no. Ioan. And. quare reli-
gioſi,& clerici poſſunt ſe immiſcere in executionibus teſta-
mentorum: cum ſit negocium ſeculare, clericis & religioſis
2 inhibitum.j.ne cle.vel mona per totum. ¶ † Secundò no.ꝙ
ad executores teſtamentorum ſpectat diſtributio ſubſtantię
teſtatoris in pios vſus:& ſic de manu ſua debet diſpēſari. er-
go,vt erogent,poſſunt bona petere ab hærede : quod eſt ve-
rū in relictis ad pias cauſas.quæ vide per exempla in Spec.de
inſtru.edi.§. nunc aliqua.aliàs eſt ſub. §. compendioſè. 18.
col.verſi.& hoc ſcias. & in cauſam alimentorum. in alijs ca-
ſibus ſimplices executores non habēt actionem,vt no.in l. ſi
3 quis Titio.de lega.2.& ad Treb.l. Lucius.§.1.¶†Tertiò no.
ꝙ executores non poſſunt volūtatem teſtatoris in aliam cau
ſam commutare.dixi.s̃.eo.c.nos.¶Quartò no.in ver.cū igi-
tur.ꝙ ſpectat ad epiſcopum prouidere, ꝙ impleatur intētio
teſtatoris:& hoc verum in relictis ad pias cauſas : in alijs ve-
rò ſpectat principaliter ad hæredem.& ſi negligit ipſe : quis
ſupplebit eius negligentiam?dic,ꝙ iura prouident,priuando
eū hæreditatis emolumento.in Aut.hoc amplius.C.de fidei-
com.& dixi.s̃.eo.c.ſi heredes.facit l. Quintus.§.Pomponius.
4 de an.leg.¶†Quintò not.in ver. licèt. ꝙ iniuſta diſpoſitio te
ſtatoris poteſt ſperni.& videtur per hunc tex.ꝙ teſtator non
poſsit prohibere,quin in caſu negligentiæ executorū,vel hę-
redū deuoluat̃ executio ad ep̃m. & ſic non ſemper voluntas
teſtatoris ſeruatur ꝑ lege.quod eſt verum, qñ eſt irrationa-
bilis,



bilis,vt hic,& concor.in gl.ſecus ſi eſt pia, & rationabilis:qa
tunc pro lege ſeruatur,vt in Auth.de nup.§.diſponat. aduer
te tamen,quia tex.iſte non prohibet teſtatori, quominus di
ſponat,ꝙ ep̃s non exequatur:ſed improbat,ſi vetat executo
res per ep̃m non compelli.ſit ratio:quia ſicut ipſe priuatus,
(perfidè agendo)non poteſt ſe ſubtrahere à foro ep̃i, nec ip
ſum declinare:ita nec ēt executorē ab eo datum . ex hoc vr̃,
ꝙ quantumcunq; teſtator diſponat ne eius executor reddat
rōnem adminiſtrationis:nihilominus ep̃s poterit eum com-
pellere ad reddendū.de quo tangit Io.An. j.e.vbi dicā.c.Io.
5 ¶†Sextò collige ex eo,quod dicit[plenaria.]ar.ꝙ executo-
res non poſſunt de relictis factis ad pias cās detrahere aliq̃
falcidiā:vnde ſi aliqua legata efficerentur caduca,nō rema-
nerent apud eos:ſed penes hæredes, vt d. l. ſi quis Titio.lo-
quor de legatis caducis ad non pias cās.ad pias.n.cauſas,an
poſsint effici caduca.dixi s̃.eo.cap.nos quidem. vbi dixi de
ep̃o,qui etiam de talibus relictis piis ( cum ad ep̃m deuolui-
tur executio) nullum debet ſentire commodum, vt l.nulli.
6 C.de epi.& cle.¶†Octauò no. ꝙ epiſcopus compellit exe-
cutorem ad exequendum per cenſuram eccleſiaſticam.alibi
dr̃,ꝙ in caſu negligentiæ epiſcopus exequitur: vr̃ ergo in ar-
bitrio ep̃i exequi,vt s̃.eo.c.ſi hęredes.vel compellere,vt hic:
& vtrum,quod de compulſione dicitur,debeat intelligi,poſt
7 quam executor officium acceptauit.dicam.j.e.c.pe. ¶†No
nò no.ꝙ cenſuram debet præcedere monitio.quam quidam
intelligunt de trina.j.de ſen.excomm.c.ſacro.Alii dicunt,ꝙ
ſufficit bina iſto caſu in Auth.de eccle. tit. §. ſinautem ꝑ re-
demptione.coll.9.inter monitiones interpoſito ſpacio arbi
trario.ff.de iud.l.nonnunquam.ſaltem trium dierum.arg.de
pu.iu.l.inter accuſatorem.& hoc tenet Ab.dicens, ꝙ nō eēt
competens monitio,dicere ter:ſolue:ſolue:ſolue. facit quod
no.j.de appel.c.ab eo.lib.6.& ff.de pigno.act.l.4. ex omni-
bus dictis Io.An.non poſſunt alia,quam prædicta,elici, ſup
tex.& glo.¶Sed extra quædam vtilia,& quotidiana per quę
8 ſtiones expediam.primò quęro, †teſtator fecit multa lega-
ta,& executorem dedit:aliqui legatarii repudiant legata:vel
ante teſtatorem mortui ſunt. quæro an debeant iſta cedere
lucro executoris,uel hæredis.Reſpon.dixit tex.ꝙ aut eſt me
rus executor:ſiue miniſter: & nullum debet commodum cō
ſequi;aut ille,qui alteri dare grauatur, eſt legatarius:& tunc
caduca,& quaſi debent cedere eius lucro, vt l.ſi quis Titio.
9 de leg.2.†Sed dices qūo cognoſcam, ſit aliquis ad diſtribuē
dum electus,vt legatarius,vt miniſter.dicit ibi Bar. ꝙ qñq;
in alium conferuntur uerba diſpoſitiua, vt in hoc exemplo.
Lego tibi 10.quæ volo eum reſtituere Seio. tunc eſt legata-
rius,vt d.l.ſi quis Titio.Idem ſi diſpoſitio in eum cōferatur
tacitè:vt quia voluit eum reſtituere poſt aliquod tempus. &
ſic voluit eum ſentire aliquod commodum ex legato:nā etiā
tunc erit legatarius,vt l.Sulpicius.aliàs ſimiliter. de do.inter
vi.& vxo.facit l.ſi quis eum.de cond.& de.Si verò in eum nō
conferuntur verba diſpoſitiua tacitè, vel expreſsè:ſed ſolùm
ei cōmittitur executio facti: tunc ſi quidem dēt hr̃e commo
dum ex diſpoſitione defuncti,non ex dicto legato, ſed aliun
de(vt ſi vnum ex hæredibus fecit executorem, vel executo-
ri aliquid legauit retinendum pro ſe) tunc dr̃ executor : ſed
non merus;quia poteſt conueniri à legatariis, vt l.ſi à pluri-
bus.de leg.1.& debet ſatiſdare,vt l.quidam.§.pe.eo.ti.quod
non facit merus executor,vt l.diu. ff. ſi cui pluſquā. per leg.
fal.ad iſtum tū executorem legata,vel fideicommiſſa deficiē
tia non redeunt,vt l.pecuniæ.de ali.& ci.le.Si verò in eū non
cenfertur diſpoſitio tacitè,vel expreſsè: nec percipit cōmo-
dum aliquod ex voluntate defuncti:tūc eſt merus, & nudus
executor.& ſic loquitur d.l.ſi quis Titio.& l.diuus.vtrū autē
executor merus,vel nō merus habeat actionem contra hære
dem ad petenda legata:quorum executio eſt ſibi cōmiſſa: &
10 quā actionē hēt,no.in d.l.ſi quis Titio.¶†Scdō q̃ro:vtrùm
executores poſsint uendere bona defuncti(vt ſic legata ſol-
uant)q̃ fortè in pecunia,vel opere faciendo conſiſtunt.Spec.
tangit in ſpe.de inſtru.edi.§.nunc uerò aliqua.ver. nunquid
executor.Bar.dicit, ꝙ quidam ſunt executores vniuerſales :
& iſti pñt vendere,ſicut hr̃des,vt l.ſi qs ad declinādū. de epi.
& cle.quidā ſunt particulares,ad legata ſoluenda,alio inſti-
tuto hr̃de:& iſti non pñt vendere,niſi teſtatore permittente,
11 vt l.pe.qñ decre.opus non eſt.& l.alio.de ali.& ci.le. †Sed di
ces,quis dr̃ executor vniuerſalis?dic,qñ pauperes ſunt inſti-
tuti:nā tunc executor datus ad diſtribuendum inter paupe-
res,hēt vim,& nomē hr̃dis,vt l.ſi quis ad declinandū. de epi.
& cle.Idē qñ nemo eſt inſtitutus:ſed iuſsit teſtator bona ſua
diſtribui inter pauperes ꝑ ſuos executores:iſti.n. hñt ius, &
nomen hr̃dis,vt d.l.alio. à contrario ſenſu. alio hærede inſti
tuto.& ſic q.d.ſi aliàs non eſſet hr̃s inſtitutus:haberet ius, &
nomen hr̃dum.facit l.deniq;.§.interdū. de pecu.le.quod te-
net Inn.in c.cum tibi.s̃.e.& Roſ.in ti.de act.ex teſtō. §.vxor
quid erit.& in Spe.in ti.de inſtr.edi.§.nunc aliqua.verſi.po-
ne,ꝙ aliquis.¶Tertiò quæro in executore particulari: nam
quotidie in teſtamentis concedunt arbitrium diſponendi de
bonis teſtōris,ꝑ hæc uerba [dedit eis licētiā, & liberā ptātē
vendendi de bonis ſuis cū bannimentis,& ſine,vſq; ad ſatiſ-
12 factionē integrā p̃dictorū.]†quæro ergo vtrū ad hoc, ꝙ iſta
conceſsio alienandi valeat,requiratur aditio hr̃ditatis.Spec.
tangit in d.§.nunc aliqua.ver.ſed pone,ꝙ ex eo,& ſm̃ Bar.in
l.nil boni dicit.ipſe verò dicit ſic.ſiue ponamus legata iſta eē
relicta ex teſtō : ſiue ab inteſtato, non poſſunt uendere, nec
exequi,niſi adita hæreditate ꝑ hæredem,vt l.ſi nemo. de te.
tu.& l.2.de fideic.& l.qui filio.in prin.& ibi no.hære.inſti.nā
legata,quantumcunq; concernant cām fauorabilē (vt liber
tatem,& tutoris dationē)requirunt aditionem, vt Inſt.de eo
cui.li.conſer.cauſa.per totū.ſi aūt nullus uelit eſſe hæres: qđ
tunc fit in relictis ad pias cās. planū eſt, qa non requirunt
aditionem,vt dixi s̃.eo.c.cum eſſes.de aliis, qđ ſit remediū,
non video mō.¶Quartò mō pone, ꝙ aditione confirmata,
eſt datio executorū:quā ptātem habebunt per verba vſitata
in teſtamentis apponi,q̃ ſuperius retuli.D.Bar. pulchrè pro
ſequitur in d.l.alio.ſingula verba,declarans,quid importēt.
13 primò ergo declarat.†qđ importet uerbum, licentiam,an li
berā voluntatē:an arbitriū boni viri. differūt.n.multum iſta
inter ſe,ut l.quidam.de le.2.& l.11.§.q̃q̃.de le.3. rñdet ipſe,
ꝙ Inn.hic per tranſit de ſtatu mo.c.cum ad monaſteriū.ſup
ver.licentia.quod uerbum licèt ſignificet liberam voluntatē
ſine aliqua cā.Bar.contra.dicit n ꝙ uerbū, licentia, impor-
tat arbitrium boni uiri : quia licētia deſcendit à verbo,licet:
14 qđ eſt tm̃ dicere,quantū licitum ſit.†ſed non eſt dubium, ꝙ
a iſta verba[ſi tibi videbitur iuſtū [a], vel licitū]important arbi
triū boni uiri,vt l.ſi fideicō.de fideicō. li. & ꝓbatur in l.1.C.
de ſac.ſan.ec.ibi[habeat unuſquiſq; licentiam]ibi.n. intelli-
gitur licentia ſm̃ arbitrium. vnde non poſſet filiū exhæreda-
re ſine cau.ut no.in l.ſi quis ad declinādā.de epi.& cle.aliàs
ſi hēt liberam ptātem,poſſet filios exhæredare ſine cā: ſicut
miles,cui conceſſum eſt liberū arbitriū teſtandi,vt l.in mili-
tis.de teſt.mil.¶Sequitur in uerbis teſtamenti[liberam po-
15 teſtatem.]†quid importent illa verba,dicit, ꝙ ver. poteſta-
tem,ſimpliciter prolatum refertur ad arbitriū boni uiri, ut
l.nepos Proculo.de uerb.ſig.ſed ex eo, ꝙ adiicit liberam:in
telligit,ꝙ intelligatur in eius libera voluntate collatū. nam
ver.libera,deſcendit à verbo libet: qđ deſignat liberā volun
tatem,vt l.fideic.de fideicō. li. per hoc uidetur caſus in l.1.
de te.mil.& l.procurator cui libera.de procur.Idem ſi dixit
[plenam poteſtatem:vel licentiā]vt d. l. 1. in duobus reſcri-
ptis ibi poſitis.& probatur in l.procurator ſi ad vnam. C.de
16 procu.†Et ex his no.ꝙ iſta verba:[plenum & liberum arbi-
trium]ſi adiiciantur verbo, quod aliàs de ſui natura ſigni-
ficat arbitrium boni uiri, facit ipſum ſignificare liberam uo
luntatem:ſicut uerbum,uolo. ¶Vlterius ad idem quæritur.
17 †an per illam uerba[vendendi,& alienandi].&c.poterūt p-

mutare,obligare,vel inſolidum dare:videtur, ꝙ non, vt l. ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de reb.eo. In contrarium videtur tex.in l.ſicut.§.venditionis.ff.qui.mo.pig.vel hyp. ſol. quādoque iſta permisſio fit à prætore,vel à iudice.& tunc debet ſtrictè intelligi,prout permittit,vt in d.§.ſi prætor.aut fit ab aliquo priuato:& tunc appellatio venditionis continet omnem alienationem:per quam impletur cauſa,-pro qua venditione fienda,vt in caſu noſtro pro legatis ſoluendis. facit qđ
18 dixi ſ̃.de reb.eccle.non alien.c.nulli.†Ad idem quæritur:an executores posſint vendere omnem rem,quam volunt.videtur,ꝙ ſic,vt l.pen.C.quando decr.opus non eſt. contrarium tenet glo.in l.quandiu.de diſtrac.pigno.Bar. dicit, ꝙ quando executoribus eſt conceſſa poteſtas vendendi per verba importantia arbitrium boni uiri: & tunc non poſſent vendere res magnas pro ſolutione parui legati: ſed debent facere, ſicut prætor, & iudex in venditione rerum pupillorum : uel pro ſententiarum executione,ut l.magis puto. §.ne pasſim. de reb.eorum.& l.à diuo Pio.§.in venditione.de re iudic.Si autem habent plenam,& liberam poteſtatem:tunc dicas,ꝙ quantumcunque quis habeat liberam,& abſolutam poteſtatem,debet intelligi,dum tamen bona fide faciat, vt l.creditor. §.Lucius.ff.manda. ſed ille,qui vnam rem magni pretii vult vendere pro modico legato : non poteſt dici facere bona fide,vt d l.quandiu.& eſt tex.in d.l.magis puto,§.ne paſſim.ver.nec ideò.& per hoc etiam dicit Bar.quòd etiā ſi habent liberam poteſtatem vendendi,debent vēdere iuſto p̄tio:quia aliàs non facerent bona fide. ¶Quintò ad idem q̄-
19 ro:†an iſti executores debeant requirere hæredes tā in electione rerum(quas volunt vendere) quàm etiam in taxatione pretii,pro quo volunt vendere. videtur, quòd non : quia poſſunt vendere,inuitis hæredibus,poſtquam hoc voluit teſtator:ergo & eis inuitis,vt l.qui poteſt inuitis. de reg.iur.In contrarium videtur caſus in l.ſi creditor.de diſtract.pignor. & ſi cui plus,quàm per leg.falcid.l.1.§.cum dicitur. & l.hac edictali.§.omnibus.ad leg.Aquil.& hanc partem tenet Bar. ſcilicet,ꝙ requirere teneantur,ſiue eorum poteſtas ſonet in arbitrium boni viri:ſiue in liberam voluntatem, per iura p̄alleg.& per rationem illam:quia hæredum præſentia poſſet eos trahere in aliam ſententiam,vt l.ſicuti.de arbi. Ad contraria diſtinguendo reſpondet. dicit enim , quòd quidā ſunt executores,qui habent poteſtatē vendendi à lege: & iſti debent requirere partem,vt l.à diuo Pio.§.in uenditione. de re iud.& not.Cyn. in l.ab executore. C.quo.ap.non reci. 6. q.quidam ſunt executores deputati ab homine : & tunc aut iſta poteſtas fuit uoluntaria, & durat voluntaria:vt poteſtas vendendi,quam dominus dat procuratori,quę eſt voluntaria;cum dominus posſit reuocare,quando vult:tunc dominus non eſt requirendus:imò ipſe debet prohibere, ſi vult, vt l.mandatum.ff.manda.cum ſimi.Si verò ab initio fuit voluntaria:poſtea incipit eſſe neceſſaria(vt poteſtas,quam debitor dat creditori de alienando rem pignoratam:)tunc ſiquidem illa poteſtas fuit limitata,& declarata reſpectu pretii,& reſpectu temporis(vt vſq; ad tale tēpus,& pro tāto p̄tiò)tunc non requiritur citatio.domini.& ita poteſt intelligi l.fina.§.1. de iure do. Sed ſi non eſſet limitata:tunc dominus debet citari.caſus eſt in l creditor.& ibi no.C.de diſtrac.pigno. Ad propoſitum ergo mandatū executori datū fuit voluntarium,& neceſſarium. voluntarium reſpectu teſtatoris : neceſſarium reſpectu hæredis.nec eſt limitatum:ideò hæres debet requiri,vt d.l.creditor. niſi teſtator aliter diſpoſuiſſet.
20 ¶†Quid dices, ſi hæres requiſitus vult impedire iſtam venditionem:an posſit?dic,quòd ſic,ſi allegat iuſtam cām contradictionis : puta offert pecuniam pro ſoluendo legatum: pro cuius ſolutione executor intendit alienare, vt l.1.& 2.de vi.vend.pig.in po.non po.vel pone,dicit non illam:ſed aliam minus vtilem poſſe vendi,& ſufficere: vel volente executore vendere nimis paruo pretio, contradicit omnibus iſtis modis:& aliis, per quos poteſt executorem conſtituere in ma-
21 la ſide,impedire poteſt.aliàs ſecus.¶Sextò quæro: †qd importent verba[ſine bannimētis.] &c.dicit Bar.quòd in iſtis executoribus vltimarum voluntatum non eſt tex.ꝙ teneantur facere bannimenta.credit tamen, quòd teneātur facere ſicut executor ſententiæ.vt l.ordo.de execu.rei iudi.& C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſc.l.2.& l.fina. & illud eſt verum ſine dubio, qñ eorum poteſtas ſonat in arbitrium boni viri. idem dicit,ſi in liberam voluntatē.nam ēt tunc debēt facere bannimenta ad ſimilitudinē tutorum : quos conſtat hr̄e liberam poteſtatem,vt no.in l.mandato. ff.de procu.¶Vlteriùs
22 quęrit.†an debeant vendere pręſenti pecunia:vel habere fidem de pretio.vr̄,ꝙ non posſint habere fidem de pretio: ſicut nec executor ſn̄iæ,vt l.à diuo Pio.§.in ven. de re iudic.& qđ no.ff.de iu.fi.l.ſi procurator.& hoc verum,ſi non hn̄t liberā:alias pn̄t : dummodo bona fiſie faciāt l.q Romæ.§.Callimachus.de ver.ob.& ita tenet Bar.qui ita ſubiungit:ꝙ ſi notarius diceret in inſtr̄o [confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe.]&c.non ſufficit,niſi numerationem intereſſe ꝓbetur: per ſolam.n.confesſionem nō probatur receptio, vt no.in l.ſi ex cautione. C.de non nu.pec.Si autem diceret inſtr̄m [ꝙ in p̄ſentia ipſius notarii executor præſentiū habuit, & recepit.] an ſufficiat emptori,vt ſit tutus:licèt non conſtet executorē ſoluiſſe poſtea illud pretium legatariis.dicit Bar. ꝙ cum ob iſtam cauſam habuerit mandatum:ſufficit,ꝙ emp.ob iſtam cauſam ſoluant.licèt executores in iſtam cauſam non cōuertant,vt l.1.§.non autem.de exer.facit quod dixi in c.1. ſ̃.de depoſi.Iſta collegi ex repetitione,quā feci de d.l.alio. de ali. & cib.le.Reliqua,quæ reſtant in materia executorum, expediam poſt Io.An.ȷ̃.eo.c.Ioan.

ADDITIO.

a ¶Videbitur iuſtum. Quid uerbum iſtud importet.vide Inn. in c.epi.ſ̃. de reb.ec non ali.Bal.in marg.in uer.clauſula.

*SVMMAE.*

1 *Litem conteſtari in cauſa appellationis non eſt neceſſe.*
2 *Verba directa quæ dicantur.*
3 *Subſtitutus in re certa an ueniat ad uniuerſum.*
4 *Subſtitutio directa quid ſit.quid fideicommiſſaria.*
5 *Filius ſub conditione de futuro rogatus detrahit duas quartas : niſi pater prohibuerit.& nu.14.*
6 *Pater filium,quem inſtituit,grauare pōt,ut alteri reſtituat.*
7 *Prouiſio teſtatoris de maſculis,an excludat prouiſionem legis de fœminis.*
8 *Teſtator poteſt adijcere pœnam in teſtamento.*
9 *Legatarius illam portionem debet conſequi ex pœna, quam habet in legato principali.*
10 *Soluere debitum naturæ dicitur,qui moritur.*
11 *Inſtitutio facta à coniuncta perſona de fratre ſuo,& filijs,intelligitur,ꝙ filij ueniant cum fratre ſimul,non ordine ſucceſſiuo.*
12 *Capitula plura cum in iudicio ſunt deducta,pōt ſuper quibuſdā ferri ſententia abſolutoria:ſuper quibuſdam condemnatoria.*
13 *Sententia quando fertur ſuper pluribus articulis:ille,qui ſe grauatū credit,debet appellare.*
15 *Papa mandans conferri, non tenetur mentionem facere de titu. collatoris.*
16 *Probatio arbitri ſuper alienatione rei non impedit legatum, nec dominij translationem.*
17 *Petitio ſpeciei legatæ competit contra hæredem, qui poſſidet rē legatam: in totum,ſi in totum:in parte,ſi pro parte.*
18 *Plures ſi ſint obligati non contrauenire:ſi unus (quia contrafecerit) ſit priuatus,alijs non nocet.*
19 *Veniens contra uoluntatem teſtatoris priuatur ſolùm eo, quod ſibi obuenit ex defuncti iudicio:non eo,quod ſibi uigore fideicommiſſi erat relictum.*
20 *Priuatus hæreditate(quia non paruit teſtatori) poteſt detrahere falcidiam.*

Pri-



21 *Priuatio legis eſt fortior, quàm priuatio hominis.*
23 *Hæres debet facere inuentarium.*
*Inuentarium quare ſic dicatur.*
23 *Falcidia an debeatur hæredibus contra voluntatem defuncti.*
24 *Hæres non implens voluntatem defuncti,quando,& quomodo puniatur.*
25 *Portio alterius ex ſubſtitutis quando accreſcat alteri, vel hæredi.*
26 *Lego, verbum adiectum vniuerſitati bonorum, importat inſtitutionem.*
27 *Relicta ad pias cauſas, etiam ſine titulo hæredis, valent de iure canonico.*
28 *Iudex an poſsit imponere pœnam non ſoluenti legatum infra tempora,quæ dantur condemnatis ad ſoluendum.*
29 *Declaratio incertitudinis quandocunque non eſt in actoris poteſtate,non habet certum in libello exprimere.*
30 *Litis conteſtatio an ſit fienda in cauſa appellationis.*
31 *Trebellianica an ceſſet in relictis ad pias cauſas,ſicut falcidia.*
32 *Prohibitus rem alienare, an poſsit ipſam in teſtamento legare.*
33 *Alienatio ſi prohibetur in contractu,non impedit translationem dominij.*
34 *Prohibitio facta à lege non impedit translationem dominij.*
*Nec prohibitio iudicis.nu.35.*
36 *Reus ſi condemnatus eſt iniuſtè: iudex ad quem infirmat ſententiā, & abſoluit reum: & econuerſò.*
37 *Hæres poſt condemnationem an poſsit excipere de falcidia detrahenda.*
38 *Teſtator ſi contra hæredem non implentem ſuam voluntatem prouidet de alia pœna,quàm priuationis: an poſt annum habebit etiā locum pœna legis.*
39 *Hæreditas quomodo in particulas diuidatur.*
40 *Subſtitutio pupillaris an expiret per ingreſſum monaſterij.*
41 *Verba iſta[ex ſe legitimè natis,vel deſcendentibus]&c. intelliguntur tacitè,etiam ſi non exprimantur.*
42 *Hæres non conficiens inuentarium,an teneatur ad legata integra vltra vires hæreditatis.Et an priuetur legitima.nu.43.*
44 *Hæres fecit inuentarium : deinde venit contra tranſactionem defuncti pœnæ appoſitione firmatam : an teneatur vltra vires hæreditarias.*
45 *Dolus & culpa priuat quem iuris beneficio.*
46 *Fideicommiſſarius an teneatur facere inuentarium.*
47 *Hæredes ſi ſunt plures, & vnus non facit inuentarium : tenebitur ad debita, & legata inſolidum pro rata ſuæ portionis hæreditariæ : ſed non ad integra.*
48 *Inuentarium hæredis an proſit fideicommiſſario vniuerſali.*
49 *Inuentarium præcedentis in gradu, an proſit ſequenti:quādo de vno in alium transfertur hæreditas.*
50 *Inuentarium inſtituti in primo gradu, qui adiuit, & poſtea per reſtitutionem abſtinuit, & repudiauit : an proficiat ſubſtituto vulgariter.*
51 *Inuentarium tutoris,quod fecit,vt tutor:an proſit pupillo:vt videatur adijſſe cum beneficio inuentarij.*
52 *Hæres de reſtituendo grauatus, an teneatur reddere rationem vniuerſali fideicommiſſario: tenet, quòd ſic.*
53 *Statutum dicit, quòd de legatis & omnibus relictis factis in vltima voluntate debeat ſolui gabella: exceptis filijs, & quibuſdam alijs, qui ſoluere non tenentur: an ſub iſto vocabulo, filijs, includantur filij naturales.*
54 *Naturales an contineantur appellatione legitimorum in contractibus.*
55 *Hæres,dum vixit,aliqua de bonis reſtitutioni ſubiacentibus alienauit: an fideicommiſſarius poſsit reuocare,poſtquàm ceſsit dies fideicommiſsi.*
56 *Filius de reſtituendo grauatus non dotauit filias in vita de bonis ſubiacentibus reſtitutioni : ſed dotem reliquit in teſtamento. an iſtud relictum minuat fideicommiſſum.tenet,quòd ſic.*
57 *Dos filiæ grauatæ de reſtituendo,an veniat in fideicommiſſo.*
58 *Feuda & emphyteuſis an veniant in reſtitutione fideicommiſsi.*
59 *Filius de reſtituendo rogatus, an poſsit pro legitima, & trebel. eligere certam rem.*

RAynaldus. Omiſsis aliorum diuiſionibus,diuide Decr. iſtam(ſecundū Io.An.) principaliter in tres partes.In prima facti narratio.In ſecunda auditoris pronunciatio.In tertia ipſius ſententiæ confirmatio. ſecunda ibi [dilectus]Tertia ibi[nos itaque.] prima ſubdiuiditur in quinque partes.In prima ponitur teſtamentum Peponis,& ſn̄ia arbitrorum.in ſecunda ibi[porrò]ponitur teſtamētum Raynaldi,continens legatum auunculorū, & inſtitutionem hæredis cū pœnæ adiectione,ſi legatū non ſolueret.In tertia,ibi [demum] ponitur duplex auunculorum petitio. In quarta, ibi. [præfatus.] ponitur duplex ſn̄ia abſolutoria primæ petitionis,& condemnatoria ſecundæ.In quinta,ibi[à cuius.] vtriuſque partis appellatio,& proſecutio.ſecūda principalis ſubdiuitur ī duas.prima ſn̄iam abſolutoriā prioris iudicis reuocat quò ad patruum : cōfirmat quò ad filios. ſecunda ſn̄iam condēnatoriam reuocat quò ad filios: confirmat quò ad patruum cū quadam moderatione. & in ſumma hoc dicit. Filius rogatus hæreditatem reſtituere, detrahit debitam iure naturæ,& quartam trebel. in quibus poteſt legata relinquere,hæredes inſtituere,& pœnas apponere. h.d. ¶Tertiò in abſente,qui dixit voluntatem, & animum ſuū duobus arbitris,& receſsit,nolens pronunciare:illi duo poſſunt laudare; & valet laudum, ſecundū Inno. non enim debet malitia recedentis,aut intereſſe nolentis,alios impedire,vt in c.vlt.de arbi.lib. 6. ex quo conſtat de animi ſui voto. ſecus ſi non conſtaret,ſecundū Inno.quod eſt notatu dignum. In recedente à loco,vbi conuenerant ad laudum, eſt verū hoc dictum Inno.vt no.in c.fi.de arbi.lib.6.Doct. tamen iuris ciuilis tenēt contrarium: quia non ſeruatur forma compromiſsi: niſi oēs
1 iudicent.de arbi.l.Pedius.§.1. ¶ Not. †litem conteſtari in cauſa appellationis,licèt nō ſit neceſſe,ſm̄ Inn.ſ. altera parte abſente:ſed vtraque parte præſente, in exordio litis lis conteſtanda eſt.C. ne liceat in vna,eademque cauſa.l.1. per Iac. & Cy.& facit quod no.ȷ̃.qui fi.ſint leg.c. per venerabilem. p Ber.¶No.de ver.deueniat. per Innoc. de fideicommiſ.lib. l.Thais.per Iaco.de fide inſtr.l.eam quam.ff. de dona.l.1.in
2 glo.magna. ¶ † Verba directa dicuntur: quia diriguntur,ſicut linea recta,quæ non tranſit per angulos. Tunc ergo ſunt directa verba, quando prima perſona eſt inſtituti: ſecunda ſubſtituti. tunc eſt fideicommiſſaria, qñ prima perſona eſt inſtituti:tertia perſona ſubſtituti.media verò.i.ſecunda ſubintellecta eſt:quæ habet reſtituere. vnde directa ſubſtitutio exigit duas perſonas: fideicōmmiſ.tres. & ſic linea curua occupat maius ſpacium motus,& menſuræ,& temporis.de excu.tu.l.& non tantum.cum ſimil.& ſic prima non debet ſubintelligi.de verbo.obli.l.ſi ita ſtip.§.Chriſogonus. Ita dubia ſubſtitutio debet directa interpretari,ſi ius patitur, & natura verborum,vt no.ff.de vul.ſubſti.l.verbis ciuilibus. de leg. 1.l.ſi ſeruus.§.qui mar.de fidei.li.l.amicis.& de teſta.c.ſi pater.lib.6.¶Pauca verba ſunt,quæ ſint neceſſariò directa:vel neceſſariò obliqua.quaſi omnia media,& cōia ſunt. in contractibus etiam quædam ſunt directa : quædam inflexa, vt no.ff.de donatio.l.1.in glo.magna.tamē notandum eſt,ꝙ in primo gradu omnia verba ſunt directa.C. de teſta.l.qui indignum.ſed in legatis omnia ſunt obliqua.C.com.de lega.l.2. Sed in ſubſtitutionibus quædam ſunt directa:quædam obliqua:quædam communia. in legatis enim dicuntur verba directa,quando legatarius eſt executor, & capit per ſeipſum, vt l.Titia.§.1.de leg.2. & ibi no.aliàs enim à manu hæredis capere debet.ff.quo.leg.l.1.§.rediguntur.ff.de vſuf. l. ſi quis ita.& ibi no. ſunt directa quò ad executionem : non quò ad
3 inſtitutionem. † Sed an ſubſtitutus in re certa veniat ad vniuerſum

uerſum:& videtur,ꝙ non.vt famil.erciſ.l.quoties. in glo.dic
aut ſit verbis directis,etiam in teſtamento ſolemni:& trahi-
tur nunc ad vniuerſum.de vul.ſubſt.l.cohæredem.§.fina.aut
verbis obliquis,vel neceſſarijs,ſeu cõmunibus,vel in volun-
tate non ſolẽni: tunc non extenditur ad vniuerſum. ad Tre-
bel.l.cogi.§.generaliter.per Dy.& eſt ratio: quia ſubſtitutio
directa eſt magis fauorabilis, quàm fideicõmiſſa.ff.de ado.
l.ſi arrogator.& ideò magis extenditur,quàm directa, quæ
in ſepultura,ſi erant fortè de populo interdicto.cogita.¶Se
2 cundò not. † ꝙ portio parochialis debetur de omnibus re-
bus,& poſſeſsionibus. & ſic de omnibus eſt danda canoni-
3 ca.j̃.eo.c.in noſtra. ¶ Tertiò no.† ꝙ quarta debita ratione
ſepulturæ eccleſiæ parochiali debetur non ſolū, cum paro-
chianus moritur naturaliter: ſed etiam cum moritur ciuili-
ter,vt profeſſus.16.q.1.c.placuit.mori enim dicitur quis, cū
monaſterium ingreditur. 18.q.3.c.quia.& Auten.ſi qua mu
lier.& ideò dicit Ioan.An. ꝙ ſi ſanus ingrediatur, & poſtea
multum viuat:de omnibus tamen, quæ tunc pro anima ſua
dat monaſterio,ad quod tranſit,habebit parochialis eccle-
ſia



ſia canonicam. de aliis verò bonis ſimpliciter monaſterio
datis non habebit parochialis eccleſia partem ſuam, niſi vt
dicitur j̃.eo.c.de his.vbi per Ho.¶ Oppo.dicitur hic,ꝙ iſta
canonica debetur eccleſiæ parochiali.contra hoc oppo.& vi
detur,ꝙ debeatur epiſcopo,vt s̃.de teſta.c.officij.& c.requi
ſiſti.ſo.tribus modis.primò ꝙ conſuetudo in hoc eſt ſeruan
da.ſecundò ꝙ eccleſia parochialis,& ſepulturæ inter ſe diui
dēt: ſed epiſcopus partem ſuam percipiet ab vtraque,ſi ſunt
ambæ in ſua diœceſi: ſed ſi ſunt in duabus, vterque epiſco-
pus à ſua eccleſia recipiet canonicam.& ſic de corpore por-
tionis parochialis euelletur epiſcopalis.& diuerſa ratione de
betur parochialis,& epiſcopalis: illa quidem rōne ſepulturæ
electæ alibi per parochianum ſuum: epiſcopalis verò ratio-
ne coniunctionis,quam habet cum eccleſijs ſuis, vt dixi s̃.ti.
2.c.requiſiſti.& hinc eſt,ꝙ à mon.exempto, vel mendicanti
bus,apud quos parochianus vnius eccleſiæ elegit ſepulturā,
rector parochialis exigere poteſt partem ſuā: ſed non epi-
ſcopus canonicam.quia ceſſat rō coniunctionis,vt dixi in d.
c.officij.& hic no.Io.An.& per Hoſt.in ſum.eo.ti. ſub §. ve-
tus eſt qō.& §.vtrū.& §.à quibus. Ex his inferas, ꝙ epiſco-
pus debet recipere partem ſuā de manu rectorum eccleſia-
rum: quæ percipiunt aliquid à defuncto alibi ſepulto. vnde
ſi apud prædicatores,vel minores parochianus vnius eccle-
ſiæ elegit ſepulturam,de manibus fratrum debet rector re-
cipere quartam,ar.de leg.2.l.ſi quis ſeruum.§. ſi quis ec. &
ad Trebel.l.filiam fratribus.quod tenet Inno.j̃.e.c.de his.in
glo.quæ incipit.& dicunt quidam.ſed glo.in cle. ſuper cathe
dram.§.hmōi.j̃.eo.tenet,ꝙ curati poſſunt in his dicere hære
di,vel aliàs grauato,ꝙ dictam quartam nō ſoluāt fratribus:
ſed pro eis retineant.in gl.per hoc dicebant &c.de epiſcopo
verò,an poſsit pro parte ſua agere,antequàm curatus,vel ec
cleſia ſepulturæ recipiat.dicit hic Ioan.An.ꝙ rectore negli-
gente agere,admittetur epiſcopus ad agendum nomine ec-
cleſiæ parochialis. ſed ſi rector non negligat, erit epiſcopo
præferendus.de iudi.c.cum deputati.& de reſcrip. c.edoce-
ri.& vtrobique plenè de hoc dicam poſt Doc.j̃.c.de his &c.
4 ¶Quærit glo.3.† Vtrū iſta quarta parochialis debeatur de
omnibus relictis factis eccleſiæ ſepulturæ.tex.hic dicit gene
raliter,ꝙ ſic:dum dicit[omnium rerum & poſſeſsionū] &c.
glo.3.dicit, ꝙ de quibuſdam relictis non debetur.ſ. de reli-
ctis in ornamentis eccleſiæ pauperibus &c. hoc etiam caſu
ceſſat quarta epiſcopalis:vt s̃.de teſta.c.fi. caue tamē,ꝙ etiā
de iſtis relictis priuilegiatis cum parochianus eligit ſepultu
ram apud eccleſiam minorum,vel prædicatorum,curatus à
dictis fratribus quartam exigit propter ſepulturā ſui paro-
chiani.vt d.cle.ſuper cathedram. licèt ergo dicti fratres ab
epiſcopali canonica ſint exempti: non tamen à parochiali.
5 ¶Sed hic incidenter quæritur: † an curatus, quia de relictis
priuilegiatis percipit quartam ab iſtis fratribus quodā iure
ſpeciali: an de tali quarta poſsit epiſcopus exigere partem
ſuam.videtur,ꝙ non: quia quartam ſuā percipit epiſcopus
de relictis factis à defunctis.vt d. c. officij. & c. requiſiſti. &
de ver.ſig. c.ex parte.ac eccleſia parochialis nō percipit iſtā
quartā ex voluntate teſtantis: imò contra. & eſt ſimilis fal-
cidiæ,quæ contra diſpoſitionem teſtatoris detrahitur, vt ca.
6 Raynaldus.de teſta.† Præterea res ſemel priuilegiata ſemp
durat priuilegiata.de priuile.c.fi.ſed iſta legata ſunt priuile-
giata,habito reſpectu ad perſonā epiſcopi: non ergo ex per
ſona eccleſiæ parochialis debet conſequi, quod ex perſona
ſua conſequi non poſſet:ne quod vna via &c.de procu.c.tuę.
præterea illa quarta deſcendit à relicto exempto ab onere
epiſcopali:ergo ſine onere de manibus fratrum debet tran-
ſire ad eccleſiā parochialem. bene facit de.deci.c.dilecti.ibi
[conſueuerunt decimas]&c.& cle.1.de cenſi.ibi [quibus ra
tione prædiorum ante ſoluebantur]&c.in contrarium vide-
tur; qā epiſcopus non ſolū de legatis ſecundū voluntatē de-
functi: ſed de mortuarijs præter voluntatem defuncti eccle-
ſiæ obuenientibus epiſcopus habet quartam. de offi. ordi.c.
conquerente. de præſcrip.c.de quarta.ergo & de iſta quarta
mortuariorum debita parochiali eccleſiæ epiſcopus partem
ſuam habebit.præterea priuilegium non debet egredi perſo
nam priuilegiatam. de priuile.c.ſanè.ſed ſi epiſcopus nō poſ
ſet petere quartam: iam eccleſia parochialis frueretur priui
legio ſibi non conceſſo.verbi gratia. teſtator reliquit fratri-
bus minoribus.80.ſi fratres non eſſent priuilegiati ab epi-
ſcopo: haberet epiſcopus.20. & de 60.quæ reſtant,haberet
eccleſia parochialis.15.ſed quia epiſcopus à fratribus nihil
exigit,eccleſia parochialis habebit.20. & ſic vltra quàm iu-
re ſuo eſſet habitura, ſi non eſſent fratres exempti ab epiſco
po. Et iſtam partem tenet dominus Fede.de Sen.conſi.6.di-
cit enim, ꝙ rōne mutationis perſonarum alteratur. natura
rei.de iure patro.c.1.lib.6.ſimile de præben.c.pen.in cle.vbi
variatur poteſtas collatoris ſecundū tempora. & iſtam par-
tem videtur Ioan.An.tenere.j̃.eo.c.certificari.vbi innuit, ꝙ
epiſcopus petit quartam quartæ:quam eccleſia parochialis
recepit ab illo,à quo epiſcopus nil recipere potuiſſet.ad hoc
facit quod no.Guli.in Spec.de immu.ec.in fi.contra empto-
res rerum clericorum,qui non gaudent priuilegio, quo cleri
7 ci.ex hoc concludit aliud, videlicet † ꝙ ſi eccleſia parochia
lis conſequitur quartam de mortuarijs ab eccleſia ſepultu-
ræ ſita in alia diœceſi: de tali quarta epiſcopus exiget quar-
tam:licèt de alijs,quæ reſtant eccleſiæ ſepulturæ nihil habe-
re debeat. pro caſu quæſtionis adduco.l. cum patronus. de
leg.2.vbi res priuilegiata cōſiſtens penes vnum, ſi in alium
transfunditur,illud priuilegium non habebit.ad idem.l.per
procuratorem.ff.de acqui.hære.& de colla.bo.l.1.§.antepe.

*SVMMAE.*

1 *Monaſteria non includuntur ſub appellatione eccleſiarum.*
2 *Corpora apud quam eccleſiam debeant ſepeliri.*
3 *Eccleſia vna poteſt eſſe magis religioſa,quàm alia.*
4 *Electio ſepulturæ minus iuſta reprobatur à iure.*
5 *Oratio generalis an valeat tantum,quantum ſpecialis.*
6 *Electio ſepulturæ apud locum minus religioſum an valeat.*

FRaternitatem. Dicit Ioan. An. ꝓ
pter diuerſitatem
opinionum hodie deciſarum non ſummo. ſunt tres
partes. prima ponit ius.ſecunda narrat factum.ibi[vnde ſi.]
tertia concludit.ibi[quocirca.]¶Not.primò,ꝙ Papa præſu
mit hic,& credit epiſcopum ſcire iura.facit 1.q.7.ca.conue-
nientibus.quandoq; ignorat nedum canones,ſed gramma
ticam.quod dic, vt ſupra de tempo. ordi. vel non eſt cōpos.
¶Secundò no.ꝙ dicit eccleſias,& monaſteria.nam propter
copulam,quæ conſueuit copulare diuerſa, vt no.ff. de iuris,
1 & facti igno.in rub.datur intelligi,† ꝙ ſub appellatione ec-
cleſiarum non includuntur monaſteria: nec etiam econuer-
ſo. facit quod no.infra ne prælati vices ſuas.c.fina. ¶Tertiò
2 no. † apud quas eccleſias debeant corpora ſepeliri: vbi ſcili
cet frequenter,& aſsiduè celebrantur diuina:& in talibus lo
cis volentibus ſepeliri non eſt contradicendum: ſed fauen-
dum, relicta tamen eccleſiæ parochiali debita portione.s̃.
3 c.1. ¶Quartò no.†ꝙ vna eccleſia eſt magis religioſa,quàm
alia.& hoc licet perpendere ex frequentia diuinorū.¶Quin
4 tò no.in ver. quo circa. † ꝙ minus iuſta electio ſepulturæ re
probatur à iure.ſicut cum quis in teſtamento diſpoſuit proij
ci oſſa ſua in mari. vt l.cum quidam.ff.de condi.inſtit. ¶Se-
xtò no.ꝙ repetitio corporis indebitè ſepulti competit eccle
ſiæ,vbi ſunt ſepulti maiores: & ſic præfertur eccleſiæ paro-
chiali,quæ hoc caſu debet habere canonicam ſuam.s̃.cap.1.
5 ¶Quærit glo. † Vtrū valeat tantū oratio [a] generalis, quàm
a ſpecialis.reſpondet,ꝙ præſumendum eſt plus prodeſſe ſpe-
cialem. Io. An.dicit, ꝙ ſi valorem orationis & aliorum ſuf-
fragiorum

fragiorum conſideramus ex virtute charitatis, quæ ſunt mē
bra Eccleſiæ: tantū eſt, ſi fiat pro multis, ſicut ſi fiat pro vno:
quia charitas non minuitur, ſi affectus diſtribuitur in mul-
tis: imò potius augetur. non enim charitas eſt inuida: nec q̄-
rit quę ſua nō ſunt. de pœn. diſt. 2. c. charitas. optimè facit de
pœni. diſtin. 6. c. 1. ver. credendum. inquantū verò oratio, vel
ſuffragium ſunt ſatisfactoria pro defuncto: maior eſt ſatisfa
ctio pro vno facta, quàm ſi fiat pro multis. ex diuina enim
iuſtitia diuiditur illud in multos, pro quibus fit. & ſic diui-
num ius remanet. de conſti. cum M. & vide quod no. in cap.
non mediocriter. & Hoſti. in ſumma de pœn. & remiſ. §. qui-
bus mortuis. ſub §. & nōdum. ver. hæc ſuffragia. vbi vide vſq;
ad fi. & ita dicit hic Ioan. An. qui pro glo. ꝙ plus proſit ſpe-
cialis oratio, adducit exempla pro caniſtro pomorum, præ-
ſentato abbati: de quibus monachi omnes gaudent, ſicut ab
bas: qui tamen inde habet honorem. ſimiliter ſi vnus ante ſe
6 facit deferri cereum: plures enim cum eo lumen recipiunt:
& ipſe hoc plus, ſcilicet honorem. ¶ Secundò quærit gl. † An
apud locum minus religioſum valeat electio ſepulturæ. ſunt
opi. in glo. de qua etiam no. 13. q. 2. §. at illi. aliàs incipit nūc
quæritur. & Ray. in ſum. & Goſ. hic & in ſum. §. apud quam
hodie eſt hoc deciſum. j̃. eod. c. cum quis. lib. 6. vbi approba
tur opi. Ioan. & aliorum, reprobata opi. Ber. hic.

ADDITIO.

a ¶ Oratio. Orare eſt de iure diuino · & ideo per Papam tolli non pōt. vide Card. in cle. fi. de celebra. miſſa.

*SVMMAE.*

1 *Tempus mortis trahitur retro ad tempus infirmitatis.*
2 *Aſſumptus in confratrem alicuius eccleſiæ, non oblatis rebus ſuis, ſed retentis, non eximitur à iuriſdictione epiſcopali.*
3 *Ingreſſus religionem, qui moritur infra annum probationis, an ſit cē ſendus parochianus primæ eccleſiæ quò ad canonicam.*
4 *Epiſcopus an debeat habere quartam de bonis oblatis monaſterio per illum, qui ſe, & ſua tranſtulit.*
5 *Canonica ad hoc vt debeatur, requiritur, quòd ille, qui ſe tranſtulit, de illa infirmitate decedat.*
6 *Translatio, quæ fit in ſanitate: & illa, quæ fit in infirmitate, qualiter differant.*
7 *Bona ſua poteſt quis in vita cuicunque donare, niſi prohibeatur.*
8 *Parochianus ſi in vna eccleſia audit diuina: in alia eſt ſepultura maiorum: in tertia eligit ſepulturam: cui ex illis eccleſijs debebitur canonica.*
9 *Parochianus vnius eccleſiæ elegit alibi ſepulturam in alia eccleſia, cui multa legauit: an contra hæredes, vel contra eccleſiam ſepulturæ curatus, & epiſcopus debeant agere.*

DE his. Si quis in ægritudine, de qua de-
cedit, ſe, & ſua monaſterio offe-
rat: parochialis eccleſia habebit inde canonicā.
ſecus ſi in ſanitate hoc fecerit. ſecūda ibi [ſi verò.] ¶ No. pri
1 mò † ꝙ tempus mortis trahitur retro, hoc eſt ad tēpus infir
mitatis. hinc eſt, ꝙ ſi hodie quis vulnerat vnū vulnere morti
fero (qui poſtea ex interuallo decedit:) videtur deceſſiſſe
die vulneris inflicti. quod dic, vt not. Bar. in l. libellorum. de
accuſa. ¶ Secundò not. quòd tex. dicit [de his, qui ſe & ſua
transferūt:] in quibus diſtinguitur, transferant ſe in ægritu-
2 dine, vel ſanitate. quid ergo † ſi quis aſſumitur in confratrē
alicuius eccleſiæ, non oblatis rebus ſuis, ſed retentis: dicunt
Goſ. & Hoſt. ꝙ non eximitur à iuriſdictione epiſcopali: nec
præiudicatur per hoc canonicæ portioni, quominus ſuo tē-
pore debeatur. de priuile. c. cū & plantare. §. de cōfratribus.
& c. vt priuilegia. §. 1. Item intelligit Inno. iſtum tex. quando
quis offert monaſterio ſe, & ſua, vt ibi viuat: non vt ſit pro-
feſſus. j̃. eo. c. in noſtra. Si enim ibi profiteretur de omnibus,
quæ daret illi eccleſiæ, habet eccleſia parochialis canonicā,
etiam ſi longo tempore pòſt ingreſſum moriatur: quia tunc
fingitur mori. & ſic loquitur. ſ̃. eo. c. relatum. dicit tamen, ꝙ
poteſt aliquid ſpecialiter relinquere pro anima ſua: de illa
tantū habebit parochialis eccleſia canonicam. & alia poteſt
relinquere pro ſuſtentatione ſua. 16. q. 6. c. de lapſis. vel pro
ſeruitijs prius à monaſterio receptis. attenditur enim ſolùm
fraus, qua timetur, ne velit eccleſiam fraudare. ſ̃. de teſta. c.
officij. & c. requiſiſti. dicit tamen Innoc. ꝙ multi approbant
3 plus, quod dixi poſt eum ſupra eod. tit. in tertio not. † quid di
ces in ingreſſo religionem, qui moritur infra annum proba-
tionis? videtur, ꝙ ſit cenſendus parochianus primæ eccleſiæ
quò ad canonicam. de reg. c. ſuper eo. & c. conſulti. & hoc te
nent Tan. & Archi. j̃. eo. c. 2. lib. 6. Goſ. contra: quia & ſi non
moriatur profeſſus: fuit tamen plenè conuerſus: nec volunta
tem mutauit. quod placet Hoſt. cum ſaltem videatur voluiſ-
ſe mutare domicilium, & deſijt eſſe parochianus primæ ec-
cleſiæ. infra tit. 2. c. fi. facit quod no. infra de reg. c. beneficiū.
lib. 6. in magna gl. ¶ Tertiò nota, ꝙ quæſtio fuit formata de
eo, qui ſe, & ſua tranſtulit, nihilo dato epiſcopo, vel eccleſijs.
4 & Papa reſpondet ſolummodo de eccleſijs. † quid ergo de
epiſcopo: an de iſtis bonis ſic oblatis debebit habere partē.
dicit Ioan. An. ꝙ ſi monaſteriū eſt exemptum, nihil habebit:
aliàs habebit ſuam canonicam, ſi eſt in ſua diœceſi. de quo
per Io. An. ſ̃. tit. 2. c. requiſiſti. deducit aūt primò parochialis
eccleſia, de qua parte epiſcopus habebit partem ſuā, ſecun-
dū Pet. & Abba. Ioan. remittit ad not. j̃. eo. c. certificari. in vl
5 tima quæſt. ¶ Quartò no. † ꝙ ad hoc, vt canonica debea-
tur: requiritur, vt ille, qui ſe tranſtulit, de illa infirmitate dece
dat. ergo ſecus, ſi ex alia. concord. l. alumnæ. §. fina. ff. de adi-
6 men. le. ¶ † Quintò no. differentiam inter tranſlationē in ſa-
nitate: & illam, quæ fit in infirmitate. prima, enim videtur do
natio inter viuos. ſecunda cauſa mortis: inter quas eſt diffe-
rentia. quia prima eſt irreuocabilis. ſecunda autē reuocari
poteſt, vt patet in l. 1. ff. de dona. cauſa mortis. Item illa, quæ
eſt cauſa mortis, habet naturam relicti: quia morte cōfirma-
tur, & capitur vt legatum. In dubio autem donando ſimplici
ter, an videatur donatio inter viuos, vel cauſa mortis. tangit
hic Io. An. non perfectè. remitto te ad not. in l. quæ dotem.
ſo. matri. & de dote præleg. l. Seia. & vide l. ſequens quæſt.
de lega. 2. & quod not. in l. talis ſcriptura. de lega. primo.
& iſtam diuerſitatem inter diſpoſitionem in vita, & in mor-
te, vide in ſimili. C. de pecul. eius, qui libertatem meruit.
l. vna. vbi manumittens in vita, dicitur conceſſiſſe peculiū,
niſi ademerit. manumittens autē in teſtamento dicitur ade-
miſſe: niſi expreſsè conceſſerit. ratio ibi no. aliud ſimile vide
in glo. 1. ſuper qua Io. An. ponit duo ſimilia: vnum de l. ſed
& ſi quis. §. hæc actio. de reli. & ſump. fu. aliud in confeſſio-
ne debiti, quæ facta in vita nocet hæredi: in morte non: niſi
teſtator viueret. C. de non num. pec. l. generaliter. & Auth.
7 quod obtinet. C. de proba. ¶ Sextò nota, † ꝙ bona ſua pōt
quis in vita cuicunque donare. quod intellige, niſi prohibea
tur, vt miles ſeculi: vel cœleſtis: & clericus meretrici ſuæ. C.
de dona. inter virum, & vxo. l. ſi ancilla. de ſenten. excom. c. ſi
8 concubinæ. 30. q. 3. c. ita diligere. 16. q. 1. c. fi. ¶ † Quærit
glo. 2. ſi in vna eccleſia quis audit diuina: in alia eſt ſepultu-
ra maiorum: in tertia elegit ſepulturam: cui ex illis eccleſijs
debebitur canonica? tres ſunt opi. Prima, ꝙ debent inter ſe
diuidere quod percipitur ab eccleſia ſepulturæ. quod tenēt
Goſ. & Phi. & Inn. hic. Idem ſine dubio, qn̄ in capella audit
diuina, & in baptiſmali eccleſia recipit ſacramenta: nam de
bent inter ſe diuidere illo caſu canonicam. Secunda eſt opi.
Hug. quā ſequitur Ber. quòd eccleſię, vbi eſt ſepultura ma-
iorum, iſta canonica debeatur, non eccleſiæ parochiali. &
hanc ſequitur Hoſt. Tertia opi. eſt ecōtra, ꝙ eccleſiæ, vbi au
dit diuina, prædicto caſu canonica debeatur: & hæc vltima
9 approbatur hodie. j̃. eo. c. 2. lib. 6. ¶ Secundò quæro. † paro-
chianus



chianus vnius eccleſiæ elegit alibi ſepulturam in alia eccle-
ſia, cui multa legauit: certum eſt, ꝙ de iſto legato eccleſia pa
rochialis debet habere partem, vt ſ̃. ca. 1. & hic. ſimiliter &
epiſcopus, vt dixi ſ̃. in tertio no. ſed tunc quæritur: an contra
hæredes, vel contra eccleſiam ſepulturæ curatus, & epiſco-
pus debeant agere: & qua actione. dicit, ꝙ tres ſunt opi. pri-
ma, ꝙ non ſolùm contra eccleſiam, cui relictum eſt: ſed etiā
cōtra hæredes poſſunt agere condictione ex hac Decre. Nō
ob. ꝙ curatus, vel epiſcopus non ſint nominati in teſtamen-
to. nam & aliàs non nominatus in teſtamento (qui tn̄ ex te-
ſtamento emolumentum cōſequitur) agere poteſt, vt l. fidei
cōmiſſa. §. interdum. de leg. 3. de lega. 1. l. ſi cui. §. fin. & l. ſer-
uo legato. §. ſi teſtator. & l. 3. de li. lega. & l. ſi arrogator. de
adoptio. nam & aliàs nō inſtitutus pro inſtituto habetur. C.
de inoffi. teſta. l. ſi maritus. certum eſt autem, ꝙ epiſcopus, &
curatus conſequuntur iſtam partem, etiam contra teſtatoris
voluntatem, vt ſupra de teſta. c. requiſiſti. & ſicut falcidia ip-
ſo iure reſecat legata: ita iſta canonica reſecat: & facit in epi
ſcopum, & curatum tranſire dominium ipſo iure, vt l. à Ti-
tio. de furtis. & l. linea margaritarum. ad legem falc. ſecundū
ergo iſtam opinionem curatus aget contra hæredes: & epi-
ſcopus cōtra curatum, vt partem de canonica illa ſumat: po
teſt etiam epiſcopus agere pro parte ſua contra hæredes, &
etiam pro parte debita eccleſiæ curatæ: ſed hoc caſu debet
exprimere in libello, ꝙ agit nomine eccleſiæ ſibi ſubiectæ:
ſed econuerſo rector eccleſiæ agendo ad integram partem,
non tenetur de epiſcopo facere mentionem. de hoc dic, vt ſ̃.
c. 2. Secunda opinio eſt, ꝙ epiſcopus, vel eccleſia curata non
habet actionē ex teſtō: ſed tantū cōdictione ex canone. 12.
qō. 3. c. pontifices. de teſta. c. requiſiſti. & ſubdit Inno. ꝙ rō-
nabilius videtur, ꝙ contra hæredes teſtatoris illa ſola eccle-
ſia, cui relictum erat: & ſolùm contra ipſam agat parochia-
lis eccleſia: & epiſcopus contra parochialem tantū: vel illa,
cui relictum eſt, petere negligente: tunc epiſcopus, & alius,
ad quem commodū pertinet, ex legato poteſt agere: vt ceda
tur ſibi actio, ſi eſt qui cedat, & cedere velit: aliàs habet re-
medium, de quo hic per Inno. & pleniùs in l. 1. C. de actio. &
oblig. Hoſt. exploſis iſtis ſubtilitatibus Inno. dicit, ꝙ de cano
nica æquitate quilibet prædictorum poteſt agere cōtra hæ-
redes pro eo, quod ſibi debetur. quia ſi pecunia mea ad te p-
uenit, æquum eſt, mihi reddas. vt ff. ſi cer. peta. l. ſi & me, &
Titium. & ſic accedit primæ opi. quam ſequi videtur Ioan. de
Deo. lib primo. qōne 39. voluiſſem iſtos dn̄os, qui ſic tenēt,
declaraſſe, an in tantū quilibet admittatur ad petendū par-
tem ſuam: ꝙ eccleſia, cui relictum eſt (ſi petat integrū lega-
tum) poſſit repelli iſta exceptione per hæredem. de iſto le-
gato debetur curato, & epiſcopo canonica, quam tibi non
debeo ſoluere: cum ipſi poſſint à me petere, ſecundū opi.
Hoſt. & aliorum. & videtur, ꝙ poſſit repelli per reg. dolo fa-
cis, ꝙ petis, quod reſtituturus es. In contrariū facit: quia illa
regula habet locum, cum debet fieri reſtitutio opponenti il-
lam exceptionem: ſecus ſi tertio, vt not. in l. ſi ſocer. ff. ſolu.
matri. & hoc credo verius. poterit ergo parochialis eccleſia,
vel epiſcopus, vel eccleſia legataria præueniri: ſed & ipſi de-
bebunt ad petitionem admitti: & in concurſu cum eccleſia
legataria præferetur in die canonicæ exactionis. & vide qđ
not. in cle. ſuper cathedram. §. huiuſmodi. in glo. per hoc di-
cebant. j̃. eo.

*SVMMAE.*

1 *Appellatio interpoſita ab illato impedimento, extra iudicium reſcinditur: & quod contra eam poſtea attentatur.*
2 *Corpus parochiani, quem alius indebitè ſepeliuit, poteſt repeti.*
3 *Creditor an poſſit propter debitum impedire ſepulturam ſui debitoris.*

EX parte. Qui ſepeliuit parochianū alie
num, quem ſepelire non de-
bet, cogitur reſtituere corpus, & quæ ratione fu-
neris obuenerunt. in prima querela. in ſecunda iudicis da-
1 tio. ibi [mandamus.] ¶ No. primò, † ꝙ appellatio interpoſi-
ta ab illato impedimento extra iudicium, reſcinditur: & qđ
contra eam poſtea attentatur. de quo dic, vt ſ̃. de appel. c. bo
næ memoriæ. vbi plenè de iſta appellatione extraiudiciali.
2 ¶ Secundò no. † ꝙ pōt repeti corpus parochiani, quē alius
3 indebitè ſepeliuit: funus ergo pertinet ad curatum. † an pro
pter debitum poſſit creditor impedire ſepulturam ſui debi
toris. in Anglia dicit Tancre. ꝙ ſic: & ita olim ſtatutum erat,
vt patet. ſ̃. de appell. c. qua fronte. in parte deciſa. quæ, vt ini
quitatem continens, eſt ſublata de tex. mors enim omnia ſol
uit. vt in Auten. de nup. §. deinceps. nam licèt in vita poſſit
debitor pro debito carcerari quandoq;. vt ſ̃. de ſolu. c. Odo
ardus. cadauer tamen à tali vinculo eſt ſolutum, per ratio-
nem prædictam.

*SVMMAE.*

1 *Corpus defuncti qui rapuit indebitè, tenetur reddere quicquid percepit.*
2 *Eccleſia parochialis ſi rapit corpus parochiani, qui alibi eligit ſepulturam, priuatur canonica ſibi debita.*
3 *Reſtitutio vt fiat, an debeat probari de violentia illata.*
4 *Parochianus ſancti Canciani elegit ſepulturam apud prædicatores: fratres volunt proceſſionaliter, & ſolemniter ire ad domū defuncti pro cadauere: plebanus inhibet, ne ingrediantur parochiam (ſaltem ſic proceſſionaliter) an bene dicat.*
5 *Libera, verbum denotat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actum, cui adijcitur.*
6 *Populus liber dicitur, qui nullius alterius poteſtati ſubiectus eſt:*
7 *Liberè, verbum excludit omnem moram, & contradictionem.*

CVm liberum. Summatur, vt ſ̃. c.
1. ¶ Nota primò,
ꝙ fratres ſancti Martini egerunt pro violentia il
lata presbytero, corpus defuncti ad eorum eccleſiam defe-
renti. nam per ſe, & alium dicitur quis pati violentiam, & in-
ferre. vt l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. qua autem actione
agant iſti fratres ad oſſa, & ad alia exacta. dic, vt in glo. 2. ſu
per qua dicit Hoſt. non curandum de ſpecie actionis. ſ̃. de iu
1 di. c. dilecti. ¶ Secundò no. † ꝙ qui indebitè corpus defun-
cti rapuit, tenetur reddere quicquid percepit. quod intelligit
2 Io. An. † etiam ſi eccleſia parochialis rapuiſſet corpus ſui pa
a rochiani, qui alibi elegiſſet a ſepulturam: priuatur. n. canoni
ca ſibi debita. & ſecundùm hoc iſta erat parochiana mona-
chorum ſancti Vincentij, qui priuati ſunt canonica propter
violentiam, vt l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & de præben. c.
eum qui. lib. 6. Non obſtat, ꝙ delictum perſonæ, &c. quia in
graui damno: vel in immobilibus: vel cum communiter non
deliquit eccleſia, quæ poteſt delinquere, vt no. ſ̃. de ord. cog.
3 c. cum dilectus. vt in reg. delictum. de reg. iur. lib. 6. ¶ † Quæ
ro, vtrùm ſufficiat fratribus ſancti Martini probare violen-
tiam eis illatam: vt ſic fiat eis reſtitutio: vel probare etiā de-
beant, ꝙ illa elegerit apud eos ſepulturam. dicit Hoſt. ꝙ de
rigore ſufficit probatio violentiæ tantū: quia agens interdi-
cto vnde vi. non tenetur probare titulum: ſed ſufficit, ſi pro-
bet ſpoliationem, vt in c. 1. de reſti. ſpo. de æquitate autē (di-
cit ipſe) tenentur probare etiam titulum: vt ſic fiat ſibi reſti
tutio. quia corpora defunctorum non ſunt ſic tractanda. ff.
de reli. & ſum. fune. l. nec corpora. & l. diui. Ego dico, ꝙ etiā
de iuris rigore tenetur ſpoliatus cadauere iſto caſu proba-
re, & deducere titulum. hoc patet, primò per hunc tex. vbi
fratres iſti ſpoliati corpore defuncti deduxerunt titulum, vt
patet ibi [prout in vltima voluntate diſpoſuit:] & debet etiā
hoc probare, vt in tex. [ſi ita eſſe inueneritis] &c. probatur
etiam:

etiam:quia interdicta quædam habent cauſam mixtam:vt il
la,quæ competunt pro ſacris religioſis,in quibus debet pro-
bari etiam proprietas:vt actor vincat, vt l.1.ff. de interdi.ti.
generali.& quod no.Dy.in c.qui ad agẽdum.de reg. iur.lib.
6.in corpore ergo defuncti (tanquàm pro re quodammodo
religioſa)carens titulo non pōt ſe prætẽdere ſpoliatum : qa
ſine tit.non habetur cadaueris poſſeſsio.facit c.ad decimas.
dẽ reſti.ſpo.preterea ſicut curatus in iuribus parochialibus,
quæ ſibi à parochiano in vita debentur,dicitur habere quaſi
poſſeſsionẽ:ita & in corpore poſt mortẽ dicitur habere poſ
ſeſsionem:vt ipſum ſepeliat.ſi ergo violẽter arripitur de ma
nibus aſportantis eum alibi ad ſepulturam : dicitur curatus
magis violentiam propulſare,quàm inferre: ſicut ille, qui in
continenti eijcit expulſorem , vt ff. de vi , & vi ar.l.qui poſ-
ſeſsionẽ.& ſ̃.de reſti.ſpo.c.olim.1. ¶ Secundò quæro de tali
4 qōne.† Parochianus ſancti Canciani elegit ſepulturã apud
prædicatores:fratres volunt proceſsionaliter , & ſolemniter
venire ad domum defuncti pro cadauere: plebanus inhibet,
ne ingrediantur parochiam,ſaltem ſic ſolemniter. quæritur,
vtrũ bene dicat.dic ꝙ nō,pluribus rōnibus.& prima. cui cō
ceditur finis: conceſſa videntur ea,per quæ peruenitur ad fi
nem.ff.de procura.l.ad rem.& l.ad legatũ. & cui conceditur
hauſtus ad fontem:cōceditur ſimiliter & iter ad ipſum.ff. de
ſer.ru.præ.l.3.§.fi. & cui relictum eſt horreum,ad quod per
domum tranſitus erat relictus:videtur & tranſitus per do-
mum.ff.de ſerui.vr.præd.l.olympico. Item ſi legatus ſit fun-
di vſusfru.iter per alium fundum(ex quo aliunde ad fundũ,
cuius vſusfructus legatus eſt, iri non pōt)legatum vr̃, etiam
ſi teſtator prohibuerit. ff. vſufru. quemadmodum ca. l.1.§.
vſusfructus. & de vſufr. l. damnas eſto. & ſi dicatur. non li-
cet inuito rectore per parochiam eius tranſire: ſicut nec in-
uito dn̄o licet prædia eius ingredi.ff.de ſerui. ruſt.præd.l.di-
uus.reſpondetur,ꝙ imò licet propter finem conceſſum, qui
aptè aliter haberi non pōt: & vt aliàs licet domũ alienã inui
to dn̄o intrare, & pauimenta frangere pro cloaca purgãda.
ff.de cloacis.l.1.§.quod ait prætor.& pro eo quod intereſſe
poſſunt prætẽdere curati,ſi funus,quod eſt fratrum, per eos
exportetur:vel proceſsionaliter ſocietur?certè nullũ.niſi ocu
lus inuidiæ eos moueat : quibus dicendum eſt iſtud Euange
lii.An oculus tuus nequam eſt &c.imò etiam aliquod incō-
modũ portare debent : vt fratres maximum damnum vitẽt.
ff.ne quid in lo.pub.l.1.§.ſunt qui putant. præſtat etiam his
arg.ꝙ licet de ciuitate ad villam per mediam ciuitatem &c.
ac ſi lex apertè dicat tranſuectionem eſſe illicitam ratione
rei,quæ transfertur,& loci à quo : non autem ratione loci p
quem.C.de ædifi.priu.l.ſi qs poſt hãc.Vltimò videtur caſus,
ꝙ his,quibus ſepeliendi ius competat,ius ſit etiã per alienos
vicos,& territoria funera ipſa deferre.ff. de ſepulchro viola.
l.3.§.non perpetuæ. Et ſi dicant , rectoribus placet,ꝙ por-
tent:ſed non proceſsionaliter, nec cum cruce. reſpondetur,
ꝙ ſi eis deportatio conceſſa videtur : etiam videtur conceſ-
ſum ſecundũ, quòd talia conſueuerũt deferri. ff.de aqua plu.
arcen.l.ſi prius.§.placuit.& de ædili.edic.l.ꝙ ſi nolit. §. aſsi-
dua.ſed ſecundũ laudabilem conſuetudinem funera ſic con-
ſueuerunt deferri:ergo &c.Et prædicta faciunt contra paro-
chialem rectorem: qui prius vult funus deferri ad eccleſiam
ſuam,quàm fratres illud deferant ad ſepulturam , vt ibi di-
cat miſſam prius ſolemnem: & ſic recipiat vltimũ vale à ſuo
curato.& ſic ita ſe habet conſuetudo,quæ ſeruãda eſt, ſecũ-
dũ Ioan. And. in d. clem. ſuper cathedram.§.huiuſmodi. in
glo.ita ꝙ non diminuetur &c.quod de iure fieri non debet.
quia in §.huiuſmodi.præalleg. dicitur[liberam qui ſequitur
5 hanc ſepulturam] &c.† verbũ aũt,libera,denotat quandam
prærogatiuã abſolutam : & dominium ſuper actu , cui adij-
citur.ff.de procurato.l.procurator cui libera.de electio.c.cũ
nobis olim. in fi. cōſtat aũt, ꝙ nō habet dominiũ ſuper actu
qui quotieſcunq; illum exercere vult: ſemper aliqualiter im-
peditur:omniſq; prohibitio ſiue perpetua, ſiue ad tẽpus cō-
tradicit libertati ſimpliciter conſideratæ.ff.de ſtatu ho.l.li-
6 bertas. † Itẽ populus liber dicitur,qui nullius alterius pote-
ſtati ſubiectus eſt.ff.de capti.l.non dubito.§. liber aũt popu
lus.ſic illa ſola ſepultura dr̃ libera , quæ nullius poteſtati ſup
poſita: ſed ſi neceſſe habet ad locum alterũ declinare : vide-
7 retur aliqualiter alterius ditioni ſuppoſita.ergo &c.† præte
rea verbũ, liberè,oẽm morã,& contradictionẽ excludit. de
præben.c.extirpandæ.§.pe.de offi.ordi.cap.ordinarij.§.ꝙ ſi
fortè.& ibi no.per Ioan.And.& ſecundùm iſta præfata con
ſuetudo,vtpote contradicens,vel detrahens liberæ ſepultu-
ræ:vr̃ ſublata per d.cle.§.vlt.p̃terea certũ eſt , ꝙ iſtud funus
arcetur in itinere: ergo prohibetur libera ſepultura iuxta l.
dicentẽ,prohiberi inferri in ſepulchrum videtur:ſiue in locũ
inferre prohibeatur,ſiue in itinere arceatur.ff.de mor. infer.
l.1.§.prohiberi.& ita conſuluit Old.conſi.259.

ADDITIO.

a ¶ Elegiſſet.Sepulturam eligens in loco religioſorum ad ſuggeſtionẽ il-
lorum non incidit in excommunicationem,ſicut illi.vide Card. in cle-
men.ſi.§.ſi.de pœnis.

*SVMMAE.*

1 *Vir & vxor non iudicantur ad imparia in electione liberæ ſepultu-*
*ræ.Et iſtud quare.nu.2.*
3 *Pater poteſt filio impuberi eligere ſepulturam : ſi hoc habeat con-*
*ſuetudo.*
4 *Pueri vbi ſint tumulandi.*
5 *Vxor ſi non elegit ſepulturam,vbi ſit ſepelienda,ſi moritur poſt mor*
*tem mariti. Et quid ſi ante.nu.6.*
7 *Parochianus in vna parochia, vbi pater mortuus eſt: poſt mortem*
*patris ſe tranſtulit ad matrem in alia parochia,vbi mortuus eſt :*
*in qua parochia ſepelietur.*
8 *Fugiens propter guerram de vna parochia ad aliam:ſi ibi moriatur,*
*vbi ſepelietur.*
9 *Peregrinus vbi debeat ſepeliri.*

DE VXORE. Mulier maritata liberè pōt
eligere ſepulturam.pater fi-
lios impuberes poteſt, vbi voluerit, ſepelire , ſi
hoc habet conſuetudo.ſecunda ibi[verùm.]¶Nota primò,
1 † ꝙ in electione liberæ ſepulturæ vir , & vxor non ad impa-
ria iudicantur: quia quod licet vni,licet & alteri. 22.q.1.c.ſi
quis vxo.& q.5.c. præcepit. & iura , quæ loquuntur in viro,
habent locum in vxore,& econuerſo: quia ſunt correlatiua,
vt C.de indi.vidui.l.ſi.& Auten.cui relictum. & l.fin.ff.de ac-
cep.erat fortè dubium Decre.quia vxor eſt ſubiecta viro,&
in eius poteſtate . ſed hoc verum quò ad debitum carnis , &
2 operandum,vt no.de condi.inſer.l.ſi vxore.¶†Secundò no.
rōnem, quare vxori,& marito permittitur libera electio ſe-
pulturæ: quia in eum ſtatum confertur diſpoſitio , quo alter
ab altero eſt ſolutus . mors enim ſoluit matrimoniũ,& om-
nia,vt in Auten.de nup.§.deinceps.ſatis eſt ergo, ꝙ diſpoſi-
tionis effectus conferatur in tempus permiſſum : licèt cele-
bretur tempore prohibito.cōcor.l.in tempus.de hære. inſti.
& quod no.Inn.,de citatione facta die feriato p die nō feria
to.ſ̃.de fer.c.ſi.& per rationẽ huius.tex.tenuit Hoſti. ꝙ mo-
nachus poterat eligere ſepulturam:cum electio referatur ad
tempus,quo ſolutus erat à iugo obedientiæ. quod eſt repro-
batum.j̃.eo.c.ſi.lib.6.& idem dicebat de filio familias , ſer-
uo,& alijs in poteſtate poſitis:in quibus an procedat eius di
ctum:credo in filiofami.maiore,ꝙ ſic:quia(vt dicit hic Ioan.
And.)hi, qui ſunt in poteſtate conſtituti (ex quò naturalem
conſenſum habent ) poſſunt ſepulturam eligere : cum in ſa-
cramentis non ſit differentia liberi, & ſerui. de coniu. ſer.c.
1.quæ ratio habet locum in ſeruis, & alijs alterius poteſtati
ſubiectis: nam ſepultura eſt quid ſpirituale. 12.q.2. ca.quæ-
ſtu.cum tribus ſeq. illam ergo filiusfamil. & prædicti pote-
runt



runt eligere . quia in eccleſiaſticis , & ſpiritualibus ſi. fa. ſui
iuris eſſe cenſentur : nec in eis requiritur conſenſus patris.
c. ſi annum. de iudi. nec iure. quia in eis non percipit vſum-
fructum.& ſic conſenſus non requiritur , ſecundùm opi. lec.
not.in l.cum non ſolũ.§.neceſsitatis.de bo. quæ li. ¶ Tertiò
3 no.†ꝙ pater pōt filio impuberi eligere ſepulturam.ſi hoc ha
beat conſuetudo. à cōtrario ergo ſenſu ſi conſuetudo ceſſat,
non pōt.& ſic eſt hodie determinatum in c.licèt.eo.ti. lib.6.
4 † vbi ergo erunt tunc dicti pueri tumulandi?tex.dicit ibi.cũ
ſuis maioribus: vel in parochiali eccleſia . & ſic loquitur al-
ternatiuè . dicunt ergo quidam , ꝙ erit ſeruandus ordo ſcri-
pturæ, vt in ſepulchro maiorum,ſi extat:aliàs in parochiali.
& dicit ibi glo. ꝙ hoc tenere eſt tutius.idem ibi dicit Archi.
Io.Mo.in addi. dixit potiorem eccleſiam parochialem , vbi
decedit in parochia : ſi alibi, ſecus.& glo.ibi in fine dicit , ꝙ
parentes , & amici ſepeliunt in altera , quam voluerit.& gra
ue videtur, puerum octo dierum ſemper in antiquis tumulis
ſolemniter ſepeliri.¶ Quæro.hic loquitur , quando vxor ele
5 git ſibi ſepulturam.† Quid ergo,ſi non elegit?dic,ꝙ debet ſe
peliri cum viro:& ſi ſucceſsiuè plures habuit viros, erit cum
vltimo tumulanda.vt no. 13.q.2.c.vnaquęq; . & determina-
tum eſt per c.is qui.li.6.vbi ratio redditur : quia retinet viri
domicilium,& honorem,vt l.filij.§.2. ad munici. Sed vtrùm
hoc ſit verũ,ſi vxor iam vidua ſit reuerſa ad domum patris,
& ſuorum.videtur,ꝙ non.quia redeundo ad domum patris,
relinquendo habitationem mariti tacitè renunciat iuribus,
& honoribus ex perſona mariti: vel ex matrimonio ſibi cō-
petentibus:& perinde videtur,ac ſi renunciaſſet expreſsè.ff.
ſi cer.peta. l.cum quid. In contrarium videtur,quia manens
vidua, retinet nomen viri . patet de foro compe. c. ex parte
B. C. de incol.l.fina. & cenſetur ibi in prioris viri coniugio
perdurare.in Authen.de nup.§.ſoluto. Item beneficium ta-
lis mulieris, (ꝙ teneat honores mariti) non loco habitatio-
nis : ſed perſonæ datum eſt:ergo non inducitur diſtinctio ex
differentia locorum.C.de tempo. in integ. reſti. l. ſuperua-
cuam.& de præſcri. lon.tempo.l.fin.vltra medium. & ita no.
Ioan.And. in d.c.is qui.in nouella. & habent iſta locum, qñ
6 vir prædeceſsit. † Quid ergo ſi vxor prædeceſsit : an in ſe-
pulchro maiorum ſuorum : vel maiorum mariti: vel in paro
chiali eccleſia erit tumulanda? fortè in ſepulchro maiorum
viri: quaſi participet hoc priuilegium ex perſona mariti , vt
dixi. In contrarium facit. quia vir poſſet alibi eligere ſepul-
turam:& ſic illa reperiretur ſepulta cũ illis, cum quibus cō-
iuncta non eſt : non firmo. ¶ Sed extra quæro de tali quæ-
7 ſtione . † Quidam ( puta de iſta parochia ſancti Canciani)
mortuo patre habente domum:&,dum vixit,in dicta paro-
chia habitante : tranſlatus eſt ad parochiam ſanctæ Mariæ
Formoſæ: & ibi habitans cum matre mortuus eſt in tenera
ætate. quæritur, ſi non habet ſepulchrum maiorum : in qua
iſtarum eccleſiarum debeat ſepeliri? vel ſi habeat,cui eccle-
ſiæ debeatur canonica portio funeralium?& videtur,ꝙ in ec
cleſia ſancti Canciani:quia ibi pater habebat domicilium.j̃.
c.is qui.lib.6.nam in parochia ſanctæ Mariæ non poteſt di-
ci.ꝙ infans habeat domicilium:cum non poſsit conſtitui ab
infante, neque transferri.ff.ad munici.l.placet. & l. ſeq. nec
ſequitur quis domicilium matris,ſi eſt legitimus.In conſti-
tutione enim domicilij requiritur animus , & factum.ff.ad
municip.l. domicilium. Infans autem animum illum non
habet , vt l. in negotijs.ff. de reg. iur. Contrarium conſuluit
domi. Fede. de Senis. dicit enim , ꝙ non eſt arguendum de
iure parochiæ ad ius incolatus ſiue domicilij . In iure enim
parochiæ conſideramus præſentem habitationem.allegat.c.
in noſtra.j̃.eod.in fine. vbi vocatur eccleſia parochialis illa,
vnde corpus aſſumitur: ſiue infantes , ſiue maiores ſint , qui
aſſumuntur.ad idem c.1.ſ̃.eo. ibi [audit diuina , & ibi ſocij
paſsionum. ] & c.de his.ibi [ſalutis pabula. ] facit quod no.
in c.ſtatutum. in glo.olim dicebamus . & quod ibi not. Ar-
chid.poſt Goff. ſuper ver.actor.pro hoc etiam infra eo. c.2.
lib.6.ibi [ cum operario mercedis exhibitio debeatur ] &c.
8 † Ex his patet , ꝙ ſi aliquis pp guerrã fugit de parochia ad
parochiam,& ibi ſe tranſtulit cum rebus ſuis aīo reuertendi
ad primam : ceſſante guerra certè ſi ibi,vbi ſe contulit, mo-
riatur,illa erit ſua eccleſia parochialis,non illa dimiſſa.vt eſt
caſus de parochijs.c.fina.& quod not. in clemen.cauſam.de
electio.ibi [habitare communiter conſueuit.] & ibi glo. fa-
cit quod not.Ioan.And.de pœniten. diſtin. 6. c. placuit. vbi
dicit, ꝙ ſcholaris dicitur parochianus illius eccleſiæ,vbi ha-
bitat: & ibi debet dare decimas perſonales. facit tamen con
tra iſta,quod not.Ioan.And.in c.is qui.in prin.inf. eo. lib.6.
in nouella. nam & ibi, vbi quis ſe ad habitandum tranſtulit,
poterit ordinari , vt no. 81.diſt.c.primatus.& ibi debet con
ueniri: non in domicilio originis , vt no.in d. l. domicilium.
ad hoc facit,quod no.Inno.de pœniten. & remiſsi.c.omnis.
ſuper ver. ſacerdote. ex cuius glo.clarè patet,quòd ſi aliquis
de vna parochia ponat ſe pro mercenario, famulo,vel nutri
ce,vel alia parochia , etiam minus anno : illi ſacerdoti de-
bet confiteri, & perſonalia iura ſoluere. allegat 16. qō.1.fa
cit c.1.eod.tit.lib.6.ibi[non dimiſiſſe]&c.& quod no.Inno.
de ſta.mona.c.1.ad conſtituendum ergo ius parochiæ ſuf-
ficit, ꝙ quis ibi inhabitet, etiam ſi non animo conſtituendi
domicilium. pone exemplum.Florentinus conducit hic Ve
netijs domum ad mercandum in contrata ſancti Canciani:
certè(quò ad ius parochiale) cẽſetur eſſe parochianus iſtius
eccleſiæ: licèt non habeat domicilium . facit.ff.de iniu. l. lex
Corne.ad hoc.ff.de dam.infec.l.4.§.prætor.ver. denunciari.
Concludit ergo do.Fede. ꝙ ille dicitur parochianus, qui de
facto habitat in parochia.no.18.q.1.c.vno.21.q.2.c. ſi quis
iam tranſlatus.j̃.eo.c.2.lib.6. ibi [ ſe æqualiter collocans in
vtroq; ]&c.[animo nouandi]ideo dixit:vt excludatur,quod
habetur.j̃.eod.c.antepe.1.reſpon.lib.6. [non iuris fictione]
ideò dixit:vt excludatur domicilium iure:puta paternũ, vel
originis,vel præſumptum,vt beneficij[ſiue audiat diuina,ſi-
ue non]ideò dixit:quia ſi parochianus non viſitat eccleſiam
ſuam,ſicut deberet: vel à modico tempore citra venit in illa
parochia; ita ꝙ parochianus nullum laborem habuit : tamẽ
debet habere canonicam portionem.quia ſufficit, ꝙ per re-
ctorem non ſteterit: quin miniſtrauerit ei eccleſiaſtica ſacra
menta.ad prædicta facit quod no.Archi. de peregrino , qui
debet ſepeliri in parochia, in qua defunctus eſt,per c.eccle-
a ſias.a 13.q.1.Goff.dicit,ꝙ in eccleſia cathedrali , vel in qua
eſt defunctus.vt no.Ioan.An.in d.c.1.vbi quid iuris,ſi eccle-
ſia,in qua debet ſepeliri, ſit interdicta:dicit enim tunc ſepe-
liri in eccleſia cathedrali.& per prædicta ſoluitur quæſtio. ſi
puer talis habet ſepulchrum maiorum , & ibi ſepelitur : cui
eccleſiæ debeatur canonica funeralium: & an dimiſſæ,an ec
cleſiæ , ad cuius parochiam ſe contulit . & patet , ꝙ iſti , ad
quam ſe contulit . ſi iſta plenius vis videre , vide in conſilio
ſuo.246. & ſeq.

ADDITIO.

a ¶ Eccleſias. vide ibi in glo.& Io.de Tur.cre.poſt Archid.

*SVMMAE.*

1 *Statuta edita ſuper eccleſijs includunt regulariter eccleſias cathe-*
*drales.*
2 *Parochianus ſi ſepelitur extra diœceſim : quia ibi deceſsit,ſuæ eccle-*
*ſiæ parochiali debebitur quarta.*
3 *Quarta computatur inter iura epiſcopalia.*

CVm ſuper. Fuit fortè ratio dubitãdi
maioritas, & præeminen-
tia eccleſiæ cathedralis:quæ ſub appellatione ec-
cleſiarum,ſiue parochiarum, non videtur includi. vt c. dile-
ctus.de conceſſ.præben.& c.quamuis.de præben. lib.6.cum

ergo iura dant eccleſiæ parochiali canonicam.vt ſ.c.1.& c.
relatum. non videbantur iſta iura extendi ad eccleſiam ca-
thedralem.† Contrarium eſt verum,vt hic patet.nam regula
riter ſtatuta edita ſuper eccleſijs includunt eccleſias cathe-
drales,vt patet in d.c.ſtatutum.nec ſi habet parochiam, de-
bet eſſe deterioris conditionis propter præeminentiam di-
gnitatis.argu.l.ſenatores.ff.de ſena.& l.4.ff.de re iudi. vbi ſi
aliquid additũ eſt rei iudicatæ,non videtur à re iudicata re-
ceſſum.¶ Not.primò, ꝙ vbicunque ſepeliatur parochianus
vnius eccleſiæ:dictæ eccleſiæ debetur quarta.vt hic,dum di-
2 cit[alibi]ex quo infero † ꝙ ſi parochianus ſepelit extra diœ
ceſim : quia ibi deceſsit, ſuæ eccleſiæ parochiali debebitur
quarta.nam debetur ſibi etiam ab exemptis.vt ĩ.eo.c.in no
ſtra.cauſa.n.huius quartę.ſ.adminiſtratio,ſequitur parochia
nũ,vbicunq; decedit.ſed quid in quarta epãli.pone multi de
diœceſi Cluſina,Aretina,& alijs circunſtantibus multa relin
quunt deuotiſsimo, & famoſo hoſpitali ſanctæ Mariæ de la
Scala de Senis:præfati epĩ volunt quartam : quia relicta ſunt
à ſuis ſubditis.epſ ciuitatis Senarum vult ipſe iſtam quartã,
tanquàm de relictis factis hoſpitali ſuæ ciuitatis.dom.Fede.
conſi.96.dicit,ꝙ poſſunt colligi pro, & contra arg.per ea, q̃
no.Hoſt.in ſumma. de ſepul.§. & à quibus petater ſub.§. an
hæc canonica.& ſub §.vlt.ipſe tamen tenet, ꝙ epiſcopus nõ
poſsit petere quartam ab eccleſijs, & locis ſibi non ſubie-
ctis. nam illa quarta videtur debita epiſcopo ratione ſupe-
rioritatis, & iuriſdictionis. eccleſiæ nãque recipiunt à laicis
decimas,mortuaria,& ſimilia. & eccleſiæ reſpõdent de quar
ta præmiſſorum ſuis ſuperioribus. & ſic non ratione ſubditi
relinquentis : ſed potius eccleſiæ,cui relinquitur, epiſcopus
petit quartam.& hoc colligitur de decimis. c. 1. in prin.ver.
rurſus.vbi dicit Hoſt.& Io.An. ꝙ loco illarum ſecundarũ de
cimarum ſuccedit hodie quarta, quam recipit epiſcopus ab
eccleſijs.allegat de reſcrip.c.de quarta.de offic. ordi.c.con-
querente.& colligitur hoc etiam in c. requiſiſti. de teſta. ad
fi.ibi[quandoq; non eſt tanta]&c.& tenet Innoc.in c.officij.
eo.titu.& idem Pe. & Abb.& Ioan. An. in dicto c.requiſiſti.
3 † Praterea iſta quarta computatur inter iura epiſcopalia.vt
d.c.conquerente.& de cenſi.c.cum olim. neceſſe igitur habe
mus dicere,ꝙ petat ipſam ab eccleſijs ſibi ſubiectis. nam in
non ſubiectis iura epiſcopalia exercere non poteſt. 9.q.3. p
totum.& ĩ.depo.c.nullus.concludendum eſt ergo,ꝙ de tali-
bus relictis factis eccleſijs extra diœceſim nõ debetur quar
ta epiſcopo laici relinquentis. Ex prædictis collige, ꝙ alia
eſt quarta epiſcopalis. alia eſt quarta parochialis.vnde in ca
ſu huius c. Capitulo fauente, debetur quarta ratione paro-
chialis : in quam quartam deberet Capitulum diuidere cum
epiſcopo ſuo.de teſta.c. requiſiſti. & nihilominus epiſcopus
detrahet quartam ſuam: vt ſic altera iure parochiali : altera
iure epiſcopali percipiatur. ex hoc dixit Pet. ꝙ quandoque
duo epiſcopi exigunt quartam, ſcilicet quando parochialis,
& eccleſia ſepulturæ ſunt in diuerſis diœceſibus. de quõ re-
mittit Io.An.ad no.ĩ.c.proxi.in 10.q.

*S V M M Æ.*

1 *Recurrendum eſt ad Papam pro declaratione in diuerſitate canonum.*
2 *Cauſæ & negotia eccleſiaſtica poſsunt decidi ex dictis ſanctorum.*
3 *Prouincia quælibet abundat in ſuo ſenſu.*
4 *Verba dubia priuilegiorum ſecundùm diuerſas regiones, diuerſas recipiunt interpretationes.*
5 *Ieiunia indicta non ſubiacent conſuetudini : ſed ſimpliciter ſunt adimplenda.*
6 *Priuilegium ſepulturæ quis poſsit dare.*
7 *Cemiterium cuius formæ eſſe debeat.*
8 *Cemiteria habent immunitatem de iure communi:nec violari debẽt: nec pollui : nec in eis negotiationes,vel nundinæ fieri.*
9 *Eccleſia ſepulturæ an teneatur ad quartam eccleſiæ,vnde corpus aſſumitur, ſi in priuilegio ſepulturæ conceſſo non apponatur clauſula [ſalua iuſtitia] &c.*
10 *Differentia an ſit inter clauſulam [ſalua iuſtitia:] & clauſulam [ſalua canonica.]*
11 *Conſuetudo, quòd dentur duæ partes eccleſiæ parochiali:an valeat. Et an valeat, quòd nihil detur.nu. 12.*
12 *Petens quartam an debeat ſpecificare, petat conſuetudinariam, vel canonicam.*
13 *Actor debet exprimere certum in libello, quando agitur actione reali.*
14 *Petitio canonicæ portionis, vel iuris decimandi, vel iuris exercendi, eſt petitio ſingularis.*
15 *Detrahere quis primò debeat, epiſcopus : an eccleſia parochialis.*

CErtificari. Quia de beato Hierony-
mo hic habetur mentio :
ideò dominus Ioan. An. qui patronum ſuum ip-
ſum vbique appellat.c.iſtud ſolemniter repetijt.& hoc dicit.
In quantitate canonicæ, quæ debetur eccleſię parochiali,
conſuetudo ſeruatur. communis diuiſio.ſecunda ibi: [ cum
autem.] hic ſubditur.primò enim ponit tres diuerſas diffini
tiones antiquorum : quas ſecundò ad varias conſuetudines
referendo cõcordat,auctoritatem interſerens,ibi[vt ſicut.]
1 ¶ No. primò, † quòd in diuerſitate canonum eſt ad Papam
recurrendum pro declaratione. Hoſt. dicit, ꝙ quando ali-
2 quid eſt obſcurum: 2 vel circa id, de quo quæritur, eſt ius di
uerſum: recurri debet ad conſuetudinem.vt hic,& ff. de leg.
l.de quibus.de conſuetu. ca. cum dilectus. deficiente autem
conſuetudine, ſi naturali ratione, vel argumentis terminari
poteſt quod quæritur,bene quidem. ad hoc de præben. c.ra
tio.de cleri.peregri.c.1.Si verò dubium eſt tale, quòd ſalua
conſcientia iudex iudicare non poſsit, recurritur ad princi-
pem.ĩ.qui fi.ſint legi.c.per venerabilem.§.rationibus.& qđ
not.Ioan.And.de conſu.c.cum dilectus. ſuper vltima glo. &
l. non poſſunt.ff.de legi.& ſup.de iudi.c. cum veniſſet. vbi de
interpretatione priuilegiorum. & l. ab executore.ff. de ap-
pella. & l. ſi de interpretatione. de legi. de interpretatione
reſcriptorum,contractuum, & vltimarum voluntatum, &
dictorum teſtium obſcurè deponentium, ſuis locis tracta-
ui, maximè ſup.de teſti. c. cum clamor. de probationi. c. in
2 præſentia. de poſtu. prælatorum.c.1. ¶ Secundò nota, † ꝙ
ex dictis Sanctorum cauſæ, & negotia eccleſiaſtica decidun
tur : vnde in illo volumine dicta beati Hieronymi in deci-
ſionibus Papa ſæpe deducit, vt patet hic ſ. de his, quæ fiunt
à pręlatis. c. cum apoſtolica. & ſuæ glo. habentur pro De-
cretalibus, vt patet.ſ.de conſtitu.c.nam concupiſcentia. &
c.ne innitaris. de præſumptio.ca.ex ſtudijs.& c.ſcribam. de
homici.c.cum iuramento.de furtis. c. qui cum fure. de Am-
broſio,de Auguſtino fit mentio.de presbytero non baptiza.
c.2.de Auguſtino . de vſur. c. cum tu. de Gregorio de verb.
ſigni.c.in his.de ſtatu mona. ca.cum ad monaſterium. poſt
3 prin. ¶ Tertiò nota, † quòd quælibet prouincia abundat in
ſenſu ſuo. concordat. 27. diſtin.c.prohibere.ĩ.c.2. in aliqui
bus. de cleri. coniuga. c. cum olim. ad fi. de obſer. ieiu.c.2.
§.3.C.de excu.tri.l.penul.lib.10.de vſuris. l.1.in prin.de ſta
tu mona.c.ne in agro. poſt prin. ad hoc.ff. de varijs, & ex-
traordi.cog.l.ſaccularij. §. ſunt quidam.& adeo eſt hoc ve-
rum, quòd quandoque apud vnam religionem honeſta :
apud aliam inhoneſta iudicantur, vt ait Boetius. Quali-
ter autem accipiatur hic regio. dicit Ioan. And. quòd pro-
priè accipitur pro regno. vt not. in cap. ne in agro.prælle.
non tamen putat, quòd totius regni, vel prouinciæ con-
ſuetudo requiratur in hoc caſu: ſed ſufficit conſuetudo diœ
ceſis, vel loci : ſi tamen loci conſuetudo non apparet, re-
curritur ad conſuetudinem vicinarum. de conſuetudi. cap.
cum olim. de cenſi. c. ſuper eo. de cogn.ſpi. c. ſuper eo. Et
aduerte, quia illud, quod hic dicitur de ſoluenda quar-
ta,



ta, ſecundũ conſuetudinem non habet locum in prædicato-
ribus,& minoribus,in quibus reuocatis conſuetudinibus,ta
xata eſt iſta quarta. in cle. ſuper cathedram. circa finẽ.eod.
ti.de Eremitanis,& Carmelitanis idẽ vt ibi.§.verũ.ſuper gl.
4 vt patet.¶ Quartò nota † ꝙ verba dubia priuilegiorum,ſe-
cundũ diuerſas regiones diuerſas recipiunt interpretatio-
nes.verborum ergo intelligentia non ex propria ſignificatio
ne:ſed ex cõi vulgi opinione percipitur, vt l.librorũ.§. quod
tñ Caſsius.ff.de leg.3.& l.cum Delanionis.§.aſinam.de fun.
inſtru.& ĩ.de ſpon.c.ex literis.vbi plenè. & concor. huic c.
quod habetur.ĩ.de conſan.& affi.c. quod dilecto.aduerte ãt
ad auctoritatem Hieronymi, de qua hic.loquitur enim de
conſuetudine ieiunandi certis tẽporibus,vt in aduentu, & ſi
5 milibus.& loquitur de ieiuniis non indictis.† Ieiunia autem
indicta non ſubiacent conſuetudini: ſed ſimpliciter adimplẽ
da ſunt.quod dic per Ioan.And.ĩ. de obſer. ieiu. ſuper rub.
¶ Quintò no.ꝙ dicit tex. [eccleſiarum corpora aſſumũtur]
&c.Innuit enim,ꝙ de eccleſia parochiali debet recipere cor
pus defuncti,qui elegit alibi ſepulturã.quod eſt verũ,ſecun-
dũ Io.An.ſi hoc habet conſuetudo: aliàs debet aſſumi de do
mo,vbi mortuus eſt.& exponit iſtum tex. [à quibus] ideſt à
quarum parochijs.de quo dic,vt dixi.ſ.eo.c.cum liberis.dic
etiam,ꝙ eccleſiarum appellatione includuntur monaſteria.
54.diſt.§.hac auctoritate. dummodo habeant parochiam.
facit infra.c.proximo. Ex prædictis notabilibus, & omiſsis
expoſitionibus vocabulorum [ certificari à nobis ] quomõ
clauſula [& ſimilium] de quibus videas hic per Io.An.¶ Ve
6 nio ad illa,quæ ſunt vtilia magis.primò quæro.† Quis poſsit
dare priuilegium ſepulturæ.dic, ꝙ quædam eccleſiæ habent
cemiteria de iure cõi : vt eccleſiæ parochiales. quod eſt ve-
rum,ſi per epiſcopum eis fuerit cemiterium deſignatum, &
7 benedictum ſecũdùm formam.de conſe.diſt. 1.c.nemo.† Et
ſecundũ iura antiqua debet eſſe 40. paſſuum in circuitu in
maioribus eccleſijs. in aliis.30.17.q.4. ca. ſicut antiquitas.
niſi eccleſiæ ſint inter cãcella,vel arcta loca.ea.q.c. quiſquis.
8 in fi. † Et prædicta cemiteria habent immunitatem de iure
cõi: nec violari debent:nec pollui : nec in eis negotiationes,
vel nundinæ fieri: vel cauſæ(maximè criminales ) tractari p
iudices ſeculares.primum patet de immu. eccle. lib. 6.circa
iſtas igitur parochiales eccleſias habentes populum non ver
titur dubium,ꝙ modo prædicto de iure cõi habent ius ſepe
liendi. Sed aliquæ ſunt eccleſiæ, & monaſteria populum, &
parochianos habentes. & de iſtis dubitatur, quis poſsit eis
dare priuilegiũ.de quo loquitur tex.vt poſsint recipere cor-
pora defunctorum,qui apud eos in vita elegerunt ſepeliri:&
videtur,ꝙ nullus hoc poſsit.niſi Papa, vt patet in cle. ſuper
cathedram.§.huiuſmodi.eo.ti.vbi minoribus,& prædicato-
ribus Papa concedit liberam ſepulturam.Item ſepultura (vt
dixi) de iure cõi competit eccleſijs parochialibus : in quarũ
præiudicium non videtur,ꝙ alius,quàm Papa,poſsit priuile
gium indulgere.arg.no.de exceſ.prę la.c.2. cum concor. Io.
And.tenet contrarium.& ꝙ epiſcopi in ſuis diœceſibus re-
ligioſis parochiam, vel populum non habentibus dant libe-
ram ſepulturam : etiam quod plus eſt,centeſimam de bonis
epiſcopatus.12.q.2.c.bonæ rei.de don.c. apoſtolicæ.ad hoc
facit hæc litera,dum dicit[in priuilegijs.] nam in deciſa di-
cebat[noſtris.]quod fuit remotũ,ad denotandum, ꝙ etiam
alij priuilegia dare poſsint liberæ ſepulturæ.Non obſt.§. hu
iuſmodi.quia fateor, ꝙ generale priuilegium per totum or-
bẽ non dat alius,quàm Papa, vt ibi. ſed ſpeciale in ſua diœ-
ceſi põt epſ vltra priuilegium indulgere:qa ſaltẽ in alia pote
rit eligere ſepulturam parochianus.ĩ. eod.c.2. in fi. lib.6.&
eſt ſimile,quod dicitur de c.peruenit. 11.q.1.dicit tñ Io. An.
ꝙ de conſenſu capituli ſui:& ex iuſta cauſa debet erigi cemi
terium intra cemiteriũ alterius. not. plenè de religi.domi.c.
conſtitutus.ſecũdũ Io.An. qui etiã dicit, ꝙ interdũ in paro-
chia alterius(puta matricis, vel baptiſmalis eccleſiæ) ſit ca-
pella,vel eccleſia ſine cemiterio:quia ius funerandi reſerua-
tur matrici.de præſcriptio.c.ex tranſmiſſa. vel cũ cemiterio,
non tñ libero:puta ꝙ non poſsint,niſi infantes,vel impube-
res, vel reſidẽtes in ipſa capella,ſiue eccleſia ſepeliri.talia.n.
in ordinationem,& in pactum venire poſſunt. & ſic poteſt lo
qui Decre.ad audientiam.de eccle.ædi.de pac.c.1. lib. 6. &
quod ibi per Io.An.in glo.dicunt quidam.ſimiliter & per pa
ctũ põt reſeruari ſcrutinium,& baptiſma.de capel.mo. c. cũ
dilectus.ſic & per ius cõe reſeruatur,vbi decimæ ꝓdiorũ re-
ſidẽtiũ infra nouã parochiam debentur. 16. q. 1.c.eccleſiæ.
& c.quicunque.de quo infra.c.2.cum contigat. non ergo mi
rum,ſi reſeruatur ſepultura eccleſiæ matrici,ſiue baptiſma-
li denegata in totum, vel limitata conceſſa eccleſiæ nouiter
9 conſtructæ infra ipſius limites.¶ Secundò quæro:† ſi in pri-
uilegio ſepulturæ conceſſo non apponatur clauſula [ſalua iu
ſtitia]&c.an tunc eccleſia ſepulturæ tenebitur ad quartã ec-
cleſiæ,vnde corpus aſſumitur.videtur,ꝙ non:vt adiectio di-
ctæ clauſulæ aliquid operetur.de priuile.c.ſi Papa. lib. 6. Itẽ
ſi Papa hoc voluiſſet,expreſsiſſet.de decimis. c. ad audiẽtiã.
Item eſſet contra libertatem ſepulturæ cõceſſam, priuilegia
tos ſic alijs teneri.facit de præben.c.licet.2.lib. 6. Item ideò
prædicatores,& minores tenentur ad quartã: quia eis eſt cõ
ceſſa ſepultura modificatè,vt patet in cle. ſuper cathedrã.§.
hmõi.à contrario ergo ſenſu ſecus dicendũ eſſet, ſi non mo-
dificatè:ſed ſimpliciter.Io An.tenet contrariũ.ſ. ꝙ etiã in di
cta clauſula non expreſſa ſubintelligatur: niſi contrarium in
priuilegio exprimatur. quia per priuilegiũ æquiparatur ha-
bentibus parochiam,& populum,& ſepulturam de iure cõi.
ſed illi ſoluũt canonicam.ergo & iſti. nec intendit plus con-
cedere iſti,quàm illis,quæ habent hoc de iure cõi,vt l. ſi quã.
C.de inoffi.teſt.facit quod no.de pœn.& remiſ.c.oĩs.in 6.gl.
Non ob.præterea arg.contra.quia non eſt abſurdũ,ſi in pri-
uilegijs,reſcriptis,& alijs diſpoſitiõibus ſubintelligitur clau
ſula,vt patet ex no.per Io.An.ſ.de reſcrip.c.mandatum. ad
hoc.ſ.de conſti.cũ M.de reſcrip.c.2.ar.vltimo loco factũ.fa
cit pro:quia Papa arctat prædicatores,& minores ad ſolutio
nẽ dictæ quartæ. & hic tenet æquitatem. quia priuilegia ſem
per debent intelligi conceſſa ſine præiudicio iuris alieni. vt
c.ex tuarum.de au.& vſu pa.Auferre aũt mercenarijs,& la-
borãtibus mercedẽ ſuã,non eſt credendũ Papam voluiſſe,&
10 derogare.c.1.ſ.eo.¶ Tertiò quærit Io.An.† An inter clauſu
lam[ſalua iuſtitia.] & clauſulam[ſalua canonica]ſit differen
tia.quidam,ꝙ ſic.nam ( vt dicunt ) cũ ponitur clauſula [ſal-
ua iuſtitia]debet ſolui, antequàm corpus ſepulturæ tradatũ
cum verò apponitur[ ſalua canonica. ] poteſt prius ſepeliri,
& poſtea ſolui.hanc opi.reprobat Io.An.& conſuetudo,quę
habet,ꝙ non ante: ſed poſt ſepulturam iſta quarta ſoluatur.
nec mirũ:nam aut iſta canonica venit ſoluẽda de legatis:aut
de funeralibus.ſi de legatis,nõ tam citò ſoluit hæres,ſcilicet
ante corpus traditũ ſepulturæ : veniret eñ cũ ſacco paratus
ſacerdos parochialis pro dicta quarta,contra.l.ratũ. & l.qđ
dicimus.de ſolu.Si verò canonica conſiſtat in funeralibus: il
la cũ funere portantur,nec debent tolli:ergo nec diuidi,niſi
poſt funus.facit.C.de ſepul. viola. Auten. ſed nec ante.vbi p
nouẽ dies ab obitu numerandos nulla prorſus fiat moleſtia
aduerſus quẽlibet ex perſona defuncti:& patitur pęnas lega
les,vt patet ex legibus,quas allegat gl.ſ.c.ex parte.¶ Quar
11 tò quærit.† Nunquid iſtud,qđ hic dr de conſuetudine atten
denda,referatur ad alteram de quotis hic expreſsis:an verò
valeat ẽt in maioribus:puta,ꝙ dentur duæ partes eccleſię pa
rochiali:vel in minoribus,puta ꝙ dentur decem.. videtur,ꝙ
in pluri,vel minori non valeat:quia conſuetudo debet eſſe ra
tionabilis,vt in tex.ſed rõnabilis non videtur in minimo, vel
nimio.Io.And.tenet,ꝙ valeat,ſi eſt præſcripta:ſed non præ-
ſcripta nõ tenet : niſi referatur ad alterã quotam de expreſ-
ſis hic.& credo,ꝙ ideò non requiritur, ꝙ ſit præſcripta in ca
ſibus huius.c.quia conſuetudo iuuatur canone : ſed in mini-

mo,vel nimio canone non iuuatur: & idem ſentit in canoni-
ca epiſcopali:vt poſsit præſcribi in quantitate maiori,vel mi
nori:vt not.Hoſtiē.eo.tit.§.vetus.ver.& quota ſit. ¶Quintò
12 ad idem quærit † an valeat conſuetudo,ꝙ nihil detur. Abb.
hic refert Gui. dixiſſe, ꝙ non: quia eſt tota commoditas rei
ſuæ,id eſt ſui parochiani,contra.l.venditor.ff.communia p̄-
di. Idem tenet Goff.in ſumma huius ti.ver.quid ſi ſit conſue
tudo.& vide,quod no. Io. An. de ſimili quæſtione de quarta
epiſcopali.ſ.de teſta.c.requiſiſti. ſuper ver. dederit. & ſuper
ver.regulariter.in hac enim epiſcopali tenet Hoſt. ꝙ conſue
tudo,quæ habet,ꝙ nihil ſoluatur, non tenet: niſi ſit præſcri-
pta,& cum titulo. & ſic loquitur de præſcrip.c.de quarta. &
hoc no.eo.ti.§.an licitum.ver.quid ſi conſuetudo.vbi de hac
quarta parochiali.¶Sextò quæro: quia iſta canonica.eſt dif
formis: quandoque tertia:quādoq; dimidia:quandoq; quar
13 ta .† An ille,qui petit quartam,debeat ſpecificare: vtrū pe-
tat conſuetudinariam,vel canonicam.videtur,ꝙ ſic. quia ali
ter reus non poteſt aliter deliberare.ff.de eden.l.1.In contra
rium facit de religio.domi.c.conſtitutus. vbi petitur ius epi-
ſcopale,quod etiam propter conſuetudines eſt incertum . vt
patet.ſ. de præſcrip.c.auditis.vbi inter iura epiſcopalia nu-
meratur denarius ſancti Petri : qui ex conſuetudine tantùm
debetur.dicit Io.An. poſt Inno. ꝙ admittitur petitio vniuer
ſalis iure epiſcopali. quia eſt à principio certum, & ei acce-
dit id,quod ex ſpeciali iure priuilegij,vel conſuetudinis , vel
alio modo competit. concurrunt ergo iſta in petitione , &
ſolutione. iure enim iſta eſt vniuerſalis petitio, ſcilicet iuris
epiſcopalis,ſuper qua poteſt generalis ferri ſententia,in exe
cutione poſtea declaranda, iuxta no.per Inno. de offi. ordi.
c. conquerente. petitio autem canonicæ portionis non ha-
bet aliquod tale principale,ſcilicet certum. quia ſuper ea ca
nones ſunt diuerſi,vt hic in tex.nec canonica cum conſuetu-
dinaria poteſt concurrere in petitione,& ſolutione, ſicut in
epiſcopali dixi.de his ergo videtur,ꝙ non ſit talis petitio ad
mittenda : quod videtur verum , ſi petat conſuetudinariam.
nam tunc non pōt reus eſſe certus : ideò debet actor decla-
rare.quod eſt verum,niſi ſit incertus , quæ portio in illa ter-
tia ſoluatur . quo caſu recipietur libellus incertus.de hoc. ſ.
de lib.obla.c.2.Si verò quis peteret ſimpliciter portionē ca-
nonicam:niſi aliud exprimatur,debet intelligi de quarta. qa
noua iura ſic illam nominant.de offi.ordi.c.conquerente. de
præſcrip.c.de quarta.de cenſi.c.cum olim . niſi ex conſtitu-
tione,pacto,vel conſuetudine aliter nominetur.de verb. ſig.
c.ex parte.3. Et prædicta procedunt,cum incertitudo peti-
tionis cauſatur à iure ſcripto, vel conſuetudine : quæ vario
modo diſponunt ſuper re,quæ in petitione deducitur . ſi au-
tem incertitudo cauſatur ab ipſa re : in petitione deducitur ,
an talis petitio admittatur . Ioan. An.poſt Inno.proſequitur
in 7. 8.& 9.q. quas ſimul coniungo:& dico,ꝙ quandoq; in-
b certitudo b verſatur circa res: quandoque circa perſonas . ſi
circa res,ſubdiſtingue. quia aut agitur actiōe reali:aut actio
ne perſonali.ſi actione reali,etiam ſi referat ſe ad certum,de
bet eſſe clara,& certa petitio.vnde non procedit iſta petitio.
[peto certam partem fundi , vel fundorum tibi per talem in
teſtamento relictorum] oportet enim, ꝙ aliter per confines
reddat rem certam,vt ff.de rei ven.l.ſi in rem.Secundo caſu,
quando actione perſonali: tunc admittitur incerta petitio,ſi
ad certum referatur.puta peto quartam omnium rerum ti-
bi per talem in teſtamento relictarum : vel omnium tibi ob-
uenientium ex eiuſdem bonis:vel peto quartam iudicij talis
defuncti parochiani mei:vel peto omnia, quæ pro ſepultura
eius recepiſti.& ꝙ iſtæ petitiones debeant ſic incertæ admit
ti,probatur per ſimile. quia admittitur petitio gregis , & ar-
menti ſine expreſsione capitū.ff.de rei vendi.l.1.§.fi.& l.ſeq.
iſtud tā nō eſt bonū ſimile.quia petitio, de qua exempla po
ſui,non pōt dici vniuerſalis : quia legata in forma prædicta
nō cōſtituunt vniuerſitatē facti,ſicut eſt grex: nec vniuerſi-
tatem iuris,vt hæreditas,ius ep̄ale , & ſimilia.nam ſi conſti-
tuerent vniuerſitatem aliquam, haberent aliquod nomen à
iure. alia ergo ratione procedit prædicta petitio ſecundùm
Inno. ſcilicet quia reus poteſt eſſe certus ex prædicto libel-
lo.arg.prædictæ l.ſi in rem.vbi dicitur, ꝙ ſufficit dicere [pe-
to ſeruum,qui fuit ex tali hæreditate] dum tamen probet il-
la poſtea ſibi competere : & ꝙ illa obuenerunt reo ex hære-
ditate illa.& dicit Inn.hic quaſi expreſſum.C. quādo & qui.
quarta pars de.l.1.& 2.& ff.de re iudica.l.ait prætor.& C.de
ſenten.quæ ſine certa quantitate.l.2.dicit tamen Innoc.ꝙ iu
dex debet cogere actorem ad maiorem expreſsionem : vel
ad iurandum,ꝙ neſcit plus exprimere.arg.ff.de fur.l.in hac.
14 reſidet ergo Inno.in iſta concluſione,†ꝙ, cum agitur actio-
ne reali,debet actor certum exprimere in libello : nec ſuffi-
cit incerta petitio, etiam relata ad certam demonſtrationē :
ſecus eſt ſi agatur actione perſonali. Ratio differentiæ eſt ſe
cundū eum . quia actione perſonali petuntur non ſolū cor-
poralia:ſed etiam iura.C.& ff.de hæredi.vel actio.vendi. per
totum.ſed in rei vend.non veniunt , niſi corporalia.ff. de rei
vendi.l.prima.in prin.& l.vendicatio. Sed quantùm ad quar
tam,de qua loquimur,non cadit illa differentia inter ſpecies
actionum.quia eccleſiæ parochiali,quæ agit modo prędicto
ad quartam ſuam, non videtur competere rei vendi. vt pote
non nominata in teſtamento. vel ſi dicamus ſibi competere:
ita ſibi competit,cum agit ad fundum vnum , vel plures . ſi-
cut cum agit generaliter ad res relictas in teſtamento talis.
nam ad talia relicta ( ſi ſunt in bonis teſtatoris ) competunt
tres actiones. quod dic,vt l.prima.C. cōmu. de lega. ſi ergo
pro tali quarta agi poteſt ex teſtamento : non eſt dare ratio
nem differentiæ, quare magis agatur reali in primo caſu , q̈
in ſecundo:licèt verius tenendo non credam competere pa-
rochiali actori actionem ex teſtamento.quod dic,vt ſ. c. de
his.verius ergo videtur ſequendo Hoſt. ꝙ in prædictis exē-
plis petitio antedicta ſequatur naturam vniuerſalis actio-
nis: prima verò naturam ſpecialis. & adde ād prædicta , qđ
no.Bar.ff.de reg.iuris.l.rei appellatione. & no. iſta , quando
eſt incerta petitio, ſed relicta ad certum : an admittatur . nā
ſententia,ſi ad certum referatur , conſtat valere.vt l. ait præ
tor.de re iudi.& l.2. de ſen.quæ ſine certa quanti. & idem in
relictis incertis factis in teſtamento, ſi ad certum referātur.
vt l.ſi ita ſcripſero. & l.in teſtamento.ff. de condi. & demon.
in libellis habetis hic.& adde no.ſ.quod me.cauſa.c.ſina.Et
hæc dicta ſint, cum verſatur incertitudo circa res . Secundo
principali caſu , quādo incertitudo verſatur circa perſonas,
pone exemplū, cum vnus ſepeliuit multos parochianos alte
rius:& rector parochialis vult agere contra eum ad quartā:
nunquid ſint exprimenda nomina ſepultorum . videtur , ꝙ
non.ĩ.c.prox.& ĩ.tit.2.c.dudum.& de præſcri.c.veniens. In
no.refert hic quoſquam dicere talem libellum non admittē
dū ſine magna difficultate,& cum iuramento, ꝙ non poteſt
ſcire nomina ſepultorum . vel dic notabiliter ſecundū eum,
ꝙ quandoq; ago confeſſoria,vel negatoria , dicens ius mihi
eſſe habere canonicam de relictis omnium ſepultorū in ec-
cleſia tua: & ideò peto declarari per ſententiā te ad hoc te-
neri:& vt compellaris reſtituere, quæ iam percepiſti . & hoc
caſu non cogor exprimere nomina ſepultorū:ſed in proſecu
tione exprimat , ad hoc vt fiat mihi condemnatio. & vt di-
cit Hoſt.ſnīa tunc feretur ſpecificatis in ea his, quæ ſpecificè
probauit actor.ad hoc.ĩ.cap.prox. & eſt idem ſecundum,ſi
quis agat ius ſibi eſſe inſtituēdi clericos in aliquibus eccle-
ſijs:& petat ius ſuū ḋclarari:& inſtitutū ab eo, cōtra quē agi
tur,remoueri.& idē ſi agat negatoria,dicēs nō eſſe alicui ius
ſepeliendi aliquos: vel habēdi canonicam portionem de re-
lictis ſepultorū:vel inſtituendi alios in talibus eccleſijs: & iō
petit illi ſuper his ſilentiū imponi , & reuocari quicquid per
eum factū eſt.Idem ſi agat interdicto vnde vi:vel rei ven. vel
quacunq; actione alia.nam his caſibus , ſi reus petat expri-
mi



mi nomina ſepultorum, vel canonicorum inſtitutorum : vel
res,in quibus tempore ſpoliationis data ſunt damna: vel fru
ctus à poſſeſſore perceptos: licèt bonum ſit, ꝙ exprimat , ſi
poteſt: non eſt tamen ad hoc cogendus : ſecus ſi agat officio
iudicis:vel quacunque alia actione, vt habeat canonicam de
aliquibus ſpecialibus ſepultis: vel ſi petat aliquos inſtitutos
in certis eccleſijs amoueri:vel petit fructus fundi,non peten
do fundum: cogetur enim his caſibus ad declarationem . rō
diuerſitatis eſt:ꝙ primis caſibus,cum agitur negatoria:con-
feſſoria:interdicto vnde vi.vel aliis actionibus, illa relicta ſe
pultorum , inſtituti damna , & ſimilia veniunt vt acceſſoria
ad actionem principaliter intentatam . Ideò non eſt neceſſa
ria ſpecifica expreſsio:ſed ſufficit generalis in principio cau
ſæ: in progreſſu verò iudicij declaranda : in caſu verò cū agi
tur officio iudicis , vel alia actione principaliter ſuper iſtis:
requiritur expreſsio ab ipſo principio, vt dixi. facit quod di
xi.ſ.de reſtitu.ſpol.c.grauis. Eſt alia differentia inter primū
caſum, & ſecundum,ſecundùm Inno.no.digna. quia ſi pri-
mo caſu præter perſonam rei tangeretur : non debet ſuper
illo ferri ſententia,niſi ſuper intereſſe.vnde ſi actum eſt con-
tra aliquem,non eſſe ſibi ius inſtituendi in aliquibus eccle-
ſijs: & ideo petit illi imponi ſilentium : & inſtitutos per eum
ab eccleſijs amoueri : non pronunciabit ſic iudex . Imponi-
mus illi ſilentium,& tales ab eccleſijs remouemus.quod fa-
cere eis ignorantibus eſſet iniuſtum:ſed condemnabit reum
ad intereſſe,quantum ſcilicet actoris intereſt illum non fuiſ-
ſe inſtitutum.Sed ſecundo caſu,quando ſingulari actione pe
tit inſtitutos à tali amoueri, non intentatur actio contra in-
ſtituentem:ſed ſolùm contra inſtitutos : & tunc bene amo-
uentur per ſententiam,ſecundū Io.An. qui remittit ad no. p
eum.ſ.de elec.c.querelam.& vide quod no. Innoc.ĩ.de ſen.
excom.c.ſacro.& qui fi.ſint legi.c.cauſam quæ.& vide no. in
15 c.quamuis.ſ.de re iudi.& no.iſta,quia ſunt vtilia.¶†Incidē
ter ſubiungit:vtrū petitio canonicæ portionis,vel iuris deci-
mandi,vel iuris exercendi,ſit cenſenda petitio generalis,vni
uerſalis,vel ſingularis.dicit ꝙ ſingularis.quia vna ſola res pe
titur , ſcilicet ius decimandi , vel iuriſdictionem exercendi:
vel aliud conſimile.& quia non eſt petitio generalis, vel vni
uerſalis: ideò ſi feratur ſententia contra reum,non præiudi-
cabit alijs,qui priuilegio præſcriptio.vel iure ſingulari ſe iu-
uant : quia ſententia lata contra vniuerſitatem non præiudi
cat ſingulis.12.quæſt.2.c.qui manumittitur. Illa tamen po-
teſt dici generalis petitio , cum ab eccleſia petitur quarta
omnium relictorum alicui eccleſiæ à ſepultis in illa: cum nō
vna res,ſed multæ petantur : ſicut cum petitur ratio admini-
ſtrationis de ſale,vel vino ,ſecundū Inno. cuius ſunt origina
liter illa dicta : quæ æquè bene caderent in c. ſecundo.ſ. de
li.ob.vbi plenè de iſta materia conceptionis libellorū. ¶Se-
ptimò quæro:cum dictum ſit pluries,ꝙ canonica parochia-
lis eccleſiæ non impedit epiſcopalem: nec epiſcopalis paro-
chialem: cum ex diuerſis cauſis recipiantur,vt no. plenè Ho
ſtien.in ſumma.e.c.§.vltimo.quæro de modo detractionum
16 † ſcilicet quis primò detrahat.& eſt hoc vtile ſcire,quia ſecū
da detrahitur,habito reſpectu ad reſiduum,non ad totum re
lictum.verbi gratia.relictum eccleſiæ ſepulturæ octuaginta.
ſi in detractione præferimus epiſcopū , eius quarta erit.20.
& de 60. quæ reſtant , rector parochialis eccleſiæ habebit
15. ſi verò detrahet primò rector,quàm epiſcopus, erit ecō
uerſo. dicit tamen Hoſt. ꝙ idem erit computum : quia ſi pri
mò detrahet eccleſia parochialis . & ſic habebit. 20. de illis
20.epiſcopus habebit 5. & ſic reducetur ad 15. ergo nō re-
fert,ſecundùm eum,hoc inueſtigare. Ego dico,quòd refert:
quia ſi das de 20.quartam epiſcopo poſtea detrahenti(& ſic
fateris,ꝙ habeat 20.)oportet etiam te fateri,ꝙ ſi primò de-
trahit.20.& eccleſia parochialis. 15. de dictis 15. habebit.
3.& de tribus aliis quartam. & ſic 23. & plus. non ergo ad
idem computum deuenimus : ſed ad aliud, ſi poſt , vel po-
ſtea defalcatur. quis ergo primò detrahet pro epiſcopo, fa-
cit maioritas dignitatis.ſ.de ma. & obe.c. ſtatuimus . Item
ſua eſt antiquior: quia parochiæ fuerunt per Dionyſium li-
mitatæ:quo tempore,& ante erat ius epiſcopale in eſſe pro-
ductum.& hoc videtur tutius.facit quod dixi ſ. de teſta. ca.
Raynutius. & c.Raynaldus. In treb.legitima , & aliis quar-
tis ex conſuetudine deducendis,eſt aduertendum. quia do-
minus Ioan.And.de iſtis duabus quartis per vnam columnā
proſequitur, declarando quatuor caſus, ſiue ſpecies . prima
eſt,vbi nulla canonica debetur de obuentionibus,vel legatis
defunctorum. ſecunda eſt illorum caſuum , quibus ſoluitur
ſola parochialis, quandoque per epiſcopum minuenda,quā
doque non.tertia eorum , quibus debetur ſola epiſcopalis.
quarta eorum caſuum , quibus debetur vtraque interdum
vni eccleſiæ : ſed communius duabus , interdum pluribus
perſoluenda . has quatuor ſpecies per exempla declarat. qa
ſunt leuia , aliter non declaro : nec proſequor .

ADDITIONES.

a ¶ Aliquid eſt obſcurum. vide l.ſi quis intentione.ff. de iudic. Ang.in l. veteribus.ff.de pactis.Alex.conſi.76.in fi.4.volu.

b ¶ Incertitudo. incertitudo dicitur de eo, quod pōt multipliciter intel ligi,& declarari, antequàm declaretur.Bal.in l. liberti.C.de oper.libe.& in l. edita.C.de eden. item quòd ex alio poteſt certificari. l. nec venditio.§.huiuſmodi.& ibi Bar.de contrahen.emp.

SUMMAE.

1 *Eccleſia habens parochiam ſine priuilegio poteſt recipere alienos parochianos, qui apud eos elegerunt ſepulturam.*

2 *Piuilegium liberæ ſepulturæ non extenditur ad præciſos ab eccleſia.*

3 *Priuilegium ſuper libera ſepultura conceſſum , non videtur conceſſum cum diminutione iuris parochialis eccleſiæ.*

4 *Eccleſia parochialis non poteſt petere quartam de relictis pro equis, & armis in ſubſidium terræ ſanctæ.*

5 *Fauor , quòd legatum vnum ſit fauorabilius alio, circa quæ conſideretur.*

6 *Prædium eccleſiæ ſepulturæ relictum ſi nō eſt ſitum in parochia defuncti : ſed in alia: an eccleſia parochialis poterit de eo petere quartam.*

7 *Dolus dans cauſam ultimæ uoluntati , an uitiet relictum.*

8 *Sententia ſi feratur incerta, an ualeat.*

9 *Eccleſia, quæ iniuſtè parochianum alterius ſepelit : tenetur eccleſiæ parochiali reſtituere omnia, quæ recepit.*

10 *Sententia poteſt ferri ſuper futuro.*

11 *Eccleſia,& hoſpitale,ſi ſint exempta , ſed non populus : an debeant dare portionem epiſcopo .*

12 *Quarta an debeatur de relictis factis cauſa ſepulturæ hoſpitali ipſius eccleſiæ .*

13 *Relictum cauſa ſepulturæ debetur,etiam ſi ibi ſepultus non ſit : cum per eccleſiam non ſtat , quominus eum ad ſepulturam recipiat. Et quid ſi non potuit ſepeliri , quia ciuitas erat interdicta . numero 17.*

14 *Elegit quidam ſepulturam apud fratres prædicatores , vel minores : & vni fratrum intuitu parentelæ reliquit centum pro emptione librorum , vel pro alia cauſa : an de iſtis centum debeatur quarta eccleſiæ parochiali.*

15 *Capio cauſa mortis eſt genus: et complectitur quicquid propter mortem alicui obuenit.*

16 *Cauſæ in legato adiectæ imitantur naturam legatorum , & faciunt ſecundùm ipſarum varietatem,legatum ipſum aſcribi,nunc paganico peculio,nunc caſtrenſi.*

17 *Peregrini decedentes in peregrinatione vbi ſint ſepeliendi.*

IN noſtra. Priuilegiati ſuper iure funerandi , ſepelire poſſunt illos, qui apud eos eligunt ſepeliri , canonicam ſoluendo



eccle-

eccleſiæ parochiali. ſi alios ſepeliant,reſtituere tenentur qc-
quid ratione funeris perceperunt. & ſunt tres partes princi-
pales.In prima actoris petitio.In ſecunda ibi[contra]reorũ
defenſio.In tertia ibi[talem.]cauſæ diffinitio.tertia ſubdiui-
ditur.quia prima diffinitiua prouidet in futurum. ſecũda ibi
[nihilominus.]diffinit tres articulos.ſecundũ ibi [eiſdem.]
tertium ibi [pro illis.] vel primum diffinit:duos diffiniẽdos
committit. vt dicam.j̃.in op. ¶ Not.primò formã petitio-
nis,in qua nõ exprimuntur nomina ſepultorum:& fortè age
batur negatoria per priorem,videlicet hoſpitalarijs ius non
eſſe recipiendi parochianos prioris ad ſepulturam.quod pa
tet ex forma ſententiæ, dum prouidet in futurum, vt l.harũ.
& l.egi.ſi ſerui.ven.& ſic facit pro opin.Inn.s̃.c.proxi. vt di-
xi in 6.q.¶Secundò no.ꝙ hoſpitalarij tuebantur ſe ex indul
gentia,& priuilegio: & ſic varijs iuribus quodlibet reo.vt c.
nullus pluribus.de regu.iur.lib.6.Et aduerte,quia pro defen
ſione ſua adducebant titulum.hoc fortè;quia cõtra eos erat
ius cõmune, cum parochiam non haberẽt.ad hoc 100.diſt.
1 c.contra morem.† Nam eccleſia habens parochiam ſine pri
uilegio poteſt recipere alienos parochianos, qui apud eos
elegerunt ſepulturam:cuius electio eſt libera, vt s̃.c. 1. & c.
2 2.j̃.eo. lib.6. ¶ Tertiò not.in verſi. præter &c.† ꝙ priuile-
gium liberæ ſepulturæ non extenditur ad præciſos ab eccle
ſia:vt ſunt excommunicati,& interdicti.nam verba,quantũ-
cunq; generalia,referuntur ad habiles:non odioſos,& delin
quentes: qui in delictis priuilegio ſe tueri non poſſunt, vt in
Auten.qua in prouincia.C. vbi de cri. agi oportet. & l. 1.C.
vbi ſena.vel cla.& c.alma.de ſentẽ.excom.lib.6. & l.Lucius.
§.Lucius Titius.de leg.2.ar.contra.ff.ad Sille.l.ſi quis in gra
3 ui.§.hi quoque.¶ Quartò no.† ꝙ priuilegium ſuper libera
ſepultura conceſſum,non videtur cõceſſum cum diminutio-
ne iuris parochialis eccleſiæ: quæ cum poſsit ipſam exigere
ab eccleſijs habentibus ſepulturam de iure cõi, vt s̃.c.1.mul
tò magis ab illis,qui habent ex priuilegio:quod non eſt for-
tius,ſed debilius,quàm ius cõe,vt in Auten. de non ali.§.qa
veroſimile. & omne priuilegium ſecundũ ius cõe intelligi-
tur extra conceſſum.vt l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam. & l.ſi
4 quis filios.§.irritum.de iniu.te.¶Quintò no.† ꝙ eccleſia pa
rochialis non poteſt petere quartam de relictis prò equis,&
armis in ſubſidium terræ ſanctæ. alios caſus, in quibus quar
ta non debetur,enumerat gl.s̃.c.2.& Ioan.An.s̃.c. proxi. in
10.q.¶Sed hic incidenter quæritur. ſi in priuilegio iſtorum
excipiuntur tantummodo iſti caſus pro equis, & armis: an
de alijs relictis priuilegiatis (ſicut ſunt illa) poterit exigere.
videtur ꝙ ſic: quia excep. in quibuſdam confirmat regulam
in alijs,vt no.in rub.de reg.iur.lib.6.contrarium eſt verum:
quia excep. non confirmat regulam: nec ampliat in caſibus
ſub regula nõ incluſis,arg.l.pediculis.§.cũ quæretur.de aur.
5 & arg le. ¶ Sextò no. † ex hoc, ꝙ quædam legata ſunt ma-
gis fauorabilia, quàm alia. & iſte fauor conſideratur reſpe-
ctu cauſæ in legato inſertæ: ſic de iure ciuili falcidia nõ de-
trahitur de relictis ad pias cãs,vt C.ad leg.fal.Auten.ſimili-
ter. quarta verò detrahenda ex iſtis non detrahetur de alijs:
quod dixi in ſimili.s̃.de teſta.c.Raynutius. ¶Septimò no.in
verſi.talem.ꝙ iudex prouidet in futurum.quod dic, vt s̃. de
procu.c.auditis.ff.de vſur.l.1.C.de fideiuſ.l.1. ¶Octauò no.
ꝙ quarta pars eccleſiæ parochiali debita detrahitur de reli-
ctis, oblationibus,& omnibus legatis factis ꝓ anima eccle-
6 ſiæ ſepulturæ. quærit circa hoc incidenter Hoſt. † ſi prædiũ
eccleſiæ ſepulturæ relictum non eſt ſitum in parochiali de-
functi,ſed in alia: an eccleſia parochialis poterit de eo pete
re quartam?videtur ꝙ non: ſed eccleſia, vbi prædium ſitum
eſt:ſicut penſio ſoluenda eſt ciuitati,in cuius territorio res ſi
ta eſt.ff.de publi.l.Imperato.Io.An. hoc reprobat, & bene:
quia in iſta acquiſitione de immobilibus fienda eccleſiæ pa-
rochiali habetur reſpectus ad perſonam parochiani, non ad
locũ,vbi prædia relicta conſiſtunt: ſicut in ſimili dicit Inno.
j̃.de priuileg.c.paſtoralis.& quod dixi ibi.& in c.poſtulaſti.
de foro compet.Non ob. obiectio de præiudicio generando
eccleſiæ: vbi prædium eſt ſitum.nam nullum fit ſibi præiudi
cium in iure, quod habet in prædio illo, nã rõne parochiæ
(vt ius decimæ) tranſibit in eccleſiã parochialem.& dñium,
& poſſeſsio ſuæ quartæ, ſaluo iure decimæ, parochiali eccle
ſiæ:vbi prædiũ ſitũ eſt,remanebit. ¶ Nonò no.in ver.niſi.q
habet duos intellectus. primus eſt. ſi dolus fuit commiſſus
per hoſpitalarios,ſubducendo teſtatores: vt apud eos elige
7 rẽt ſepeliri. de hoc j̃.eo.c.1.lib.6.& collige ex hoc † an do-
a lus dans cauſam a vltimæ voluntati, vitiet relictum.& tex.il-
le innuit,quòd ſi doloſè decipis teſtatorem in præiudicium
tertij,cui relinquere intendebat: poteſt ille tertius agere cõ
tra te: ac ſi ſibi relictum foret.ad hoc facit l.quidam cum fi
lium.ff. de hæredibus inſtituendis.& ff. ſi quis aliquem teſta
ri prohibuerit.l.1.& 2.& 3.¶ Decimò no. in ver.nihilomi-
nus.ꝙ ad quartam hoc actum fuit contra eccleſiam ſepultu-
ræ.quod eſt verũ, ſi ipſam recepit. ſi verò nondum recepit:
an poſsit agere contra hæredem,vt ſoluat.dic,vt s̃. c. de his.
& patet hic,ꝙ poſt ſepulturam debet ſolui iſta canonica: li-
cèt quidam contra,& malè,vt dixi s̃.c.proxi.in 3. q. ¶ Vn-
decimò no. ꝙ eccleſia parochialis non recipit canonicam à
conuerſis,& oblatis.quod intellige de purè oblatis, & con-
uerſis in ſanitate,vt s̃.eo.c.de his.& j̃.de priuileg.c.vt priui-
legia.¶Duodecimò not.in ver.eiſdem.nouam formam ſen
tentiæ,in cuius prolatione reſeruatur reo beneficium proba
tionis: quod videtur mirum: quia exceptiones,& omnia de
bent ante ſententiam liquidari: & non in re incerta ſenten-
tia ferri.nam poſt ſententiam nulla defenſio conceditur:mul
tò minus probatio ſuper eis,vt c.cum contingat.de offi. de-
lega.& l.ad probationem.C.de proba.coniuncto toto ti. C.
8 ſententiam re. non poſ. † ſi autem ſententia feratur incerta
per probationes factas in cauſa (vt condemno,ſi eſt proba-
tum:& ſi non eſt probatum, abſoluo.) an valeat hæc ſenten
tia.videtur ꝙ ſic: quia ex actis poteſt apparere ſic probatũ:
vel nõ.& conditio de præterito nõ ſuſpendit,vt l. cum ad ꝓ-
ſens.ff.ſi cer.pe.& ſnĩa incerta valet:ſi poteſt per acta talis in
certitudo declarari,vt l. ait prætor.& l.miles.ff.de re iudi. &
l.2.C.de ſen.quæ ſine certa quanti. & vide ad hoc quod not.
9 Bar.in l.iudex.ff.de re iudica. ¶ Decimotertiò no. † ꝙ ec-
cleſia, quæ iniuſtè parochianum alterius ſepelit, tenet eccle
ſiæ parochiali reſtituere omnia, quæ recepit. quod videtur
verum,ſi recepit intuitu ſepulturæ,vt dicit tex.in fi. c. ſecus
ſi ille, qui ſepultus eſt indebitè in teſtõ: vel aliter reliquiſſet
illi eccleſiæ.nam de tali legato,ibi corpore nõ ſepulto, nihil
deberet percipere eccleſia parochialis,vt no.s̃.c. 1. & 2. Idẽ
ergo ſi ibi indebitè ſit ſepultus: quia ſepultura talis nõ vide-
tur priuare eccleſiam legato in totum, vel in partẽ: licèt in-
debitè defunctum receperit ad ſepulturã. ergo iſto caſu cor
pus,oblationes,& alia: quæ ſepulturæ intuitu ſunt recepta,
vt hic.quod ſentit Inn. ¶Venio ad aliquas oppoſitiones ſuc
cinctè:& primò oppo.iſte prior conqueſtus eſt de hoſpita-
larijs,ab eis tñ nihil petijt: ergo ſententia ferri non potuit
ſuper eo,quod nõ fuit petitum.s̃.de or.cog. c. cum dilectus.
ſo.dicit Inn.ꝙ in libello prioris apparebat petitio:ſed deci-
ſa fuit.vel dic,quòd coram Papa ſufficit proponere querelã:
ex qua tacita reſultat petitio,ꝙ iuſtitia inde fiat.de hoc vide.
s̃.de litis conteſt. c. 1. ¶ Secundò oppo. iſti fratres allega-
bant indulgentiam,& priuilegium: & ſic iura contraria,con
tra.c.ſolicitudinem. in fin. de appell. ſolu. reo hoc concedi-
tur,non actori.quod dic,vt s̃.de exce.c.cum ven.& c. nullus
pluribus. de reg. iu. lib. 6. & differentia eſt inter indulgen-
tiam,& priuilegium: quia priuilegium eſt perpetuum, vt c.
decet.de reg.iur.lib.6.indulgentia eſt temporalis.arg. no.s̃.
de cle.non reſi.c.cũ ad hoc. ¶ Tertiò oppo.& videtur,ꝙ iſti
hoſpitalarij malè allegabant in hoc caſu priuilegium: quia
de iure communi licebat eis recipere eligentes apud eos ſe-
peliri,



peliri,vt s̃.c.1.& c.fraternitatis. fruſtra ergo precibus impe
trarunt,quod eis de iure licebat,vt l.1.C.de theſau.li.10.ſo.
breuiter iſti hoſpitalarii non habebant ſepulturam de iure
communi:quia non habebant populum. oportuit ergo eos
ſuper iure funerandi priuilegium impetrare, & eis concedi
per Papam,vel alium poteſtatem habentem,ut dixi s̃.c.pro-
ximo.in 6.q.¶Quartò opp. ad uer.talis.vbi iudex prouidet
in futurum.ſed contra.ff.de vſu.l.1.ſol.dicit gl.& ita &c.ꝙ in
ſeruitutibus, & annuis præſtationibus iudex põt ferre ſentẽ
tiam ſuper futuro,vt l.harum.& l.egi.alleg.in gl. & quod no.
j̃.de homi.c.2.lib.6. Hoſt. dicit,ꝙ ſuper obligatione futura
non proceditur in iudicio:nec ſuper præſenti dilatione non
extenſiua:puta cum debes 10.ad paſcha.vide tamen, quod
ſuper hoc no.Inn.s̃.de plus peti.c.1. quandoq; obligatio eſt
extenſiua:vt obligatio annua. Item obligatio ad patientiam
10 in futurum ad aliquam ſeruitutem:† & põt ferri ſententia ſu
per futuro,ut dicit glo. Idem ſi obligatio ſperatur committi
ex contumacia rei conuenti: quæ ſit acceſſoria ad debitum
principale.s̃.de teſta.c.Raynal.poſt prin. Idem cum quis ſe
mel occupauit,uel impediuit ius alterius.poteſt enim ab il-
lo peti:vt de eo,quod commiſit,ſatisfaciat.& de cetero ſimi
lia non attentet.s̃.de deci.c.dudum.de ſen.excom. c.graué.
cum ſimi. ¶Quintò oppo.hic Papa mandat dari quartã de
oblationibus.ſed contra.s̃.ti.2. c.fin.ſol. intellige hunc text.
de oblationibus factis in prima miſſa. nam de anniuerſariis
nil eſt deducendum,vt in contrario.vel dic,ꝙ licèt de his, q̃
relinquuntur pro illis faciendis,nulla fiat deductio:de his ta
men,quæ ibi offeruntur,fiet deductio, vt hic. & uide quod
no.de candelis.j̃.eo.c.dudum.alias ſuper cathedrã. in clem.
¶Sextò opp.ad uer.eiſdem.vbi poſt ſententiam reſeruat fa-
cultatem probandi.ſed contra,quia per ſententiam præclu-
ſa eſt via allegationibus iuris,& facti,vt C.ſen.reſcin.nõ poſ.
l.perempto.ſolu.dic,vt dixi.s̃.in 12.no.Hoſt. dicit, ꝙ neſcit
contrario reſpondere: & ideò dicit hoc factum fuiſſe de ple
nitudine poteſtatis.vel dic ſecundùm eum, ꝙ ſententia du-
rat à §.talem ſuper his.&c.vſq; ad verſi.eiſdem præterea.&
abinde in finem eſt commisſio:quomodo iudex inſtruitur,
quomodo habeat negotium diffinire: nec erat quò ad illos
articulos in cauſa concluſum.Ita pertranſeunt Docto. Ego
dico,ꝙ de iure potuit iſta probatio reſeruari poſt ſententiã
propter naturam actionis intentatæ: quæ fuit negatoria: &
petitum incidenter,malè accepta,& occupata reſtitui.& ita
fuit petitio generalis,ſiue vniuerſalis,vel eis ſimilis, vt not.&
dixi s̃.c.prox.In actione autem vniuerſali, & generali fertur
ſententia generalis:& poſtea ſummariè ſuper rebus ſingula
ribus,quæ dicunt includi ſub generalitate,probationes ſunt
ſummariè recipiendæ:vt no.Innoc. s̃.de ma.& obed.c.intra
quatuor.& de offi.ord.c.conquerente.& per hanc meam ſo
lutionem non obſt.qđ poteſt obiici, ꝙ hic in fi.profert ſen-
tentiam incertam:poteſt enim ferri in uniuerſali,& genera-
li iudiciis,vt dixi.facit ff.de re iud.l.à diuo Pio.§. ſi ſuper re-
bus.¶Septimò oppo.dicitur hic,ꝙ iſti hoſpitalarii tenentur
ſoluere quartam.contra hoſpitalarii ſunt exempti,& nõ te-
nentur ad quartam,vt dictum eſt s̃.de teſta.c.officii. & c.re
quiſiſti.ſol.dicit Io.An.poſt Inno.nego, ꝙ hoſpitalarii, vel
templarii ſint exempti à iuriſdictione epiſcopi, vt probatur
ex tex.& glo.de verb.ſign.c.veniens & c.ad perpetuam. vel
dic,ꝙ exempti non tenentur ad canonicam epiſcopalem, ut
in dictis c.præalleg.ſed ad parochialem tenentur etiam exẽ
pti, vt in iſto c. nam ad eam tenentur eccleſiæ extra diœce-
ſim,ſi extra ipſam parochianus elegit ſepulturam: licèt nõ
teneantur eccleſię extra diœceſim ad quartam epiſcopalem
non ſuo epiſcopo,vt dixi.s̃.c.cum ſuper. ¶Sed hic inciden-
11 ter quæro † ſi eccleſia,& hoſpitale ſint exempta,ſed non po
pulus:an debeant dare portionem epiſcopo.videtur,ꝙ non:
quia nullam communionẽ habet in ea epiſcopus. ergo &c.
vt d.c.requiſiſti.§.ſecus.contrarium no.Io.And. dicit enim,
ꝙ propter populum adhuc epiſcopus habet communionem
in ea.de priuile.c.ex ore.& poteſt iſta quæſtio dupliciter in-
telligi, primò, vtrùm talis eccleſia de quartã relictorum ſui
parochiani alibi ſepulti debeat epiſcopo dare partem pro-
pter populum.& ſic de relictis ab illis, qui apud talem eccle
ſiam exemptam ſine populo elegerunt ſepulturam debeat
epiſcopus habere quartam:& utrobique poteſt dici, ꝙ de-
beat ex primo dicto Inno.quod nõ.¶Quæro.in pluribus c.
huius tit.dictum eſt,ꝙ de relictis eccleſię. apud quam quis
12 elegit ſepulturam,debetur quarta parochialis. † ſed pone,ꝙ
non eccleſiæ ſepulturæ:ſed hoſpitali ipſius eccleſiæ fiunt re-
licta:vel perſonis ipſius eccleſiæ in genere, vel in ſpecie: pu-
ta omnibus clericis,vel iſti: & illi clerico ipſius eccleſiæ. an
de omnibus relictis factis ſub quolibet prædictorum modo
rum debeatur quarta parochiali eccleſiæ. Reſpondeo,ꝙ Io.
And.poſt Inno. confuſè loquitur. ex quorum dictis colligo
duo membra.nam quandoq; eccleſia, & hoſpitale habẽt bo
na diuiſa.quandoq; habẽt omnia cõmunia: quia nec in ſpi-
ritualibus, nec in temporalibus inter eos aliquid eſt diuiſũ
ſpecialiter,& ſeorſum,vt eſt hoſpitale ſanctę Mariæ della ſca
la de Senis.primo caſu quando habent inter ſe diuiſio. & ali
quis apud eorum eccleſiam eligit ſepulturam, ipſi eccleſiæ,
hoſpitali,vel fratribus aliqua relinquens: an eccleſię paro-
chiali teneantur ad canonicam.dicit ipſe,ꝙ ſic,ſiue hoſpita-
li,ſiue fratribus,ſiue eccleſiæ relinquatur.ar.ff.de an.le.l.an-
nua.nam quicquid teſtator relinquit, præſumitur dare pro
anima,& pro ſepultura.vt s̃.c.de his.& quod no. Io. And.s̃.
c.1.in gl.iam vidi.& idem dicit,ſi ibi non elegit ſepulturam:
ſed de iure ibi ſepeliendus eſt.quia illis reddiderat ſe, & ſua:
vel factus erat frater. de priuileg.c.vt priuilegium. vel quia
ibi erat ſepultura parentum.s̃.c.1.nam & tunc debet eccle-
ſia parochialis recipere canonicam,ex quò in eorum eccle-
ſia ſepelitur de iure,ſiue ex electione: ſicut ſi præciperet ibi
ſepeliri.& hæc vera,quando eſt unum legatum factum eccle
ſiæ,ſepulturæ,hoſpitali,vel fratribus.Si autem ſunt diuiſa le-
gata facta eccleſiæ à legatis hoſpitalis, habentis bona diui-
ſa:tunc de relictis factis hoſpitali eccleſia parochialis nõ exi
get canonicam: ſed tantummodo de relictis factis eccleſiæ
ſepulturæ:pone exemplum.ſi teſtator dicit [lego hoc eccle-
ſiæ:& illud hoſpitali:]& eſt ratio primo caſu,quia ea tantum,
quæ relinquuntur eccleſiæ, pro ſepultura relicta videntur:
& ideò de illis eccleſia parochialis ſuam percipit portionẽ:
ea verò,quæ ſic ſeparatim ſunt hoſpitali legata, non uidetur
relicta pro ſepultura:ſed alias pro anima. & ideò de ipſis ni
hil eſt deducendũ.Secundo caſu principali quando eſt om-
nimoda vnio inter hoſpitale,& eccleſiam: tunc de relicto ec
cleſiæ deducetur canonica portio,etiam ſi dicatur,ꝙ non in
tuitu eccleſiæ,ſed hoſpitalis ſit relictum,& econuerſo. quia
ſecundùm prædicta de facto ſuppoſita ita ſunt unita de iu-
re,ꝙ ſeparari non poſſunt. ¶Sed incidenter opp.& videtur,
ꝙ ſemper inter hoſpitale, & eccleſiam ſit aliqua diuiſio: quia
prior clericorũ ſacerdos poteſt abſoluere fratres. j̃.de ſent.
excom.c.canonica.quod non poteſt magiſter laicus.ſol.dic,
ꝙ aliud non facit diuiſio inter eccleſiam,& hoſpitale:ſed po
tius inter fratres clericos, & laicos:uel potius inter officia.
nam officia diſtincta non inferunt diuiſio.bonorũ inter duo
loca,ſi omnia inter eos ſunt communia. nam & in eodẽ mo-
naſterio,& eccleſia officia ſunt diſtincta.89.diſt. ca.ſingulis.
quid dices:ubi bona ſunt diuiſa, & quis in infirmitate effici-
tur frater,& offert hoſpitali omnia bona.dic, ꝙ eccleſia pa-
rochialis habebit partem,ſi de illa infirmitate decedit: alias
ſecus.vt s̃.c.de his.¶Sed pone,ꝙ quis relinquit mille vni ec
cleſiæ,apud quam elegerat ſepulturam: qui tamen ibi ſepe-
liri non potuit propter caſum fortuitum. quia mortuus in
bello,nec reperitur:uel locus ille ab hoſtibus occupatus:an
parochialis eccleſia petet canonicam de hoc legato? videtur
ꝙ non.quia apud eam non eſt ſepultus. unde aliud relictum

capit eccleſia : non ut relictum pro ſepultura. contrariũ hic
13 ſentit Inno.ſ.ꝙ debeatur.ex quo collige,†ꝙ relictum cauſa
ſepulturæ debetur,etiam ſi ibi ſepultus non ſit: cum per ec-
cleſiam non ſtat, quominus eum ad ſepulturam recipiat : &
ſic propter caſum fortuitum ibi non ſepelitur. Si autem qa
mutauit voluntatem,& alibi ſepulturam elegit : an uideatur
legatum ademptum primæ eccleſiæ, & translatum ad iſtã ?
arg.ꝙ ſic in l.alumnæ.§.Seia.ff.de ali.le.reperio tamen dñm
Fed.de Sen.in q.præmiſſa conſuluiſſe, ꝙ ſi non eſt quis ſe-
pultus in eccleſia,vbi debuit ſepeliri:de relictis dictæ eccle-
ſiæ factis non debet habere eccleſia parochialis canonicã.
nam ſic haberet duas canonicas:unam ab illa,in qua de fa-
cto ſepultus eſt,vt hic.& aliam ab illa,vbi debuit ſepeliri. &
hoc eſt abſurdum.Item eccleſia legataria (poſtquam hic nõ
ſepelit parochianum ) non dicitur eccleſiæ parochiali iniu-
riam inferre.Non ob.iura,quæ videntur velle, ꝙ iſta canoni
ca debeatur de relictis factis eccleſiæ,vbi elegit ſepeliri. nã
intellige.elegit cum effectu: quia de facto ibi ſepultus eſt. ff.
quod quiſque iuris.l.1.in fin.& ita no.conſi.10. ¶Sed iuxta
14 prædicta queritur de q. per eum diſputata. † quidam elegit
ſepulturam apud minores,vel prædicatores: & vni fratri in-
tuitu parentelæ reliquit centum pro emptione librorum,vel
alia de cauſa:an de iſtis centum debeatur quarta eccleſiæ pa
rochiali.Cy.de Piſtorio conſultus de iſta quæſtione per do-
minum Fed.de Sen.reſpondit,vt ſequitur. aduertenda ſunt
verba legiſlatoris, & ipſius conſtitutionis ſuper cathedram.
loquitur enim dicta conſtitutio in relictis, quæ pertinent ad
vltimas voluntates.ff.de tab.ex.l.1.in fi.Item loquitur de da
tis:vel qualitercunq; donatis in morte,ſeu in infirmitate:un
de proceſſerit mors,& ſequuta fuerit ſepultura:vt p iſta uer-
ba uideatur legiſlator comprehendere omnem mortis cau-
ſa capionem:non tantùm legatum,& mortis cauſa capionẽ.
dicit enim datis &c.vbicunq;.n.de morte fit mentio,dicitur
mortis cauſa fieri vel dari.ff.de don.cau.mor.l.Seia.§.fin. &
mortis cauſa capitur quicquid occaſione mortis accipitur.
15 †nam mortis cauſa capio eſt genus, & complectitur quic-
quid propter mortem alicui obuenit.ff.de don. cau.mor.l.q
pretio.& l.mulier.& l.eum.& l.mortis cauſa capitur. & ſic li
cet dicamus eſſe legatum,vel relictum ipſi fratri, & ſui con-
templatione tantùm.& licet acquiratur ipſis fratribus in cõ
muni præter voluntatem defuncti : tamen eſt mortis cauſa
capio.nam propter mortem ipſius datur, & acquiritur fra-
tribus,tanquam per ſeruum ordinis : & ſic capiunt pp mor-
tem.ex quo uidetur Cy.inferre quartam deberi eccleſiæ pa-
rochiali de iſto relicto facto vni fratri intuitu parentelæ : qđ
tenet in dicta diſputatione D.Fede.& eſt quarta diſputatio
in ordine conſiliorum. adducit primò quod dixi, ꝙ frater
minor quærit ordini.& non ſibi.12.q.1.c.non dicatis.Inſpi-
cimus enim cui acquiritur,& non cui relinquitur.ff.de iu.pa.
l.ſi verò.& l.etiam.§.ſi debita.de bo.li.præterea regula pro-
hibet omnem acquiſitionem fratri in ſingulari in quodam.
c.dicitur[fratres nil ſibi approprient.] &c. Tertiò adducit
tex.c.ſuper cathedram.§.huiuſmodi.ibi[directè,uel indire-
ctè.]&c.ibi[aliis pro eiſdem.]& ibi[nec alii,nec aliis.]præ-
terea videtur caſus in c.requiſiſti.de teſta.in fin. à contrario
ſenſu,ibi circa eum qui poteſt propriũ poſſidere:ergo ſi non
poteſt,non videtur curandum, cuius contemplatione relin-
quatur.quia ſemper cum effectu intelligitur relictum mona
ſte.de his,quæ fi.à præ.c.cum apoſtolica. Item ſi diceremus
contrarium,poſſet fieri fraus dictæ conſtitutioni,relinquen-
do ſemper fratribus pro veſtibus,& ſimilib. quam fraudem
dicta conſtitutio.§.ad hoc remouere intendit. & ſic(vt dixi)
concludit D.Fede.ꝙ de relictis ſingularibus fratrib.debea-
tur canonica,etiam ſi intuitu parentelę relinquatur. ergo in
ter eius conſilia,conſi.149.reperio Old. conſuluiſſe contra-
rium:cui ſubſcripſerunt quidam alii Docto. Idem reperi in
conſiliis Old.conſi.259.& loquitur in d.conſilio p hæc ver-
ba.videtur,ꝙ debeat dari quarta , conſiderato, ꝙ quicquid
q̃rit frater,quęrit conuentui,vt no.pręleg.Inno.de priuile.c.
cum olim.attendi ergo debet,cui quæritur, non cui relinqui
tur.ff.de iure pa.l.qui contra.ff.de bon.lib.l.in ſeruitutem.§.
ſi patroni. unde ſcriptum eſt, ꝙ capacitas ſerui ex perſonæ
domini,cui quæritur.capacitate cognoſcitur.ff.de lega.1.l.ſi
mihi,& tibi.§.regula.de ſerui.lega.l.& ſi maximè.& huic vi-
detur aſſentire tex.c.ſuper cathedram.dum dicit [diſtinctè.
vel indiſtinctè ad certos, vel determinatos vſus : de quibus
quarta,ſiue canonica portio dari.]&c.ſed de illo non cõſue
nit dari,vt c.requiſiſti.ad fi.ergo &c. Sed in contrarium vi-
detur verius.ad quod intelligendum,eſt ſciendum : ꝙ quidã
ſunt actus,qui ita conueniunt ſingulis, vt ſinguli ſunt : quod
nullo modo vniuerſitati,vt audire diuina, & percipere ſacra
menta.de ſen.excom.c.ſi ſententia.lib.6.quidam ſunt actus,
qui ita conueniunt vniuerſitati,ꝙ non ſingulis,vt ſinguli sũt,
vt creatio ſindici,& ſim.ff.de mu.& ho.l.fin. §.defenſores.&
C.de decurio.l.2.li.10.de elect.c.in Geneſi.In propoſito vr̃,
ꝙ recipere ad ſepulturam competat fratribus vt Capitulo,
non vt ſingulis.& ſic dicta verba in conſtitutione poſita [fra
tribus ipſis]&c.debent intelligi complexiuè, non de legato
16 alicui fratri relicto.de reb.du.l.ciuibus.& l.cum ſenatus.†nã
cauſę in legato adiectæ imitantur naturam legatorum:& fa-
ciunt ſecũdum ipſarum varietatem legatum ipſum aſcribi,
nunc paganico peculio,nunc caſtrenſi.ff.de caſtr.pec.l.ſi for
tè.& l.ſi vxor.& l.caſtrenſe. & tale legatum intuitu ſangui-
nis,& parentelæ relictum non tam dicitur lucrum, quàm de
bitum:& ideò in ſocietatem lucri,& quęſtus non uenit. ff. p
ſocio.l.nec adiecit.& l.ſeq. & iſtis ſub liberalitatis appella-
tione debitum naturæ perſoluerit. C. de impo.lu.deſcri.l.1.
ff.mand.l.ſi verò non re.§.Papin. Nec obſt.quod dictũ eſt,
ꝙ acquirit monaſterio;quia capacitas monaſterii,non eſt cã
quartæ:tunc enim procederent argumẽta. ſed ſepultura,(cũ
ſub ſingulari fratre locum non habeat ) legatum ſibi relictũ
in aliquo nõ minuit,nec defalcatur. ſicut dicitur in patre da
to tutore,qui ſi à tutela ſe excuſat, legato ſibi in teſtamento
relicto priuatur:& tamen filius in eius poteſtate manens le-
gatum capit ſibi in eodem teſtamento relictum. ff.de excu.
tuto.l.qui tutelam.2.reſpon.& de excu.tuto.l.tutor petitus.
§.1.Nec obſtant uerba conſtitutionis ſuprapoſita : quia res
legatas,& modum legandi reſpiciunt:non autem ampliant
legatorum perſonas.quia ſemper referuntur ad relicta fra-
tribus vt collegio.ar.de ali.& cib.leg.l.à filio.§.vlti.& de le.
3.l.quæſitum.§.1.in 3.reſpon.& calumnioſa eſt interpreta-
tio,per quam tranſitur de quali ad quod.ff.de leg.2. l. debi-
tor.§.ſeruo.& ibi no.ita dicit ſubtiliter more ſuo.ex cuius di
ctis uidetur colligi,ꝙ non ſolùm coniuncto:ſed ẽt ſi ignoto
fratri in ſingulari relinquat quartam,non debeatur:ſed tan-
tummodo de relictis conuentui.ergo in relicto fratri extra-
neo tenerem cum domino Fede.per no.ſ.per Io.And. poſt
Inno.dum non facit differentiam quò ad dictam quartam,
relinquatur hoſpitali,fratribus in ſingulari, vel eccleſiæ. In
relicto facto conſanguineo,(quia hic non habetur aliqua cõ
ſideratio ad conuentum,vel ordinem)teneo cum Old.¶Vl-
timò quęritur.dicitur hic,ꝙ ille,qui ſepeliuit alienum paro-
chianum,qui non elegerat ſepulturam, tenetur ad reſtitutio
17 nem.pone ergo,†ꝙ ille parochianus non poterat etiam ſepe
liri in eccleſia parochiali(quia erat ciuitas interdicta, ) & de
facto ſepultus eſt apud fratres ipſis inuitis:multa tamen pro
orationibus , & pro miſſis oblata ſunt fratribus : an debeat
eccleſia parochialis de iſtis habere quartam,uel totum ? ui-
detur ꝙ totum,vt in illo tex.contrarium d.conſil.149.conſu
luit D.Fed.nam iſta fuerunt male accepta, & oblata, q̃ non
venient diuidenda.ff.fam.erciſc.l.ceteræ.§.ſed & ſi quid.ad
hoc facit quod dixi ſ.poſt Inn.qui dicit ſic.ſi verò is,de quo
agitur apud hoſpitalarios,non de iure:ſed de facto ſepultus
eſt:de relictis eidem nec totum, nec partem redderẽt eccle-
ſiæ



ſiæ parochiali:ſed corpus tantùm,& oblationes omnes,quæ
occaſione ſepulturæ factæ eſſent,vt ſ.c.ex parte. Non obſt.
illud c.quia debet intelligi,quando parochianus alibi ſepul-
tus de facto debebat apud ſuam eccleſiam ſepeliri : tunc eñ
in recompenſationem iniuriæ ſibi factæ, & propter laborẽ
debet habere quartam. ſed in caſu noſtro nulla ſibi irroga-
tur iniuria:cum nõ habeat tunc ius ſepeliendi propter inter
dictum.de pœ.& re.c.quod in te.& de priuil.c.cum & plan-
tare.§.quod ſi templarii.& infert illa ratio : ꝙ ſi eccleſia pa-
rochialis eſt interdicta,ſed non parochiani : ꝙ parochianus
tũc alibi ſepultus ex electione,vel de iure (quia in ſepulchro
maiorum)dicto caſu eccleſia parochialis non habebit quar
18 tam.quod no.¶Quærit glo.†quid de peregrinis decedenti-
bus in peregrinatione, dicit ipſos ſepeliendos ad eccleſiam
maiorem.Io.And.in viatore,ꝙ ſepelietur,vbi mortuus fuit.
14.q.1.in fi.Ego anno præterito,cum legerem Senis, fui in-
terrogatus de ſtipendiariis.deceſſerat enim ibi D.Ioã.Aſſo-
nis de Vbaldis capitaneus generalis gentis armorum domi
ni Comitis virtutum in guerra Florentinorum. nam eccleſia
ſancti Chriſtophori,vbi deceſſit, petebat quartam ab eccle
ſia cathedrali,vbi ſepultus fuit:& aſcendebat ad magnã ſum
mam:cum funeralia,& mortuaria fuerint ſumptuoſa,& ma-
gnifica multum.reperi pręceptorem meum D.Pet. de Peru-
ſio in tractatu quartæ parochialis tenere, ꝙ nõ debeatur ſi-
bi illa quarta:quia eſt tanquam viator ad mandatum domi-
ni hincinde diſcurrens : vnde non dicitur contrahere domi-
cilium:cum eius mora non ſit ibi perpetuò:ſed in motu con
ſiſtat.facit l.aſſumptio.ff.ad munic. & licèt ſecundùm quoſ-
dam non in eccleſia maiori: ſed in parochiali, ubi deceſſit,
deberet ſepeliri,vt dixi ſ.c.de vxore.tamen huic eccleſiæ, ſi
alibi ſepulturam elegit, non debetur quarta. quia licèt hẽat
ius ſepeliendi : non tamen iura funerandi : cum non mini-
ſtret ſibi eccleſia ſacra.ãlle.conſi.Fed.246.de quo feci men-
tionẽ.ſ.e.c.de uxore.illud conſiliũ dimittit nunc me in du-
biũ.an prædicta deciſio ſit uera, non declaro aliter modò.

ADDITIO.

a ¶Dolus dans cauſam. Dolus dans cauſam teſtamento,an reſcindat il-
lud.Bald in l.frater.C.qui teſtamen face. poſt Bald. in l.1.C. ſi quis ali.
teſta.prohi.Et doli appellatione venit lata culpa.l.eum qui. §.is ad quẽ.
ff.de fur.in l.in actionibus. de in.litem iurand.an autem ſit crimen. ui-
de Barto. in l.1.ff.de fideiuſſo.tut.l.1.§.non tantum.ff.depo.l.non exi-
git.ff.de dolo.

*SVMMAE.*

1 *Cadens de ponte,qui caſu ſubmergitur,non priuatur eccleſiaſtica ſe-
pultura.*
2 *Periens caſu fortuito non priuatur legitima ſepultura.*
3 *Interficere ſeipſam pro uirginitate ſeruanda,non eſt licitum.*
4 *Cõicamus mortuo,cui cõicamus uiuenti:& econuerſo.*
5 *Iudex an debeat pati, ꝙ damnati ad mortem pœnitentes eleuentur
de furcis,& ſepeliantur.*
6 *Mulier prægnans an ſit ſepelienda in cemiterio cum fœtu.*

1 EX parte. †Qui de ponte cadens caſu ſub-
mergitur, nõ priuatur eccleſia-
ſtica ſepultura.ſecunda ibi.quocirca.¶Not.j.ꝙ pa
rentes conqueſti ſunt de epiſcopo, qui non ſinebat corpus
huius dominæ ſepulturæ tradi. nam cum debeat iudex alios
ab iſta moleſtatione compeſcere.vt l.nec corpora. ff.de reli.
& ſump.fu. multò magis ipſe debet à dicta moleſtia abſtine
re.j.de na.ex li.ven.c.1.videtur enim irrogari defuncto iniu
ria,ſi non permittitur ſepeliri.vt ar.l.& ſi quid.§.iudex.ff.de
reli.& ſump.fu.facit Auth.vt defun.fune.colla.5. ¶Secundò
no.ꝙ iſte nobilis ſolicitabat iſtam de ſtupro. quæ autem ſit
differentia inter ſtuprum,adulterium,& fornicationem.dic
vt no.36.q.1.§.cum ergo.in tex.& iſte, ac iſti garſiones ſibi
fauentes,maximas patiuntur pœnas,vt patet. C.de rapt.vir.
2 l.1.& d.§.cum ergo.¶Tertiò no.†ꝙ iſta periit caſu fortui-
to,& ſibi non imputatur quò ad ſepulturam. ſimile nec quò
ad bona:licèt videatur dediſſe cauſam morti ſuæ.ſed nõ no-
cet:poſtquam caſu,non conſcientia criminis, hoc fecit.ff.de
bon.eor.qui mor.ſibi con.l.vlti. ¶Quartò no.ꝙ iſta potius
aufugit,quàm vellet pati ſtuprum.& tex.dicit,ꝙ caſu ſe oc-
cidit.quid ergo,ſi ſe præcipitauit,credens euadere?gl.tenet,
3 ꝙ idem.de hoc etiam no.13.di.c.notaui.†Interficere autem
ſeipſam pro virginitate ſeruanda, non eſſet licitum,ſecundũ
Goffre.licèt Ioan.An.referat hic hiſtoriam Hiero.quaſdam
virgines,vt virginitatem morte ſeruarent, ſe in puteum pro-
4 ieciſſe.alleg.Hiero.contra Ioui.li.1.¶Quintò no.regu. †cui
communicamus viuenti, communicamus & mortuo:à con-
trario ergo ſenſu. cui non communicamus viuenti:nec mor
tuo,vt j.c.proxi.¶Opp.contra reg.prædictam : & videtur,
quòd quandoque communicamus viuenti:non tamen mor-
tuo:vt patet in furibus,latronibus,raptoribus,& ſimilibus,
de quibus in gl.ſol.dicit glo.ſi.tex.huius c.in fi.ponit regulã,
quæ fallit in pluribus,quos glo.enumerat. & aduerte ad ca-
ſum illorum,qui pro ſuis ſceleribus ſuſpenduntur.nã iſti ca-
rent ſepultura:niſi in vita pœnituerint.13.q.2.c.fi.& clem.j.
5 de pœn.& re. †Sed de iſtis damnatis ad mortem pœnitenti-
bus quæritur:an iudex debeat pati,vt eleuentur de furcis:vt
ſic ſepeliantur.dicit Ioan.An. ꝙ ſine iudicis licentia nõ ſunt
deponendi:petita tamen licentia,denegari non debet.de ca-
da.pu.l.1.2.& 3.Item inter alios caſus exceptos no.illũ,cum
quis decedit in peccato mortali. nam plures caſus comple-
ctitur,ſecundùm Io. An. complectitur enim omnem paga-
num, iudæum,hæreticum.de conſe.diſtin.1.ca.eccleſiam. &
c.ſeq.vſurarium publicum.de vſu.c.quia in omnibus.excom
municatum etiam minori.23.q.2.c.ſanè quod ſuper.talis.n.
eſt à ſacramentis eccleſiæ ſeparatus.j.de cle.excom.c.ſi ce-
lebrat.blaſphemum impœnitentem.de ma.c.2.monachum
habentem proprium.de ſta.mo.c.2.& c.ſuper. Item excõi-
catum,& interdictum.j.c.proxi.omnes enim iſti dicũt de
6 cedere in peccato mortali:ideò ſepultura priuati. ¶ †Quid
a dicas de muliere prægnante[a], an ſepelienda ſit in cemiterio
cum fœtu?Recitat hic Gui.ꝙ non.de conſecra.di.1.c.eccle-
ſiam.& per Hoſt.in ſumma.de conſecr.eccle.vel alta.§.& an
ſit.ver.quid ſi mulier prægnans.

ADDITIO.

a ¶De muliere prægnante.vide Ioan.de Tur.Crem. in c.eccleſiam.de con
ſecra.diſt.1.

*SVMMAE.*

1 *Leproſi an ſint in cemiteriis cum aliis ſepeliendi,ꝙ ſic.*
2 *Excõicati reconciliati, etiam in mortis articulo,poſſunt in cemiterio
ſepeliri.*
*Secus ſi non ſint reconciliati.nu.3.*
4 *Sepelientes publicè excõicatos, nominatim interdictos, uel manife-
ſtos vſurarios:uel defunctos tempore interdicti,ſunt ipſo iure ex
communicati.*
5 *Prohibitus ſepeliri,de iure debet exhumari,& proiici,nec facit lo-
cum religioſum.*
6 *Excõicatus ſi diſcerni poteſt, debet procul eiici tam longè à cemite-
rio:ꝙ ibi cantantes non poſſint audiri.*
7 *Violentia eſt caſus fortuitus.*
8 *Oſſa excõicatorum ſi non poſſunt diſcerni à fidelibus, debent ibi re-
manere.*
19 *Sepultura uilis non nocet iuſto:nec celebris peccatori.*
10 *Admittitur aliquid ratione dubietatis, quod aliàs non admittere-
tur.*
11 *Statutum eſt, ꝙ propter quædam delicta atrocia debeat domus de-
ſtrui.delinquens habet partem domus inferiorem:frater,uel alius
ſuperiorem:an deſtruetur dicta domus? ꝙ non.*

Sacris.

SAcris, Si oſſa excommunicatorum ſic ſepul-
torum diſcerni poſſunt, exhumari, &
proiici debent:aliàs non. præmittit exordium ad pro
bationem dicendorum.ſecunda ibi [vnde] ſoluendo diſtin-
guit:& ſecundum membrum proſequitur ibi. [ quòd ſic di-
1 ſcerni.¶Nota reg.vt quibus non communicamus, &c.†le-
proſos non eſſe in cemiterio cum aliis tumulandos:cum alii
non communicent illis in vita.de eccle.ædi.c.2. & de cõiug.
lepro.c.1.Sed certè ratio,quare non communicatur lepro-
ſis in uita,morte extinguitur,ſcilicet timor contagionis:quã
mortui à mortuo timere non poſſunt: cum mors omnia ſol-
uat.in Authen.de nupt.§.deinceps. Item non debent negari
leproſis eccleſiaſtica ſacramenta: ergo nec etiam ſepultura.
2 ¶Secundò no.†quòd excommunicati reconciliati, etiam in
mortis articulo,poſſunt in cemiterio ſepeliri. & talis recon-
ciliatio poteſt fieri,etiam per ſimplicem ſacerdotem.j̃.c.ſi.
de offic.ordin.ca.paſtoralis. idem & ſi non reconciliati fuiſ-
ſent:ſed in eis appareãt ſigna pœnitentię, vt dicit glo. 1.
3 ¶Tertiò no.†quòd excommunicati non debent in cemite-
4 rio ſepeliri.hodie per concilium Vien.†qui ſepeliunt publi-
cè excommunicatos, nominatim interdictos,uel manifeſtos
vſurarios: vel qui defunctos ſepeliunt tempore interdicti,
ſunt excommunicati ipſo iure,vt j̃.eod.ca.eos.vtrùm autem
qui excommunicato communicat in morte,incurrat mino-
5 rem.Bert.quòd ſic.j̃.de priuileg.c.ad hoc. ¶Quartò no.†ꝙ
debet exhumari, & proiici qui de iure non debuit ſepeliri:
nec fortè ſecundùm glo.facit locum religioſum. tu dic ſine
fortè ſecundùm Ioan.Go.& Vin.qui hoc no. s̃.de ſacra.non
6 reit.c.2.¶Quintò nota,†quòd ſi diſcerni poteſt excommu-
nicatus,debet procul eiici.& no:procul: quia facit contra il
los,qui ponunt prope cemiterium cadauera excommunica-
torum.debent enim poni tam longè,ꝙ vox clericorum can-
tantium ibi non poſſit audiri.argum.de pœ.& re.c.quod in
7 teſt.ſecundùm Innoc.¶Sextò no.†quòd violentia eſt caſus
fortuitus.ff.commod.l.ad eos.& l.1.C. eod. potuiſſet etiam
eſſe caſus ignorantia ſacerdotis extranei ſepelientis pere-
grinum:quem excommunicatum ignorauit, ſecundùm Ho.
8 ¶Septimò no. †ꝙ ſi oſſa excõicatorum non poſſunt diſcer-
ni à fidelibus,debent excommunicati ratione dictæ incerti-
tudinis in monaſterio remanere.ex hoc collige,ꝙ beneficio
alterius conſequuntur,quod per ſe non haberẽt.ſic dicimus
in pręgnante damnata ad mortem:cuius executio differtur,
donec pariat,ut l.prægnante.de pœn.& ff.de ſta.hom. l.Im-
perator.reconciliabitur tamen cemiterium omni caſu, quo
excommunicatus in eo ſepultus deprehenditur.j̃.de conſe.
9 eccle.vel alta.c.conſuluiſti.&c. ¶ Octauò no. †ꝙ ſepultura
vilis non nocet iuſto:nec celebris peccatori. dicit tamen tex.
circa ſpecioſam ſepulturam non oportet ornamenta cũ cor
poribus condi.nec quid aliud huiuſmodi.quod hominis ſim
plicioris fatum eſt: & in ſepulturæ ſumptu debet haberi ra
tio facultatis,& ad ipſas referendum:non ſecundùm ꝙ teſta
tor diſpoſuit,vt l.& ſi quid §.funeris.cum §.ſequẽ.& ſe. ff.de
relig.& ſump.fu.& de iſta ſepultura vili, vel celebri non cu-
10 randum.vide aliqua moralia hic per Io.An.¶Nonò,& vlti-
mò no.iura,quæ allegat vltima glo.†ꝙ ratione dubitationis
aliquid admittitur,quod aliàs non admitteretur.de quo 11.
q.3.c.nolite.& quod no.42.diſt.ca.quieſcamus.& quod not.
Ioan.And.j̃.de homi.ca.ſignificaſti.3.uerſi.ꝙ ſi diſcerni. &
quod no.13.q.2.c.non exiſtimamus.& alia ſimilia hic in no
11 uella.Et iſta induco ad quæſt.†In quibuſdam locis ſunt ſta-
tuta, ꝙ propter quædam delicta atrocia debet domus de-
ſtrui:pone ergo,ꝙ delinquens habet partem inferiorem do
mus:frater,vel alius ſuperiorem. quæritur, an dicta domus
debeat in totum deſtrui.ſi inſpicimus delinquentem, ſic. ſi
non delinquentem, debet ſtare,& non dirui.& pro hac par-
te facit iſte tex.[ ut delinquens ex perſona non delinquentis
illud beneficium conſequatur.de iſta quæſt.uide per Cyn.in
l.& ſi ſeuerior.C.de infa[...]n.per Dyn.in l.non amplius. de le-
ga.1.plenius per Barto.[...]n l.Attilius. ff. de aqua plu.arcend.
vbi diſtinguit.

*SVMMAE.*

1 *Clerici debent gratis concedere ſepulturam morientibus.*
2 *Prauam conſuetudinem de diœceſi extirpare, ſpectat ad epiſco-
pum.*
3 *Terram puram, vt ibi fiat ſepulchrum,poteſt dominus terræ uen-
dere.*
4 *Officium ſepulturæ an poſſit uendi,ꝙ non.*
5 *Sepulchrum proprium an quis poſſit habere in terra cemiteriata.*
6 *Cemiterium an poſſit accedere loco non ſacro:religioſo tamen.*

ABolendæ. Terra cemiteriata ꝓ ſe-
pultura cuſtodienda vẽ
di non debet.& præmittit abuſum,quem ſecun-
1 dò tolli mandat.ibi[mandamus.] ¶Not.j.†clericos gratis
debere concedere ſepulturam morientibus. & conſuetudo
contraria reprobatur,vt hic.res enim ſacræ, & religioſæ nõ
recipiunt æſtimationem:ideò non cadit in eis emptio,& vẽ
ditio:quæ non conſiſtit ſine pretio.Inſt.de contrah.emptio.
2 §.pretium. ¶Secundò not.†ꝙ ad epiſcopum ſpectat prauã
conſuetudinem de ſua diœceſi extirpare.de offi.ord. c.1.
¶Quærit gl.qualiter debeat intelligi ille text.cum quotidie
videamus clericos,maximè mendicantes, facere oppoſitũ.
nam habent locum,quem vocant paradiſum:vbi non pmit-
tunt ſepulturam effodi:niſi dentur centum. gl. diſtinguit in-
ter terram puram,terram iam cemiteriatam,& officium ſe-
3 pulturæ.†terram puram. ut ibi fiat ſepulchrũ poteſt dñs ter
ræ vendere.& idem intelligas de capſa lapidea, vel lignea fa
cta ad aliquem ſepeliendum.nam, vt dicit glo. talis terra nõ
eſt religioſa, vel ſacra.quandoq; eſt terra cemiteriata: quia
aliquis eſt ibi ſepultus.& ſic tunc non poteſt vendi. & ita lo
quitur iſte tex. ratio eſt,ſecundùm gl. quia talis terra eſt ſa-
cra:melius dixiſſet, religioſa: quando ſine auctoritate Pon-
tificis corpus ibi humatum fuit. nam ſi auctoritate epiſcopi
conſecrata eſſet terra pro cemiterio,diceretur ſacra.ad hoc
vide,quod no.13.q.2.c.in eccleſiaſtico.vbi differẽtia eſt in-
ter ſacra,& religioſa. & aduerte, quia licèt vas ligneum, uel
lapideum religioſum effectum non poſſit uendi priuato:ta-
men eccleſiæ ab eccleſia poteſt vendi, ad inſtar vaſorum al-
4 taris. 10 q.2.ca.hoc ius.†tertio caſu de officio ſepulturæ an
poſſit vendi.dicit,ꝙ non, à clerico,qui ratione beneficii ad
hoc tenetur:aliàs poteſt inde accipere pretium. quod intel-
lige non ex pacto:aliàs eſſet ſimonia.j̃.de ſimo.c.in tantum,
ſm̃ Hoſt.& c.non ſatis.dicit tamen glo.ſi. ꝙ licèt clerici exi-
gere non poſſint:coguntur tamẽ laici pias, & laudabiles cõ
ſuetudines obſeruare,vt in ea patet. dicit circa hoc Hoſti. ꝙ
petens, caueat ſibi:quia eſt vis in verbo. ſuccumbit enim, ſi
petit pro terra,vel officio:nec prodeſſet conſuetudo, ut hic.
Si autem dicat,ꝙ de quolibet mortuo conſuenit tantũ dona
ri presbytero,uel eccleſiæ,obtinebit,vt c.ad apoſtolicam.de
ſimo.& vide glo.huic ſimilem.13. q. 2. §. item quæritur.
5 ¶Quærit Io.An.poſt Ho.†an in terra cemiteriata poſſit qs
habere proprium ſepulchrum.dicit,ꝙ non, quantũ ad pro-
prietatem.ff.de re.di.l.in tm̃.§.ſacro.poteſt tñ ipſum habe-
re quò ad uſum:ut.ſ.ipſe,& ſui ibi ſepeliantur. ſic intelligit
s̃.c.1.13.q.2.c.Ebron.& c.Ioſeph.ff.de rel.l.familiaria.adeo
ꝙ inuito tali vſuario,alius inferri non poteſt.ff.de reli.l.2. §.
ſi vſusfru.hoc uerum niſi ex cauſa:cum.ſ.alibi commodè ſe-
peliri nõ poteſt:ſicut prædia,& calices à laicis conceſſa alie-
nari poſſunt,ſm̃ Vin.Et idem põt cenſeri de banchis, vel ſe-
dibus,quas quidam vendicant in eccleſiis, vt hic Venetiis.
non putat tñ Hoſt.ꝙ de iure ſcripto poſſint habere tale ius,
epõ reclamante.arg.j̃. de cuſto.eucha.c.2.& in his, quæ no.
de



de arbi.c.contingit.ſed uerùm eſt,ꝙ de gratia in hmõi tole-
rantur:ſicut & in iure patronatus.j̃.de iure patro.c.2. ¶Se-
6 cundò quæro: †vtrùm cemiterium poſſit accedere loco nõ
ſacro,tñ religioſo:puta hoſpitali,vel templo.dicit Inn.ꝙ nõ,
cum debeat eſſe conſecratum,& ſic non poteſt accedere lo-
co non ſacro,ar.ff.de ædil.edi.l.iuſtisſimè.& no. de reſcri.c.
Rodulfus.in prin.hoc verum, niſi hoſpitale habeat eccleſiã:
vel niſi rõne priuilegii.dicit ẽt Inn. ꝙ licèt cemiteriũ debeat
eſſe circa eccleſiã:põt tñ eſſe remotũ:ſicut in Francia, pp fœ-
torem. Itẽ dicit, ꝙ in vno cemiterio plures eccleſiæ põt hr̃e
ius funerandi parochianos ſuos.

*SVMMAE.*

1 *Excõicandus nullus eſt,niſi pro culpa manifeſta.*
2 *Homicida,niſi pœnituerit,excommunicatur.*
*Idem in inceſtuoſo.*
3 *Presbyter põt,& debet excõicatum abſoluere in extremis.*
4 *Forma ſeruanda eſt ẽt in abſolutione,quæ fit in mortis articulo.*
5 *Hæredes tenentur ſatisfacere de homicidio,inceſtu, & aliis ſceleri-
bus à defuncto commiſſis.*
6 *Hæres eius,qui ſuper contractu iurauit: an poſſit conueniri coram iu
dice eccleſiaſtico:ſicut poterat defunctus.*
7 *Cautio de ſatisfaciendo præſtita ſacerdoti non ſolùm habet uim litis
conteſtation.s:ſed etiam habet uim ſententiæ.*
8 *Dos ſi repetatur,uxore defuncta, poterit opponi exceptio adulterij
commiſſi in uita.*
9 *Confeſſio habet uim litis conteſtationis, ſi lis non eſt conteſtata: ſed
reus eſt confeſſus crimen.*

PArochiano. Excommunicatus, qui
per ſuum presbyterum
fuit abſolutus in morte, ſepeliri debet:& ad ſatiſ-
faciendum cogentur hæredes.ſecunda ibi[ſed eius.]¶Not.
j.ꝙ iſte fuit excommunicatus pro manifeſtis exceſſibus. &
1 ſic no.Ab.†nullum excommunicandum,niſi pro culpa ma-
2 nifeſta.¶Secundò no.†ꝙ homicida(niſi pœnituerit) excom
municatur.Idem in falſo teſte.24.q.3.c.itaq;. Idem in ince-
ſtuoſo.j̃.de eo,qui cogno.conſan.vxo.ſuæ. cap.Iordane.
¶Tertiò no.& collige,ꝙ pro pluribus exceſſibus excõmu-
nicatur quis.& ſi vna excommunicatione, non ſufficit ad ab
ſolutionem de vno ſatisfacere. pluries etiam excommunica
ri quis poteſt.quod dic,vt j̃.de iudeis. cap. ita quorundam.
3 ¶Quartò no.†ꝙ in extremis iſte fuit abſolutus per presby
a terum:quod facere poteſt a. 17.q.4.ca.ſi quis ſuadente.nul-
lus autem inferior à presbytero abſoluit ab excommunica
tione.de hoc.de of.or.c.paſtoralis.& de ſen.excom.c.à no-
4 bis.2.in gl.per pactum.per Io.An.¶Quintò no.†ꝙ etiam in
abſolutione,quæ fit in mortis articulo, eſt forma ſeruanda.
iurare enim debet,ꝙ ſtabit mandatis eccleſiæ. & ſi reconua
leſcit,& non faciat, reincidit in excõicationis ſententiã ipſo
facto,vt c.eos.j̃.de ſen.excom.li.6.¶Sextò no.Ab.pœniten
tem,licèt obligatum ad debitum,ſepeliri. facit quod dixi s̃.
c.ex parte.proſunt ẽt huic pœnitẽti ſuffragia: de quibus 13.
q.2.c.animæ defunctorum.hæc autem ſuffragia Pet.enume-
rat in duobus uerſibus.

*Miſſa frequens,ſanctæ preces,ieiunia ſacra.*
*Defunctis proſunt:prodeſt eleemoſyna crebra.*

5 ¶Septimò no.†ꝙ hæredes tenentur ſatisfacere de homici-
dio,inceſtu,& aliis ſceleribus à defuncto commiſſis.Sed di-
ces.quomodo ſatisfiet de homicidio: cum liberum corpus
occiſum non recipiat æſtimationem:nec etiam inceſtus?dic,
ꝙ ſeruus fuit occiſus.ff.ad leg.Aquil.l.qua actio.§.ſi quis. &
ſi qua.pau.fe.di.l.ex hac.vel poſſet hæres de homicidio tene
ri ad pœnam conſuetudinariam:de qua de delic.pue.c.refe-
rente.vel alia,de qua.de vi.& vi.c.1. pro inceſtu non videtur
hæres teneri: niſi bona inceſtuoſi peruenerint ad hæredem.
27.q.2.c.ſi quis rapuerit.alia uerò delicta hic enumerata bñ
poſſunt congruè æſtimari.¶Octauò & ultimò no.Ab. hære
dem debere conueniri, vbi debuit defunctus. & inducit ad
6 q.†an hæres eius,qui ſuper contractu iurauit,conueniri poſ
ſit coram iudice eccleſiaſtico:ſicut poterat defunctus, per c.
cum C. laicus.de foro compe.li.6.dicit,ꝙ ſic.ar.de fo. cõp.
c.dilecti.& ſic dicit fuiſſe ſententiatum,& appellatum à ſen-
tentia:& tandem poſtea confirmata.contrarium tenet Ioan.
And.per dictum c.cum.C.ibi[iurm̃ à ſe præſtitum.]&c.præ
terea iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, & ad hæ-
redem non tranſmittitur.de iureiur.c.ueritatis.& l.generali-
ter.poſt prin.C.de re.cre.facit s̃.de of.deleg. c.prudentiam.
in ſi.Non ob.C.de prob.Auth.quod obtinet. quia licet aſſer
tioni teſtatoris,qui iurauit,teneantur hæredes:non tamen p
id arctantur ad periurium:nec accumulatur forum foro.fa-
cit quod no.Io.And.s̃.tit.1.c.fin. in glo.vr̃ quod &c.ita dicit
Io.An.quod no. nam licèt hæres debeat ſe defendere in lo
co,vbi debuit defunctus,vt l.hæres abſens.in prin.ff.de iud.
tamen hoc non debet, ſi rõne iuramenti ſolummõ ſortiatur
forum.nam tale forum ſortitur,non rõne territorii,uel per-
ſonæ ſubiectæ tempore contractus foro eccleſiaſtico:ſed pp
peccatum commiſſum,poſtea deierando: cuius periuriũ nõ
concernit hæredes.& hac ratione confirmo opi.dñi Io.And.
¶Opp.dr̃ hic,ꝙ herędes teuentur ſatisfacere ex delicto de-
functi.ſed contra.C.ex delic.defun.l.una. nam crimina mor
te extinguuntur.23.diſt.c.quorundam.& 10.q.1.c.j. & q.2.
in ſumma.ſolu.glo.ſi.dicit,ꝙ aliud ſm̃ leges: aliud ſm̃ cano-
nes.Nam ſm̃ leges diſtinguitur.quia aut lis eſt conteſtata:&
tenetur.aut non:& tunc aut crimen deſcendit ex contractu:
& tenetur.aut ex delicto:& tunc aut aliquid ad hæredem p-
uenit:& tenetur.aut nihil peruenit:& non tenetur de iure ci-
uili,niſi in condictione furtiua,& in primipilario.de iure ve-
rò canonico,etiam ſi nihil peruenit, ſimpliciter tenetur, ut
hic,& ita ſentit glo.hic,& vbiq;.Sed Inn.dicit, ꝙ illud c.hoc
non probat: quia hic non agebatur contra hæredem ex de-
licto defuncti:ſed ex cautione à ſacerdote recepta: qui non
abſoluit excommunicatum:niſi caueat de ſatisfaciendo. de
app.c.qua fronte.§.ſanè.& ex illa ſtip.agent quorum inter-
eſt.ff.rem pu.ſal.fore.l.non quaſi.imò ſi omittatur, intelligi-
tur appoſita.ff.de adop.l.his uerbis.nam cum in abſolutione
requiratur cordis contritio,& pœnitentia de delicto: q vult
abſolui,& hoc petit:tacitè vr̃ velle ſatisfacere,ſine qua peti-
ta abſolutio non prodeſſet.ar.optimum.ff.de acq.hæred.l.il-
7 lud.cum ſimil.Hoſt.†dicit,ꝙ talis cautio.ſ. de ſatisfaciendo
præſtita ſacerdoti non ſolum habet vim lit.conte.ſed etiam
(quod plus eſt)habet vim ſententiæ. nam ſola confeſſio de-
linquentis habet vim litis conte. & cuiuſdam quaſi contra-
ctus:vt actio fiat tranſmiſſoria ad hæredes,vt no.Spe.in ti.de
interrog.§.2.uerſi.quid ſi is.& Bar.in l.1.de priua.delic. ubi
ſuper iſto articulo plenius ſic diſtinguit: aut pœna imponit
ipſo iure à lege:& tranſit contra hæredem, vt patet in crimi-
ne hæreſis,læſæ maieſtatis,& ſimilibus.vt l.commiſſa. de pu
bli.& de hære. c. uergentis.aut ab homine:& tunc aut deli-
ctum pœnale committitur circa contractum: aut extra con
tractum.primo caſu aut purgatur per actio. deſcendentẽ ex
eo contractu:& tranſit contra hæredem, ut l.ex contractib.
& l.in depoſiti.de act.& obl.aut per aliam legem: & tunc ſi-
ue dolus ſit commiſſus in contractu,ſiue extra. & diſtingue.
aut lis eſt conteſtata:& datur cõtra hæredem, vt l. 1. C.ſi ex
delic.de.fallit in l.2.ad l.Iul. repe. ſm̃ unam lect.aut non eſt
conteſta.& tunc non datur contra hæredem:niſi in id, quod
ad eum peruenit,& non ultra. fallit in condictione furtiua.
Rationem fallentiæ ibi uide per eum.& in Spe.de accu. §. 1.
ver.quid ſi latro.Item fallit in d.l.2.ſm̃ aliam lect. & hoc de
iure ciuili. de iure autem canonico,dicit ipſe, ꝙ quædã ſunt
actiones pœnales ex utraque parte:& illæ non tranſeunt cõ
tra hæredes aliquo iure:niſi ſm̃ diſtinctionem præcedẽtem.
quæ-

quædam ſunt pœnales ex parte rei: ſed perſecutoriæ ex par te actoris:iſto caſu differt ius ciuile à iure canonico. nam de iure ciuili non datur,niſi quatenus peruenit:vel litis conteſt. ſed de iure canonico datur indiſtinctè,vt in iſto c.fin. & hoc ſentit glo.in dicta cauſa.24.q.2.in ſumma.& adde,quòd vbi pœna infligitur per viam exceptionis ante litem non conte-
8 tranſit contra hæredes. †pone in vxore defuncta ante accu-ſationem adulterii.nam maritus conuentus ab hæredibus ſu per dote,poterit excipere de adulterio,vt l.ſi. C.de adul.ad hoc vide l.3.§.4.ff.qđ quiſq; iuris.vbi de hoc gl.no. ¶Quæ-rit incidenter Bar.ſi non eſt lis conteſt.ſed reus eſt confeſſus
9 crimen.†dic ꝙ confeſſio iſto caſu habet vim litis conteſt.vt no.Spe.in d.verſi.quid ſi latro.quod Bar. dicit uerum in con feſſione vera:ſed ficta non nocet hæredi,vt l.eius qui delato-rē.de iure fi.quod eſt no.nam ſtatuta diſponunt,ꝙ cōtumax habeatur pro confeſſo:ſi tamen poſt contumaciam,& añ cō demnationem reus decedat,non tenebitur hæres ad pœnā: licèt poſt ſniam,vel lit.conte.teneatur,vt l.ex iudiciorum.ff. de accu.contumacia tñ,dicit Bar.ꝙ ſufficit in actionib.ciui-libus:ꝙ fiat actio tranſitoria ad hæredes,per l.vt perfectius. de an.exce.ſubdit ibi,quid in ſucceſſore in dignitate:an tene bitur ex delicto prędeceſſoris.dic vt no.Inn.ſ.de ord.cog.c. cum dilectus.vbi Bar.remittit.

ADDITIO.

a ¶Quod facere pteſt,& debet:aliàs punitur.26.q.6.c.ſi presbyter.

# De parochijs.

SVMMAE.

1 *Parochia quid ſit.*
2 *Ius parochiale in quo conſiſtat.*
3 *Parochiani an poſſint cogi ad oblationes faciendas.*

DICTVM eſt ſ. de quodam iure parochia-li,quod in funerando conſiſtit: nunc de illo tractat in genere. habetur de materia 13.q. 2.& per totum.facit 9.q.2.& 16.q.5. per to tum.cōueniunt multa iura huius voluminis,
1 q̄ hic numerat Io. An.Qui primò quærit†qđ
a eſt parochia a. dicit,ꝙ eſt locus,in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus,& finibus limitatus.ſēd aūt parochia,qua ſi preparatio,vel partitio curæ.quia rector eccleſiæ curā ha bet animarum totius populi in limites congregati: vnde dr̄
2 regere populum.j.de cap.mo.c.1.¶†Secundò q̄ro, in quo conſiſtat ius parochiale.Io.An.poſt Inno.& Hoſt.dicit,ꝙ in multis. primò quia parochiani debent diebus feſtis audire Miſſam in parochia ſua,& non alibi,vt in ca. 2. Secundò in decimis perſonalibus percipiendis: quæ de iure cōmuni de-bentur parochiali eccleſiæ,ſm̄ Inno.j.de deci. c.cum contin gat.& c.apoſtolicæ.tertiò in pœnitentiis,ſepulturis,benedi ctionibus nubentium, & aliis ſacramentis percipiendis à pa rochiali ſacerdote,vt ibi.& j. de pœn.& re.c.omnis.& ſ.ti. 1.c.1.& 2.& per totum. Quartò in perceptione oblationū. 10.q.1.c.quia ſacerdotes.& c.ſanctorum. ¶Circa iſtas ob-
3 lationes quæro poſt eos: †an ad ipſas faciendas parochiani poſſint cogi.vr̄,ꝙ ſic. nam dicit canon [ omnis Chriſtianus procuret ad Miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre.]de cō ſec.diſt.c.omnis.& ibi no.nam & qñq; poſſunt cogi ad præ-ſtandum aliquid pro aliis ſacramentis.de ſimo.c.ad apoſto-licā.In contrarium arguitur,ꝙ ſint volūtariæ.pbat Matth. 5.ibi[ſi offers munus tuum ad altare.]& Exodi 25.in prin. [ab homine,qui offert vltroneus,accipere.] quid dicendū. reſpon.beatus Tho.ſecunda ſecundæ q.86.arti.1.dicit,ꝙ eſt oblatio,quæ offertur,conſumenda in ſacrificiū.de qua Exo-di 29.& Leuitici 2.& iſta eſt oblatio, & ſacrificium. eſt etiā oblatio rei manere debentis in diuino cultu:vel conſumēdæ in vſus miniſtrorum.& hæ ſunt voluntariæ per ſuperius indu cta.fallit in quatuor caſibus.primus qñ rōne cenſus ( qa hēt fundum ab eccleſia)aliquid offerre tenetur. ſecundo cum ali quis in teſtō,vel inter viuos obligatus eſt ad aliquid offeren-dum.tertio,cum clerici eccleſiæ non habent vnde ſuſtenten-tur.arg.32.diſt.c.præter hoc.quartò propter conſuetudinē, vt d.c.ad apoſtolicā.& hę duæ vltimæ ſolent eſſe voluntariæ quò ad quantitatem,& ſpeciem:quæ offertur.ad illas tamen per ſuperiorem cogerentur : non per ſubtractionem ſacra-mentorum per ipſum,cui debetur,vt no.Io.An. hic & j.c.1. quamuis.vbi etiam de hoc. quinto principaliter ius paro-chiale conſiſtit in perceptione canonicæ portionis:quam ꝑ-cipit parochialis eccleſia ab alia : in qua parochianus elegit ſepulturā.ſ.c.1.Itē & cura vr̄ eſſe de iure parochiali . de pb. c.de multa.§.1.& c.extirpandæ.§.q uerò.q̄ in quibus conſi-ſtat,vide qđ legitur,& no.ſ.de ele.c.dudum.2.§.tandē. & j. de pe.c.omnis.tangit hæc de canonica epali,quo iure debea tur.de quo plenius in c.officii.ſ.de teſt.

ADDITIO.

a ¶Parochia.Parochia fit per decem homines,ut no.Spec.in titu.de no-to.crimi.§.8.

SVMMAE.

1 *Cōuerſo ad vnitatem Eccleſiæ,Eccleſia nō in totum reſtituit iura ſua alteri iam collata.*
2 *Antiquior diuidit:& iunior eligit.*
3 *Senectus,& iuuentus qño conſiderantur in caſu huius cap.*
4 *Diuiſionem hæreditatis non debet facere maior natu:ſed qui diutius tractauit,& adminiſtrauit res hæreditarias.*
5 *Canoniſta præferendus eſt legiſtæ:& habens vtrunq; gradum, habē ti alterum tantum.*
6 *Plebs in caſu poteſt epiſcopum eligere.*

SI epiſcopus. Ponit,qualiter diuidatur epatus inter epm ſubſti-tutum epo hæretico, & ipſum hæreticum reuerſum, ex diſpenſatione receptum.dicit Io.An.non credo,ꝙ diebus tuis practices iſtum caſum.& ſi contingeret, Eccleſia aliter prouideret,ſubſtituto dando alium epatum: vel deſignando certos redditus,ſm̄ eum.nos verò ætate noſtra,ſi diuina cle mentia ſuffragante tolleretur illud de Eccleſia Dei, oporte-ret neceſſariò practicare illud cap. cum non poſſet de facili alius remanens in papatu promotis ab alio epiſcopis,archi-epiſcopis,& prælatis ceteris prouidere. Glo.prima, quæ eſt Tan.ponit caſum:& vr̄ placere Innoc.dicenti, ꝙ diſpenſatio fuit,& prouiſio quod hic dr̄.Ioan.And. poſt Hoſt.& Ab.di-cit,ꝙ iſtud c.ponit ius commune: non dico in eo , ꝙ epſ re-uerſus de hæreſi recipiatur ad epiſcopatum:ſed in eo,ꝙ ſi di ſpenſatiuè recipiatur:nec aliter diſponat Eccleſia.niſi ſit, ꝙ reſtitutus cum ſubſtituto habeat epiſcopatum,locus erit di-uiſioni.de qua loquitur hoc c.& circa iſtam diuiſionem du-plex eſt intellectus.c.primus,vt iſte ſit ſenſus. ꝙ loca,quæ re manſerunt in fide(quæcunq; ſint)habebit catholicus.loca ve rò reuerſa de herefi habebit reuerſus:communia verò,in q-bus erant catholici,& hæretici , illa diuidentur per medium hic poſitum.& hæc lect.vr̄ placere Inno.& Hoſt. & ſecundū hanc lect.verſi.vbi ambę partes.qui ſequitur in tex.non po-nitur pro æqualitate,vt dicit glo.ſed pro partialitate:quia.ſ. erant ibi catholici,& hæretici.& ſic quilibet faciebat ibi par tem.illæ igitur diuidentur:aliæ verò non. Alia lectu.eſt,ꝙ de locis fiat diuiſio. puta vnus ſupra riuum,alter infra. vnus mō tanam,alius planiciem.tene,quod vis, ſm̄ Io. And. ſed certè ſm̄ primam lect.electio non poſſet dici : ſi ſm̄ ꝙ populi erant in ſe diuiſi,loca cuilibet conferantur. In pluribus ergo locis, non



non attento cuius fidem ſecuti fuerint,diuidantur, vt dicitur in prin.c.In vno verò loco,vel pluribus, vbi ambæ partes æ-quales fuerint,ſeruetur qđ dr̄ in ver.ꝙ ſi fortè.uſq; ad finem.
1 ¶No.j.†ꝙ conuerſo ad vnitatē Eccleſiæ Eccleſia non in to tum reſtituit iura ſua,alteri iam collata:ſed partē.& hoc ex diſpenſatione, vt dicit j.glo.nam de iure cōi reſtōnis benefi-cium non reuocat, quæ in alterum deprehenduntur aliena-ta.facit ad no.per me.ſ.de ſuc.abinte.c.1.& Bar.in l.Gallus. §.& quid ſi tm̄.de lib.& poſth.& per Cy.in l.ſi.C.de ſen.paſ. ¶Scđò no.ꝙ qñcunq; in vno epatu ſunt duo epi : & diuidūt inter ſe loca in adminiſtratione,ēt ſpiritualium:vr̄ hæc diui-ſio vendicare ſibi locum.& hoc ēt eſt ex diſpenſatione de iu re communi.contra.ſ.de præbē. c.cum non ignores.facit.c. qm̄.ſ.de off.ord.vbi imminente neceſſitate diœceſis,proui-detur de duobus,non quò ad titulum : ſed quò ad diuiſionē adminiſtrationis:ſicut in ſimili in l.inter tutorem.ff.de admi niſt.tu.hic verò vtriq; videtur prouiſum eſſe de certo.¶Ter
2 tiò no.†ꝙ antiquior a diuidit:iunior eligit. Simile,cum ma-
a ior minorem prouocat ad diuiſionem,vt C. de præd.mino. l.inter minores.& l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl. ¶Quartò
3 no.†ꝙ quò ad caſum huius c. ſenectus,& iuuentus non con-ſideratur ex ætate:ſed ex adminiſtratione : vt ille antiquior cenſeatur,qui diutius adminiſtrauit : licèt tempore ſit fortè iunior.& ratio eſt:quia ille,qui plus rexit dignitatem, præſu mitur habere pleniorem notitiam omnium:q̄ is, qui minori
4 tempore fuit in epiſcopatu.ex quo no.Hoſt.& Ab. †ꝙ diui-ſionem hæreditatis facere debet non maior natu:ſed ꝙ diu-tius tractauit,& adminiſtrauit res hæreditarias . & inter ſo-cios ſtudii,qui diutius fuit in ſtudio.& illud , quod hic dici-tur in diuiſione bonorum, non habet locum in honorū exhi bitione,vt in ſedibus,& aliis.nam inter epiſcopos,& alios or dinatos pares gradu inſpicimus tempus ordinationis : non ætatis ipſorum.vt c.concilia.§.ex concilio.17. diſt. Si autem non ſint dignitate pares:præfertur maior in dignitate,etiam poſterius ordinatus , vt ibi no. ſimiliter inter dignitates pa-res prę fertur ordinatus à principe,vt c.per tuas.de maior.& obed.ex his collige inter doctores prærogatiuam eſſe in tē
5 pore doctoratus.¶†Vtrùm autem canoniſta legiſtæ : uel e-conuerſo:vel habens vtrunq; gradum habenti alterum præ-feratur.ratio facit, ꝙ ſic : quia duo vincula rumpunt vnum, vt l.fina. C.de adopt. quod eſt fortè verum:niſi ille,qui ſatis mediocriter ſtuduiſſet in vna facultate tantùm , aſſumeret gradum in altera ſibi incognita:vt vidi quoſdam rubricas in alia ignorantes.¶Quintò not.in verſi. ſi autem partes, &c. quòd vbi omnia ſunt paria inter duos, fauendum eſt epiſco po maioris temporis.ratio eſt , ſecundùm gl. quia antiquior citius mori præſumitur. & ſic intelligit antiquitatem reſpe-ctu ætatis:non ordinationis epiſcopi,ratione prædictā,quia citius morietur,vt l.hæreditatum.ff.ad leg.fal. Ho.intelligit de epiſcopo,qui maiori tempore ſeruit in epiſcopatu: nō de ſeniori ætate:ſit ratio,ſecundùm eum:quia ille, qui fuit gra-uatus in onere diuiſionis:æquum fuit, vt leuaretur iuxta reg. qui in vno grauatur.&c.de iureiur.l.eum qui.facit de trāſla-tio.c.2.ad ſi.poſſet tamen glo.intelligi, cum æqualitas eſt in tempore:vt ſic ceteris paribus,ſenectuti deferatur: quæ ſem per venerabilis viſa eſt,vt de iure immu. l.ſemper in ciuitate
6 noſtra ſenectus.&c.¶Sextò no.quòd plebi datur ius eligen di alterum ex duobus epiſcopis.& eſt contra c.ſacroſancta. & c.Maſſana.ſ.de electio. dic quòd iſta electio non tribuit illis nouum titulum:ſed corroborat antiquum:& in re dubia proſunt populi ſuffragia,vt ſ.de elect.c.innotuit. & honeſtū etiam eſt poſt electionem requirere plebis aſſenſum: ſicut principis,vt ſ.de elect.ca.cum terra . ipſorum enim intereſt habere bonum,ſub quo non patitur famē,& ſitim:ideò quā doq; admittuntur ad contradicendum , vt infra de accuſat. c.ſuper his.

ADDITIO.

a ¶Antiquior. Io.de Ana. ponit hoc j.de accu.c.qualiter.

SVMMAE.

1 *Miſſam quilibet tenetur audire diebus feſtis, & Dominicis in pro-pria eccleſia.*
2 *Parochianus pōt licitè contemnere rectorem notorium fornicarium, & præciſum ab eccleſia.*
3 *Repertus in non ſua parochiali eccleſia diebus Dominicis, dēt abiji monitione uerbali.*
*Et quid ſi monitus non uult exire. nu.4.*
5 *Alienus parochianus quis dicatur.*

1 VT dominicis. Not.j.†argumen-tū, ꝙ quilibet die-bus Dominicis , & feſtis tenetur audire Miſſam in propria eccleſia.de iſtis diebus feſtis habetur de conſecr. diſtin.3.cap.1.ſimiliter his diebus tenetur offerre.de conſe-cra.diſtin.1.c.omnis Chriſtianus.diebus autem priuatis po-teſt quis audire Miſſam,vbi vult:nec offerre tenetur. de con ſecr.diſt.1.c.ſi quis extra.remittit Hoſti.ad ſummam.eod.c. §.in quibus.Et cum iſte tex.moneat presbyteros,vt plebem interrogent,&c.collige,ꝙ ſi dicta monitione neglecta,ſacer dos alterius parochianum recipit ad diuina,ad confeſſionē, ad iudicium,vel ad ſepulturam :vel ab illo recipit decimas , furtum quodammodo,& rapinam committit.ſ.de ele.c.du-dum. 2.facit quod no.ſ.titu. 1.c.1.in fi.ſecundùm Ho. ¶Se-cundò no.ꝙ dicit tex.[contempto.]quod ſonat in vitium:qa ſic non habet parochianus iuſtam cauſam non audiendi di-uina à proprio ſacerdote.ſecus ſi habet iuſtam cauſam(vt in firmitatis,abſentiæ,vel quia eſt notorius fornicator,& præ-
2 ciſus ab eccleſia.)†talem enim rectorē licitum eſt parochia-no contemnere.ſ.de coha.cle.& mu.c.noſtra. ¶Tertiò not.
3 †ꝙ repertus in non ſua parochiali eccleſia diebus Domini-cis debet abiici.quod intelligit Inno. potius monitione ver-bali,q̄ violenta per manus iniectionem. hoc enim ſemper tu tius,vt probant moralia,quæ allegat Io.And.& probatur in
4 l.3.de pignor.†Si tamen monitus nollet exire : & presbyter celebrare volens rogaret parochianos:& illis præciperet, ꝙ illum expellerent:non eſſent præcipientes , nec expellentes excommunicati,per c. vt famæ. §.laici. j. de ſenten.excom. Ille enim ſe ingerit,Diabolo ſuadente : & eiiciens excuſatur per imperium ordinariæ poteſtatis.11.quæſt.3. ca. qui reſi-ſtit.& ſic ipſe ſe ingerens potius diceretur offendere , quàm
5 offendi.¶Quærit glo.1. †quis dicatur alienus parochianus. dic vt in ea.cui adde j.de ſepul.c.2.lib.6. de ſcholari remit-tit Hoſtien.ad ſummam.eo.ti.§.quis intelligitur.verſic.quid de ſcholaribus.

SVMMAE.

1 *Alienum parochianum nullus debet iudicare: nec ad ſacramenta ec-cleſiæ recipere.*
2 *Ordinare qui non poteſt:nec iudicare.*

1 NVllus. No.j.†ꝙ nullus pōt iudicare alie-nū parochianum: qđ eſt verū , ſiue agatur de foro pñali: ſiue de foro iudiciali: ſiue contentioſo. vnde nec ad ſacramenta eccleſię illum recipiet:
2 imò nec in eccleſia,vt ſ.proxi.c.¶Secundò no.reg.†ꝙ q nō pōt ordinare:nec iudicare.contra quam regulam op. de pla tis inferioribus ab epo:qui habent ptātem iudicandi, nō or dinandi.ſol.dicit gl.accipe illam reg.in epiſcopo , qui ſi non poteſt ordinare:ergo nec iudicare. puta homines nō ſuę diœ ceſis:vel loquitur de ſententia depoſitionis ab ordine. quam nullus profert,niſi qui ordinē dare pōt. & tūc litera eſt pla-na,

na,ſm̃ Io. And.¶Secundò oppo.de iudicibus delegatis : qui
ordinare ex delegatione poſſunt:non autem iudicare.So.di-
cit Io.An.intellige hunc tex.in ordinario: non in delegato.
& de materia huius ca. vide 9. q. 2. per totum. & maximè
in c. 2.ad fi.vbi de hoc &c.

*S V M M AE.*

1 *Cohærentia,quæ adhæret finibus,eſt terminanda arbitrio boni uiri.*
2 *Iura loquentia de limitibus ep̃atuum non præſcribendis,habent locũ in limitibus parochiarum.*
3 *Limites non poſſunt præſcribi.*
4 *Principes an bene faciant,occupando limites,& regna ab alijs poſſeſſa.*
5 *Limes quid ſit.*
*Et cuius ſit num.6.*
*An poſſit præſcribi.nu. 8.*
7 *Flumen ſi ſit limes inter duos ep̃atus,uel ciuitates:& mutato alueo, curſum cepit intra territorium alterius ep̃atus:ex iſta mutatione limes antiquus non intelligitur mutatus.*

SVper eo. Fines parochiarum,de quibus cõ
ſtat: vel cohærentia finibus præ-
ſcribi non poſſunt.communis diuiſio.ſecunda ibi[re-
ſpondemus.¶Nota primò, ꝙ canones prohibent præſcri-
ptionem in his,quæ cohærent finibus.†iſta autem cohærẽtia
eſt boni viri arbitrio terminanda.quid enim, ſi finibus cohæ
1 ret prædium latitudinis plurium leucarum : abſurdum eſſet
dicere,quòd in iſto ceſſaret præſcriptio. intelligitur ergo di
cta cohærentia eſſe diſtantiæ boni viri arbitrio limitanda:q̃
potius intellectu poſſet concipi:quàm ore exprimi. vt in ſi-
mili dicit tex.in l.ratum.ff.de ſol.ſecundùm Pe.& Ab. ¶Se-
2 cundò no.†ꝙ iura loquentia de limitibus epiſcopatuum nõ
præſcribendis,habent locũ in limitibus parochiarũ. eſt aũt
inter ipſos differentia in tempore. nã epiſcopatus fuerunt
limitati ante aduentũ : parochiæ verò poſtea. 81.di.c.1.93.
3 di.c.1.13.q.1.c.1.in quibuſdam.¶Tertiò no.†ꝙ limites nõ
poſſunt præſcribi.de quo s̃.de præſcri.c.quia indicante. di-
cam j̃.¶Quæro poſt Ioan.An.an illud,quod hic dicitur de
finibus non præſcribendis,habeat locum in baroniis tempo
ralibus.l.videtur innuere,ꝙ idem.C.de fun. li.l. agros.li. 11.
C.de of.præſi.Aphricę.l.in nomine Domini. ante mediũ. &
in 10.col.de feu.alie.c.imperialem.§.præterea.Hoſt.dicit,ꝙ
de facto videmus comitatus tota die minui,& augeri: ꝓpter
quam varietatem ad eorum terminos non recurrit Eccleſia.
4 101.di.c.ꝑuenit.de reli.do.c.1. ¶†Vtrũ aũt principes bene
faciant ſic occupare.videtur,ꝙ ſic,per illud Sapien.2. [Op-
primamus pauperem poteſtatem : & non parcamus viduæ :
ſit aũt fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ.] ad hoc Ge.1.Bñdixit
illis Deus,& ait[Creſcite & multiplicamini:& replete terrã:
& ſubiicite eam.]& pſal. [Cœlum cœli dño:terram aũt de-
dit filiis hominum.]quaſi concedatur occupanti. dicit Hoſt.
ꝙ in initio mundi hoc licitum fuit: vbi territoria erant vacã
tia,& in bonis nullius:vñ dictũ fuit[quicquid calcauerit pes
tuus,tuum ſit.]&c.ſed poſtea de iure gẽ. dñia ſunt diſtincta:
vt l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.& 1.di.c.ius gen. & pro tanto
hodie non liceret inuadere,quæ ab aliis poſſidentur:niſi for
tè poſſeſſa ab infidelibus,ſm̃ Hoſt.Inn.aliter,vt no.j̃.de vo-
to.c.quod ſuper his. quædam ẽt hodie remanſerunt per ne-
minem occupata[vt aues,piſces,apes,theſauri,feręanima-
lia,gemmæ,lapilli,& ſimilia] iſta etiam hodie ( quia in nul-
lius bonis ſunt)occupanti conceduntur,vt patet Inſti.de re.
diui.per totum.& ff.de rerum di. l. 1.. quilibet ergo ſuis ter-
minis ſit contentus. s̃.ti. 1.c. 1.de proba.c.ex literis.& 18.q.
6.per totum.& Hoſt.in ſumma. in ti.de præſcrip.ſub rub.de
5 pręſcrip.re.immo.¶Scđò quæro.†quid eſt limes. dicit Ioã.
And. ꝙ eſt longitudo, vel latitudo,ſpacium à ſpacio diſtin-
guẽs.& in tali limite nil põt eſſe.qñq; linea tm̃ eſt, in qua ap
paret lapis,quo diuiditur ager ab agro: & talis lapis ꝓpriè,
& in ſtricta ſignificatione limes appellatur.vnde Vir.

*Limes erat poſitus:litem diſcerneret agri.*

Veruntamen non ſic ſtrictè accipiuntur limites epiſcopa-
tuum.ſed montes,flumina,& paludes ſolent epiſcopatus di-
6 uidere,& limites eſſe.† Sed tunc occurrit dubium:cuius erit
a limes a ille quò ad vſum. quidam dicunt, ꝙ erit cõis vtriuſq;
epiſcopi pro indiuiſo.alii dicunt, ꝙ in nullius bonis erit : ſi-
cut nec res ſacræ,& religioſæ.Inſti.de re.diui. §.nullius aũt.
Tertii autem(& melius)ſecundùm Io.An. ꝙ talis limes diui
ſus intelligitur inter ipſos ipſo iure: licèt nunquam actu diui
ſus fuerit.& ſi eccleſia ſit in medio limitis,erit inter duas ec-
cleſias diuidenda:& ante diuiſionem communis intelligitur
inter eos quò ad iura parochialia:ſicut arbor nata in confi-
nio,eſt communis,vt ff.com.di.l.arbor. nec talem eccleſiam
præſcribet vnus contra alterum. 16.q.3. c. inter maioratos.
Inn.tamen dixit quò ad proprietatem, & quò ad ius patro-
natus,ea,quæ ſunt in limitibus,vel circa limites,p̃ſcribi poſ-
ſe. 16.q.3.c.volumus.dicam in ſe. q. ꝙ ſi de illa eccleſia non
poſſunt fieri duo:ſuperior ordinabit,ꝙ alternis annis, & iu-
ribus de ipſa diſponant. vt l.quoti.de vſu.& de iure patr. cle.
ſi plures.alii dicunt,ꝙ illius ſolius erit eccleſia: in cuius par-
te caput poſitum eſt,vt ff.de reli.& ſump.fu. l. cum in diuer-
ſis.ſed quod proximè dixi Io. And.ęquius videtur: & ſic di-
cit ipſe,tene s̃.de transla.c.fin.& quod not.de ſepul.c. 2. lib.
6.& quod dixi de eccleſia(quòd eſt communis) idem dicas
in flumine habito pro limite: quod ſi deſiccatum fuerit, per
longitudinem,ſiue latitudinem diuiſum intelligitur : quate-
nus epiſcopatus hincinde ei adhæret.ar.Inſt.de re.diu.§.in-
ſula.ſecundùm Ioan.An.Et aduerte,ꝙ dicit[deſiccatus.] qđ
poteſt contingere, ſi flumen mutauit alueum. ex quo colli-
7 ge,†quòd ſi flumen ſit limes inter duos epiſcopatus, vel ci-
uitates:& mutato alueo curſum cepit intra territorium alte-
rius epiſcopatus,& ciuitatis: quòd ex iſta mutatione limes
antiquus non intelligitur immutatus : & (vt audiui)iam fuit
ardua quæſtio hic Venetiis cum Domino Paduan.nam ma-
re diuidit territorium hoc ab illo:mare autem ab 80. annis
decreuit, bene ꝑ quinq; milliaria, & vltra:de illo ergo terre
no(quia eſt fertile)dubitatum extitit, cuius erit. ex eo quod
dictum eſt,videtur,ꝙ ſit illius, poſtquam deſiccatum eſt,cu
ius erat,cum aquis inundatũ erat. quod ad præſens aliàs nõ
8 declaro.¶Tertiò quæro,& reuoco in dubiũ. †an limes poſ-
ſit præſcribi.dicit Innocen.quòd ſi ibi limites non ſint diſtin
cti,ferè ſecundùm omnes locum habet præſcriptio, & in ꝓ-
uinciis,& in epiſcopatibus,& in parochiis,& quò ad omnia
iura. 16.quæſt.3.& hoc intelligendum eſt. vbi verò diſtincti
ſint,dicunt ferè omnes,quòd nec limes præſcribi poteſt:nec
quod limiti eſt annexum. 16.q.3.c.licet in regulis.& c. dile-
cto. quod autem remotum eſt à limite, quò ad omnia iura
præſcribi poteſt:licèt infra alterius limites contineatur. alii
(vt Gui.Tan.Ala.& alii)dicunt,quòd etiam remotum à limi
te præſcribi non põt quò ad iura merè ſpiritualia : ſiue ſint
de lege iuriſdictionum:ſiue diœceſana. s̃.de of.or. c.conque
rente.& c.dilectos.pro horum opi.facit de reli.do. c. 1.de p̃-
ſcrip.c.ad aures.& c.audit.& c.cũ ex officii. in quibus oĩbus
oſtenditur,ꝙ iura,quæ pertinent ad iuriſdictionem,non põt
præſcribere vnus ep̃s: vt infra limites alterius hoc exerceat:
quia pręſumitur ab initio vſurpatum:ex quò titulus non ꝓ-
batur. 17.q.3.c.poteſt.ſed bene poteſt præſcribere: vt cleri-
cos alterius diœce.in ſua eccleſia ordinet,& iudicet,ſecundũ
Inno.quod non admittit Hoſt.niſi à ſuo epiſcopo repræſen-
tentur.s.de temp.or.c.quò ad tranſlationem.hoc autẽ certũ
eſt,ꝙ illud,quod remotum eſt à limite,præſcribi põt. 16.q.
3.c.volumus. dummodo fines ex hoc non contingat confun
di.quod dic, vt legitur,& no.j̃.de deci.c.cũ ſint homines.ſe-
cũdùm Hoſt.faciunt illa ad conſuetudinem,quæ eſt Floren.
ibi



ibi enim eſt quædam eccleſia parochialis,habens populum:
quæ eccleſia,& populus quò ad omnia ſpiritualia ſunt ſubie
cti epiſcopo Fæſulano.facit ad prædicta,quod no.in cap.ni-
mis.s̃.de iureiur.

A D D I T I O.

a ¶Erit limes.vide Inno.in c.cum cauſam.de proba.& Bald.in margarita. verſi.limes.

*S V M M AE.*

1 *Populi terrarum,quæ ab hoſtibus occupantur:ubi ultimò ſe locant, intelliguntur conſtituere domicilium.*
2 *Iuriſdictio,quam quis habet in incolas & aduenas ratione domicilij expirat eoipſo,ꝙ incola inde diſcedit.*
3 *Temporalia non debet quis ab eo exigere, cui non miniſtrat ſpiritualia.*
4 *Temporalia poteſt accipere à ſponte ſoluente, etiam non curatus, ſi miniſtrat.*
5 *Decimæ prædiales ſolui debent rectoribus, in quorum parochijs prædia illa conſiſtunt.*
6 *Domicilia originis an retineat,qui ſe aliò ad habitandum contulit.*
7 *Collectæ,quæ imponuntur perſonæ,ſecundùm æſtimationem bonorũ, non debent ſolui à clericis.*
8 *Domicilium in loco quando dicatur quis habere.*
9 *Transferre domicilium de loco ad locum,eſt uoluntarium.*
10 *Filiusfa.põt conſtituere domicilium ſine conſenſu patris.*
11 *Sine domicilio an quis poſſit eſſe.*
12 *Forenſis factus monachus,uel abbas ſancti Georgij,an ſit ciuis Venetiarum.*
13 *Rectores Capitulorum,& eccleſiarum,licèt ſint forenſes:tamen poſt promotionem efficiuntur ciues.*
14 *Ciuis natus in comitatu an dicatur comitatenſis.& econuerſò.*
15 *Ciuis,& comitatenſis qualiter differant.*
16 *Vxor an efficiatur ciuis ciuitatis mariti:an ſolùm incola.*
*Et an deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis,unde traxit originem. n.17.*
18 *Statuto cauetur,ꝙ forenſis non poſſit in territorio emere immobilia: an mulier inde oriunda alibi nupta poterit emere.*
19 *Vidua,mortuo uiro,tenet eius domicilium.*
20 *Ciuilitas acquiſita ex conuentione,an tranſeat ad filios.*

SIgnificauit. Si parochianus domicilium
transfert : primus prælatus
in eo iura parochialia non vendicat. decimæ tamen
prædiales ſuæ parochiæ ſibi dentur.communis diuiſio.ſecũ
da ibi[fraternitati.]¶Nota primò, quòd iſti homines ante
generalem occupationem terræ in aliis ciuitatibus elege-
runt manſionem : & vltimò exinde poſtea peruenerunt ad
1 ciuitatis habitationem.collige ergo,†ꝙ populi terrarũ, quæ
ab hoſtibus occupantur, vbi vltimò ſe locant : intelliguntur
conſtituere domicilium. vtrùm autem ſic expulſi perdãt no
men,& effectum vniuerſitatis.dic vt notat Innoc.j̃.de oper.
2 no.nunc.cap.1.¶Secundò nota,†quòd iuriſdictio,quam qs
habet in incolas,& aduenas,ratione domicilii,expirat eo ip
ſo,quòd incola inde diſcedit:ita quòd in talem recedentem
non poteſt poſtea exercere iuriſdictionem: voluntaria ergo
eſt domicilii conſtitutio,& mutatio, vt in reg.nihil tam na-
3 turale.de reg.iur.¶Tertiò nota reg. †non debet quis ab eo
exigere temporalia:cui ſpiritualia nõ miniſtrat. expone[nõ
miniſtrat.]ideſt miniſtrare non debet. non enim ſufficit de
facto miniſtrare: vt miniſtrans ſpiritualia conſequatur. ſed
requiritur,quòd de iure miniſtret.ſimiliter ecõuerſo. qui de
iure miniſtrat. licèt parochianus ipſa ſpiritualia non ſuſci-
piat,tenetur ad temporalia: poſtquam per curatum nõ ſtat,
quominus miniſtret.ſufficit enim,quòd ſeruiat altari : vt de
altari viuat,iuxta Apoſtolum,vt c.cum ſecundum.de præbẽ.
4 fatentur tamen Docto.†quòd etiã non curatus ſi miniſtrat,
poteſt accipere à ſponte ſoluente:non iure prælationis. pa-
tet hoc in prædicatoribus, qui ſeminant verbum Dei. j̃. de
ſenten.excommu.c.cum voluntas.de offic.or.c.inter cetera.
5 ¶Quartò no. †quòd decimę prædiales ſolui debent recto-
ribus:in quorum parochiis prædia illa conſiſtunt. poſſet ta-
men conſuetudo operari,quòd parochiali,non prædiali ſol-
uantur etiam prædiales.ſed,quòd nullo modo ſoluatur, non
poteſt inducere conſuetudo,ſecundùm Hoſtien.Pe.& Abb.
de quo j̃.ti. 1.c. 1.li.6.& in ſumma.eo.titu.de deci.§.vltimo.
verſi.7.& in quæſtione porrorum.de regu.iur.cap.qui prior.
lib.6.in quarta parte. ¶Oppo.dicitur hic,quòd diœceſano,
ad cuius diœceſim ſe contulerunt:non vnde receſſerunt,de-
bent de omnibus reſpondere:ſed contra,imò videtur,ꝙ etiã
primo:vt ff.de ſena.l.ſenatores.ſol.dicit glo. 1.illud,ꝙ ad ho
nores retinet domicilium originis : ſed non quò ad onera.
aduerte,quia eſt domicilium originis proprię: eſt & domici
6 lium originis paternæ.†an ergo ſi quis aliò ſe ad habitandũ
contulerit,retineat prædicta domicilia originis.diſtingue la
tiùs. quia aut loqueris quò ad munera perſonalia : aut quò
ad munera realia:aut quò ad honorem: aut quò ad ius con-
ueniendi. primo caſu illa habet neceſſe ſubire ratione origi-
nis propriæ,& paternæ.vt ff. ad municip. l. libertus. §.præ-
ſcriptiones.C.de incol.l.ciues.& l.fin. Secundo caſu,ſcilicet
de patrimonialibus.certum eſt, quòd illa ſubit. ſcilicet ſi in
loco originis propriæ,vel paternæ bona poſſidet. l.forma.§.
ſi verò quis.de cen.& de mu.& ho.l.fin.§.patrimoniorum.&
C.de muli.& in quo loco.l. 1.li. 10. Tertio caſu ſcilicet de ho
noribus : dico, quòd illa ſubit in loco originis propriæ: vel
paternæ.ff.de ſena.l.pen. Quarto caſu de iure conueniendi.
dic,ꝙ idem:quia in vtroque foro poterit cõueniri. qđ eſt ve
rũ,ſi ibi reperiatur,ꝑ l.hæres abſens.de iud.in prin.tñ ꝙ ipſe
ibi domiciliũ hẽat, vt in l.prouinciales.de verb.ſig. & c.ſtatu
tũ.in glo.olim dicebamus.de reſcri.li.6. & l.relegatorum.§.
dubitatum.de interdict.& rele. Et ita diſtinguit Bar.in l. aſ-
ſumptio.§.filius.ff.ad municip. ibi etiam nota. an nepos ſe-
quatur etiam originem aui.glo.ibi,quòd non.Cynus diſtin-
guit. quòd aut naſcitur viuo auo:& ſequitur eius originem.
aut eo mortuo:& non ſequitur.& ſic nota.in l.2. C. de iuriſ-
dict.omn.iud.quod tenet Bar.in d.§.filius. Ex his inferas,ꝙ
poteſt quis habere domicilium ratione originis aui, patris,
& proaui,& etiam habitationis. & ſic plura domicilia ſimul,
& ſemel,vt d.l.aſſumptio.§.iuris prudentibus. & vide ꝑ Ho
ſtien.in ſumma.de foro competen.§.2. uer. item ratione ori
ginis.& in Spec.de compe.iudi.adi.uerſi.42.¶Secundò op-
po.dicitur hic,ꝙ ratione prædiorum debet quis ſubire one-
ra,vbi prædia ſita ſunt:ſed contra. quia propter ſolã poſſeſ-
ſionem non poteſt quis grauari.vt l.libertus.§.ſola. ff.ad mu
nic.ſol.dic,ꝙ quædam ſunt munera merè patrimonialia : ut
ſunt decimæ.j̃.de deci.c.paſtoralis.& c.tua nobis.& iſta im-
ponuntur poſſeſſionibus.pone etiam exempla : quia qlibet
inſinuat ante domum:quælibet domus teneatur recipere ho
ſpites,vt l.3.§.munus.de mu.& ho.ad illa quilibet,qui poſſi
det prædia,tenetur,etiam eccleſiæ, vt C.de epi.& cle.l.iube-
mus.& l.de his.niſi ſpecialiter priuilegio aliqua remittãtur.
vt l. 1.eo.ti.Quædam ſunt munera merè perſonalia. vt obedi
re præpoſito,& ſimilia.& de talibus loquitur iſtud c. in fine.
Quędam ſunt munera. quæ imponũtur perſonæ pro rebus:
vt procurationes legatorum, & nunciorum Apoſtolicæ ſe-
dis.& iſta tenetur ſubire perſona, non habito reſpectu,vbi
7 bona ſita ſint.†vnde collectæ:quæ imponuntur perſonæ ſe-
cundùm æſtimationem bonorum, non debent ſolui à cleri-
cis.vt no.Bar.in l.reſcripto.§.ſcientiæ.de mu.& ho.vbi adhi-
bet remediũ:quòd teneatur ſoluere de poſſeſſionibus poſt-
modum acquirendis.& vide quod not.in dicto §. ſola ratio.
8 per Barto. ¶Quæro,†quando dicatur quis habere domici-
lium in loco: lex videtur dicere, quòd non cenſetur incola:
niſi per decem annos moratus fuerit.C.de incol. l.2.Sed il-
la l.non ſeruatur, ſecundùm Io.And.qui dicit hoc eſſe arbi-

trarium.nam ſi conſtet, ꝙ in loco relicto omnia bona vendi
dit:& ſecum,quæ habere potuit,exportauit:& alio loco do-
mum,& poſſeſſionem emit, præſumitur primum domiciliũ
reliquiſſe,& elegiſſe ſecundũ,& bene dicit. quia quando re-
cedit quis cum rebus ſuis de loco, præſumitur habere aĩum
mutandi domicilium,vt no.Bar.in d.l.aſſumptio §.filius.al-
legat Inno.de renunc. c. 3.idem no.in l.prædia maritima.de
9 fun. inſtru. Et collige ex hoc,†ꝙ transferre domicilium de
loco ad locum eſt voluntariũ. & in conſtitutione eſt hoc ve-
rum:debet tamen probari, & aliquantulum expectari. arg.
de cle.pere.c.1.& 2.de quo remittit Hoſt.ad no.de regu. ca.
licet.ſuper ver.requirendum.verſi.ſed nunquid Abbas.ſicut
enim ibi dicit de monacho:ita hic dicit in parochiano. ſ. de-
cens eſſe,cum tranſit,primum iudicem requiri.alleg. de fo-
ro compe.c.ſignificaſti.& c.fraternitati.de cle.non reſi. ĩ.de
ſpon. c.cum apoſtolica.de clande.deſpon.c.fi. de cu.re.l.ſo-
lent.& l.de militibus.in mutatione autem an ſit voluntariũ.
dic ꝙ non,certo caſu.puta impoſita eſt collecta: tunc enim
non poteſt quis renunciare incolatui: niſi ſoluat. vt l. incola
iam.ff.ad muni.vbi per Bar.dicitur etiam quis habere domi
cilium,vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarũ,vt no.
in l.hæres abſens. ff.de iudic. & illud non poteſt mutari ſola
uoluntate:ſed opus eſt facto,vt l.domicilium.ad mun.potius
enim facto,quàm verbo conſtituitur domicilium, vt ibi. ex
10 quo collige,†ꝙ filiusfam. poteſt conſtituere domicilium ſi-
ne conſenſu patris,vt l.ciues.C.de incol.&idem dicas in pu-
pillo:vt poſſit ſibi cõſtituere domicilium.ſ.ſi in loco, ad quẽ
ſe transfert, deferat maiorem partem fortunarum ſuarum.
C.vbi pe.tu.l. 1.& ibi per Azo.¶Secundò principaliter quæ
11 ro:†an poſſit quis eſſe ſine domicilio.videtur,ꝙ non:qa ſal-
tem habet domicilium originis,quod mutari non poteſt, vt
d.l.aſſumptio.& illa ratione videtur, ꝙ nullus ſit ſine domi-
cilio. dic, ꝙ imò poteſt etiam carere domicilio originis, ſi
terra, vnde eſt oriundus,caſmate periit:vel eſt capta ab ho-
ſtibus,vt Troia,vt l.cum loca.de relig.vel eſt paſſa aratrum:
vt Carthago.ff.qui.mo.vſu.amit.l.ſi vſufru. vel omnes receſ-
ſerunt:& ſic eſt facta inhabitabilis,vt l.2. in princip.de col-
le.illi.uel per priuilegium deſiit eſſe ciuitas,vt l.filii.§.ſenato
ris.ad mun.& iſta no.glo.in l.ſi quis.ad muni.& in quantum
dictum eſt de ciuitate capta:intellige ab hoſtibus populi Ro
mani:vt à Sarracenis.quia tunc perditur beneficium ciuili-
tatis illius ciuitatis.& ita poteſt loqui iſtud c. ſecus ſi una ci-
uitas capiatur ab alia,vt l.ſi quis ingenuam.§.fi. de cap. & l.
hoſtes.eod.tit.intellige, cum ciuitas eſt capta cum toto co-
mitatu.ſi enim aliqua pars ciuitatis, vel territorii retinere-
tur:in eo retineretur ius ciuilitatis,argum.C.de iure emphy.
l.1.& de acquir.poſſeſſ.l.quod in eo.§.fin. ius enim ciuilita-
tis non eſt proprium ciuitatis:ſed totius territorii. ff.ad mu-
nic.l.qui ex vico.& l.pupillus.§ territorium. de verbo. ſigni.
& idem dicas de ciuitate paſſa aratrum:vel quæ caſmate pe-
riit.perdit enim tunc iura ciuilitatis:cum ciuitas, & territo-
rium corruerunt. ſi autem ciues receſſerunt de vno ſitu, &
alibi conſtruxerunt ciuitatem. an retineant iura ciuilitatis.
dic,ꝙ ſic,ſi in eodẽ territorio:ſecus ſi in alio.facit quod not.
Innoc.de verbo.ſign.c.abbatem.in fin.;& ita no. Bart. in l.ſi
quis.ff.ad munic.quod no.ſolent enim ciuitates habere mul
ta priuilegia,& imunitates à Papa, ab Imperatore, & à ſuis
principibus, & regibus. ſi ergo capiantur, vel deſtruantur,
vel transferantur:an dicta priuilegia ſint extincta,vel durẽt:
12 habetis ex prædictis. ¶Tertiò quæro. †vtrùm forenſis fa-
ctus abbas, vel monachus ſancti Georgii ſit ciuis Venetia-
rum: dicit Bart. declarandum primò, an per monachatum
deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.tenet quòd non:quia per mo-
nachatum non perdit iura ciuilia,vt l.Deo nobis. C. de epi-
ſcopis,& clericis.item illi, qui monachantur, aſcendunt ad
maiorem ſchemam,vt in Authen.de mona. in prin. ſed ſicut
per dignitatem ſuperueniẽtem prima ciuilitas non tollitur,
vt l.filia.§.ſenatoris.ff.ad municip. & l.penul.de ſena.ita per
monachatum non deſinit eſſe ciuis. item eſt videndum, an
Capitula eccleſiarum contineantur appellatione ciuium;ita
quòd ſint ciues.dic,quòd Capitulum eſt perſona repræſen-
13 tata:ideò ſi habuit originem in loco:dicetur ciuis. † de re-
ctoribus ergo Capitulorum, & eccleſiarũ dicas, quòd licèt
ſint forenſes:tamen poſt promotionem efficiuntur ciues. de
tempor.ordin.c.nullus.lib.6.præterea miles præpoſitus lo-
co ad exercendum militiam cenſetur ciuis illius loci, vbi p̃-
poſitus eſt,vt l.municipes.§ fin.ff.ad municip.ergo & præpo
ſitus regimini eccleſiæ.præterea non eſt dubium, quòd ab-
bas eſt de Capitulo:ſed Capitulum eſt ciuis, vt dixi. ergo &
abbas.præterea matrimonium facit vxorem ciuem illius ci
uitatis,vnde eſt vir,vt l.fin.§.idem reſcripſerunt. ad munici.
ergo eadem ratione eccleſia trahit ad ſe prælatum,vel recto
rem ſuum.& ſimiliter monachum ſuum: quia tranſit in pote
ſtatẽ Capituli,& abbatis:qui ſunt ciues,vt dictũ eſt. ¶Quar
14 tò quæro.†an ciuis natus in comitatu ſit comitatenſis.vel e-
conuerſo comitatenſis natus in ciuitate ſit ciuis. pro huius
quæſt.declaratione debetis ſcire,quòd de iure communi ali
qua eſt differentia inter ciuem, & comitatenſem, videlicet
quò ad onera ſubeunda. quia comitatenſis tenetur ad ma-
iora onera.nam poteſt ei imponi collecta, quæ vocatur ca-
pitatio:quæ ciuibus imponi non poteſt, vt C. de ca.ciu.cen.
15 exhi.li.11.& ibi no.ad propoſitum ergo dicas, †quòd inter
ciuem,& comitatenſem non eſt alia differentia:niſi quia co-
mitatenſis maiori oneri eſt obnoxius:ſed in iſtis ſic obnoxia
tis non inſpicitur locus,vbi quis naſcitur:ſed perſonæ, ex q-
bus oriuntur,vt l.cum ſcitis.in prin.de agri.& cen. lib.11. &
natus ex ciue(vbicunq; naſcatur) erit ciuis. & comitatenſis
vbicunq; naſcatur,erit comitatenſis.vtrùm autem in prædi-
ctis inſpiciatur conditio patris,vel matris de iure communi.
pone pater eſt ciuis:mater comitatenſis:vel econuerſo. & vi
detur,ꝙ debeat ſequi conditionem matris,vt l.ſi qui. & l.ne
diutius.C.de agri.& cen.dicit Bar. ꝙ quantùm ad ſeruitutẽ,
& libertatem ſine dubio partus ſequitur conditionem ma-
tris,vt l.partum.C.de rei vẽ.ſed quantùm ad honores,& mu
nera,quæ conferuntur ratione ciuilitatis,ſequitur conditio-
nem patris,vt l.1.ff.ad munic.item quantũ ad alias cõditio-
nes,per quas quis obnoxiatur,& eius libertas minuitur, vt
in quæſtione propoſita,eſt aduertendũ. quia quædã eſt qua
litas,quæ nullo mõ põt conuenire mulieri: vt decurionatus
officium,& ſimilia:& tunc in hoc matris conditio non attẽ
ditur:ſed ſemp patris,vt C.de decur.l.nuſlus.vbi de hoc tex.
nam quædam ſunt conditiones,vel qualitates, quæ poſſunt
congruere mulieri:ſicut in quæſtione propoſita.vt eſſe ciuẽ,
comitatenſem,vel aſcriptitium.& in iſtis eſt regula,ꝙ qs ſę-
pe ſequitur conditionem matris,vt d.l.ne diutius. & l.ſi qui.
fallit in caſibus ibi notatis:inter quos eſt caſus de comitatẽ-
ſi,dũ excipit caſum l.meminimus.e.c.nam debes ſcire,ꝙ q-
dam ſunt aſcriptitii,qui ſunt veluti aſcripti glebæ,& debent
ſemp morari in fundo:& de illis loquit.l.meminimus. cũ ſi.
quidam ſunt,q uocantur inquilini,ſiue coloni: qui, licèt te-
neant colere agros:tñ pñt morari,vbi volunt.& ita no. Bar.
16 in l.fi.ff.ad muni.qđ dicit no. ¶Quintò q̃ro.†an vxor efficia
tur ciuis ciuitatis viri:an ſolũ incola.dicit ibi Bar. ꝙ text.ibi
vr̃ dicere,ꝙ ſic.nec aliqua lex vr̃ dicere,ꝙ ſit ciuis. gl.tñ in l.
ciues.C.de incol.vr̃ dicere,ꝙ efficiatur ciuis. quod tenet ibi
Bar.ar.eius,qđ dr̃ de filio adoptiuo in l.1.ad muni.& qa effi
17 citur vna caro cũ viro. † ſed an deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuita-
tis,vñ trahit originẽ, talis mulier nupta: vr̃,ꝙ non:quia ori-
go mutari non põt,vt l.aſſumptio.in prin.ad muni. contra-
rium determinat gl.C.eo.l.originem. & vr̃ probari in l.cum
quædam.de iuriſ.om.iu.& C.de munic. & in quo loco.l.1.Si
enim in loco originis non poteſt conueniri ad aliqua mune-
re,vel vocari ad honorẽ,vel trahi ad ius:vr̃,ꝙ caſus illius ci-
18 uitatis non remaneat.& hoc facit ad q. † cauetur ſtatuto, ꝙ
foren-



ſis non poſſit in territorio emere immobilia:vtrũ mu-
lier inde oriunda alibi nupta emere poterit.videtur,ꝙ non,
per illa,quæ dicta ſunt.contrarium tenet ibi Bar.dicit enim,
ꝙ mutat originem,quantùm ad omnia,per quæ perſona mu
lieris poſſet auerti,& ſeparari à ſeruitio viri.& ideò non po
teſt alibi vocari ad honorem,& munera in iudicio, quàm in
loco domicilii viri,vt dictum eſt. quantùm verò ad alia non
mutat originem.ar.d.l.aſſumptio. Similiter dicimus in liber
ta nupta voluntate patroni,quæ remanet liberta,non tamen
quò ad operas.concludit ergo, ꝙ poſſit emere, & occidens
eam puniretur,tanquam occidens ciuem, & gaudebit aliis
priuilegiis ciuium.Quid dices de deſponſata?dic,ꝙ ſi p ver
ba de futuro, non mutat domicilium: ſecus ſi per verba de
præſenti:licèt nondum ſit ducta.ff.ad muni. l.ea quæ deſpon
19 ſata.& ibi nota.¶†Quid de vidua.dic,ꝙ mortuo viro tenet
eius domicilium:quia vr̃ ſtare in primo matrimonio, dũ eſt
vidua.vt l.fi.C.de bo.ma.& l.1.§.exactio. de rei vxor.act.&
eſt tex.C.de priuile.ſcho.l.1.lib.10.& in Auth.de non ali.ſe
cundo nu.poſt prin.hoc no.Bar.in l.filii.§.vidua.ad munic.
20 ¶Sextò quæro:†vtrùm ſicut ciuilitas originalis patris tran
ſeat ad filium(vt ſupra dictum eſt) ita tranſeat ciuilitas acq-
ſita ex conuentione.videtur, ꝙ non; quia eadem eſt ratio in
tali ciuilitate,quæ eſt in domicilio incolatus.quod non tran
ſit,vt l.aſſumptio.§.filius. ad municip. In contrarium facit:
quia ciuilitas acquiſita per adoptionem, vel manumiſſionẽ
tranſit ad filios,vt l.fin.ad muni.ſed ciuilitas quęſita per cõ-
uentionem prædictis æquiparatur.quia vtrunq; fit per con-
uentionem:ergo &c. Item priuilegia acquiſita per dignita-
tem tranſeunt ad filios,vt l.filii.§.ſenatorem.ad muni.& hãc
opin.ſequitur Bar.in l.libertus.§.patris.ad munic.¶Vltimò
ſcias,quòd illud,quod dictum eſt,quòd filius ex perſona pa
tris conſequitur ciuilitatem,& domicilium ratione originis
paternæ:non intelligas in ſpuriis.ff.ad muni.l.1.in fin.alia, q̃
reſtant,dic vt in d.tit.per eum: ex cuius dictis pluribus lo-
cis ſparſis prædicta collegi.quæ ſunt vtilia,& cõmuniter in-
cognita canoniſtis,&c.

# De decimis[a],& primitijs.& oblationibus.

QVIA parochiani ad iſta tria tenentur: ideò
iſtam rubricam ſubnectit. de materia deci-
marum, & primitiarum habetur in Decre.
16.q.1.c.de his. vſq; ad finẽ quæſtionis. &
q.7.vſque ad §.cum ergo.de conſec. diſt. 5.
40.de oblationib habetur.10.q.j.c.de his.&
cap.ſeq.& tribus vltimis.13.q.2.c.qui oblationes.1.& 2. &
c.clerici.repetitur rub.in 6.& cle. & conueniunt multa iura
de pac.c.plerique.de tranſact.c.2.c.veniens.de arbi. ca.per-
uenit.de præſcrip.c.cauſam.& c.ex tranſmiſſa. de confirm.
vti.vel inuti.c.pe.de iis,quæ fiunt à præla.c.cum apoſtolica.
de loca.c.2.de eccle.ædi.c.cum dicat.de vſuris.c.quanto.de
priuileg.c.cum & plantare.de verbo.ſign.c.cau.& c.cum in-
ter.quæ faciunt ad tertiam partem rub. ¶Quærit Io.An.&
latè diſputat,†vtrùm decimæ debeantur,ſiue eccleſiæ,& cle
rici ſint pauperes,ſiue diuites.& quòd ſi ſint diuites, nõ de-
beantur,faciunt iura & rationes.primò illud Num. 18.[ni-
hil aliud poſſidebunt,decimarum oblatione cõtenti.] & ibi
[in terra eorum nihil poſſidebitis:] nec habebitis partẽ in-
ter eos [ego pars,& hæreditas tua in medio filiorũ Iſrael.]
ex hoc tex.videtur,ꝙ cùm clerici hodie multa poſſideant,&
teneant:huic iuri videntur renunciaſſe.nam qui excedit ſuos
terminos:exceditur à non ſuis terminis,vt l.fi.C.de edict.di.
Adr.tol.Item duo ſunt Dei præcepta.vnũ affirmatiuũ dire-
ctum filiis Leui:vt decimas ſoluant. & aliud negatiuum dire
ctum clericis:vt ibi nihil poſſideant. Si ergo uolunt ſibi Dei
legem ſeruari:ergo & ipſi laicis obſeruare debent: maximè
quia præceptum negatiuum ſemper obligat, & ad ſemper:
ſed affirmatiuum ſi,ſemper obligat:non tamen ad ſemper.
Io.An.poſt Innoc.tenet contrarium, ſcilicet quantumcunq;
eccleſiæ,uel clerici ſint diuites,decimæ debẽatur. probat au
ctoritatibus,& rationibus.patet 1.Leuit.29. circa finem.vbi
dicitur.[Omnes decimæ terræ,ſiue de frugibus, ſiue de po-
mis Domini ſunt:oues, boues,& capræ,quæ ſub iuga paſto-
ris tranſeunt.]patet etiam Deuter.14.[Decimam partem
ſeparabis de omnibus frugibus tuis, quæ naſcuntur in ter-
ra.]ad idem ſecundi Paralip.21.circa prin.[Plurimas obtu-
lerunt primitias frumenti,vini,& olei:mellis quoq;, & om-
nium,quæ gignit humus,decimas obtulerunt.] ad hoc facit
Næemiæ quarto circa finem [Ipſi Leuitæ decimas accipiant
ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorum.]pro hoc etiam
Tobiæ primo.[Tobias fideliter offerebat primitias,& deci-
mas.]alias,& plures auctoritates vide per Hoſt. in ſumma.
eod.titu.§.& vtrùm præſcribi.ſub §.7.verſi.magiſtratui ve-
rò.rationibus hoc idem confirmatur. & primò non obſtant
diuitiæ:quia propter eas non debẽt alicui ſubtrahi iura ſua,
vel auferri.13.quæſt.1.c.1.præterea rectè conſiderando, de
cimæ non ſunt tantum clericorum, quantum ſunt pauperũ,
& fabricæ.12.q.1.c.nobis.& c.ſeq.ſunt etiam tributa egen-
tium animarum:& eas ſibi Dominus in ſignũ vniuerſalis do
minii reſeruauit.16.q.1.c.decimæ.ad idem,vt dixi,rectè cõ
ſiderando, quantumcunq; abundent clerici in rebus eccle-
ſiaſticis:tamen pauperes ſunt.tum quia proprium non hñt:
tum quia ſuperfluum tenentur pauperibus erogare, vt patet
in eo,quod not.ĩ.cap.à nobis.vnde Imperator appellat om
nes clericos pauperes.C.de ſacroſanct.eccle.l.priuilegia. &
Hieron.26.q.1.c.quoniam quicquid.Item decimę ſunt pars
Domini:& Dominus dedit eas leuitis.Leui.26. circa finem.
& Nume.18.circa finem. quod ergo Dominus dedit leuitis
(quantumcunque diuitibus,vel malis)nulli alii licet eis ſub-
trahere,vel auferre.Rurſus etiam aduertendum, quòd legi-
tur Exodi 22.[Decimas, & primitias tuas non tardabis of-
ferre.]quod cum ſit præceptum prohibitionis,ad ſemper,&
vbiq;,& omnes obligare videtur. Non obſtat auctoritas de
qua ſupra.[Nihil aliud poſſidebitis.]&c.nam & ſi illud præ
ceptum ſit negatiuum: tamen non habet perpetuam prohi-
bitionem,ut patet Leuiti.25.& 27.c.1.conſecrata ad ius per
tinet ſacerdotum:& ſi omne, quod Domino cõſecratur,ſiue
animal,ſiue ager,non ueniat. ex his ergo, & aliis concludit
Ioan.And.quòd hodie,ſicut olim,decimæ debeantur. & mi-
ratur ipſe poſt Innoc.& Doct.quòd aliqui magiſtri noui, &
prędicatores prædicant,& docent contrarium contra vetus,
& nouum teſtamentum: & tamen nunquam inuenient Aug.
Ambr.Greg.vel alium ſanctum, vel Doctores aliud ſenſiſſe.
16.q.1.c.decimas.& c.ſeq.& quod dictom eſt.s̃.de prædial.
idẽ intelligas de perſonalibus, vt patet Neemiæ.4.circa fin.
& Deute.12. circa prin.maior enim eſt ratio,ꝙ quis dẽt tri-
butum Deo.quod producit manus ſua,tanquam dignior: q̃
de eo,quod producit humus,ſecundùm Innocen.de hoc ta-
men dic,vt ĩ.eo.c.in aliquibus.hæc materia (vt dixi)pleniùs
expeditur in ſumma.eod.titu.§.fin.ſub §.7. ¶Quærit vlti-
mò. quare magis præcipit Deus ſolui decimã, quàm octa-
uam,vel 12.dic,quòd non poteſt reddi ratio:nec debet quæ
ri.ſi.n. rõnem non quærimus de his, quæ ſtatuit homo. ff.de
legi.l.non omnium.& s̃.de reſcri. c.ſi qñ.fortiùs de his,quæ
ſtatuit Deus,non eſt rõ inquirenda.7.ad Roman.11. in fin.
[O altitudo diuitiarũ.]&c.& ſequitur[quis.n.cognouit ſen
ſum Domini:aut quis cõſiliarius eius fuit?]dicebat tñ Roff.
e.c.§.1.uerſi.ſi tu quæras. ꝙ quia in 10.præceptis Decalogi
enarrauerat,in 10.partibus frugum voluit honorari.vide de
conſe.di.6.c.quadrageſima.& c.ieiunium.

ADDITIO.

a ¶ De decimis. Decima quid ſit. Quot ſint eius ſpecies. uide Io. de Turre Cre. in c. reuertimini. 16. q. 1.

*SVMMAE.*

1 *Lex mandat decimam ſolui: & ubi ſit illa lex.*
2 *Inferiores miniſtri debent decimas ſacerdotibus.*
3 *Statuto cauetur, quòd qui luſerit, vel offenderit in domo, puniatur in tantum.*
*Quid ſi non luſerit, uel offenderit in domo: ſed in porticu: an dicta pœna puniatur.*
4 *Auctoritatibus magiſtrorum credendum, & ſtandum eſt in caſibus à iure non deciſis.*

DEcimam. No. ꝙ olim ſoluebant homines quatuor genera de
cimarum: ideò tunc homines bonis oĩbus abun
dabant. 16. q. 7. c. maiores. nunc verò vnam ferè ſoluunt: iõ
penuriam, plagas, & multa mala patiuntur. 16. q. 1. c. reuerti
mini. & ideò tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus. vt d. ca.
maiores. de hoc no. Hoſt. e. c. §. & quar. & ibi elicit quatuor,
in quibus remuneratur ſoluens: & nouem, in quibus delinqt
1 non ſoluens. ¶ Secundò no. † ꝙ lex mandat decimam ſolui:
& eſt illa lex Deute. 14. in medio, & in fi. & Numeri. 18. poſt
mediũ hr̃ de omnibus iſtis decimis. & aduerte, quia iſta de-
cima eſt in præcepto: dum dicit, debebat, vt l. ſæpe. de of. pſi.
non ergo ſufficit aliam quotam ſoluere: ſaluo, quod dr̃. j. eo.
c. in aliquibus. nec de vno ſemine tm̃. j. eo. c. ex parte. 2. ideò
2 dicit [omnium frugum.] ¶ Tertiò no. ꝙ leuitæ. i. † inferiores
miniſtri dabant decimas ſacerdotibus. & dicit Io. An. ꝙ lo-
co iſtarum ſunt partes epiſcoporum de decimis perceptis à
parochialibus eccleſiis. vel quas dant Papæ: vel alteri de eius
mandato &c. ¶ Quartò no. im̃ genus decimarum, quas co-
medebant in ueſtibulo &c. loco iſtarum ſunt oblationes. &
ſeruantur in quibuſdam partibus in anniuerſario. & no. ꝙ di
cit [in veſtibulo] non in templo: in quo nullus debet publicè
conuiuari. de immu. eccl. c. 1. niſi neceſſitas cogat. de cuſto.
re. c. 2. & dr̃ veſtibulum. i. porticus, ſiue ædificium cum tẽplo
3 contiguum: in quo aliquid licet, quod non in templo. † & fa-
cit ad queſt. ſtatuti, quo cauetur, ꝙ qui offenderit, vel luſerit
in domo, puniatur intantum. quid ſi non offenderit, vel luſe-
rit in domo, ſed in porticu: an dicta pœna puniatur? ar. hic,
ꝙ non: quia diuerſa ſunt. facit l. conclaue. & quod ibi no. ff. de
dam. infect. &c. ¶ Quintò no. ꝙ ſoluentis arbitrio relinquit,
quantum offerat nomine primitiarum. quod intellige inter
40. & 60. in obligatione ergo incerta relinquitur arbitrio de
bitoris, quantum ſoluat. facit l. plerunq;. de iure do. & in ob
ſcuris quod minimum eſt, debetur, vt in reg. in obſcuris.
¶ Sextò no. ꝙ contra auaritiam clericorum debet fieri inter
pretatio: ipſorum. n. auaritia ſatiari non pt̃. ſ. de preb. c. quia
4 in tantum. & c. auaritie. ¶ Septimò no. † ꝙ credendum eſt, &
ſtandum in caſibus non deciſis in iure, auctoritatibus magi-
ſtrorum. de quo in gl. & pulchrè per Bar. in l. 1. ff. ſi cer. peta.
no. hic ar. &c. ad quod vide, quod no. 14. q. 5. c. cum beatiſſi-
mus. hoc. n. regulare eſt. quod lege omiſſum eſt, non omittat
religio iudicantis. ff. de teſti. l. quæſitum.

*SVMMAE.*

1 *Priuilegia, quæ aliquibus conceduntur, non uidentur conceſſa contra pariter priuilegiatum.*
2 *Epiſcopus an dabit decimas de prædialibus.*
3 *Plures miniſtrantes in eadem eccleſia ſacramenta, an debeant illi ſoluere decimas.*
4 *Clerici præbendati in una eccleſia, de qua multum percipiunt: in alia audiunt diuinum officium, & ſacramenta recipiunt: an de eo, qđ habent de eccleſia, ubi ſunt præbendati, ſoluent decimas eccleſiæ, vbi recipiunt ſacramenta, quòd non.*
5 *Mercenarij Ciſtercienſiũ, & multorũ aliorũ morantes in alienis parochijs: & de textura, uel alia manuũ opera multũ lucrantes: an de hoc lucro dabunt eccleſiæ, ubi morantur, decimas perſonales.*

NOuum genus. Secundùm di-
uerſas lectu-
ras varia eſt ſummatio. ſecundum G. & ſequaces
loquitur prima pars de dote eccleſiæ. ſecunda de patrimo-
nialibus clericorum. aliqui dicunt, ꝙ prima pars loquitur de
clericis communiter viuentibus. ſecunda de coniugatis. alii,
ꝙ prima de perſonalibus: ſecunda de prædialibus. Inno. di-
cit, quòd eccleſia ſita infra limites alterius baptiſmalis non
ſoluet perſonales decimas de laboribus eccleſiæ. i. de his, q̃
acquiruntur ei manibus miniſtrorum. vel aliter. & ſic loquit
prin. clerici verò de his, quæ propria ſibi acquirunt, ſoluunt
decimas, etiam perſonales: vt de aduocatione, & ſimilibus.
& ſic loquitur finis. prædiales verò ſoluunt ſicut alii: niſi ſint
priuilegiati. j. eo. c. ſuggeſtum. & c. ex parte. cum multis ſimi
libus. Hoſt. intellexit prin. de decimis non ſoluendis parib.
finem de decimis ſoluendis maioribus. ad quod facit glo. 2.
aliquos intellectus ex iſtis ponunt glo. primum illum: ꝙ de
dote eccleſiæ non teneantur. de prædiis clericorum ſolui de
beant, ſiue ſint in aliena parochia, ſiue in ſua, ſm̃ gl. ſed dices.
ſi ſunt in ſua: quomodo ſoluet ſibiipſi. nã nullus ſibiipſi obli
gari poteſt. ff. ad Velle. l. tutor. videtur enim, ꝙ tunc actio. ec
cleſiæ confundantur: ſicut cum debitor ſuccedit creditori. ff.
de ſolu. l. Stichum. §. aditio. ſo. quòd hæc allegatio habet lo-
cum in perſonalibus: non in prædialibus, ſm̃ Goff. uel dic, ꝙ
clericus percipit de prædio ſuo fructus vt dominus: & ſibi-
ipſi ſoluit de ipſis decimam vt procuratori, vel rectori eccle
ſiæ. vt ſ. de do. c. 2. Nam adminiſtratores ſicut ab aliis, ita à
ſe ipſis exigere debent, vt l. quoti. ff. de admin. tu. de hoc per
Roff. in li. ti. qui, & à quibus: & de quibus rebus decimæ ſint
ſoluendæ. §. ſed oppo. ¶ Quæro quæ fuit rõ dubitandi in pri
a mo reſpõ. c. dic, ꝙ fuit generale legis præceptum [a] omnibus
de ſoluendis decimis, clericis, & leuitis, vt patet. ſ. c. proxi.
1 Ratio in contrarium decidendi fuit: † quia priuilegia, q̃ ali-
quibus conceduntur, non videntur conceſſa contra pariter
priuilegiatum, vt l. non tm̃. in fi. prin. ff. de excu. tu. & l. ſed &
milites. in prin. eo. ti. cum ſimil. vnde & eccleſia, quæ prohi-
betur permutare: non prohibetur hoc agere cum alia, vt in
Auth. item ſibi inuicem. C. de ſacroſan. ec. ſimiliter ſi ad plu-
res dirigitur præceptum, ne alienent: non videtur inuicẽ in-
ter ipſos extendi prohibitio, ut l. pater. de le. 3. ¶ Scd̃ò quæ-
2 ro. † vtrũ eps̃ dabit decimas de prædialibus. aliqui, ꝙ non;
quaſi confuſa ſit actio: vt dixi. alii contra. pro quibus 16. q. 1.
c. ſi quis laicus. nam quilibet poſſeſſor illas ſoluit: niſi excuſe
tur priuilegio. j. eo. c. ex parte. vel conſuetudine. j. eo. c. apo
ſtolicæ. vel cõpoſitione. j. c. prox. nam quælibet res trãſit cũ
onere ſuo. j. eo. c. paſtoralis. & hoc dicit Ho. in prædiis noui
ter acquiſitis. ego credo, ꝙ etiam ſi de antiquis prędiis ante
promittunt, ſoluere teneantur. & ſi dicas cui. dic, ꝙ ſoluet vt
priuatus: & accipiet vt prælatus: vt ſic computet quod ſoluẽ
dum eſt de eius prædio inter eccleſiæ facultates, vt dicit tex.
in ſimili. ſ. de teſti. c. requiſiſti. facit d. l. quoti. quid enim ſi ec
cleſia haberet in feudũ à progenitoribus epiſcopi, quod de-
ſcendit in eum: nonne vellet eccleſiam ſuam ad tributum ſi-
bi, vt priuato debitum, obligari? vtiq;. ergo & econuerſo ec-
3 cleſiæ de iure ſuo reſpondeat. ¶ Tertiò quæro. † vtrùm plu-
tes in eadẽ eccleſia miniſtrantes eccleſiaſtica ſacra debeant
illi ſoluere decimas perſonales. dicit Ho. ꝙ ſibi ipſis ſoluẽt:
vel aliter in vtilitatem eccleſiæ cõmittatur. ar. de offic. ordi.
c. cum vos. vr̃ tamen ſibi conuenientius dicere, ꝙ inferior te
neatur ſoluere ſuo ſuperiori ſpũalia miniſtrãti. & ſm̃ hoc vr̃,
ꝙ ſummo Pontifici ſint à clericis decimæ perſoluendæ. nam
cuilibet



cuilibet intelligitur ſpiritualia miniſtrare: cum & immedia-
tè ſubſit ei quælibet anima, vt no. de offi. archi. c. 3. & in ex-
trauagan. vnam ſanctam. & habet Papa pro ſe tex. ſ. e. c. 1. di
cit tamen Hoſt. ꝙ Papa hoc iure non vtitur: ſed vti poſſet.
quia totum eſt ſuum. 9. q. 3. c. cuncta. & ca. per principalem.
4 ¶ Quartò quæro: † clerici præbẽdati in vna eccleſia, de qua
multum percipiunt, in alia audiunt diuinum officium, & ſa-
cramenta recipiunt: an de eo, quod habent de eccleſia, vbi
ſunt præbendati, ſoluent decimas eccleſiæ, vbi recipiunt ſa-
cramenta? dicit, ꝙ non: quia præbendæ ſunt eccleſiæ, non ꝑ-
ſonæ: vnde canonici de præbendis teſtari non poſſunt. C. de
teſta. c. ad hoc. & c. tua nos. cum ſimil. dicit Io. An. ꝙ quidqd
dicat Inno. in perſonalibus ſtatur cõſuetudini, nedum in cle
ricis: ſed in laicis, vt no. j. eo. c. in aliquibus. prædiales verò
ſoluẽdæ ſunt illi eccleſiæ parochiali, infra cuius limites ſunt
ſita prædia. 16. q. 1. c. ſi quis laicus. niſi conſuetudo: priuile-
gium: vel pactum aliud inducat. vt dixi. ſ. aduerte ſi præben
darij faciunt fructus ſuos, vt not. in c. præſenti. de offi. or. lib.
6. illos fructus ſuperior poteſt dicere ſuos: quos cum pro in
duſtria perſonæ lucretur: videtur, ꝙ inde debeat ſoluere
decimam perſonalem eccleſiæ, vbi percipit ſacramenta. hic
Doc. tenent contrarium, vt prædixi. ¶ Quintò quæro poſt
5 Doc. † de mercenarijs Ciſtercieñ. & multorum aliorum mo
rantibus in alienis parochijs: & de textura, vel alia manuum
opera multa lucrantibus: an de hoc lucro dabitur eccleſiæ,
in qua morantur, decima perſonalis? dicunt ipſi, ꝙ aut iſti
mercenarij ſunt liberi homines: aut ſerui. ſi liberi. tunc ſi ni
hil de mercede recipiunt: nihil dabunt. ſi autem pro merce-
de aliquid conſequuntur: de illo decimam ſoluent. & hoc de
mercenario libero clarum eſt. ſed de lucro, quod ex prædi-
ctorum mercenariorum opera in aliena parochia dominus
conſequatur, cui decimam dominus ſoluere debeat: dubi-
tatur, an parochiæ, vbi illi lucrantur: an parochiæ ſuæ, vbi au
dit diuina. tenet, ꝙ eccleſiæ ſuæ, vbi per anni circulum audi-
uit diuina: non illi eccleſiæ, in qua mercenarij operati ſunt.
Et idem dicunt de quolibet negociatore, qui multa lucratur
in alienis parochijs ex negociatione: vt nõ illi eccleſiæ, in cu
ius parochia lucrum percipitur: ſed parochiæ, vbi mercator
percipit ſacramenta per anni circulum. ſecus enim, ſi hodie
in vna eccleſia audiret diuina: & multum dicto die lucrare-
tur. quia de illo tali lucro huic eccleſiæ nihil debet, ſed ſuæ:
vbi per anni circulum audit diuina. ſi tamen in pluribus au-
diret diuina, & quaſi pro æquali parte: non eſſet malum, ſe-
cundũ Innocen. ꝙ auctoritate ſuperioris decimæ diuidãtur
inter ipſas. argu. ſ. eo. c. relatum. in fi. & de ſepul. c. 2. in glo.
mag. verſi. & per hoc. & dignum eſt, vt is, qui ſpiritualia ſemi
nat, temporalia recipiat ab eod. 13. q. 1. §. 1. hoc dictum In-
no. credo verum, quando pro æqua parte audit, & audire de
bet. quia vtrobiq; habitationem habet: ſecus, ſi de facto in al
terius parochia audiret etiam toto anno. illi enim eccleſiæ,
quæ deliquit, eum recipiendo. vt ſ. c. 1. nullus. non credo, ꝙ
rõne decimæ aliquid debeat. & ita credo Innoc. & Doct. in-
tellexiſſe. Et iſta ſunt no. maximè hic Venetijs, vbi mercato-
res de omnibus mundi partibus per inſtitores ſuos exercẽt,
& multa lucrantur. de talibus enim lucris, & prouiſionibus
decimam hic ſoluent. Ex his conclude, ꝙ in negociationi-
bus quò ad ſolutionem decimæ non inſpicitur locus, in quo
lucrum percipitur: ſed vbi dominus, qui lucrum percipit, cõ
moratur: ſecus in realibus, in quibus attenditur parochia,
vbi ſitum eſt prædium: non vbi moratur perſona, quæ fru-
ctus percipit, vt ſ. tit. 1. c. fi. de quibuſdam tamen emolumen
tis dubitatur: an dicantur prouenire ex negociatione, & in-
duſtria: aut de prædijs, vt de animalibus, quæ dominus exi-
ſtens in vna parochia facit in alia paſcuali curari. de hoc no.
j. eo. c. ad apoſtolicæ. vbi dicam.

ADDITIO.

a ¶ Legis præceptum an ſoluere decimas cadat ſub præcepto. vide Io. de Turrecrema prælleg. c. reuertimini. 16. q. 1. & ibidem. an ſit præceptũ morale, vel cerimoniale.
¶ Vtrùm epiſcopus dabit decimas de prædialibus.

*SVMMAE.*

1 *Compoſitio poteſt fieri inter perſonas eccleſiaſticas ſuper quæſtione decimarum.*
2 *Compoſitio ſimplex decimarum an extendatur ad decimas poſſeſſionum poſtea quæſitarum.*
3 *Papa poteſt concedere priuilegium, vt de poſſeſſionibus ſuis quis nõ teneatur ſoluere decimas.*
4 *Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis non tenet: ſi decimæ debebantur ex conuentione.*
5 *Papa poteſt derogare ex certa ſcientia conuentioni factæ ſuper re ſpirituali.*

EX multiplici. Compoſitio ſuper
decimis facta non
tollitur per ſequens priuilegium, de illa nõ faciẽs
mentionem. prima querelam narrat. ſecunda dat iudicem
1 ibi [verùm quia.] ¶ Nota primò, † ꝙ de quæſtione decima
rum poteſt inter perſonas eccleſiaſticas compoſitio fieri. de
quo in glo. penul. & de pac. c. 1. & vlt. lib. 6. & in tali compo
ſitione debet interuenire cõſenſus Capituli, vt hic: aliàs poſ
ſet contrauenire. quod dic, vt ſ. de tranſac. c. contingit. ¶ Se
cundò not. quòd hic fuit compoſitio generalis ſuper deci-
mis, exceptis minutis: quæ autem ſint minutæ. dic, vt infra c.
2 cum in tua. in glo. 1. † vtrùm autem iſta ſimplex compoſitio
extendatur ad decimas poſſeſſionum, quas quærerent po-
ſtea iſti monachi. glo. quòd ſic. j. de priuileg. c. quia circa.
& hac ratione dicit Goffr. quòd ſi priuilegium impetratum
eſſet circa acquirenda, non valet: ſi de compoſitione, quæ ad
acquirenda extenditur, non fecerunt mentionem: ſecus ſi cõ
poſitio non reſpiceret acquirenda. nam tunc ſuper acquiren
dis priuilegium bene valet. ¶ Tertiò no. ꝙ poteſt renunciari
iuri nondum competenti. ideſt ſuper non exigendis decimis
in futurum. quod eſt verũ, ſecundũ glo. ꝙ poteſt renunciari
pacto: non ſimplici renunciationi. de ratione diuerſitatis, &
de materia, an poſſit renunciari iuri futuro. dic, vt plenè no.
in l. 1. C. de pac. Goff. dicit, ꝙ hic renunciatur iuri exigendi,
quod præſentialiter competebat. & bene dicit, arg. no. ſ. de
3 ſepul. c. in noſtra. ¶ Quartò no. † ꝙ Papa poteſt cõcedere pri
uilegium, vt de poſſeſſionibus ſuis quis non teneatur ſoluere
decimas. in iſtis enim ſpiritualibus Papa habet liberam, &
generalem adminiſtrationem, vt tetigi ſ. c. proximo. alij au-
4 tẽ an poſſint. dic, vt no. j. eo. c. à nobis. &c. ¶ Quintò no. † ꝙ
priuilegium ſuper decimis non ſoluendis non tenet, ſi deci-
mæ debebantur ex conuentione: de qua in priuilegio nõ ſit
facta mentio. Ratio redditur in tex. quia per priuilegium Pa
pa non intendit præiudicare iuri tertiæ perſonæ. vt l. 1. §. ſi
quis à principe. & §. meritò. ff. ne qđ in loco pub. & c. ex tua-
rum. de auct. & vſu. pa. ſed hic non videtur bona ratio. quia
nõ poteſt concedi vni priuilegium exemptionis, ꝙ per eum
non detrahatur iuri alterius, cui antea debebantur. ſed dic,
ꝙ decimæ, quæ debentur de iure communi, poſſunt tolli per
Papam. nec dicitur iniuriam facere, ſi aufert, quod per legẽ
conceſſit. ſed ſi quis prouidet per pactum, iniuria eſſet ſibi
auferre, qđ queſiuit ex propria prouiſiõe. hinc eſt, ꝙ dr̃ [lex
ſuum, non tuum tibi denegat auxilium.] vt not. in l. aſſi-
duis. C. qui po. in pig. ha. & videtur hoc verum, etiam ſi de-
cimæ de iure communi debitæ debeantur per conuentionẽ:
quod eſt no. & facit ad no. j. de cõſti. c. 1. lib. 6. & illud, quod
hic dicitur, cum debentur ex conuentione, idem intelligas,
cum alius decimas percipit de poſſeſſionibus impetratis. nã

 ſi im

ſi impetraret priuilegium ſuper nõ ſoluẽdis decimis de ſuis
poſſeſsionibus : non valet priuilegium , non facta mentione
5 de illius poſſesſione, vt j̃.eo.c.1.lib. 6. ¶ Sextò not.† ꝙ Pa-
pa poteſt derogare ex certa ſcientia conuentioni factæ ſu-
per re ſpirituali.de quo dic per Inn.s̃.de præben.c. dilectus
fil ius. & in cle. dudum. de ſepul. in fi. non ita in obligationi
bus alijs deſcendentibus ex cõtractibus iuris gen.quod dic,
vt not.Inno.s̃.de conſti.c.quæ in eccleſiarum.&c.

*SVMMAE.*

1 *Monachi commorantes in aliena parochia , tenentur illi ſoluere decimas prædiales .*
2 *Status rei quandoque mutatur: & non attenditur, an mutetur ſubſtantia rei .*
3 *Capitulum iſtud de quibus monachis loquatur.*
4 *Domus pignorata ſi reducta eſt in aream , remanebit area obligata .*
5 *Decima de piſcibus , & auibus non incluſis,cui ſit ſoluenda.*
6 *Comburens , vel deuaſtans ſegetes , maximè maturas : vel arbores cædens : an teneatur eccleſiæ,cui decimæ debebantur,ad æſtimationem decimarum .*
7 *Eccleſia an habeat aliquod ius in decima,antequàm ſeparata ſit ab aceruo, vel ante fructuum maturitatem.*
8 *Res mihi debita , ſi facto alterius perimatur: an creditori,cui debebatur, actio competat contra vaſtatorem .*
9 *Aeſtimatio quomodo fiat in caſu , in quo depopulator agrorum, ex quibus decima debebatur,vel occiſor ſpeciei tenetur .*

COmmiſſum. Monachi tenentur
ſoluere decimas p̃
diales de prędijs nouiter cultis:de quibus tamẽ
prius decimæ ſoluebantur. in prima querela ponitur. in ſecũ
1 da iudex datur. ¶Nota primò , † ꝙ monachi commorãtes
in aliqua parochia tenentur illi ſoluere decimas prædiales.
quod intellige,ſi prædia ſita ſint intra fines illius parochiæ,
vt patet in tex. perſonales verò non videtur, ꝙ ſoluere debe-
ant : quia cõiter viuunt, vt c. quoniam , vt ait.s̃. de vi.& ho.
cle. 16.q. 1.c.decimas.facit quod no.Inn.s̃.c. nouum genus.
2 ¶Secundò no.† ꝙ quandoq; mutatur,& variatur ſtatus rei.
quod non attenditur,ſi ſubſtantia non mutatur.concor.l. pa
cta conuenta.§.æde ſacra.ff.de contrahen. emp. nam quan-
doq; domus mutatur in aream. quandoq; paſcua mutantur
in vineam,vel terram laboratoriam,vt in tex.patet.facit l.in
ter ſtip.§.ſacram.de verb.obli.& quod j̃.dicam. ¶ Quæro,
cum iſte tex. loquatur de monachis habentibus poſſeſsionẽ
infra alienam parochiam:& multæ ſint ſpecies monachorũ:
& varia iura prodita ſuper decimis non ſoluendis : vel ſoluẽ
3 dis ab eis,vt plenè legitur, & no. j̃. c. ex parte. † Quæro de
quibus monachis loquitur iſtud.c.gl. 1. ponit duos intelle-
ctus. primus eſt, ꝙ loquatur de Ciſtercien.qui ſoluunt deci-
mas de terris,quas non colunt ſumptibus,vel manibus ſuis:
& de terris talibus debet intelligi iſte tex. nã ſicut de cultis
per eos non tenerentur ſoluere: ita nec de iſtis ad nouã fru-
ctuum ſpeciem redactis: niſi in caſu.j̃.e.c.ſuggeſtum.& ſecũ
dũ hunc intellectum iſtud.c. modicam dubitationem habet.
ſecundus intellectus eſt, ꝙ loquatur de alijs monachis , qui
non habent priuilegium ſuper decimis non ſoluendis:niſi ſu
per noualibus.domos ergo , & paſcua ad culturam redacta
volebant pro noualibus reputari: cuius contrarium hic deci
dere videtur: ratio deciſionis redditur in ſeq.glo.quia noua
lia iſta dici non poſſunt: cum antea parochialis eccleſia de-
cimas exigebat ex domibus,& paſcuis,vt dicit tex. Rõ ẽ, ſe
cundùm Ioan.An.quia licèt mutetur qualitas terræ: non ta-
men mutatur ſubſtantia: nec debet vna res &c.vt j̃.e.c.cum
in tua.ſed dicas. cum de frugibus nunquàm fuerint decimæ
ſolutæ: non videtur, ꝙ modò ſolui debeant:quia obſtet præ-
ſcriptio. vt s̃.de præſcri.c.de quarta,ſed dic , vt s̃. ꝙ iſti fru-
ctus ſubrogantur loco præteritorum. cum de eodẽ ſolo per
cipiantur: ergo primorum naturam aſſumant,vt l. ſi eum.§.
qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& pro hoc dicit Io.An.j̃.e.c. cũ
in tua. ꝙ ſi in terra,ex qua percepta eſt decima frumẽti 40.
annis , modò ſeminetur milium : de milio decima ſolui de-
bet.idem ſi de arboribus nouiter plantatis prouenirent ali-
4 qui fructus,vt ibi no.concor.huic ca.leges.† quòd ſi pignora
ui domum,quæ poſtea ſit redacta ad aream:area remanebit
obligata.& idem ſi legaui domum , quæ ſimiliter ad aream
ſit redacta,vt l.ſi fructus.§.ſi res.de pigno.in domo autem le
gata,& deinde combuſta,an area, vel domus ſuper ſolo ite-
rum reconſtructa debeatur. dic per Bart. in l. ſi ita.§. ſi do-
mus.de leg. 1.& no.quando mutatur rei qualitas, ſed ſubſtã
tia eſt eadem:an debeatur , vt primò . & in domo,& paſcuis
ad culturam redactis habetis,vt s̃.quid ſi obligaui,vel lega-
ui capas argenti:vel aliquam aliam ſpeciem,quam poſtea re
degi ad maſſam:vel econuerſo de maſſa legata feci ſpeciem:
vel de vino mulſum:vel de grano farinam:vel de lana pannũ.
circa iſtam mutationem an noceat. vide tex.no.in l.quæſitũ.
§.illud.ff.de le.3.& l.ſeruũ filij.§.ſi procu.de leg. 1.& l.ſi quis
hominẽ.aliàs Iul.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhibi. & Inſti.de rerũ
di.§.cum ex aliena.quò ad ſolutionem decimæ,mutatio fru-
ctuum nihil nocet : quia habetur reſpectus ad ſolum: ( & ſic
ad locum,vnde percipitur)non quid percipitur: ſed pone, ꝙ
de conſuetudine in eadem terra vna eccleſia conſueuit perci
pere decimam vini: alia bladi : & terra vineata ad culturam
redigitur : vel apta ad bladum redigitur ad vineam. Ioan.
And.dicit attende reſpondentem.j̃.eo.cum dilecti.c. ſugge-
ſtum.& c.licèt.remittit ad not.per Hoſt.in ſumma. eo. tit.§.
vlt.verſi.nouo.& duobus ſe.dicit tamen hic Io. An. ꝙ iſta cõ
ſuetudo reſtringitur ſolũ ad prædia,in quibus viget , non ad
alia:& bene dicit,ar.not.per Bar.in l. 1.ff.de iti.actuque pri-
ua.& l.ſi prius.de aqua plu.arc.s̃.de præſcrip.c. auditis.& c.
cum olim. ¶Secundò quæro. dicitur hic , quòd de paſcuis
ſoluitur decima.pone ergo, ꝙ dominus de nouo concedit pa
ſturam alteri.dicit, ꝙ herba paſta tranſibit cum onere ſuo in
dominum beſtiarum:vnde ſoluet decimam. argu. ff. de vſu-
fruc.l.vſufru.legato.& l.item ſi fundi.& l. vſufructuarium ve
5 nari.& per eadem iura dicit Innocen.hic,de † auibus, & pi-
ſcibus non incluſis dandam decimam eccleſiæ, vbi audit di-
uina:cum in nullius ſint parochia.Inſtitu.de rerum di. §. fe-
ræ.de incluſis verò dabitur parochiali loci,per præalleg.l.&
per l.auibus.de leg.3.& ſecũdùm hoc poteſt intelligi, qđ de
venatione dicitur.j̃.eo.c.non eſt.ſecundũ Hoſtien.¶Quærit
6 Ioan.An.† ſi quis comburat , vel deuaſtet ſegetes ( maximè
maturas) vel arbores cædat : an teneatur eccleſiæ , cui deci-
mæ debentur,ad æſtimationẽ decimarum? quidam, ꝙ ſic.ff.
ad leg.Aquil.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam. & ff. de vſufruc.
l.arboribus.§.Iul.aliàs eſt.l.& incipit.ſi fur.alij contra. dicit
Ioan.And. ꝙ prima opi.eſt vera:vbi fit ſine cauſa iuſta.ff.de
fur.l.ſi apes. in fine.quæ bene facit.ſecunda opi.eſt vera, quã
do fit ex iuſta cauſa ( puta ex iuſto bello.) ego dico , ꝙ du-
7 bium quæſt.pendeat ex alia.† ſcilicet,an in decima,antequã
ſeparata fuerit de aceruo:vel ante fructuum maturitatem,di
catur eccleſia aliquod ius habere : & quod ius , an rei vend.
tanquàm dña pro indiuiſo : an ac. perſonalem . glo. mouet
iſtud dubium.j̃.c.tua nob.& 17.q. 1.c. moderamine. & in d.
c. tua nob.glo.ponit vltimam opinionem, ꝙ petantur condi
ctio.ex canon.quod placet Ioan.Tan.Go. & Ala. j̃. c. quo-
niam.& Vin.j̃.e.c.prohibemus.& D.Fed.de Sen.conſ.74.&
ſi ita eſt.cum omnes condi.ſint perſonales.Inſti. de ac. §. ſic
8 itaque.dubium quæſtionis conſiſtit † vtrũ ſi res mihi debita
perſonali actio.facto alterius perimatur: an illi, cui erat de-
bita,competat actio contra occiſorem, vel vaſtatorem.Bar.
in ſpecie debita ſic diſtinguit . quandoq; ſpeciem debitam
interficit debitor. quandoq; fideiuſſor. & his caſibus dic , vt
ff.de



ff.de verbo.obli. l. ſi ſeruum. in prin.& l. mora.quandoq; in
terficit eam creditor : & tunc aut ante moram ( vt quia erat
debitum conditionale:vel in diem incertum. ) & tenetur cre
ditor l.Aquil.vt l.leges. in fi.ad leg. Aquil. aut erat debitum
in diem certum : & tunc idem : ſi facta repetitione anni , vel
30.dierum, intererat debitoris,non erat debitum.aliàs non
video,quid debitoris interſit.& ita intelligit Iac.But.in l.ar-
bitrio.ff.de dolo. aut interficit eam tertius : & tunc aut eam
interficit in damnum creditoris : & tunc debitor liberatur.
quia culpa creditoris videtur perijſſe,vt l.ſi merces.§. culpæ.
ff.loca.& l.pe.in prin.ſo.ma.aut interficit in iniuriam debito
ris:& tunc non liberatur,quaſi ſua culpa perierit,vt d.§.cul-
pæ.aut interficit eam non in iniuriam alicuius:& tunc habet
debitor acti.legis Aquil.& liberatur,vt l.ſi Stichus certo die.
de verbo ob.ſed an illam actio. tunc cedere teneatur.& glo.
ſunt contrariæ : & ideò dic, ꝙ aut res eſt debita ex cauſa lu-
cratiua: & debitor non tenetur cedere , ſpecie occiſa : ſecus
ſi eſſet vulnerata.ff.ad leg.Aquil.l.huic ſcripturæ. & no. in l.
proinde.eod.tit.Si verò ex cauſa oneroſa: & tenetur cedere,
& dare quidquid ad eum peruenit ex illa re, vt l. in ſumma.
§.ſi quis ſeruum.de cond. indeb. & ita procedit glo. quæ eſt
in præalleg.l.arbitrio.hanc diſtinctio.ponit Bar.in d.l.ſi Sti-
chus.ex qua potes colligere ſolutionem propoſitæ.q. & etiã
Hoſt.non rectè ſpernere cognitionem actionis in iſta mate
ria: ſicut ſpernit.j̃.c.tua nob.vbi dicit, ꝙ illa inueſtigatio ma
gis conſiſtit in ſubtilitate,quàm in vtilitate: cum nõ habea
mus neceſſe proponere actio.s̃.de iudi.c.cum dilecti.nã po-
ſito hoc pro vero, non expedit cognoſcere ſub qua acti. fa-
ctum propoſitũ claudatur:vt ſic condemnatio ad hoc,vel ad
illud rectè fiat , ſecundũ naturam actionis reſultantis ex fa-
9 cti narratione. ¶Sed incidenter tunc quæro. † in caſu (quo
depopulator agrorum,ex quibus decima debeatur, vel occi
ſor ſpeciei teneatur , vt dixi) quomodo fiet æſtimatio ? nam
grandine, vel alia peſte fortè fructus perijſſent. ar. Inſti. de
re.diui.§.illud quæſitum.dicit Ioan.An. ꝙ habebitur æſtima
tio ad annos præteritos , quantum percipi conſueuit . Non
ob. ꝙ potuerunt perire fructus grandine,vel alia clade.quia
potuerunt etiam non perire . quod ſufficit , vt ille, qui com-
miſit culpam, vel moram,teneatur.ff.de leg. 1.l.cum.§.fin.&
in Spec.de iniur.§.ſequitur.vltra medium.verſi. ſed quomo-
do. & quod ibi per Io. An. nam poſtquàm culpa præcedit :
omnis caſus fortuitus culpabili,& moroſo imputatur,iuxtà
materiam l.quod te.ff.ſi certum pet.

*SVMMAE.*

1 *Decima de piſcarijs, molendinis,fæno, lana, & apibus ſoluenda eſt parochiæ, vbi conſiſtunt.*
2 *Monitio requiritur in ſolutione decimæ, ad hoc vt non ſoluens poſſit excommunicari .*
3 *Decima eſt in præcepto : & illam non ſoluere , eſt mortale.*

PEruenit. Multa enumerantur hic,& ſe.
c. ex quibus decima eſt ſoluẽ
da:ſed optat Hoſt. ꝙ vbiq; terrarum bene ſoluerẽ
tur de blado,& vino:ſed dico ( quia abundat in clericis ini-
quitas) refrigeſcit multorum charitas . & credo , ꝙ modica
deuotio laicorum erga clericos communiter non agentes re
ctè ſit cauſa huius mali:vt ſic illud Leu.ti.4.locum ſibi vendi
cet.Si ſacerdos,qui eſt vnctus,peccauit,faciat delinquere po
pulum.& verè delinquit , dicente Domino Matth. 23. Om-
nia quæcunque dixerint vobis, ſeruate,& facite : ſecundùm
verò opera eorum nolite facere . & Seneca ait . Iniquum eſt
odio nocentis innocẽtiam perdere.facit ad hoc j̃.c.tua nob.
¶Secundò no. ꝙ iſtud,& ſe.c.loquitur de parochianis, ꝙ de
enumeratis hic debent decimas ſoluere.& in decima ſoluen
da de induſtria,& negatione planè procedit.vt s̃.c. 1.ti.fi. &
j̃.c.ad apoſtolicæ. Sed de molendinis,piſcarijs,fæno,lana,&
1 apibus († quia de certis locis percipiuntur)non videtur con
ſideranda parochia habitationis: ſed loci,vbi conſiſtunt : li-
cèt multum plus in horum fructu hominis induſtria opere-
tur,quàm locus.facit quod no.j̃.c.paſtoralis. ¶ Tertiò not.
2 † ꝙ in ſolutione decimę requiritur monitio. quod intellige
verũ,quò ad hoc : vt ille, qui recuſat ſoluere, poſsit excom-
municare.quia excommunicatio non eſt ferenda propter de
lictum: ſed contumaciam,vt c.cum medicinalis.j̃.de ſenten.
excom.lib.6. & ita loquitur hic . quantùm verò ad moram,
& omnem eius effectum, non credo , ꝙ monitio requiratur:
quia dies ſolutioni appoſita pro homine interpellat.s̃.de lo-
ca.c.potuit.coniuncto, quod no.in c.reuertimini. 16. q. 1. &
quod no.j̃.c.paſtoralis.& c.cum homines.vbi nota.¶Quar
3 tò collige, † ꝙ decima eſt in præcepto : & illam non ſolue-
re , eſt mortale : aliàs non excommunicaretur , ſecundùm
Hoſt. quod tenet Pe.j̃.e. c.parochianos .

*SVMMAE.*

1 *Decima pars dicitur per reſpectum ad rem totam .*
2 *Decimæ prædiales ſunt ſoluendæ eccleſiæ parochiali .*
3 *Decima ſoluenda eſt ſine diminutione. Et debet ſolui ſtatim,deductis fructibus.nu.4.*
5 *Detractio decimæ fit de integro aceruo , non habita ratione expenſarum in recolligendis fructibus.*
6 *Recolligit quis tantum in anno de vino,grano,& cæteris , quantum ſibi & familiæ ſuæ ſufficit ad ſuſtentationem , & non plus: an teneatur de hoc ſoluere gabellam .*
7 *Compoſitio an admittatur in decimis.*
8 *Laicus de prædio ſuo neglexit ſoluere decimas eccleſiæ, infra cuius limites ſitum erat: & hoc pluribus annis.deinde vendidit prædiũ: an eccleſia poſſit conuenire iſtum emptorem , qui modò poſſidet, ad decimas præteriti temporis.*

CVm homines. Decimæ fructuũ
ſtatim,cum colle
cti ſunt,ſolui debent,non deductis expenſis. po-
nit factum reprehenſibile , quod ſecundò corrigi mandat.
1 ibi[mãdamus.] ¶Nota primò,† ꝙ decima pars dicitur per
reſpectum ad rem totam. legalis tñ diuiſio eſt in 12.partes.
Inſti.de hære.inſti.§.hæreditas. quid ergo, ſi quis promittit
mihi tertiam partem, quartam,decimam,vel octauam: vide
tur, ꝙ in dubio debeamus nos referre ad diuiſionem legalẽ:
vt tertia, quarta,decima, vel octaua referatur ad 12. vncias.
& ita no. Bar.in l.interdum.de hære. inſti. iſtam interpreta-
tionem vſus,& vulgares non admitterent : & fortè nec iura :
quæ cum dicunt,decimam partem , intelligitur decima to-
tius,vt hic. Item ſi dicunt,tres partes. intelligunt tres partes
de quatuor totius rei, vt ff.ad leg.fal.l. tres partes. & l. nulli.
& l.ſeq. quod cuiuſ.vni.no. ¶Secundò nota ibi[cuius paro-
2 chiani]&c. † ꝙ decimæ prædiales ſunt ſoluendæ eccleſiæ pa
rochiali.de quo in glo.& plenius. j̃.eod.cap. cum contingat.
3 ¶ † Tertiò no. ꝙ ſine diminutione decima eſt ſoluenda : &
ſic non ſufficit aliquid dari pro decima.vnde dicit Aug. Qui
vult peccatorum indulgentiam pro maiori , reddat decimã:
& de nouem partibus faciat eleemoſynam , quaſi de aliena.
4 j̃.c.tua.ſecũdũ Hoſt. ¶† Quartò no.in verſi.mandamus . ꝙ
ſtatim deductis fructibus , decima debet ſolui.alibi dicitur,
ꝙ infra annum,de quo 16.q. 1.c.reuertimini . quod intelli-
gitur verum in re,quæ ſoluta affert cõmodum : vt redditus.
fętus autem,ſi ſolueretur,cum naſcitur,non afferret commo
dum: ideò dari debet lactatus,& impinguatus. arg.ff. de an.
5 leg.l.eum qui.& quod not.de conſe.di. 1.c.ſolent.¶† Quin-
tò nota, ꝙ detractio decimæ fit de integro aceruo, non habi
ta ratione expenſarum in recolligendis fructibus: alibi dicit
tex.eos eſſe conſtat , qui deducta impenſa ſupererunt , vt l.
fructus.

6 fructus.ff.ſol.mat. dicam plenè.j̃.eo.c.paſtoralis:¶†Quæ-
ro. pone,ꝙ quis recolligit tantũ in anno de vino, grano, &
cæteris. quantũ ſibi, & ſuæ familiæ ſufficit ad ſuſtentationẽ,
& non plus: an teneatur de hoc ſoluere decimam.videtur,ꝙ
ſic: quia quis de eleemoſynis eam ſoluere tenetur, vt 12.q.
1.c.habebat.& hoc tenet Vin.j̃.de cenſi.c.licet. nam ſecun-
dũ eum prætextu paupertatis non debet quis tenere aliena:
vel peccare.ff.de ritu nup.l.palam.decima autem eſt debita:
vnde dicitur reddi,& reſtitui: non propriè dari. vt j̃.eo.c.ad
apoſtolicæ.vnde poteſt vendicari. de hoc.j̃.e.c. tua.il 2. Re-
fert tamen Vin.Melendum magiſtrum ſuum dixiſſe,ꝙ talis
pauper non tenetur ad decimam:quia pauperes non tenen-
tur ad tributa.vt c. licèt. præalle. & decimæ ſunt tributa.j̃.
eo.c.tua nobis.ergo &c.& melius eſt non ſoluere, quàm ſo-
lutum repetere.ff.de compen.l.3.ad hoc 86.diſt.c.non ſatis.
in fi.ibi[ne veſtimentis, alimentiſq; ſuis parcant miſericor-
diæ cauſa: pro poſsibilitate conditionis humanæ menſura
ſeruetur:& non ſibi quiſque totum eripiat]&c. facit 43.diſ.
§.1. ibi[aliena rapere conuincitur qui vltra neceſſaria ſibi
retinere probatur.]ergo à cõtrario ſenſu neceſſaria retinere
põt.nã & ſi ſoluiſſet:teneretur prælatus huic, tanquam pau-
peri,reddere. retineat ergo,vt circuitus euitetur, vt l.domi-
nus teſtamento.de condi.inde. & retentionem habet quis ꝓ
eo,quod ſibi debetur, ſi aliquid ad eum de bonis debitoris
peruenit,vt l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de condi.inde. & cu
ius datur actio: multò magis exceptio, vt in reg. cui damus.
& l.purè.de doli excep.& ita firmat Melen.Vinc. contra,ſe-
7 cundùm Ioan.An.¶†Secundò quæro.vtrùm in decimis ad-
mittatur cõpoſitio.tex.iſte facit, ꝙ ſic, dum dicit[dignam]
&c.Ioan.An.poſt Doct.dicit,ꝙ aut loquimur in decimis ſub
tractis in præteritum:& in eis admittitur compoſitio,vt hic.
& ex compoſitione poſſunt licitè retineri.quod dic, vt s̃. de
reb.ec.nõ alie.c.vt ſuper.& de tranſac.c.veniens.in fine. Aut
quæris de decimis non ſoluendis in poſterum:& tunc aut q̃-
ris de compoſitione ineunda cum laicis: aut cum clericis. ſi
cum laicis,compoſitio non tenet ſine iudicis auctoritate: ſi-
cut nec conſuetudo,nec præſcriptio iuuat laicum quò ad de
cimam præſcribendam,vel retinendam.de præſcrip.c.cãm,
quæ.nam & talia poſsidere non poteſt.j̃.eo.c.ad hoc.Si autẽ
eſt compoſitio ineunda cum clericis: & valet etiam ſine au-
ctoritate ſuperioris,vt s̃.c.ex multiplici.& j̃.c. proxi. Ratio
in eis eſt: quia poſſunt poſsidere. & quæcunq; eccleſia poſsi
deat,nihil refert. nam in habentibus ſymbolum facilior eſt
tranſitus.ad hoc.C.de ſacroſan.eccle.Authẽ. item ſibi inui-
cem. ¶Sed incidenter contra hoc oppo. quòd nulla compo
ſitio admittatur,quia eſt in præcepto: ergo &c.s̃.de tranſac.
c.ſi.ſo.dic per Hoſt.j̃.e.c.à nobis. tu etiam poſſes opponere:
& videtur,ꝙ ſine iudicis auctoritate etiam compoſitio inter
clericos non teneat in decimis. quia ſunt cibus in domo Do
mini.ſed ſuper alimentis debitis in futurum non tenet com-
poſitio:nec facta ſine cauſa,& iudicis auctoritate, vt l. cum
8 ij.ff.de tranſac.cogita pro ſolutio. ¶† Tertiò quæro. laicus
de prædio ſuo neglexit ſoluere decimas eccleſiæ, infra cuius
limites prædium ſitum erat,& hoc pluribus,& pluribus an-
nis:deinde non dedit prædium.quæritur, vtrùm eccleſia poſ
ſit conuenire iſtum emptorem,qui modò poſsidet,ad deci-
mas præteriti temporis. videtur,ꝙ ſic:quia decima eſt onus
reale,& tributis comparatur.vt j̃.eo.c.tua.ſed in tributis,&
oneribus realibus poſſeſſor tenetur etiam pro tempore præ
terito,vt legitur,& no.C.ſine cen.vel reli.l.vlt.& C.de publi.
l.Imperatores.Io.An.videtur hoc tenere,ꝙ ſit in optione re
ctoris parochialis,an velit conuenire illum,qui hactenus fru
ctus percepit: an velit conuenire poſſeſſorem nouum. & ꝙ
ſequantur poſſeſſorem,videtur probari.j̃.eod.c.paſtoralis.
In contrarium facit,ꝙ non poſsint pati à poſſeſſore prædio-
rum.nam ſecundũ plurium opi. de qua.s̃. c. proxi. decimæ
petuntur condictione ex canone.17.q.1.c.moderamine.ſed
quælibet condictio eſt perſonalis,vt Inſti.de ac.§.ſic itaque.
ſi eſt perſonalis,concluditur, ꝙ competit contra poſſeſſorẽ.
quia actio perſonalis non ſequitur fundum,vt l.1.§.ſi hæres.
ad Treb.præterea onus decimæ reſpicit illum, qui percipit
fructum.hinc eſt,ꝙ dominus de parte ſua ſoluit decimam.j̃.
c.tua nobis.ille ergo,qui fructus percipit, & non alius, qui
non percipit, debet vrgeri ad ſolutionẽ.ad quod.ff.de vſufr.
l.hactenus.& l.ſtipendia.de impen.in re.do.l. quæro. de leg.
primo.licèt enim fructus debeantur ex prædio: non tamen
fundus pro illis dicitur obligatus, vt j̃.eod.ff.de contrahen.
empt.l.vlt.Non ob.c.paſtoralis. quia loquitur de fructibus
indecimatis,qui in alterum transferuntur: in quibus maior
eſt ratio, ꝙ cum onere transferantur,quàm poſſeſsio.Doct.
tamen hic tenent(vt dixi) ꝙ ſit in electione rectoris, contra
quem agat, vel contra nouum poſſeſſorem: vel contra illũ,
qui deſijt poſsidere. facit quod no.de rebus eccle.non ali.c.
ſi quis.in glo.de facto.&ita tenet dom.Fed.conſi.54. & not.
de hoc Archi. 16.quæſt.prima.c.ſi quis laicus.

*S V M M AE.*

1 *Priuilegiatus ſuper decima non ſoluenda de laboribus tenetur ſol-
uere de prædijs conductis.*
2 *Monachi poſſunt conducere poſſeßionem ad firmam.*
3 *Status non reducitur ad modificationem: ſed totus purgatur, vbi eſt
enormis læſio.*
4 *Compoſitio an admittatur ſuper decimis.*

DIlecti. Priuilegiati ſuper decimis nõ ſol
uendis, de prædijs, quæ condu-
cunt ab alijs, decimas ſoluere debent. ſecunda
ibi[vnde]loquitur iſtud c.ſecundùm glo.de monachis habẽ
tibus priuilegium non ſoluendi decimas de laboribus ſuis.
quod priuilegium non extenditur ad conductitias poſſeſsio
nes.contrarium videbatur.nam ſi de proprijs prædijs, quæ
ſuis laboribus colunt,non tenentur ſoluere propter priuile-
gium: multò minus de conductitijs:cum de iſtis, vltra labo-
rem,penſionem ſoluant. ſed de proprijs non,ſecundũ Hoſt.
1 ¶Nota ergo primò,† ꝙ priuilegiatus ſuper decima non ſol
uenda de laboribus, tenetur ſoluere de prædijs conductis.ſi
militer econuerſo, ſi propria locaret, alteri teneretur ſolue-
re. vt j̃.c.licèt. in priuilegio ergo de decimis laborum hæc
duo requirũtur,ꝙ prædia ſint propria,vt hic: & quòd illa la
borent proprijs manibus,vel ſumptibus.vt j̃. ca.licèt.& ad-
uerte, quia iſti conduxerunt ab alijs non priuilegiatis. nam
ſi conduxiſſent à priuilegiatis nihil ſoluentibus,nec ſoluerẽt
iſti conductori.j̃.eo.c.nuper.ſecundùm Ioan.An.quod facit
2 contra id,quod dicam.j̃.e.c.licèt.¶Secundò no.† ꝙ mona-
chi poſſunt cõducere poſſeſsionem ad firmam. de quo in pri
ma glo.quam tenẽt Inno.Vin. & Hoſt. facit ad ea, quæ dixi
3 s̃.de vi.& hone.cle.c. fin. ¶Tertiò not. † ꝙ vbi eſt enormis
læſio: nõ reducitur ſtatus ad modificationem: ſed totus pur
4 gatur.concor.j̃.c.proxi. & c. nuper. ¶ Quartò no. † ꝙ ad-
mittitur compoſitio ſuper decimis.de quo dixi. s̃.c.proxi.&
eſt mirum,ſi apparet Papæ,ꝙ iſti non foueant ius,quomodo
non præcisè mandat eis ſoluere: ſed componere, ſi poſſunt.
nam non videtur compoſitio valida,ſi iniuſtè quis litigat.de
quo contrario dic,& ſolue.s̃.depoſi.c.grauis.pro complemẽ
to huius c.dic,& adde quæ dicam.j̃.eo.c.licèt.nam illud, qđ
hic dicitur in conductore alieni prædij,ꝙ non habeat priui-
legium: poſſet quæri econuerſo, quid in locatore prædij ꝓ-
prij. dicam ibi.

*S V M M AE.*

1 *Priuilegiatus ſi moleſtatur ab alio contra tenorem priuilegij, recur-
ritur ad Papam.*
2 *Aequum à principio, procedente tempore poteſt fieri iniquum.*
3 *Legitimatus an poſsit excludi à ſucceßione propter filios ſuperue-
nientes.*

Sugge-



SVggeſtum. Priuilegium conceſſum ſu-
per decimis non ſoluendis
reuocatur,ſi incipit eſſe nociuum.& in prima conſul-
tatio.in ſecunda reſponſio.ibi[diſcretioni.] ¶Nota primò,
1 † ꝙ recurritur ad Papam, cum priuilegiatus ab alio contra
tenorem priuilegij moleſtatur. nam inferior nedum de iuri-
bus priuilegij Papæ: ſed nec de confirmatione alterius pri-
uilegij,quàm Papæ poteſt ſe inferior intromittere.quod dic,
vt s̃.de iud.c.cum veniſſet.ex quo collige,ꝙ ſi de iuribus pri
uilegij dubitatur,ad Papam recurritur.quia eius eſt interpre
tari,cuius condere,vt plenè in d.c. cum veniſſent. & l.ab exe
cutione.ff.de ap.& l.ſi de interpretatione. de legi. & eſt ar.ꝙ
municipes interpretantur ſtatuta ſua: ſi tamen eſſent confir
mata per ſuperiorem, dubitari poſſet:an ille, qui edidit: an
confirmans habeat ius interpretandi: fortè ſtatuens poten-
tius ius habet ad hoc.l.omnium.C.de teſta. & quod no.s̃.de
præben.c.dilecto. & c.cum aliquibus.de reſcri.lib.6. ¶Secũ
2 dò no. † quod à principio fuit æquum,procedente tempore
fit iniquum. & loquitur iſte tex.in priuilegijs. idem in con-
ſtitutionibus: vt ſecundũ varietatem temporum varientur:
nec eſt hoc reprehenſibile, vt c. non debet.j̃. de conſang.&
affi.& patet Heſter.c.antepe. vel penul. Et induco hoc ad.q.
3 † talem.quidam non habens filios legitimos, naturalem fi-
lium legitimauit, & poſtea legitimos procreauit. quæritur,
an talis filius legitimatus poſsit ſuccedere vnà cum legiti-
a mis: a videtur,ꝙ non,per illud.c.quia ceſſat cauſa legitima-
tionis:quæ fuit carentia liberorum. pro hoc l. ex facto.ff. de
vul.& pup. vbi receditur à beneficio principis, cum incipit
ceſſare cauſa beneficij.& hoc tenet Dy.in d.l.ex facto.Ray.
de For. ibi contra: quia reſcripta perfecta, & conſummata
licèt perueniant ad eum caſum, à quo non poſſent incipere:
non tamen vitiãtur,vt not.Dy.in c.actum legitimè.de regu.
iuris. lib.6.Non ob. ſecundùm eum.l. ex facto quia ſubſtitu
tio ibi ante mortem filij non erat perfecta: ſed legitimatio
ſic.ſed hæc debilis differentia videtur:quia ſicut ex ſubſtitu-
tione iam facta pendet ius ſuccedendi: ita ex legitimatione:
vtrobique ergo deberet vitiari, antequàm ſucceſsio defera-
tur. Bar.tamen tenet cum Ray. Non obſtat præcedens ſimi
litudo pendentiæ:quia ſucceſsio ad legitimationem venit ac
ceſſoriè. legitimatio enim per ſe ſtat, & eſt perfecta quò ad
ſucceſsionem, & ad multa alia ſe extendit. ſubſtitutio verò,
& ſucceſsio pariter ſe habent:igitur faciliùs vitiatur, ceſſan-
te cauſa. præterea legitimatus à principe æquiparatur legi-
timato per ſequens matrimonium,vt in Authen.qui mo.na.
effi.le.§.illud.in fi. ſed legitimati per ſequens matrimonium
ſuccedunt cum legitimis,vt l.pe.& antepen. de natu.li.ergo.
&c.& ita firmat in d.l.ex facto.Item facit ad q. ſi Papa præla
to ſenio confecto: vel de adminiſtratione ſuſpecto dedit coa
diutorem:ꝙ mortuo prælato,ceſſat coadiutoris officium.qa
ceſſat cauſa dationis. de quo nota. & dixi. s̃. de cle. ægro.c.
pen.& remiſi ad Bart.in l.quæſitum.de tutel. ¶ Oppo.& vi-
detur, quòd Papa hic non iuſtè moneat iſtos priuilegiatos,
vt componant, vel ſoluant: imò deberet eos à propoſita q̃-
rela abſoluere,propter priuilegium, quod debet eſſe maniu
rum:ſicut eſſet beneficium,vt c.decet.de reg.iu.lib.6. & 25.
q.2.c.1.ſo.vt in glo.1.quæ dicit. illud, quod dicitur in con-
trario,eſt regulare. fallit in pluribus caſibus in ea enumera
tis:in quibus receditur à priuilegio, vltra dictos caſus, qui
ſunt quinque.Ioan.And.enumerat alios: & ſecundùm eum,
ſextus eſt per contrariam ſententiam.de re iudi.c.inter mo-
na.& c.ſuborta.ſeptimus per ſecundum priuilegium contra
rium,faciens mentionem de primo.de pręſcrip. ca. veniens.
octauus per renunciationem tacitam, vel expreſſam.de re-
ſcrip.c.nonnulli.de foro compe.c.dilecti. nonus per ſpeciale
priuilegium poſtea impetratum; quia forſan derogat gene-
rali,etiam de illo mentione non facta, ſecundùm Hoſt. qui
remittit.s̃.de reſcrip.c.1.decimus ratione ſcãdali, vt hic. &
s̃.de præſcrip.c.2.vndecimus per reſcriptum,quod continet
[clauſula non obſtante]&c. de fo.compe. c. dilecti.in fi.12.
obſtant priuilegia,ſpecialis conuentio, vel pactum. s̃. eo. c.
ex multiplici.cum concor.vide in Spec.de inſtru.edi.§.nunc
autem. in fine.

ADDITIO.

a ¶ Cum legitimis. de filio legitimato per tunc non habentem filios legi-
timos. Sali.in l.ſi nunquàm.C. de reuo.dona.

*S V M M AE.*

1 *Monachorum genera varia ſunt.*
2 *Priuilegia conceſſa ſunt omnibus fere religioſis ſuper decimis non
ſoluendis ſuorum animalium, & aliorum.*
3 *Ciſtercienſes, templarij, & hoſpitalarij non ſoluunt decimas de poſ-
ſeßionibus ſuis.*
4 *Decima an ſit ſoluenda de nouali ab alijs extirpato: quod peruenit
ad manus monaſterij.*

EXparte. Ciſtercieñ. templarij,& hoſpita-
larij decimas laborum non ſol-
uunt: alij verò religioſi non ſoluunt decimam de
hortis, de nutrimentis animalium, vel noualibus, quæ ſuis
manibus,vel ſumptibus excolũt. & in prima cõſultatio.in ſe
1 cunda reſponſio.¶No.† primò,ꝙ varia ſunt genera mona-
chorum.quidam albi.quidam nigri.& multi alij diuerſorum
colorum: qui tamen omnes ſub regula beati Benedicti, &
Auguſtini, & aliorum concluduntur, varietate habitus non
mutante ſubſtantiam.de quo, & ſimilibus vide quod not.in
cle.ti.j̃.de elec. ¶Secundò no.ꝙ epiſcopus intimauit Papæ
grauamen per iſtos illatum parochijs, & eccleſijs ſibi ſub-
iectis.quod poteſt facere,vt s̃.de ſuc.ab in c.fi.¶ Tertiò no.
2 †ꝙ fere omnibus religioſis ſuper non ſoluendis decimis ſuo
rum animalium,& aliorum,de quibus in tex.priuilegia ſunt
conceſſa.fere, aũt ideò dicit: quia leproſi de hoc priuilegio
non participant,vt j̃.de ec.ædi.c.2.ſed dic,ꝙ illi non ſunt re
ligioſi,vt ibi per Io.An.& cle.1.j̃.e.Item qđ dicit de hortis,
intellige ad proprium vſum tantũ:aliàs poſſent eccleſias om
nibus decimis priuare, faciendo de omnibus poſſeſsioni-
bus hortos.quod eſſet iniquum:ideò reuocandum, vt s̃.c.ꝓ
xi.iſtud etiam,quod dicit de nutrimentis animalium &c. ex
pone,id eſt de animalibus, quæ nutriunt. ſecus ergo ſi darẽt
alijs tenenda. nam ſicut priuilegium de decimis non ſoluen
dis laborum non extenditur ad terras, quas tradunt alijs ex
colendas, vt c. de proximo. ita priuilegium de nutrimentis
animalium non extenditur ad ſua animalia,quæ tradũt alijs
nutrienda,vt no.in cle.1.j̃.eo. Cui aũt eccleſiæ debeatur de
cima de fructu gregis,no.13.q.1.§.2.& c.ad apoſtolicæ.j̃.e.
¶Quartò no.ꝙ cæteri religioſi non ſoluunt decimas de no-
3 ualibus ſuis.† Ciſtercieñ.verò,templarij,& hoſpitalarij non
ſoluunt de poſſeſsionibus ſuis: & ſic plus in hoc fauoris im-
penditur,quàm cæteris. Et aduerte, ꝙ dicit[de noualibus
ſuis,quæ proprijs]&c.requiritur enim, ꝙ terra noualis ſua
4 ſit:& quòd illam colat. † ſi ergo alij extirpauerunt nouale(li
cèt poſtea perueniat ad manus priuilegiatorum) ceſſat pri-
uilegium,ſecundùm Hoſt.ex his habes expoſitionem iſtorũ
verborum[de animalibus.de hortis.de noualibus.de poſſeſ-
ſionibus ſuis,quas proprijs manibus]&c. hodie contra reli-
gioſos priuilegiatos,committentes fraudes in non ſoluendo
decimas,quibus debent:vel prohibendos alios,qui tenentur
ſoluere,ne ſoluant,eſt prouiſum in cle.1.j̃.e. vbi de quibuſ-
dam fraudibus,quas committunt.¶Vltimò no. gl. magnã,
quæ plenè proſequitur, qualiter monachi teneantur hodie
ſoluere decimas,& in quibus ſunt priuilegiati:de cuius ma-
teria etiam habetur.16.q.1.§.de his.& hæc glo.habetur per
Innocen.s̃.cap. proxi. forſan errore ſcriptoris ſecundùm
Ioan.And.

*S V M-*

*SVMMAE.*

1 *Priuilegium laborum non extenditur ad poſſeſſiones, quæ traduntur alijs laborandæ.*
2 *Monachi quando dicantur colere ſuo ſumptu poſſeſſiones.*
5 *Coloni partiarij, & cenſuales priuilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis tenentur decimas ſoluere de parte ſua.*
4 *Eccleſia Romana habet ſalinas in Lombardia: quidam emerunt dictas ſalinas à dicta Eccleſia, & alibi portabant ſalem. petebatur ab eis pedagium: an debeant ſoluere.*

LIcèt. Priuilegiati ſuper decimis laborum, decimas ſoluunt de terris, quas tradunt
1 alijs excolendas. non diuiditur. ¶Nota primò, † ꝙ priuilegium laborum non extenditur ad poſſeſsiones, quas tradit alijs laborandas. nam licèt ille, qui per alium facit, ipſe facere videatur, vt c. mulieres. in fi. j̃. de ſen. excom. tamen cum laborare concernat perſonam, & ſudorem eius: nō poteſt quis per alium laborare, vel ſudare: quia aliæ ſunt operę vnius, quàm alterius, vt l. nemo eſt qui neſciat. de duo. re. & l. vnica. §. ne autem. de cadu. tol. multa ſunt enim, quæ non poſſunt per alios explicari, vt laborare, item prædicare. vt s̃. de offi. dele. c. fi. iſtam credo eſſe rationem huius interpretationis. eſt & alia, quia cum de præiudicio tertij (ſcilicet parochialis eccleſiæ) tractetur: debet priuilegium ſtrictè interpretari, vt verba ſonant, iuxtà not. in c. dilectus. s̃. de dona. ¶Oppo. & videtur, ꝙ de terra, quæ datur alijs excolenda, nō debeat ſolui decima: cum priuilegium conceditur ſub forma, de qua hic. nam colonus, qui recipit partem fructuum: videtur colere ſumptibus monaſte. propter partem fructuū, quæ ſibi debetur, vt j̃. eo. c. tua nobis. ſo. pars coloni dicitur potius fructus, quàm lucrum: ſubmittit enim illam fortunæ,
2 & diuinæ miſericordiæ: tunc ergo † dicuntur monachi colere ſuo ſumptu, quādo dant certum pretium: vel certas corbes pro cultura, dato ꝙ nihil proueniat ex prædio: tūc enim dicuntur colere ſuo ſumptu, ſecundū Io. An. qui ita no. in d. cle. 1. in glo. In priuilegio enim. de colono ergo partiario debet intelligi iſte tex. Item & de cenſuario: ſecus ſi ſua pecunia, vel re alia fundus colitur ad commodum monacho-
3 rum, & diſpendium, vt dixi. vult ergo iſte tex. † ꝙ coloni partiarij, & cēſuales priuilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis teneantur decimas ſoluere de parte ſua, & ēt priuilegiati de parte ſua: quia priuilegium non prodeſt eis, vt dicit litera. Ioan. tamen An. in præal. gl. dicit, ponderanda eſſe verba priuilegiorum. j̃. de priuile. cap. porrò. nam ſi eximunt terras ipſorum ab hoc onere, coloni colentes illas, priuilegio participant: ſi verò eximunt perſonas: tunc licèt illi de ſua parte non ſoluant: coloni non exempti de ſua parte ſoluent. j̃. eod. c. à nobis. & 16. q. 1. c. quæſtio. Iſta ſunt verba glo. ibi, quæ videntur cōtrariari in eo, quòd dixi, monachos de parte, quam percipiunt, obligatos ad ſolutionem. ſed Io. An. loquitur, cum perſona ſimpliciter eximitur à ſolutione decimarum de terris ſuis [quas ſuis ſumptibus] &c. nam illas, quas tradunt aliis excolendas, non dicuntur colere ſuo ſumptu, vt prædixi: ergo ceſſat priuilegium. Et iſta notabis,
4 quæ induco ad q. † Eccleſia Romana habebat ſalinas in ter-
a ris Lombardiæ. modò quidam emerunt [a] dictas ſalinas ab Eccleſia: & alibi portabant ſalem: à quibus petebant pedagium: illi dicebant. nos emimus ab Eccleſia, quæ non debet ſoluere. & videtur, quòd bene dicant, per l. Rutilia. §. primo. de contrah. emp. & l. inuitus. §. cui damus. de reg. iuris. In cōtrarium fuit determinatum. Non ob. contraria præalle. nam quandoq; priuilegia cohærent rei: & tranſeunt ad emptorē, vt in contrarijs. quandoq; perſonæ: & tranſeunt, vt in quæſt. noſtra, ſecundùm Dy. Bar. dicit, ꝙ aut eſt vectigal ordinarium: & verum dicit Dy. aut eſt extraordinarium, quod non imponitur lege, ſenatuſconſul. vel conſtitutione principis. nam iſta dicuntur extraordinaria. ff. de iur. immu. l. in honoribus. §. qui muneris. & ab iſtis ius immunitatis tranſit ad emptorem. C. de priuile. lib. 10. Ita dicit Bar. in l. licitatio. §. mercator. ff. de publi. Et aduerte, quia loquitur in colono, qui non habet ius in re: ſed præcedens quæſtio loquitur in emptore, in quem transfertur omne dominium, & ius venditoris. facit. j̃. de iur. pa. c. 1. lib. 6. & quæſtio præceptoris mei de fœneratore, contra quem quinquennio præſcribitur: an ita contra eum, qui ab eo habet cauſam. Et no. iſta. nam dñi Veneti vigore pactorum poſſunt licitè, & ſine datio conducere frumentum, & omne bladum, quod recolligunt de ſuis poſſeſsionibus in territorio Paduano. an ergo ipſorum coloni, vel illi, qui ab eis emerunt dictos redditus, gaudebunt dicta immunitate. argue ex prædictis.

ADDITIO.

a ¶ Quidam emeruut. vide Anch. inf. de cenſi. c. innouamus.

*SVMMAE.*

1 *Interpretatio callida, & maligna conſtitutionis non debet fieri.*
2 *Diſtinctio nominum deſignat diſtinctionem perſonarum, & rerum.*

ADaudientiam. Priuilegiū de decimis laborum, etiam non noualia comprehendit. primò ponit prauam interpretationem: quam ſecundò reprobat,
1 ibi [mandamus.] ¶No. primò, † ꝙ callida, & maligna interpretatio conſtitutionis non debet fieri. quod tamen quotidie faciunt aduocati, non permittentes ſua in ſua natura manere. C. man. l. ab Anaſtaſio. in prin. & per ſuas verſutas interpretationes obſcuritatem inducunt. in Authen. conſtitutio quæ ex aſcrip. & li. ma. 1. reſpon. col. 5. quod reprobatur, præcipuè in his, quæ ſpectant ad cultum diuinum. j̃. de priuile. c. in his. vnde Hier. Non facilis venia praua dixiſſe de rectis. facit l. 4. & quod ibi per Doct. ff. ad exhi. ¶ Secundò no. quòd appel. laborum ſuorum, &c. latius patet, quàm appellatio noualium. videbatur iſtius cōtrarium: quia noualia rediguntur ad culturam cum maiore labore, quàm terræ aliàs cultæ: ergo de ipſis, tanquàm de dignioribus videbatur intelligendum, ar. Inſti. de iur. na. gen. & ciui. §. ſed quoties. ſed cōtrariū hic deciditur: quia reſtringere ita verba priuilegij nō
2 debemus. C. de legi. l. 2. † nam diſtinctio nominum deſignat diſtinctionem perſonarum, & rerum. 25. diſt. c. olim. & l. ſi idem. C. de codi. nec debemus in dubio à verbis recedere: ſed intelligere, prout iacent, quāquàm ſint dura. vt l. proſpexit. qui & à qui. & l. 1. §. ſi is qui nauem. de exerci. quandoq; tamen quis ſeruat verba legis, & offendit mētem. quod multipliciter contingit. j̃. de priuile. c. quanto. & c. certum eſt. de regu. iur. lib. 6. facit c. intelligentia. j̃. de verbo. ſign. Et circa iſtius articuli declarationem Ioan. de Lign. ſic dicit. ꝙ quandoque cōſtat de mente legis: per eam autem legem, vel aliā tunc ſtandum eſt ei. quandoque non conſtat de mente legis: tunc ſi ſunt verba clara, ſtatur verbis, etiam ſi ſint dura. 18. diſtin. c. in memoriam. & dicta l. proſpexit. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. quandoque ſunt obſcura: tunc ſi poſſunt talia verba declarari per alia iura, debet fieri: & ſic iura iuribus concordare, vt c. cū expediat. de regulis iur. lib. 6. ſi iura deficiunt ſimilia, & lex obſcura ſit certo modo interpretata: non eſt recedendum à tali interpretatione, vt l. minimè. & l. ſi de interpretatione. & l. non poſſunt. de legi. ſi cōſuetud. nis interpretatio deficit: recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia, vt dicta l. non poſſunt. ſi ſimilia deficiunt (& ſic videtur rationum conflictus) conſulendus videtur princeps, vt j̃. qui fi. ſint legi. c. per venerabilem. §. rationibus. & l. humani. de legi. de extenſione legis etiam tangit hic minus perfectè. vide per Cy. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. nam ratio legis extendit ipſam ad caſus ſimiles. ad quod vide quod no. in c. 1. de tempo. ord. lib. 6. & l. his ſolis. C. de reuo. do.



*SVMMAE.*

1 *Terra ſterilis, & inculta ſi redigitur ad culturam: eccleſia, in cuius parochia ſita eſt, debet habere decimam.*
2 *Præſcriptio non currit contra habentem merum imperium.*
3 *Iura, quæ volunt de rebus eccleſiæ fieri quatuor portiones, loquuntur de matricibus.*
4 *Prædium ſi non reperitur deputatum alicui eccleſiæ parochiali, remanet in poteſtate epiſcopi.*
5 *Epiſcopus an debeat facere deputationem, vel retentionem ſine conſenſu Capituli.*

QVoniam. Decimæ noualium debētur eccleſiæ, in cuius inſurgunt parochia: ſi verò non ſunt in certa parochia: diœceſano debentur. communis diuiſio. ſecunda ibi reſpondemus, in qua diſtinguit: & ſecundum membrum proſequi-
1 tur. ibi [alioqui.] ¶No. primò, † ꝙ terra ſterilis, & inculta ſi redigitur ad culturam: eccleſia, in cuius parochia ſita eſt, debet habere decimam. & ſi dicis quomodo hoc. nam ſi nunquàm decimam ex ea percepit: videtur ſibi obſtare præſcriptio, maxime illa tanti temporis, cuius contrarij memoria non exiſtit, vt c. 1. de præſcrip. lib. 6. ſed dic, quòd ceſſat præſcriptio, vbi ille, cui ius competit, agere non poteſt: cum ceſſet materia, ſuper qua experiatur. & pro tanto dicit Innoc.
2 † ꝙ contra habentem merum imperium non prę ſcribitur: ſi centum annis non occurrit caſus, quo poſſet dictum imperium exercere. j̃. de cap. mo. c. dilectus. & c. qualiter, & quando. de accu. patet etiam verum eſſe, quod no. Io. An. s̃. de cle. coniu. c. Ioannes. vbi dicit, ꝙ cōtra leges mulas, quæ in præterito non occurrerūt, non pręſcribitur: ſed hodie vteremur, ſi caſus contingeret. idem no. Cy. in l. 2. C. quæ ſit lon. cōſue. ad hoc optimè l. arboribus. ver. nam & ſi. arg. ff. de vſufru. ex quo tex. collige rationem hic primi reſponſi. ¶Secundò no. ꝙ quandoque dubitatur, intra cuius parochiam ſit ſitum
a prædium [a] ex quo debetur decima. ſimiliter dubitatur, de cuius territorio ſit locus, vbi delictum eſt commiſſum: & tunc quis ſit iudex. dic, vt c. ſuper literis. s̃. de reſcrip. dubitatur etiā, cuius ciuitatis ſit ciuis. de quo in l. de iure. ff. ad mu-
3 ni. ¶ Tertiò no. Hoſt. † ꝙ iura, quæ volunt de rebus eccleſiæ fieri debere quatuor portiones. 12. q. 2. c. quatuor. loquūtur de matricibus. in capellis enim, ſalua portione epiſcopi, omnia ſunt rectoris, vt hic. & j̃. c. cum contingat. & s̃. de pac.
4 c. plerique. ¶Quartò no. † quid iuris, cum aliquod prædiū reperitur non deputatum alicui eccleſiæ parochiali. remanet enim in poteſtate epiſcopi. nam & ſi cuius ſit parochiæ, dubitetur: tamen infra diœce. exiſtere certum eſt. idem dicimus in territorijs ciuitatum: vt ſi intra ipſa ſint paludes, paſcua, & montana, quæ non conſtat eſſe alicuius, erunt illius ciuitatis, quæ in ſitis intra territorium habet fundatam intentionem ſuam de iure communi. s̃. c. dudum. & quod no. Inn. s̃. de iureiuran. c. nimis. dicit tamē Io. An. quòd ſi cōſtaret noualia eſſe inter alteram duarum parochiarum: ſed neſcitur, intra quam illarum: quia illo loco, in quo inſurgit nouale, nō apparent limites: ſed bene apparent in locis vicinis: inter illas deberet fieri diuiſio, ar. j̃. de ſepul. c. cum quis. §. 1. lib. 6. ſecundùm hoc reſtringitur igitur iſte tex. ad caſum, quo locus iſte dubius non erat ſitus inter duas parochias. ¶ Quæ-
5 rit Ioan. And. † an iſtam deputationem, vel retentionem debet facere epiſcopus de conſenſu Capituli. Guil. Na. ꝙ ſic. s̃. de his, quæ fi. à præ. c. tua. de dona. c. paſtoral. nam iſta eſt quædam alienatio. 12. q. 2. c. ſine. Io. de Deo. contra, cum nulli eccleſiæ auferat: ſed acquirat. de his, quæ fi. à præ. c. cū apoſtolica. item quia non haberet aliàs liberam optionem retinendi. nam eſt in eius arbitrio deputare alteri, vel retinere, vt ſequitur. videtur tamen Hoſti. no. illud, vel epiſcopi accipiant, pro id eſt: videlicet, ꝙ ſemper penes ſe retineant. nam ſibi omnia vendicant. 93. di. c. diaconi. ¶Secundò quærit poſt Hoſt. de decima, quam miles tenebat intra limites alicuius parochiæ, quam ad exhortationem epiſcopi renunciauit in ipſius manibus, cui competat: an epiſcopo: an eccleſiæ parochiali. dicit per hoc. c. terminari, ꝙ epiſcopus habebit partem ſuam: reliquum parochialis eccleſia. de cen. c. cū olim. ſunt enim quaſi partiarij epiſcopus, & rector. ergo dānum, & lucrum pro rata ſentire debent. ff. loca. l. ſi merces. §. apparet. & de ver. ſig. c. cum inter. & (vt credo) epiſcopus nō poſſet expreſsè recipere iſtam renunciationem ad ſuum cōmodum. nam & ſi renunciatio fiat in eius manibus (vt alteri concedatur) debet epiſcopus auctoritatem interponere, vt dicto c. cum apoſtolica. pro ſe autem interponere prohibetur: ne ſit auctor in re ſua. vt cle. ſi vna. de re. ec. non alie. ſed dices etiam in caſu præmiſſo habet partem, vt dixiſti. & tamen renunciatio in eius manibus facta tenet. ſed dic, ꝙ eius portio tunc venit incidenter, & in conſequentiam: & ſic auctoritas eius per hoc non impeditur, arg. l. 1. de aucto. tu. & vide quod ibi no. & l. qui teſtamento. ff. de teſta. ¶ Tertiò q̃ro: ſi ille miles vult, ꝙ talis decima acquiratur epiſcopo: & ꝙ nihil habeat parochialis eccleſia. quod erit remedium. dicit Hoſt. ꝙ miles det decimam epiſcopo auctoritate metropolitani, ipſo epiſcopo, & Capitulo conſentientibus: quo caſu epiſcopo in totum competeret, dummodo fuerit ſeruata forma: de qua in c. cum apoſtolica. §. quia verò. de his, quæ fi. à præ. & fortè ſecundùm Hoſtiē. ſufficeret ſolus conſenſus Capituli, ar. de dona. c. paſtoralis. ſicut & ſufficit contutorum. de aucto. tu. l. pupillus. quod eſt verum, quando publicè. ſi autem clandeſtinè, & ſine prædictorū auctoritate, nō præiudicet eccleſiæ. de admi. tu. l. non exiſtimo. de offi. dele. c. cōſuluit. cum ſimil. epiſcopus verò non fiet actor in proprio negotio. de quo in cle. ſi vna. de re. ec. non alie.

ADDITIO.

a ¶ Sit ſitum prædium. vide Bal. C. de confeſsis. l. 1.

*SVMMAE.*

1 *Decimæ ex præcepto Dei ſunt ſoluendæ: & ab eo inſtitutæ.*
2 *Decimæ exiguntur quaſi debitum.*

1 PArochianos. No. primò, † ꝙ decimę ex præcepto Dei ſunt ſoluendæ, & ab eo inſtitutæ: quod eſt verum, quò ad primæuam inſtitutionem. poſtmodum enim præceptum fuit ſub lege ab Ezechia rege, vt patet. 2. Paralip. 31. & tempore gratiæ à principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus.
2 de quo. j̃. e. c. à nobis. ſecundùm Hoſti. ¶Secundò no. ꝙ † decimæ exiguntur, quaſi debitum: & illud, quaſi, eſt quaſi expreſsiuum veritatis, ſecundùm glo. vel ideò dicit, quaſi: quia verè debitor alicuius eſt ille, qui cum eo contrahit. ſed parochianus ad decimam non tenetur ex contractu inito cum prælato: quia cum eo non contraxit: ſed dicitur quaſi contrahere, eoipſo, quòd laborat prædium, vel habitat in illius parochia. facit Inſti. de obli. ex quaſi contrac. per totum. & vide, quæ circa hoc no. Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pe. vbi tractat, quis dicatur creditor: quis debitor.

*SVMMAE.*

1 *Abbas non poteſt concedere decimas in feudum.*
2 *Sanctuarium non debet iure hæreditario poſſideri.*
3 *Abbas, vel alius prælatus an poſſit laico concedere decimas ad firmam.*

AD hęc. Decima laico hæreditario iure tenenda concedi non poteſt.
1 ¶No. primò, † ꝙ abbas non poteſt concedere
decimas in feudum: nec etiam alias poſſeſsiones monaſte-
rio, vt s̃.de feu.c.1.& 2.& vide de poteſtate abbatum,& Ca
pitulorum ſuper talibus conceſsionibus eis prohibitis: vel
conceſsis, vt no. j̃.de re.ec.non alie.c.1.in cle.¶Secundò no.
2 † ꝙ ſanctuarium non conuenit iure hæreditario poſsideri.
de quo. s̃.de fi.presby.c.ad extirpandas. & de inſti.c.ad de-
corem.de alijs regnis,principatibus,Imperio. dic, vt not.7.
q.1.c.in apibus.& c.Moyſes.s̃.de elec.c.venerabilis.& de vo
3 to.c.licèt.¶Quæro,†an abbas,vel alius prælatus poſsit lai-
co concedere decimas ad firmam, ſiue ad tempus: videtur,
ꝙ ſic, vt s̃. de loca.c.2.& quod no. Io. An.s̃.de his, quæ fi. à
præla.c.cum apoſtolica. & ratio differentiæ eſt: quare ma-
gis poſsit concedere ad modicum tempus, quàm ad vitam:
quia ad longum tempus ſi fiat conceſsio,transfertur vtile do
minium: ſed non ita, ſi ad modicum tempus. de quo dic, vt
in d.cle.1.& aduerte,quia tex.dicit[ſanctuarium]&c. ſecus
ergo,ſi non ſanctuaria,ſed religioſa: quia tunc ad ſucceſſorē
tranſeunt,vt ſepultura.vt ff.de ſerui.l. ſeruitutes. Item ſecus
de annexis rebus ſacris: vt ius patronatus.dę quo in c.quā-
to.s̃.de iudi.quæ ad hoc.c.reſtant,dicam.j̃.e.c.quamuis.

*S V M M Æ.*

1 *Iudæi tenentur ſoluere decimas prædiales.*
2 *Poſſeſſor prædij tenetur alternatiuè ad duo, videlicet aut decimam ſoluere: aut prædia dimittere.*
3 *Iudæi ſunt capaces poſſeſsionum: & poſſunt acquirere ſibi rerum dominia.*
4 *Prouincia ſi à Sarracenis occupata fuerit: & per tantum tempus poſſeſſa, cuius initij non exiſtit memoria: ſi poſtea ad fidem conuertantur, an teneantur ſoluere decimas.*

DE terris. Iudæi coguntur prædiales decimas ſoluere: aut prædia illa
1 dimittere.¶No. primò rationem,quare† Iudei
teneantur ſoluere decimas prædiales:ne fortè occaſione illa
&c. quæ ratio idem infert in decima perſonali.nam ſi in do-
mo intra parochiam ſita habitaret Chriſtianus, offerret in
eccleſia,& decimas perſonales ſolueret.quia ergo ex habita
tione Iudæi non debet eccleſia damnum pati:dicemus,ꝙ Iu
dæus etiam teneatur.quod tenent Doct.j̃.de vſur.c.quanto.
2 vbi de hoc videas.¶Secundò no. † ꝙ poſſeſſor prædij tene-
a tur alternatiuè ad duo: a videlicet vel decimam ſoluere: vel
prædia dimittere. videtur ergo poſſeſſor prædij liberari ab
onere reali: eoipſo, ꝙ vult prædium dimittere.quod intelli-
ge pro futuro tempore: non præterito.de quo ar. alibi dixi,
& remiſi ad no. per Bar.in l.ſi is cum quo.de aqua plu. arcē.
3 ¶Tertiò colligitur, † ꝙ Iudæi ſunt capaces poſſeſsionum:
& poſſunt acquirere ſibi rerum dominia.de quo per Innoc.
j̃.de voto.c.quod ſuper.vbi quid iuris de his, quæ poſsident
4 Sarraceni,& pagani: circa quos quæritur. † prouincia An-
gliæ olim tota fuit Sarracenorum poſſeſſa tanto tempore ab
eiſdem, ꝙ non eſt memoria in contrarium in partibus illis
ad fidem conuerſis. habent etiam Sarraceni terras,poſſeſsio
nes:& prædia poſsident. quæro an teneantur ſoluere deci-
mas.videtur,quòd non:quia nunquam ſoluerunt. Item quia
terræ illæ ſemper fuerunt Sarracenorum. pro hoc vltimo fa
cit de vſur.c.quanto.ad fi.ſumpto ar.contra à contrario ſen-
ſu. contrarium tenet Old.quia decimæ ſunt tributa.16.q.1.
c.decimæ.ergo à quolibet poſſeſſore ſunt ſoluendæ.j̃.eod.c.
paſtoralis.C.ſine cen.vel re.l.2.& 3. non enim refert, à quo
terra excolatur, vt hic,& C.de an.& tri. l.1.lib. 10. imò do-
minus terræ eſt per cenſuram eccleſiaſticam compellendus:
vt talibus terras ſuas det excolendas:q ſine difficultate eccle
ſijs decimas ſoluant, vt j̃.eo. c. in aliquibus. quod c. videtur
q.dirimere,maximè ſecundùm Inno.qui exemplificat in Sar
racenis.Non ob.ꝙ non fuerunt vnquàm ſolutæ:quia nō ob.
conſuetudo in decimis prædialibus, vt plenè per Io. An.j̃.e.
in rub.lib.6.Non ob. ꝙ terra iſta fuerit ſemper Sarraceno-
rum.quia non eſt verum:imò totum quidquid eſt citra ma-
re,fuit Chriſtianorum:vnde ex quò recuperata eſt:debet re
dire ad priſtinam naturam.ff.de relig.& ſump. fu. l. cū loca.
7.q.1.c.paſtor.& poſito, ꝙ non fuiſſet Chriſtianorum:poſt-
quàm tamen eſt ad fidem conuerſa, debet regi lege diuina,
per quam ſunt decimæ inſtitutæ.vt s̃.c.proxi.Non ob.c.quā
to.ar.inde ſumpto à contrario ſenſu: quia vacat, cum addu-
ceret contrarietatem in parte,vel peccatum, vt l.conuenticu
la.de epi.& cle.& ita Old.97. conſi.

ADDITIO.

a ¶ Ad duo.vide l.cum fructuarius.ff.de vſufru.cum Doct.

*S V M M Æ.*

1 *Offenſa dicitur maior in culpis,quando ad excuſationem ipſarum auctoritas vſurpatur.*
2 *Vita ſubditorum corrumpitur exemplis prælatorum.*
3 *Eccleſiæ,decimæ, & alia ſpiritualia non ſunt laicis concedenda.*
4 *Laicus conuerſus, & religioſus poteſt habere eccleſiam.*
5 *Decima, & oblatio prohibentur concedi laico.*
6 *Oblatio eſt triplex.*
7 *Fructus decimarum an poſsint concedi laicis.quòd ſic.*
8 *Laicus poteſt eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus.*

QVamuis. Punitur prælatus, qui laicis concedit oblationes,vel de-
cimas.& in prima ponit conſilium, & factum re-
prehenſibilia.in ſecunda pœnalem huius prohibitionē. ibi:
1 [ſtatuimus.]¶No.primò in ver.maiorem.†ꝙ maior eſt of-
fenſa,cum in culpis ad excuſationem ipſarū auctoritas vſur
2 patur.cōcor.de exceſ.pla.c.inter dilectos. ¶Secūdò no.† ꝙ
exēplis prælatorū corrūpit̄ vita ſubditorū.concor.j̃. de vo-
to.c.magnæ.vñ Hier.[Timendum eſt:ne quos duces recti iti
neris hr̃e nos credimus: eos comites habeamus erroris.]
3 ¶Tertiò not. † ꝙ eccleſiæ, decimæ, & alia ſpiritualia non
ſunt laicis concedenda. an aūt de neceſsitate diſpenſari poſ
ſit, ꝙ laicus teneat eccleſiam. remittit Hoſt.ad not.s̃.de æta.
& qua.c.2.¶Quartò no. ꝙ iſta prohibitio conceſsionis ha-
bet locū in laicis in ſeculo remanentibus. à contrario ergo
4 ſenſu † laicus conuerſus,& religioſus pōt habere eccleſiā,de
re. ec. non alie.c.poſſeſsiones. quod pōt intelligi de eccleſia
rurali,& ſine cura,quaſi ad ſuſtentationē:vel pro tanto dicit
[in ſeculo remanētibus] &c. quia hoſpitalarijs, & tēplarijs
eccleſiæ, & decimæ quotidie conferunt. & hn̄t ipſas ſm̄ Ho-
ſtien.Pe.& Ab.j̃.eo.c.dudū. ſed illa conceſsio, ſiue collatio
potius fit ordini,quàm pſonis.ar.de iure patr.c.illud.de do.
c.cōſultationibus.de annu.leg.l.annua.de re.du.l.ciuibus.ne
ceſſe tñ eſt illo caſu, ꝙ regimen eccleſiæ habeant clerici, &
nō laici,p iura,quæ allegat prima glo.ad idē.10.q.1.c.qa.ſe
5 cundū Io.An. ¶Quintò no. † ꝙ decima, & oblatio pariter
prohibentur concedi laico.& per iſtam æquiparationem de
cimæ,& oblationum arguit Io.An.ꝙ ſicut decima eſt in prę
6 cepto: ita & oblatio. dicit tñ aduertendum, † ꝙ triplex eſt
oblatio. prima eſt donatio inter viuos facta Deo, vel eccle-
ſiæ.ſecunda eſt donatio cauſa mortis in vltima voluntate.ter
tia eſt vſualis,quā fideles faciunt ad altare, vel ad manus ſa-
a cerdotis.de prima,& ſecunda a nō dubitatur, ꝙ à principio
ſunt voluntariæ:ex poſtfacto neceſſariæ, vt l.ſicut.C.de ac.&
obli.de tertia dubitatur,an ſit volūtaria,an neceſſaria. & vr̄,
ꝙ ſit debita.32.diſt.c.præter hoc.de cōſe.diſt.1.c.omnis.vbi
de hoc per Archi. Rayn. tenet iſtas non debitas, vt poſsint
exigi



exigi ab inuitis.ad quod facit Exodi.25. in prin. niſi cum ſa
cerdos eſt pauper: vel ſi ſit de hoc laudabilis conſuetudo:ad
cuius obſeruantiam debet epiſcopus compellere populum,
non ſacerdos.de ſimo.c.ad apoſtolicam.Idem ſanctus Tho-
mas ſecunda ſecundæ.q.86. articulo primo. de quo plenè p
Hoſti.in ſumma de parochijs.§.in quibus. vbi etiā inuenies,
quòd quando epiſcopus celebrat in eccleſia cathedrali, vel
alia,ſpectant ad ipſum decimæ. ver. quid ergo ſi epiſcopus.
¶ Opp.& videtur, ꝙ laici poſsint decimas poſsidere. nam
olim dabantur laicis in feudum: quare ergo non hodie? ſol.
quia ceſſat hodie cauſa, quæ olim erat cauſa conceſsionis.ſ.
ſciſma:oppreſsiones eccleſiarum, & ſimil.& ideò quia eccle
ſia plus laicorum non indiget auxilio: emanauit concilium,
b ꝙ de cætero concedi non poſsit: conceſſas verò b ante con-
cilium poſsint laici licitè retinere. quando autem fuerit cele
bratum hoc concilium:& quid iuris, ſi non conſtat conceſ-
ſionem factam laico emanaſſe ante concilium, vel poſt.dic,
vt not.& dixi.s̃.de his,quę fi.à præla.c.cū apoſtolica.¶ Quę
7 rit glo.magna.† vtrùm fructus decimarum poſsint concedi
laicis.dicit,quòd ſic ex cauſa in tempus vitæ ſuæ.nam etiam
vendi poſſunt ad tempus.s̃.de loca.c.2. per talem tamen vē
ditionem,& conceſsionem non transfertur in laicum ius ſpi
rituale:ſed mera facultas facti,ſcilicet perceptionis fructuū.
nam meri facti exercitium ſine titulo bene cadit in laicum.
8 † poteſt enim eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus.j̃.de p
cura.c.1.lib.6.& quod no.s̃. de præben.c. accedens. & j̃. de
ſenten.excō.c.clericos. nam & de iure ciuili etiam hoc habe
mus, ꝙ ius,quod quis habet, non poteſt à ſe totaliter abdi-
care, & in alterum transferre: ſed bene commoditatem vtē-
di, vt l.neceſſariò.§ fi.ff.de pericu.& commo.rei vend. nam
aliud eſt vendicare fructum:aliud ius fruendi, vt in exemplo
glo. de vitulo fætu vaccæ. ſed inſtabis, & dices. nonne fru-
ctus,qui ex re ſpirituali percipitur,eſt pars ipſius? videtur, ꝙ
ſic.ſicut fructus eſt pars fundi, vt l.4.ff.de vſu. ſed reſponde,
ꝙ pars rei aliter & aliter accipitur, vt no.Bar.in l. qui vſum-
fruct.ff.de verbo.obliga.

ADDITIONES.

a ¶ De prima, & ſecunda. exemplum habes de his duabus per Albe. in l. omnia priuilegia.C.de epiſc. & cle.
b ¶ Conceſſas verò. Vide de his decimis,quas ex antiquo feudo laici poſſident,ſeu quando poſsidere poſſunt per Albe. in l. inter antiquam.C.de vſufruct.

*S V M M Æ.*

1 *Locus habitationis, & domicilij attenditur quò ad iuriſdictionis exercitium: non prædium.*
2 *Vnus de vno epiſcopatu non debet ſoluere decimas in altero epiſcopatu.*
3 *Coloni partiarij, qui excolunt prædia in altera parochia de parte ſua,cui eccleſiæ teneantur ſoluere decimam.*
4 *Eccleſia prædialis non debet pati damnum propter locationem prædij factam alteri,etiam priuilegiatæ perſonæ.*

CVm ſint homines. Statur cō ſuetudi-
ni, an colonus decimam ſoluat eccleſiæ, in cuius
parochia ſitum eſt prædium:an illi,in qua percipit, & audit
diuina. & in prima conſultatio.In ſecunda reſponſio.ibi[ſa
nè.]¶No.primò, quòd quandoq; quis habitat in vna paro
chia,& in alia colit prædia.& dicit Ioan.An. ꝙ illud contin-
git in cultoribus vinearum circa Bononiam: qui vt plurimū
manent in ſuburbijs ciuitatis.¶Secundò no. ꝙ Papa reputat
iſtam q.difficilem,quis locus conſideretur in ſolutione:an lo
cus moræ:an locus prædij, ad iuriſdictionis exercitium:non
1 videtur dubium,† quòd locus habitationis, & domicilij at-
tenditur, non prædium, vt l. libertus.§. ſola. ff. ad municip.
2 ¶Tertiò nota, quòd Papa reputat abſurdum, † ꝙ vnus de
vno epiſcopatu ſoluat decimam in alio epiſcopatu: quia ex
hoc reſultat,cōfines terminorum maximè turbari: quia vno
attentato,facilè vſurpantur alia.j̃.de reli.do.c.1.¶Quæro q
fuit ratio difficultatis in illa.q.glo.nō tamen &c.de hoc tra-
ctat,& ſubdit, ꝙ ſolutio erat facilis. quia perſonales dandæ
ſunt,vbi ſita ſunt prædia.& cum iſta ſolutione gl. pertraſeūt
antiqui, & moderni:qui ſecundùm Io.An.non viderunt du-
bium: nec credendum eſt dubium ita clarū per multa iura
fuiſſe viſum Papæ difficile.fuit ergo probabil.dubitatio, vi-
3 delicet† quia quæſtio fuit propoſita de illis,qui excolunt ter
ras in aliena parochia,& colunt prædia aliena,& partem fru
ctuum recipiunt pro cultura (puta tertiam, vel dimidiam:)
& ſic ſunt coloni partiarij: de quibus probabiliter dubita-
tur,cui eccleſiæ ſoluere teneantur:an ſuæ, vbi habent domi
cilium:an verò eccleſiæ,vbi ſitum eſt prædium: ex quo par-
tem fructuum percipiunt. & pro eccleſia ſua parochiali ar-
guitur:quia videtur ſibi prouenire ex opera culturæ.& ſic de
cimabitur: vt perſonalis.nam ſi aliud diceremus, eccleſia pa
rochialis fraudaretur. quæ nullas perciperet perſonales deci
mas de labore ſui parochiani:qui fortè aliud opus non facit.
Item ſingulis diebus,menſibus, vel annis iſte reciperet par-
tem operarum:& illius pretij daretur decima eccleſiæ paro
chiali.ſic videtur de hac parte, quæ pro toto anni labore p-
cipitur.& licèt ſimul percipiat: tamen videtur diebus ſingu-
lis percepiſſe, vt l.diuortio.§.non ſolùm. ſoluto matri.ibi[to
to tempore,quo curantur,non quo percipiuntur, rationem
accipere debemus.] agitur enim hic de lucro prouenięte ex
opera manuum coloni: de quo patet deberi decimam eccle
ſiæ parochiali,vbi audit diuina. In contrarium, quòd debea
tur eccleſiæ prædiali: quæ de omni fructu recollecto infra
ſuos limites debet habere decimam,non deductis expenſis,
vt s̃.eo.c.cum homines.ſi ergo diceremus colonum de par-
te ſuorum fructuum teneri eccleſiæ ſuę: iam eccleſia prædia
lis non haberet integram decimam. nam propter locatio-
nem prædij factam alteri,etiam priuilegiatæ perſonæ, eccle
4 ſia prædialis non haberet integram decimam. † nam pro-
pter locationem prædij factam alteri,etiam priuilegiatæ per
ſonæ,eccleſia prædialis non debet pati damnum, vt j̃.eo.c.
in aliquibus. & s̃.c.dilecti.quid dicendum.reſpon. Innoc.&
Hoſti.j̃.e.c.tua nobis.dicunt, quòd aut loquimur in colono
partiario:vel qui recipit certas menſuras:vel in eo, qui colit
numis redigendis ex fructibus,qui naſcentur: & non aliter.
aut loquimur de colono, qui ſimpliciter nūmis colit: & ſibi
debentur, non attento naſcantur fructus,vel non. primis ca
ſibus dicunt vuam ſolam decimam, & prædialem deberi.
ratio eſt;quia omnes fructus ſunt decimandi, antequàm di-
uidantur ſine deductione expenſarum.j̃.e.c.tua.2. ver.& de
cunctis.cum ergo ſemel ſint decimati: non debent amplius
decimari ab his,ad quos ex debito perueniunt: ſicut ſunt co
loni.j̃.eo.c. paſtoralis.§.1. nam iſte colonus partiarius: vel
quotam percipiens ſine nūmis colens,ex fructibus tantum-
modo redigēdis ſubmittit mercedem ſuam fortunæ, & Dei
miſericordiæ:vnde portio illa potius dicitur in fructu, quàm
in lucro conſiſtere. Secundo verò caſu principali, cum colit
nūmis,vel pro tot menſuris frugum:ſiue rediganrur ex præ
dio laborato,vel non: tunc debet colonus decimam ſoluere
non eccleſiæ pdiali: ſed ſuæ parochiali, vbi percipit diuina.
& hoc caſu videt̄ loqui.16.quæſtio.1.c.queſti.& ff.de cōtra-
hen. emp.l. fina. nam hoc caſu lucrum, & merces coloni ex
opera manuum ſuarum prouenit:non ex fundo,ex quo mer
cedem illam habere debet, etiam ſi fundus ſit omnino ſteri
lis.perſona enim domini dicto caſu eſt ſibi perſonaliter obli
gata ad mercedem.& ita tenent Inno.& Hoſtiē.niſi vbi eſſet
contraria conſuetudo,quæ eſt ſeruanda, ſi de ea conſtet, vt
hic.& j̃.e.c.apoſtolicæ.Io.An.dicit, ꝙ ſi de conſuetudine nō
apparet: pars coloni deberet bis decimari, primò eccleſiæ

prædiali: in reſiduo eccleſiæ parochiali: in prima non detrahet ſumptus:in ſecunda detrahet.ꝫ.eo.c. paſtoral. adducit ſimile.ſi pro ſalario doctrinæ: vel aduocationis das mihi fructus prædij tui. nam parochialis prædij habebit illorum fructuum prædialem decimam: reliquæ partis,quæ eſt mihi lucrum perſonale,parochialis domicilij habebit decimã. pro hoc facit quod no.Hoſt.ꝫ.eo.c.tua.2.vbi dicit, ꝙ ſi colonus de aceruo non decimato donet mihi.10.corbes,illud bis decimabitur,primò eccleſiæ prædiali, & reſiduum eccleſiæ parochiali: ſicut de eodem legato dantur duæ canonicæ.ſ. de teſta.c.fi.& quod no.Io.An. poſt Goſ.ſ. de fer.c.licèt.ſuper glo.fi. & dicit Io. An. quòd licèt hanc opi.credat conuenire iuri,& æquitati. quia tunc non ſeruatur:ſtari poteſt ſatis probabiliter huic dicto Innocen.& Hoſti.pro quo facit.quia ſi ipſe dominus coleret fundũ ſuum: nec aliud opus faceret:non eſt tamen reperire, ꝙ partem illorum fructuum decimet vt lucrum.huic tamen rationi ſecundùm Io.An.poſſet reſponderi per c.dilecti.ſ.eo.& quod ipſe not.ꝫ.eo.c.non eſt.in gl. iſtæ ſunt. Ego dico,ꝙ ſi quis conducit, & colit prædia cauſa negociationis,vt in partibus meis Viterbij, Corneti,& alijs ibi locis maritimis:in quibus dictorum caſtrorum ciues, & alij colunt prædia aliena: vel ibi venalia animalia conducũt ad paſturandum. videtur enim, ꝙ ſi bladum poſtea ad portum vendunt,de dictis prędijs recollectum, & decimatum: de pretio inde habito,quod vltra omnes expenſas ſupereſt, debeant ſoluere decimam perſonalem: vt de lucro, idem de animalibus prædictis. ad hoc.ꝫ. eo. c. paſtoralis. cum enim negociatio poſsit in his conſiſtere: & conſiſtat frequentiùs, quàm in emptione domorum cauſa negociationis: ſicut de illis venditis ſoluitur decima perſonalis, vt dicto.c.paſtoralis.ita de prædictis fructibus,quos vendunt:ſecus fortè,ſi colonus colit non cauſa reuendendi fructus: ſed pro ſe, & ſuo vſu.& ita procedat opi. Io. An.quam ad hanc diſtinctionem æquitati, & iuri etiam conformem coadapto.

SVMMAE.

1 *Laici dicuntur detinere decimas cum periculo animarum.*
2 *Pœna priuationis ſepulturæ infligitur non ſoluenti decimas.*
3 *Laici an poſſint transferre in laicum decimas,quas tenent in feudum ab antiquo cum conſenſu epiſcopi.*

PRohibemus. Ponit prohibitionẽ: cui pœnam ſubdit.
1 ibi[ſi quis.] ¶ No.primò, † ꝙ laici dicuntur detinere decimas cum periculo animarum.quod quando ſit verum:dic,vt in glo.& ſ.de his,quæ fi.à præla.c.cum apoſtolica. ¶ Secundò no.ꝙ dicit[aliquo modo]&c.per quod ſignũ vniuerſale,propter negatiuam præcedentem,comprehendit omnem modum tranſlationis,infeudationis,donationis,venditionis,permutationis,& his ſimiles.facit.ſ.de re.ec.non
2 alie.c.nulli. ¶ Tertiò no. † pœnam priuationis ſepulturæ in vita.alios caſus vide ſ. de ſepul.c. ex parte.& aduerte, quia priuatur,niſi reddiderit in vita. quod intellige, etiam ſi per hæredes hoc fieri iubeat.Nec ob.ſ.de ſepul.c.fi. quia iſte eſt caſus ſpecialis,quo non ſepelietur,niſi prius reddatur: vt ſic verbum,reddiderunt, hic poſitum intelligatur cum effectu. de cle. non reſi.c.relatũ.ſicut & alij caſus. de tornea. cap. 1. cum ſimilibus. ¶ Quærit glo. dicitur hic, ꝙ laici decimas, quas detinent cum animæ periculo non poſſunt transferre
3 in alium laicum.† ſed nunquid cum conſenſu epiſcopi decimas,quas tenent in feudum ab antiquo, poſsint transferre in laicos. glo. tenet,ꝙ ſic.pro qua facit iſte tex. qui prohibet tranſlationem illarum, quas detinet cum periculo animarum: à contrario ergo ſenſu ſi ſine periculo animarum detinent:videtur, ꝙ transferre poſsint.Hoſtien. dicit,quòd tutius eſt tenere contrarium.pro quo.ſ.eo.c.ad hoc.& c.quam uis.& ꝫ.eo.c.tua nobis.& c.vlt.pro hac etiam opi.Hoſti.adducunt Pet.& Ab.Decr.cum apoſtolica.de his, quæ fi.à prælla.nam ſi ibi ſpecialiter conceditur, ꝙ habens decimam in feudum ab antiquo, poſsit eam concedere alteri eccleſiæ de conſenſu epiſcopi:ergo niſi eccleſiæ concedatur, conſenſus epiſcopi non ſufficit.Non ob.iſte tex.[cum animarum periculo.]&c.quia ſubaudiẽdum eſt, regulariter:quamuis interdum,& ſine periculo ipſas detineant.ſ.ab antiquo conceſſas. pro hoc etiam facit.quia ſi feudum eſt tale,in quo non ſuccedant niſi filij:facile eſſet vaſallo non habenti filios eccleſiam fraudare. Idem videretur de vaſallo, qui intenderet feloniã facere contra eccleſiam.de qua.ꝫ. de pœnis. c. in quibuſdã. vel aliam,propter quam debent perdere feudum. Ita dicit Io. An.qui etiam ponit ſuper hoc opi.Inno.nil firmantis.ſed Bona.tenet cum Hoſti.& alijs.

SVMMAE.

1 *Populus tranſlatus, an habeat illa priuilegia,& immunitates:quæ erant eis indulta in loco,vnde deſcendunt.*
2 *Parochianus alterius quis efficitur per habitationem.*
3 *Decimæ perſonales dantur eccleſiæ, in qua quis percipit eccleſiaſtica ſacramenta: prædiales eccleſiæ prædiali.*
4 *Conſuetudo attendenda eſt circa perceptionem decimarum.*
5 *Decimæ animalium an computentur inter reales:an inter prædiales.*

AD apoſtolicæ. Decimæ perſonales debẽtur eccleſiæ parochiali:prædiales eccleſiæ, in cuius parochia ſitum eſt prædium: niſi aliud habeat conſuetudo. & in prima conſultatio.In ſecũda reſponſio.ibi[noueris.] ¶ No. primò, ꝙ populi transferuntur quandoq; de loco ad locũ. & dicit Ab. quòd ſæpe hoc contingit in Vngaria:vbi Vngari ponunt aliqua lignea ædificia in vna diœceſi: & poſtea ſe, & talia ædificia transferunt ad alias diœceſes:& in iſta tranſ
1 latione poſſet contingere dubium: † an populus ita tranſlatus habeat illa priuilegia,& immunitates, quæ erant eis indultæ in loco,vnde diſcedunt. tetigi. ſ. de paro.c.fi. facit qđ no.Inno.in c.1.ꝫ.de no. oper. nun. an autem ſine ſuperioris auctoritate iſti populi pulſi: vel ſponte recedentes de ꝓprio lare,poſsint ſibi conſtituere ciuitatem. dic, vt no. Bart.in fi. C.de colle. illi. & tetigi in c.dilecta.de exce.præla.¶ Secundò not.ꝙ quandoq; inter duos prælatos vertitur contentio, cui ſubſint aliqui:& quis tunc debeat cognoſcere de hoc: & cui interim illi debeant obedire.dic, vt not.in fi.in l.de iure. ff.ad muni.facit c. cum contingat. cum materia ſua.ſ.de reſcrip.l.ſi à quo.ff.de rei.ven.& c.veniens.ꝫ.de ſpon.& l.fina.
2 C.de pe.hære. ¶ Tertiò no. † quòd quis efficitur parochianus alterius per habitationem. quanti verò temporis habitatio requiratur:videtur, quòd 10.annorum.C.de incol.l.2. lib.10.dic,vt ſ.de ſepul.c. de vxore. & facit iſte tex. ad not.
3 per Ioan. An.ſ.de offi.arch.c.3. ¶ Quartò no. † ꝙ decimæ perſonales dantur eccleſiæ, in qua quis percipit eccleſiaſtica ſacramenta:prædiales eccleſiæ prædiali,vt dicit gl. & ſ.c. cum ſint homines. ſed tex.hic, & ibi dicit, quòd ſtatur con-
4 ſuetudini.dic plenè,vt ibi. ¶ Quintò ex hoc nota,† quòd attenditur conſuetudo circa perceptionem decimarum. quod eſt verum inter eccleſias,quæ ſibi inuicem poſſunt præiudicare.& decimas vni debitas,alijs pretio, & præſcriptione deberi. laici verò,quominus ſoluant, non poſſunt vllo temporis ſpatio ſe tueri. quia ſunt tributa Dei: ergo non præſcribuntur,quominus ſoluantur: ſed ſoluta, quòd magis iſti eccleſiæ,quàm alteri,debeantur, iuſtis titulis fieri poteſt. facit quod de obedientia præſcribenda, vel nõ no. ſ. de præſcrip. c.auditis.tangit circa hoc qđ dicitur de cõſuetudine:quid iuris ſi de conſuetudine non apparet.dicit,ꝙ prædiales debentur baptiſmali,& perſonales capellæ. 16. q. 1.c.decimas. & ſ.eo.



ſ.eo.c. nuncius. vbi idem dixit Tan. ¶ Quintò quærit glo.
5 † vtrũ decimæ animalium computentur inter reales,vel prædiales.dicit, ꝙ inter prædiales:quia conſideratur locus, vbi paſcuntur: non vbi morantur,ar.ff.de ſer.ruſti.prædi.l.pecoris paſcendi.& l.cum quidam.de fun.inſtru. nam & arbor illius ſoli cenſetur,in quo viuit:non in quo videtur conſiſtere. ff.arbo.fur. cæ.l.ſi plures. §. ſi iudicibus.ad hoc.ff. de verbo. ſig.l.pupillus. §.incola.& de fun.inſtru.l.q̃ſitu.§. idẽ reſpondit, domo. & §. idem ſcribit inſtructis. In contrarium tamen facit:quia cuſtodia paſtoris eſt neceſſaria. de regu.iur. c.penul.vnde conſideranda videtur parochia paſtoris. nam etiam natus ex vrbanis mãcipijs licèt ad villam mittatur nutriendus: nihilominus cenſetur vrbanus.ff.de verb.ſigni.l.ſi is qui natus.Hoſt. his non obſtantibus tenet opi. glo. de hac q. etiam no.13.q.1.§.2.ibi[quis paſcit.] & per Goff.hic, & in ſumma huius ti.in prin.& per hanc deciſionem glo. decidit aliam q. videlicet, ꝙ ſi pro medietate anni paſcuntur in vno territorio: pro alia medietate in alio: diuident inter ſe, ad hoc ꝫ.de ſepul.c.cũ quis.2.reſpon.lib.6.& idem dicit gl. ſi aliqui iacerent in vna parochia: in qua fortè habent ſtationem: & in alia habent larem: deberent enim inter ſe diuidere decimas perſonales, & oblationes, ſecundùm glo. pro qua facit, quod no.de ma.& obe.c.omnes principes.de his quæſt. Hoſtien.remittit ad ſummam. eod. c.§.cui danda ſit. quando autem ſit ſoluenda, not. Ioan. And. in Spec.eo. titu.ſuper ver. libello. & in quæſt. porrorum de materia ſupradicta.

SVMMAE.

1 *Decimæ ſoluendæ ſunt de omni ſpecie fructuum: ſiue ſemel diuerſis ſeminibus ſeminetur hortus, vel fundus:ſiue diuerſis anni tẽporibus.*
2 *Decima debet deferri ad domum ſacerdotis.*
3 *Sacerdos cui decimæ debentur, an poſsit interdicere domino fundi, ne fructus colligat, vel exportet: niſi eo, vel eius nuncio præſente. quòd ſic.*

EX parte. De omni fructu prædij ſunt ſoluendæ decimæ. & prima pars ponit querelam. ſecunda dat iudicem, ibi
1 [mandamus.] ¶ No. primò, † ꝙ ſiue ſemel diuerſis ſeminibus ſeminetur hortus,vel fundus: ſiue diuerſis anni temporibus:de omni ſpecie fructuum ſoluendæ ſunt decimæ. ¶ Quæro,quæ fuit ratio dubitandi. dic ꝙ potuit eſſe,quia ſemel tantùm in anno fructus de terra producitur communiter. & ideò lex diuina de tali fructu videtur debere intelligi,vt.l. nã ad ea.ff.de leg. contrarium hic deciditur. nam ſiue ſemel in anno, ſiue pluries, ſiue vnus fructus, ſiue fructus plures recolligantur: non mutatur iuris diſpoſitio.ad hoc.l.diuortio. §.quod in anno dicitur.ff.ſolu. matri. ¶ Quærit Ioan. And.
2 † vtrùm ille,qui debet decimam: debeat ipſam deferre ad
a horreum ſacerdotis. tenet, ꝙ ſic. 16.q.1. c. reuertimini. a & q.7.c.1.idem no.in Spec. eo. tit.& incidit iſta quæſtio in illã materiam: an debitor debeat venire cum pecunia ad domũ debitoris,vt ibi recipiat.de qua q. plenè dixi. ſ. de pigno.c.
3 ſignificante. ¶ Secundò quærit:† vtrùm ſacerdos, cui decimæ debentur, poſsit interdicere domino fundi: ne fructus colligat, vel exportet: niſi eo, vel eius nuncio præſente. tenet, ꝙ poſsit.C.q̃n & qui.quarta pars de.l.2.ibi[ſub aſpectu curialium]&c.Idem Guil. Na.qui dicit ſic conſuluiſſe magiſtrum ſuum Ala. per l. Paulus.ff.de procu. & de inoffi.teſt.l. ſi ſuſpecta. & Authen.nunc ſi hæres.C.de liti.

ADDITIO.

a ¶ Reuertimini.adde videndum ibi Ioannem de Turre cre.& Spec.de deci.in fi.Bar.Cep.in tracta.de ſerui.vr.præd.c.72.Alexã.in l. item illa.de conſti.pe.Io. de Imo. Roma. & Alex.in l. ſtipulatio iſta.§.inter cætera. de verb.oblig.

SVMMAE.

1 *Decima ſoluenda eſt de militia,& de aduocatione. & hoc ante deductionem expenſarum.nu.2.*
3 *Bonorum appellatione mobilia,& immobilia continentur.*
4 *Negligere quis dicatur.*
5 *Decima ferarum,auium,& piſcium,qui capiuntur,cui debeat ſolui.*
6 *Decima an debeatur, ſi vendo aquam de fonte, quem habeo in fundo meo.*
7 *Decima lignorum, minimorum animalium, & cæterorum ad victum neceſſariorum,quæ deferuntur alibi, vt maiori pretio vendantur:an debeatur.*

NOn eſt. Decimæ ſoluendæ ſunt, non deductis expenſis. & primò ponit exordium,& narrationem.ibi[re vera.]ſecundò concluſionem.ibi[volumus.] ¶ No.primò proœmio colligitur ex no.30.diſt.c.ſecundũ.& ꝫ.c.cum non ſit. ¶ Secundò no.ꝙ multa enumerat, ex quibus decima eſt ſoluenda: & ipſis enumeratis, ſubijcit clauſulam generalem. quæ alia non enumerata complectitur, vt l. ſi ſeruum ſeruum.§.inquit lex.ff.ad leg. Aquil. & l. doli clauſula. de verbo. oblig.
1 ¶ Tertiò no. † ꝙ de militia ſoluenda eſt decima. & quia aduocati dicuntur militare,vt l.aduocati.de aduoc. diuerſo.iudic.ergo de eo,quod percipitur de aduocatione, debet ſolui
2 decima. ¶ Quartò nota, † quòd ante deductionem expenſarum ſoluenda eſt decima de prædictis ſupra enumeratis: & de enumeratis,quæ proueniũt ex terra,clarum eſt, ꝙ non eſt habenda ratio expenſarum,vt ꝫ.eod.c.tua nobis.& c.paſtoralis. ſed de pecoribus,negotiatione, militia, & venatione videtur habenda ratio expenſarum, vt d. cap.paſtoralis.
3 ¶ Quintò no.quòd dicit[de omnibus bonis]&c.† nam appellatione bonorum mobilia, & immobilia continentur.ſ. de teſta.c.relatum.& ſic facit, ꝙ de immobilibus acquiſitis ſit ſoluenda decima.quod an ſit verum,dicam.ꝫ.eo.c.paſto-
4 ralis. ¶ Sextò nota, dum dicit[neglexerint.]&c.ꝙ† qui ſoluere debent,non ſint in mora, donec moniti reſtituere contradicant.de quo.ſ.eod. c. peruenit. ¶ Septimò no.in verſi. præcepimus.quòd decima eſt in præcepto, dum dicit[diſtricte præcipimus.]&c.nã quod præcipitur].&c.ꝫ.de verb.ſigni. c.in his. licèt ergo ſint diuerſæ opiniones: an ſint hodie ſoluẽdæ,de quibus.ſ.in rub.in dubio iſto ſequenda eſt Papæ diffinitio, vt ꝫ.qui fil.ſint legit.c.per venerabilem.§. rationibus.& plenè.ꝫ.eo.lib.6.in rub.& de pœna Dei, quæ infligitur non ſoluenti,no.hic glo.ſuper qua Io.And.alleg.Gra.ad Reginam Francorum.crede mihi, quod cum peccato congregatur,cum dãno perditur. & Ouidius ſine titulo.

*Non habet euentus ſordida præda bonos.*

Et Claudianus.

*Quas malè collegit fallacis præda parentis.*
*Has pœnis nati dextra refundit opes.*

5 ¶ Quærit Io.An.† de feris, auibus,& piſcibus, qui capiuntur: cui de ipſis dẽt ſolui decima. ꝓ cuius declaratiõe neceſſariò eſt ſciẽdũ,an decima,q̃ ex iſtis ſoluit,dicat ꝑdialis, an ꝑſonalis.& arguit primò,ꝙ ꝑdialis.qa beneficio terræ,vel aquæ nutriũtur.ergo eſt prædialis: ſicut dictũ eſt de decima aĩalium. ſ.c.ad apoſtolicæ.In cõtrariũ, ꝙ ſit cẽſenda decima ꝑſonalis;qa talia ꝓueniunt opera,& artificio hominis: nec ꝓpriè pñt dici fructus ex terra prouenictes. & ſiñ prædicta ſi ſit cẽſeda ꝑdialis,eccleſiæ vbi capiuntur:ſi ꝑſonalis, eccleſiæ, vbi quis audit diuina,erit ſoluẽda decima.quid dicẽdũ. dicunt quidam,ꝙ aut loquimur in auibus,piſcibus, vel animalibus recluſis in aliquam clauſuram:vt piſces in ſtagno, aues in columbario,animalia in foreſta: & illo caſu debet fieri ſolutio eccleſiæ,in cuius parochia ſunt recluſa.quãdoq; capiũtur in mari, vel flumine publico:vel animalia nõ recluſa capiuntur hominis induſtria.& iſtis caſibus(quia iſta ſunt iuris gentiũ) occupanti ſunt cõceſſa.quidquid q̃ritur hoc modo, dĩ quæ-

ri hominis induſtria: ideò erit cenſenda decima perſonalis.
ſi tamen in loco, in quo conſueuit venari, vel piſcari, prohi-
bitum eſt de cætero hoc fieri: tunc ſi iniuſtè, & ſine cauſa, nõ
valet: ſi cum cauſa, valeret. Alij indiſtinctè tenent, ſint reclu-
ſa, vel non, ſemper eccleſiæ parochiali decima ſit ſoluenda:
quia illa (vt dixi) proueniunt opera, & hominis induſtria.
Non obſt. j̃.c.cum non ſit. quia ibi non prouenit fructus ar-
tificio hominis: ſed ex ſola gratia Dei. quod exinde apparet.
quia ſemen mortificatur: & non homine operante, viuifica-
tur: ſed piſces, & animalia miniſterio hominis recluduntur:
nec, ſicut grana, moriuntur: vt poſtea cum maiori fructu re-
uiuiſcant, ſecundũ Inno. Sed Hoſt. dicit, ꝙ talis decima non
eſt cenſenda merè prædialis, nec merè perſonalis: ſed miſta.
s̃.c. ad apoſtolicæ. §. 1. Ita pertranſit Ioan. An. ¶ Et ex præ-
dictis opinionibus quædam reſultant dubia. Primò de deci
ma molendini ſiti in flumine, de clibano, de penſione domo
rum, & multis alijs. nam ſecundũ opinionem poſitam. s̃. ſecũ
do loco (quia non mortificantur, & reuiuiſcunt vt fructus)
non videretur cẽſenda decima prædialis: maximè quia plus
laboris in hominis induſtria verſatur in molendino, penſio-
ne, clibano, & ſimilibus: & tamen crederem, ꝙ ex iſtis debe-
6 ret ſolui decima eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt. † quid
enim ſi habeo fontem in loco, vbi vendo aquam: certè fru-
ctus iſte cenſetur loci: & ideò fortè conſideratio illa, ſint iſta
recluſa, vel non, eſt bona: nec eſt diuerſa ratio, quare deci-
ma animalium ſit cenſenda prædialis. & debita eccleſiæ, vbi
paſcantur: & iſta, vbi paſcuntur animalia recluſa, vel piſces,
non ſit ita cenſenda: quia iſta ſunt in noſtro dominio: ſicut
illa. vt Inſti. de re. diui. §. 3. & ſequenti. & licèt induſtria ho
minis operetur multum in iſtis: tamẽ paſtura herbæ, & aquę
plus operantur. Illa autem opinio Hoſt. ꝙ ſit miſta, non mul
tum placet: quia non debet vna res diuerſo iure cenſeri. j̃.c.
cum contingat. decimare enim vnam rem reſpectu eccleſiæ
parochialis, & prædialis, dominio non mutato: nec tempore
alternato, ſiue diuerſo, ſed vniformi, eſſet bis decimare, con
tra c. paſtoralis. j̃. eod. ¶ Quærit de alia quæſt. quæ quotidie
7 † hic Venetijs frequentatur: vbi vndique ligna: minima ani
malia: & omnia ad victum neceſſaria deferuntur: & maiori
pretio venduntur, quàm in locis, vnde apportantur. Pone ibi
valebat 10. & hic 20. quæritur, an decima erit cenſenda præ
dialis, vel perſonalis. dicit Ioan. And. poſt Hoſt. ꝙ 10. libra-
rum tantũ eſt danda decima illi eccleſiæ, intra cuius paro-
chiam arbor exciſa fuit. de alijs autem decem hic ex adie-
ctione lucratis danda eſt decima eccleſiæ, vbi percipit eccle
ſiaſtica ſacramenta qui talia duxit. j̃. eod. c. paſtoralis. facit
ad not. s̃. eo. c. cum ſint homines.

*S V M M Æ.*

1 *Fidelis homo tenetur ſoluere decimam de omnibus. quæ poteſt acqui-*
*rere de infideli.*
2 *Decima ſoluenda eſt de licitè acquiſitis.*
3 *Decima ſoluenda eſt de lucro molendini ad ventum.*
4 *Decima an ſit ſoluenda de acquiſitis illicitè.*
5 *Meretrix an teneatur ſoluere decimam de acquiſitis ex lucro me-*
*retricario.*

EXtranſmiſſa. De fructibus molẽ
dini ad ventum ſol
uendæ ſunt decimæ. & primò ponit deciſam que-
relam. ſecundò dat iudicem. ibi [quia] vbi prędmittit genera-
lem rationem: ex qua infert concluſionem. ibi [mandamus.]
1 ¶ Primò no. regulam. † Quòd fidelis homo tenetur ſoluere
decimas de omnibus, quæ poteſt acquirere de infideli. dic,
vt s̃.c. de terris. & expone [quæ poteſt acquirere] &c. ſup-
ple, & de facto quærit, ſecundùm Ioan. An. credo, ꝙ ſic ideò
exponat: quia ſi poteſt acquirere, & non quærat, ſiue ſit lu-
crum proueniens ex induſtria, ſiue ex prædijs: non habet cõ
tra eum eccleſia ius querelæ, & cogendi, vt fundum colat:
vel ex induſtria lucratur. quia non tenetur pro presbytero,
& decima ſibi ſoluenda maiorem adhibere diligentiam: q̃
pro ſe. quod dic, vt s̃. de depoſi. c. bona fides. facit l. ſi conſtã
te. §. ſi maritus. & l. & ideò. & l. ſi mora. ſo. ma. & l. venditor
2 exhæredatus. ff. de hære. vel ac. ven. ¶ Secundò no. † ꝙ de li-
citè acquiſitis debet ſolui decima. de acquiſitis illicitè an ſol
3 uenda ſit, vide plenè in glo. ¶ Tertiò no. † ꝙ de lucro molen
dini ad ventum debet ſolui decima. ratio dubitandi fuit. qa
videtur, ꝙ venti ex ſe naſcantur: nec Dei virtus in eis opere-
tur: ſed non eſt ita. nam mare, & venti ipſi obediunt. Mat-
thæi. 8. vel fuit dubitatio. quia venti non ſunt in bonis alicu-
ius: ſic nec illa, quæ in mari naſcũtur, vt piſces. ergo (tãquàm
non poſsint dici infra parochiam alicuius) de fructu, qui ex
eis prouenit, non videtur ſoluenda decima. ſed dic, ꝙ de ter-
ra, in qua tale molendinum fundatum eſt, debeatur decima:
ergo & de molẽdino, per quod terræ naturalis commoditas
impeditur. ar. s̃. eo. c. de terris. & c. dilecti. Non ob. ꝙ ventus
ibi non naſcatur. nam ad ſubſtantiam cuiuslibet rei ſubſiſtẽ
tis exigitur concurſus quatuor elementorum: quæ tamen in
loco terræ non naſcuntur. cauſa ergo mediata fructuum nõ
inſpicitur: ſed immediata, id eſt ipſa terra. ſemper enim in
iure cauſam proximam intuemur: nõ remotam. vt l. mulier.
ff. re. amot. ¶ Quærit glo. magna. dicitur in tex. ꝙ de licitè ac
4 quiſitis eſt ſoluenda decima. † quid de acquiſitis illicitè: pu
ta à meretrice, hiſtrione, ab inuaſore, & ſimilibus. arguit, ꝙ
non, ex illa auctoritate Deuter. 23. [Non accipiat mercedẽ
proſtibuli] &c. & per illud Prouer. 3. [Honorabis Dominũ
Deum tuum] &c. vt in glo. & quia illicitè acquiſita &c. vt in
glo. quæ arguit in contrarium. & deinde ponit opi. & tãdem
diſtinguit tres caſus ibi [alij dicunt: quod verius credo] &c.
Aut enim loquimur in decima prædiali: & debetur etiam ab
inuaſore, vt in fi. glo. quam tenet Ioan. 16. q. 1. c. decimas. &
Go. s̃. c. proxi. Aut de perſonali: & tunc ẽt illud, quod illici
tè acquiſitum eſt, non poteſt repeti: & debetur decima. pone
exempla. vt in gl. Aut poteſt repeti: & non debetur, etiam ſi
dominium ſit tranſlatum, commutabiliter tamen. & hoc te-
net Io. j̃. c. paſtora. Go. s̃. c. proxi. & Phi. Inno. & Hoſt. h. c. &
hęc diſtinctio videtur habere locum etiam in eleemoſyna,
& oblatione: an ſcilicet fieri poſsit, & recipi de iniuſtè quæ-
ſitis. dicit tamen glo. ꝙ ſacerdos nõ debet recipere decimas
à meretrice: ſed ex hoc videtur præcedens diſtinctio minus
5 bona. † nam tu dicis, ꝙ meretrix tenetur ſoluere: tñ presby-
ter non tenetur accipere. ſed hæc eſt quædam perplexitas, &
contradictio. dic, ꝙ aut pœnitet: & debet recipi eleemoſy-
na, decima, & oblatio meretricis. quia incipit eſſe noua fœ-
mina: nec debet inſpici, quod fuit. 50. diſt. c. ferrum. qñq; nõ
pœnitet: tunc debet facere eleemoſynã de conſenſu diœce-
ſani: & tũc ſacerdos recipiat, & non aliter. & ſic ſuppleri de-
bet, qđ legit, & no. in ſumma. eo. titu. §. de quibus. & vide qđ
de tali eleemoſyna, & oblatione no. Io. An. j̃. de ſent. excõ. c.
cum voluntate. & de hac materia etiam vide glo. 14. q. 5. in
ſumma. & 1. q. 1. c. non eſt putanda. vbi not. an eccleſia con-
ſtructa de pecunia ſimoniaca debeat demoliri. & quid tunc
de iure patronatus: & an de fructibus rei emptæ de pecunia
ſimoniaca eleemoſyna fieri poſsit. & vide etiam, qđ no. 86.
diſt. c. de venatoribus. vbi quæritur, an dans pecuniam mere
trici, peccet. & quid iuris, ſi ſibi promittitur, ſed non ſoluit:
an ſicut datur ſibi retentio: ita & promiſsi petitio. dic, vt no.
ff. de condi. ob tur. cauſam. l. idem & ſic. §. quoties.

*S V M M Æ.*

1 *Decimas quilibet tenetur ſoluere.*
2 *Exemptum ſe dicens debet probare exemptionem.*
3 *Conductor prædij ita tenetur ad ſolutionem decimæ: ſicut locator.*
*Eximi*



4 *Eximi qualiter poſſit quis ab onere decimarum.*
5 *Papa omnium clericorum, & eccleſiarum eſt gubernator, & arbi-*
*ter cum libera adminiſtratione.*
6 *Decimarum genera quot ſunt.*
*Et an olim, & hodie ſint in præcepto. nu. 7.*
*Cuius efficaciæ olim, & hodie ſint. nu. 8.*
9 *Decimas cuiuſcunque generis non ſoluentes, an peccent morta-*
*liter.*
10 *Decimæ an ſint ſoluendæ malis ſacerdotibus.*

ANobis. Locator, & conductor tenetur
ad decimas: niſi ſe immunes o-
1 ſtendant. ¶ Nota reg. generalem, † ꝙ quilibet
tenetur ſoluere decimas. ex qua reg. contra recuſantes ſol-
uere eſt fundata intentio de iure communi: quæ ſufficit ad
2 condemnationem. j̃. eo. c. dudum. ¶ Secundò not. † ꝙ ille, q
dicit ſe exemptum, debet probare exemptionem: quia con-
tra eum facit ius commune, vt dixi. ideò non præſumitur, ni-
ſi probetur, exemptio: ſed vſurpatio. s̃. de reſtitu. c. ad deci-
3 mas. lib. 6. 100. diſt. c. contra morem. ¶ Tertiò no. † ꝙ ita te-
netur ad ſolutionem decimæ conductor prædij, ſicut loca-
tor: eſt enim illud onus fructuum. quod concernit etiam p̃-
4 donem. vt s̃. c. proxi. no. ¶ Quartò collige, † quòd poteſt qs
eximi ab onere decimarum. quod qualiter debeat intelligi,
glo. proſequitur, & Io. And. plenius poſt Hoſtien. Ingredior
ergo eam per modum oppo. & ſic dicitur hic. quòd poteſt
quis eximi à ſolutione decimæ. contra, quia diuina conſtitu
tione debentur: & in ſignum vniuerſalis dominii Dominus
ſibi reſeruauit decimas, vt j̃. eod. ca. tua nobis. & dix. ſuper
rub. ergo videtur, quòd contra ius diuinum, & Dei præce-
pta etiam Papa diſpenſare non poſsit. ſol. dicit glo. Papa non
eximit: ſed committit adminiſtrationem decimarum. quod
poteſt concedere etiam laico, vt dicit glo. Ioan. 16. q. 1. §. ſi
qua. quod intelligit Ala. verum eſſe ad tempus, & ex cauſa,
vt fecit Gallicis. ſoluit glo. 2. quòd licèt Papa non poſſet tol
lere ius diuinum, & naturale in totum: poteſt tamen ipſum
ius in aliquo limitare, & interpretari: vt exemplificat gl. Ho
ſtien. dicit, quòd ſpeciale eſt in hoc præcepto: quòd diſpen-
ſationem, & interpretationem Papæ recipiat: quod non eſt
in alio morali. Ratio differentiæ eſt ſecundùm eum: quia in
aliis verſatur honor Dei irremisſibilis: vel humana vtili-
tas publica indiſpenſabilis: ut eſt videre in illo præcepto.
Non habebis Deos alienos. Non occides. Honora patrem,
& matrem, &c. naturalis enim ratio oſtendit illa non poſſe
remitti. In præcepto autem ſolutionis decimarum habenda
eſt duplex conſideratio. prima Dei, vt decimæ (tanquam tri
butum Domini) exigantur: & hoc remitti non poteſt vniuer
ſaliter. Item quod ab hominibus: & Dei hominibus dentur.
vt clericis, & eccleſiis. & hoc reſpicit temporale commodũ
5 clericorum, & eccleſiarum. certum eſt autem, † quòd Papa
omnium clericorum, & eccleſiarum eſt gubernator, & arbi-
ter cum libera adminiſtratione. vt c. cuncta per modum. &
c. per principale. 9. q. 3. non ergo mirum, ſi ſuper hoc mul-
tum poſsit, & etiam diſpenſare. pro cuius articuli pleniori
notitia Ioan. And. poſt Hoſtien. ponit hic prolixam gl. quam
ſuccinctè per ſex principales quæſtiones expediam hoc or-
dine. primò enim quæram, quot ſunt genera decimarum. ſe
cundo, an olim, & hodie fuerint in præcepto: vel libero arbi
trio reſeruatæ. tertiò, cuius olim, vel hodie fuerint efficacię.
quartò an peccent mortaliter non ſoluentes decimas cuiuſ-
cunq; generis. quintò an malis ſacerdotibus ſunt ſoluendæ.
ſextò an poſsit Papa diſpenſare, quòd decimæ non ſoluant.
6 ¶ Primò igitur quæro. † quot ſunt genera decimarum. di-
cit, quòd tempore legis ſcriptæ fuerunt quatuor genera. pri-
mum illud, quod populus dabat leuitis. ſecundum illud, qđ
leuitæ dabant ſacerdotibus. tertium, quod unuſquiſq; ſepara
bat in ſuis horreis ad comedendum in templo. quartum, qđ
pauperibus erogabant: ſicut patet. s̃. c. 1. tertium genus da-
bant ad conſolationem. deſcendebat enim lex vetus populo
illi carnali, & rudi, & duræ ceruicis: vt ſaltem per carnalẽ cõ
ſolationem, & temporalem promisſionem poſſet ab idolola
tria reuocari. quod etiam determinatum locum includit tẽ-
plum illud, videlicet quod omnino fuit figurale. Tria verò ge
nera ſoluenda leuitis, ſacerdotibus, & pauperibus daban-
tur ad ſubuentionem, ſiue prouiſionẽ. de iſtis habetur in Le-
uiti. & Num. c. 18. & Matth. 3. [Inferte omnem decimã.] &c.
& in multis aliis auctoritatibus, de quib. s̃. in rub. ¶ Secundò
7 quæro: † an olim, & hodie ſint in præcepto. & in hoc conſide
ra tria tempora. primò tempus legis naturæ, ſecũdò tempus
legis ſcriptæ. tertiò tempus gratiæ. primo tempore non fue-
runt in præcepto: ſed conſilio tantùm. de tempore legis ſcri
ptæ fuerunt in præcepto. tempore gratiæ (vt eſt tempus Chri
ſti noſtri redemptoris) an remanſerint in præcepto. conſide-
ra præfata quatuor genera: & primò circa primum de deci-
ma, quæ dabatur leuitis: vtrùm hodie ſit in præcepto. dicit
Ioan. And. quòd ſic. attendens enim ſancta mater Eccleſia,
quòd Deus in ſignum vniuerſalis dominii decimam iſtam
ſolui mandauerit. j̃. eod. c. tua nobis. & ipſam leuitis dari prę
ceperit. Num. 18. ſtatuit, & præcepit, quòd populus decimas
daret clericis, & eccleſiis, vt patet in toto iſto titulo. & 16.
q. 1. §. decimas. & c. ſeq. ſequuntur namq; ſummi Pontifices
naturalem rationem: quæ dictat: vt qui Domino miniſtra-
bant, debebant à populo ſuſtentari: nec conuenientius pro
la ſuſtentatione alia portio, quàm illa, quæ propria Do-
mini erat, debuit ſuæ eccleſiæ asſignari. quod etiam Im-
peratoribus placuit: & iniunctũ eſt laicis, quòd omnino ſol-
uant, vt patet in Lombarda de decimis. per totum li. vlt. qui-
bus legibus, quæ fuerunt Caroli, Lotharii. & Ludouici, ſaltẽ
laici aſtringuntur. C. de legi. & conſti. l. leges. Et quamuis ſit
tranſlatum ſacerdotium, quantùm ad ritum colendi: tamen
(quia in ſacerdotio nouæ legis manet onus miniſterii: pro-
pter quod eſt verè, & propriè communicatio bonorũ) quan-
tùm ad ſubſtantiam præcepti remanet illud debitum, & mo
rale. & in hoc concordant ſancti Doctores Eccleſiæ princi-
pales, vt no. in ſumma. eo. ti. §. fi. ſub §. 7. verſi. per prædictas
auctoritates. ¶ De ſecundo genere videlicet, quæ debebant
ſacerdotibus à leuitis tempore legis ſcriptæ: an hodie tempo
re gratiæ debeantur. dic, vt plenè no. s̃. eo. c. 2. ¶ Tertium ge
nus euacuatum eſt per Euangelicam perfectionem, & verita
tis exhibitionem: erat enim imperfectum, & cerimoniale.
¶ Circa quartum genus, quod erat pauperibus erogãdum:
an ſit hodie in p̃cepto, ſicut olim. ſentit hic Io. An. poſt Hoſt.
ꝙ iſtud debitum hodie receperit Eccleſia ſup ſe: & laici ne-
ceſſariò non cogantur ad hoc: licèt de conſilio iniungat eis,
vt de 8. partibus, quæ eis remanent, eleemoſynam faciant.
16. q. 1. c. decimæ. & hoc modo poteſt intelligi illud dictum
Hugonis de ſancto Victore in li. de ſacris. parte. 11. ca. 4. ubi
loquens de decimis, ita dicit. Primum ſi legem paruulos con
ſilio erudiuit. poſtea ſub lege exercitatos præcepto tẽtauit:
nouisſimè in gratia perfectos in libertate ſpũs ambulare p-
mittit. Eccleſia ergo tenetur pauperibus prouidere nõ ſo-
lùm de decima, quam percipit: ſed de omnibus, q̃ poſſidet,
quæ pauperum ſunt. & epiſcopus, clerici, & prælati nõ ſunt
domini: ſed procuratores talium bonorum. s̃. de don. c. 2. &
16. q. 1. c. fi. & 12. q. 1. c. fi. & s̃. eo. c. cauſa. & q. 2. c. aurum. &
c. gloria epiſcopi. cum ſi. volens ergo vberius Eccleſia ſubue
nire pauperibus: ſuſcepit illud onus ſupra ſe, & laicos libera
uit. & licèt hæc ſancta ordinatio ſit in pluribus eccleſiis vſur
pata: nihilominus tamen pro laicis remanebunt clerici pau-
peribus obligati, ut patet 42. diſtin. §. 1. & per totum. 47. di.
8 c. ſicut hi. cum ſimil. ¶ † Tertiò quæro: cuius olim, & hodie
ſint efficaciæ. dicit Ioan. An. ꝙ decimæ tempore legis naturę
operabantur primò, quòd erant in remedium culpæ origi-
nalis, quæ euacuatur per ſacramẽtum efficaciæ plenioris. ſi-

cut & circunciſio per baptiſmum,vt ĩ. de bapti. c. maiores.
§.adhuc autem. Sol.erant in figuram futuræ redemptionis:
& hoc euacuatum eſt per exhibitionem promiſſæ veritatis,
vt patet in eo,quod legitur,& not.de cele.miſſa.c. cum Mar
thæ.§. ceterum. Tertiò erant in ſignum debitę recognitio-
nis. ſeu dominij vniuerſalis. & quia circa hoc videtur inclu-
dere quid morale: quod eſt de rationis dictatione, recogno
ſcere ſcilicet vniuerſalitatem dñij: ratio ex hoc dictat,ꝙ illa
recognitio conuenientiſsime fit per decimæ partis ſepara-
tionem,& dationem. Ideo ratione huius cauſa debiti,& cau
ſa conuenientiſsimè ſigni decimæ manent,& reſpiciunt om
ne tempus ſiue naturæ, ſiue legis,ſiue gratiæ: propter quod
huic tanquam fundamēto,& immobili, innititur auctoritas
Eccleſiæ. ĩ. c.tua nobis.& cap.cum non ſit.quod eſt conſiliũ
generale.& 16.quæſt. 1.c.decimæ.vbi dicit Auguſt. Non igi
tur Dominus Deus præmium poſtulat: ſed honorem.Deus
enim perfectus eſt,nullo indigens.quod probat Auguſt. ſup
9 Gen.8.c.¶†Quartò quæro: an peccent mortaliter homines
non ſoluentes decimas cuiuſcunque generis.reſpon.ꝙ de ſe
cundo,tertio,& quarto genere decimarum ſatis poteſt col-
ligi ſolutio ex prædictis: ſed de primo genere.ſ.de decimis,
quæ debētur leuitis à populo,ſi non ſoluūt:an peccent mor
taliter. videtur ex prædictis,ꝙ ſic: cum enim ad ſolutionem
ipſarum qlibet facto,vel præcepto ſit obligatus:ſemper pec
cat non ſoluens. s̃. eod. c. ex tranſmiſſa. ad hoc facit Exodi.
22.Decimas,& primitias tuas non tardabis offerre.pro hoc
in Lombardi de decimis.§.fi.vbi dicit,ꝙ qui decimam poſt
tertiam ammonitionē dare neglexerit: excōmunicetur. cui
concor. s̃. eo.c.ex parte.& cap.peruenit. Et hæc opi.eſt ve-
ra ſine dubio in partibus illis, in quibus decimæ ſoluuntur:
ſed in partibus, in quibus de conſuetudine non ſoluuntur:
an peccent mortaliter qui non ſoluunt.quidam,ꝙ nō: quaſi
Romana Eccleſia videat in his(ſaltem quò ad præterita) di
ſpenſaſſe: ne tantam multitudinem contingat hac de cauſa
damnari,ar. ĩ.eo.c.in aliquibus. 1.reſpon.& quod legitur,&
no. ĩ.de cog.ſpirituali.c.ſuper eo.ſed ſi poſt prędicationem,
& monitionem ipſam retineant: mortaliter peccant, arg.in
eo,quod legitur,& nota. ĩ.de conſec. eccle. vel alta.c. aqua.
& de cle.excom. mi.ca.ſi celebrat.& de ſup.negli.præla.c.1.
Et dicit Hoſt.ꝙ illa opi.eſt benignior, & æquior. & ideò ad
vitandum pericula animarum per ſedem apoſtolicā appro-
banda, arg. in eo, quod legitur,& no.de tranſac. cap.fin.&
de app.c.oblatæ.§.penul.,prima tamen opi.,eſt verior de ri-
gore iuris:ſed ſecunda,tanq̃ benignior, amplectanda,vt di-
xi.¶Quintò quæro: an malis ſacerdotibus ſint ſoluendæ de
10 cimæ.text.vr̃,ꝙ ſic. ĩ.c.tua nobis.vbi dicam.¶†Sextò & vl-
mò quæro.an Papa poſsit diſpenſare, ꝙ decimę non ſoluan
tur.de hoc dixi. s̃.in princ.quòd ſic,poſt glo.Cum enim de-
cima pertineat ad Eccleſiam,& ſit ius propriè ſacerdotum,
& ſanctuarium:horũ oīum ſummus Pontifex eſt arbitrator,
moderator, & arbiter:ſicut aliorum iurium eccleſiaſticorũ,
& quoruncunque dubiorum, quæ occurrere poſſunt. ĩ. qui
fil.ſint legi.c.per venerabilē.§. rationibus. poteſt ergo quoſ
dam eximere: & decimas debitas vni eccleſiæ alteri dare:&
de his diſponere,prout placet: dummodo dictum ius in to-
tum nō tollat.patet in eo,quod legitur,& notatur in ſumma
de reſcrip.§.& ſuper quibus.ſub.§.pōt autem quis impetra
re.nam quia talia non ſunt contra fidem, eſt Papæ in omni-
bus his parendum,vt patet in eo, quod legitur & no.de con
ceſ.præben.c.propoſuit.§.fi. Ex prædictis igitur de prolixa
glo.Ioā.And.recollectis habes in ſumma, ꝙ primum genus
decimæ omnino ſtat in præcepto, ſed limitatum.ſecundum
remanet etiam, ſed declaratum. tertium autem (tanq̃ ceri-
moniale) eſt ex toto euacuatũ.quartũ verò liberũ relinqui-
tur: ſed perfectius informatum.& dicit Hoſti.per illam ſum
mā gl.ſuppleri debet: quod ipſe not.in ſumma. & §.& vtrũ.
ſub §.7.vbi copioſè materia diſputatur.

ADDITIO.

a ¶ Genera decimarum.ſunt enim triplices decimæ: perſonales:prædiales, & miſtæ.gl.ordi.in c.ad apoſtolicæ. s̃.eod.tit.& ibi Docto. Cardi.in cle.eo.titu. q.15.

*SVMMAE.*

1 *Laici non habent poteſtatem concedendi ſpiritualia: nec de ipſis diſponendi.*
2 *Imperator non poteſt concedere priuilegium ſuper re ſpirituali.*
3 *Conceſsio generalis efficacior, & validior eſt, quàm ſpecialis, & numero 6.*
4 *Decimæ noualium non ſequuntur naturam, & conditionem illarum, quæ ex contractu feudali, vel fortè ex priuilegio debentur.*
5 *Conceſsiones, & infeudationes decimarũ ſunt ſtrictè interpretandæ.*

TVa & infra. In genere, vel in ſpecie
Imperator decimas re-
mittere non poteſt: decimæ noualium nō accreſcũt
laico:qui ab antiquo decimas in feudum habuit.ſecũda ibi
1 [nec occaſione.]¶†Nota primò proęmium,ꝙ laici nō ha-
bent poteſtatem concedendi ſpiritualia: vel de ipſis diſpo-
2 nendi.aut dic,vt s̃.de iudi.c. decernimus. ¶†Secundò nota,
quòd Imperator non poteſt concedere priuilegium ſuper re
ſpirituali.vnde per eius legitimationem nō poſſet legitima-
tus ad ſacros ordines,& ad beneficia promoueri.quod dic,
3 vt infra qui filij ſint legitimi.c.per venerabilem. ¶† Tertiò
collige,ꝙ efficacior,& validior ſit conceſsio generalis,q̃ ſpe
cialis. quod patet,dum dicit [quantumcunque generaliter]
4 &c.de quo. ĩ.tangã.¶†Quartò no.ꝙ decimę noualium non
ſequuntur naturam,& cōditionem illarum, quæ ex contra-
ctu feudali, vel fortè ex priuilegio debebantur. & intellige
antiqua, etiam ſi in religioſas tranſlata ſit ĩ. eod. c.2. lib.6.
Hoſtien.iſtum.§.exemplificat duobus modis.primo.ſi Lai-
cus priuilegiatus (ne ſoluat de terris ſuis decimas)faciat no
ualia:de illis decimam ſoluet. ſecundò ſi laicus priuilegium
habeat de percipiendis decimis parochiæ: non percipiet de
noualibus:nec enim ſine peccato (niſi priuilegiũ excuſaret)
laici ipſas percipient. s̃. eo. c. prohibemus. cum ſimilibus.
5 ¶†Quintò not.ꝙ conceſsiones,& infeudationes decimarũ
ſunt ſtrictè interpretandæ,quia odioſæ, vt in reg.odia.cum
ſimil. ¶Opponitur.dicitur hic, ꝙ laicis eſt ſuper ſpirituali-
bus interdicta poteſtas.Cōtra imò vr̃ permiſſa.vt in caſibus
notatis in prima glo.inter quos no.caſum,cum faciunt ſciſ-
ma:nec poſſunt corrigi per Eccleſiam.& adde iſtis caſum.c.
vbi periculum.§.præterea.de electio.lib.6. ¶Et circa hoc
tangit hic Vinc.an incidenter poſſit iudex laicus cognoſcere
de cauſa matrimoniali:quam vide ad literam in Spec. de re-
conuen.§.ſecundo.poſt prin.& dixi s̃.de ord.cogn.ca.tuam.
¶Secundò oppo. iſte tex. innuit, ꝙ efficacior ſit conceſsio
generalis: quàm ſpecialis. contra quia multis plus proſunt
ſpecialia,quàm generalia.ff.de pign.l.obligatione. & c.q̃ ad
agendum.de reg.iur.lib.6.dicit Hoſt.ꝙ cum tractatur de iu
re prohibito concedi: plus circa illud poteſt generalis con-
ceſsio,quàm ſpecialis.patet in fundo dotali, quod tranſit cũ
generalitate: ſed ſpeciali titulo non transfertur in alterum,
vt l.quædam.de acq.rerum domi. patet etiam in iure patro-
natus. ĩ.de iure patro.c.ex literis. & ideò hæc conceſsio ge-
neralis Imperatoris videbatur ad illa ſpecialiter prohibita
extendi:cuius contrarium hic deciditur. ¶ Tertiò oppo.&
videtur, ꝙ Imperator poſsit ſe de ſpiritualibus intromitte-
re:nam remittit iuramentum.quod etiam obligat de iure di
uino.ff.ad munic.l.fin.ſol. omnes leges,quæ Imperatori,vel
laico dant circa talia poteſtatem,corriguntur,etiam de men
te iuris ciuilis,vt in Auth.vt cle.apud proprios epiſcopos.§.
ſi verò eccleſiaſticum.coll.6.Ita dicit Io.An.ego dico,quòd
inquantum iuramenti tranſgreſſor temporaliter puniretur:
puta



puta in infamia,& aliis pœ.vt l.ſi quis maior. C.de tranſact.
Imperator an poſsit remittere,ar.l.nihil tã naturale. de reg.
iur.nam & nubenti ĩ.tempus luctus imponit Imperator cer
tas pœnas:de quibus.C.de ſecun.nup.l.1.& per totum. quæ
pœnę quò ad multa durant,non ob.auctoritate Apoſtoli,ꝑ-
mittente nuptias ſtatim mortuo viro.quod dic,vt c.fi. de ſe-
cundis nupt.Induco iſtum text.ad q.ſabbatinam de illo,qui
vendit arborem,vel ferraginem,quæ inciſa renaſcitur. an il-
lę pullulationes debeantur emptori.vide glo. in l.obligatio-
num ferè.§.placet.de act.& oblig.facit etiam ad q.ſi quis eſt
exbannitus de territorio,& ducatu Venetiarum: quod terri
torium poſtea eſt augmentatum:an de illo augmento intel-
ligatur exbannitus.iſte tex.facit,ꝙ non.ar.contra.ff.de pact.
do.l.inter ſacrorum.§.2.

*SVMMAE.*

1 *Homines uarijs machinationibus inducuntur ad debitum ſubtrahendum.*
2 *Deus in ſuis iuribus non debet eſſe deterioris conditionis,quàm dominus temporalis.*
3 *Portio illius,qui dat prædium ad colendum,debet detrahi de aceruo integro,non deductis expenſis.*
4 *Deus quare reſeruauerit ſibi decimas.& nu.5.*
6 *Onus decimæ eſt reale.*
7 *Debitor non pōt id,in quo Deo tenetur,pro libito erogare: licèt Dei diſpenſator ſit malus.*
8 *Tributum Dei (hoc eſt decima) & tributum hominis qualiter differant.*
9 *Decimæ qua actione petantur.*
10 *Dominus fundi tenetur ſoluere decimam de portione ſua: quam percipit de fructibus: ſicut colonus de ſua, & id qualiter.*
11 *Partiarius quare ſit melioris conditionis,quàm penſionarius.*
12 *Percipiens pro aduocatione aliquam quotã fructuum de prædio alieno: an poſt ſolutã decimã integram eccleſiæ prædiali,ſoluat de eo, quod ei reſtat,eccleſiæ ſuæ parochiali.*
13 *Decimas an tenear dare ſacerdoti meo,quem ſcio eſſe ſimoniacum.*
14 *Exceptio,quæ non concernit delictum perſonæ, ſed dilapidationis, uel malæ adminiſtrationis,an poſſit opponi contra clericum petentem decimas.*

TVa nobis. In prima parte ponit tres
machinationes per ordinē.
in ſecunda ibi [verùm.]Reſpondet per ordinem.In
tertia ibi [quandoque.]concludit.& hoc dicit.Sine deductio
ne ſeminis,& ſumptuum debent dominus, & colonus deci-
mam ſoluere:& non cui voluerint eccleſiæ, vel pauperibus:
ſed parochiali,cui debent: nec excuſantur ab hoc ꝓpter ma
1 litiam clericorum.h.d.¶†No.j. ꝙ homines variis machina-
tionibus inducuntur ad debitum ſubtrahendum. nam mul-
tæ uiæ patent hominibus ad malum.in Auth.de nup.§.mitio
res.colla.3.¶Secundò no.in verſi.verùm. ꝙ omnia bona ꝓ-
cedunt à Deo.Iac.1.¶Tertiò no.ꝙ decimæ ſunt tributa. In
quo autem differãt à tributis,no.in gl.¶Quartò not. ꝙ Dñi
eſt terra,& plenitudo eius:& vniuerſi,qui habitãt in ea.& ita
2 incipit Pſal.& 13.q.2.in Eccleſiaſtico.¶†Quintò not.quòd
Deus in ſuis iuribus non debet eſſe deterioris conditionis,
aliàs cōtemptionis,quàm dominus temporalis.ideo alibi di
cit canon.[Non debet dari Deo,quod dedignatur homo: vt
3 claudos,ſpurios,& ſi.dedicare.]¶Sextò not.†ꝙ ille,qui dat
prædium ad colendum pro certa parte reddituum: iſta eius
portio detrahitur de aceruo integro,non deductis expenſis.
& intellige(vt dixi)cum recepit quotam. nam debet deduce
re(vt dixi)ſine detractione expenſarum,de conſuetudine, &
etiam de iure,ſecundùm Inn.& Hoſt.de quo ĩ.dicam.¶Se-
4 ptimò no.†quare Deus reſeruauerit ſibi decimas.quia in ſi-
gnum vniuerſalis dominii præcepit eas ſolui, & ſuas eſſe
5 aſſeruit.Leuiti.vlt.& Num.25.¶†Octauò no.ꝙ non ſolùm
in ſignum vniuerſalis dominii: ſed pro ſuo cultu decimas ſol
ui mandauit.hoc ergo reſpectu, cum ſit ius merè ſpirituale,
non cadit in laicum:ſed eo reſpectu, quo ſoluunt in ſignum
dominii, poſſunt laici illas habere ex priuilegio.: & cadit in
laicum,ſicut ius patronatus. s̃. de iud. cap.5. ¶No. nonò ꝙ
ſicut emolumentũ fructuũ perceptorum ex fundo diuiditur
inter dominum,& colonum: ita onus decimæ comitatur ip-
6 ſum lucrum. †& ſic videtur onus decimæ eſſe reale. de quo
ĩ.c.paſtoralis.& in quæſtione,quam firmat prima glo.vide-
licet qua actione petantur decimæ.& no.rationem,ꝙ alia ra
tione dominus percipit partem fructuum.alia ratione colo-
nus.ille enim percipit ratione terræ:iſte verò ratione cultu-
ræ.& ſic propter induſtriam, & laborem: & ob hoc quò ad
ipſum videtur decima perſonalis.de hoc s̃.eod. ca. cum ſint
7 homines.¶†Decimò no.in ver.prætextu.ꝙ licèt Dei diſpē-
ſator ſit malus:non tamen debitor pōt id,in quo Deo tene-
tur,ꝓ libito erogare.& bene aduerte:quia iſte tex. nō dicit,
quòd non poſsit excipere cōtra nequã clericum, ſed ꝙ ſibi
ſoluere non tenetur propter eius malitiam. quod facit ad q.
glo.de qua ſtatim dicam.¶Vndecimò nota,ꝙ à ſententia la
ta ſuper ſoluendis decimis non admittitur appellatio. quod
eſt verum,ſecundùm Hoſt.quando laicus appellat, ſolã præ
ſcriptionem,vel conſuetudinem allegans:ſecus ſi propone-
ret ſufficientem exceptionem:puta priuilegium,vel compo-
ſitionem,vt patet ex no. s̃.eo.c.à nobis.Item ſecus ſi eccleſiæ
ſuper hoc litigant.de excep.c.dilecte.Et no. ꝙ in q.decima-
rum proceditur ſine ſtrepitu,& figura iudicii. quod intelli-
go,vt in cle.diſpendioſam.de iudic. ¶Venio ad quæſtionem
glo.& Doct.& primò quæro.dicitur hic, ꝙ decimę ſunt tri-
8 buta Dei.†ſed an ſit differentia inter illud tributum,& tribu
tum,quod debetur domino temporali.dicit glo.1.ꝙ in tribu
tis non admittitur appellatio:in decimis ſic.Sed certè in de-
cimis tex.in fi.cap.dicit contrarium.dic ergo, vt ibi dixi. Itē
dicit glo.ꝙ differunt in præſcriptio.quia decimæ pręſcribũ-
tur:non tributa,vt l.comperit.C.de præſcr.30.vel 40.an. ſed
iſta differentia non eſt bona,ſi referatur ad eaſdem pſonas.
nam ſicut laici, vel alii, qui tenentur ad tributum,non præ-
ſcribunt,vt dixi:ita nec iidem, qui tenentur ſoluere decimas, 11
non præſcribunt:cum habeant malam fidem,contra iura de
cimas ſubtrahendo,vt in regu.malæ fidei.& c.qui contra iu-
ra.Sed vna eccleſia contra aliam bene præſcribit decimas.
ſimiliter vnus dominus contra aliũ in ſubiectos vendicat ꝓ
præſcriptis tributum.facit quod no.in ſimili. in c. auditis. s̃.
de præſcrip.In hoc ergo non differunt,ſed conueniunt:ſicut
in compenſatione,quæ non habet locum in decimis. qđ in-
tellige,vt no. s̃.de rerum permu.c.fin. Item conueniunt:quia
decimæ,vt tributa, ſequuntur poſſeſſorem. ĩ.c.paſtoralis.qđ
9 dic,vt dixi s̃.c.cum homines.in 3.q.¶Secundò quæro:†qua
a actione petantur a decimæ. quidam, ꝙ actione confeſſoria.
quidam,ꝙ rei vendicatione. quidam, ꝙ actione ex canone.
& hæc vltima placet multis. ſ. Ioan. Tan. Goff. Ala. & Vin.
vt hic refert Io.An.D.Fed.de Sen.vt dixi s̃.eod.c.commiſsã.
Ho.dicit hoc potius in ſubtilitate,quàm in utilitate conſiſte
re:quia non habemus neceſſe proponere actionem, vt s̃. de
iud.c.dilecti.Ego dixi,ꝙ hoc inueſtigare,non eſt ſine vtilita
te.quia licèt non expediat exprimere actionis ſpeciem:tamē
factum narratũ neceſſariò oportet concludere in aliqua ſpē
actionum:& aliter in vna,quàm in alia, ſit condemnatio, vt
dixi s̃.eod. c. commiſſa. & d.c.dilecti.& c.cum dilectus. de
ord.cog.& intelligo hanc gl.ꝙ petantur condictione ex can.
cum quis petit decimas à debente ſoluere: ſi autem ſit quæ-
ſtio de proprietate decimarum,vt fuit ĩ.c.dudum.tunc quã-
doq; agitur confeſſoria:quandoq; negatoria;quandoque ex
lege conſuetudinaria, vt tu ipſe diſpice. & de materia vide,
10 quod plenè no. 16.q.1.c.moderamine.¶†Tertiò quæro. dr̃
hic,ꝙ dominus tenetur ſoluere decimam de portione,quam
perci-

percipit:ſicut colonus de ſua.ſed quęro:vtrùm illud ſit verũ,
ſiue dominus recipiat quotam fructuũ:puta tertiã, vel quar
tam:ſiue recipiat certas mẽſuras:puta tres,vel quatuor cor-
bes,non plus.gl.quæ incipit hoc intellige.&c.ſentit, ꝙ idem
ſit in vtroq; caſu: ſed tunc ob. ꝙ ſi integer aceruus decima-
tur à colono:non videtur,ꝙ illæ corbes tres,vel quatuor, q̃
traditæ ſunt domino de aceruo, decima debeant plus deci-
mari:vt in reg.bona fides.ſo.dicit glo.imò decimarẽt:ſicut
ſi de aceruo decimato aliqs illas corbes decimaret ratione
terræ:non titulo lucratiuo:vt in prædicto ſimili,& ꝓ tanto di
co,ꝙ ſi dominus dat fundum ſuum pro annua penſione: vel
pro certis menſuris ſibi debitis,natis,vel nõ natis fructibus:
ſi colonus integram decimam ſoluit: dominus de prædicta
penſione,vel menſuris ſoluere non tenetur,vt ĵ.eo.c.cũ ſint.
& c.paſtoralis. nam fructus naſcituros videtur vendidiſſe,
ſalua decima. vnde fructus decimandi ſunt: & non pen-
ſio,ſiue ſpecies debita.& hoc verum(vt dixi)quando pẽſio,
vel alia ſpecies debetur domino propter terram ſuam, quã
dat aliis excolendam. ſi verò non ratione dominii: ſed pro-
pter maioritatem(quia defendit eum:vel cuſtodit)tũc quan
tumcunq; ſit decimatus aceruus: dãda eſt decima de tali pẽ
ſione,vel cenſu:ſicut de militia,& venatione.ſ.eo.c.non eſt.
& hoc caſu poſſet procedere quæſtio huius gl.cui eccleſiæ ta
lis decima debeatur:an prædiali:an parochiali iſtius recipiẽ
tis.dic,ꝙ parochiali: quia quò ad iſtum dominum cenſet il-
lud quoddam lucrum:& eccleſia prædialis habuit à cultore
prædii integram decimam: & per conſequens nihil ſibi ab-
eſt.ſi verò non in remunerationem ſeruitii: ſed gratis ſoluit
quis alteri penſionem:tunc ſi aceruus fructuum decimatus
eſt:non videtur illa penſio à donatario decimanda,ſecũdùm
Inno.quod eſt verum de eccleſia prædiali: non parochiali.
nam ſi cenſus,vel penſio exhibita ratione ſeruitii, etiam de-
cimato aceruo,alteri proueniens decimatur: vt dixi: multò
magis ſi gratis,quod ſentit Io.And.Ex prædictis collige vnã
differentiam inter colonum partiarium,& colẽtẽ nũmis: vel
pro certis menſuris. primus enim, ſi partem ſuam decima-
uit,non tenetur amplius decimare.ſed iſte ſecũdus, licèt ſol
uerit nummos, vel menſuras: tenetur tñ ad integrã decimã.
11 & ſic in plus,quàm partiarius.& ſi quæras,†quæ ſit rõ,qua-
re eſt melioris conditionis partiarius, q̃ penſionarius. dicit
Inno.ꝙ partiarius exponit operas ſuas miſericordiæ Dei,&
fortunæ:ſed mercenarius eſt ſemper in tuto,& in certo. Ad-
uerte tñ,ne æquiuoces:quia Inno.loquitur,cum colonus re-
cipit nummos,vel certas menſuras: ſed ego ſuperius proſe-
quutus ſum poſt glo. cum domino dat pro terra nummos,
vel certas menſuras,vt in partibus meis:vbi de terra recipio
ſemen tm̃:ſiue laborator percipiat mille modia,ſiue nihil.de
illo enim ſemine non vr̃,ꝙ debeam ſoluere decimam:ſed co
lonus.dicit tñ glo.hic, ꝙ tm̃ minus ſoluet colonns eccleſiæ:
quantum ego recipio rõne terrę:ſed hoc non procedit in ec
cleſia prædiali.quia ſic non haberet integram decimam fru-
ctuum collectorum:vel ego de illis menſuris teneor ſoluere.
dico ergo, ꝙ ipſe tenetur de integro aceruo dare decimam:
& poſtea mihi dare menſuras illas,vel ſemen. quia cũ dictis
oneribus videtur conduxiſſe,& ego ſibi locauiſſe.& pro hoc
allego,quod no.Inno.ĵ.c.cum non ſint.reprobata iſta glo.q̃
tenet contrarium.diſtingue ergo, ꝙ aut colonus recipit nũ-
mos,vel certas menſuras,ſiue ſpecies, naſcantur fructus,vel
non:& tunc ſemper tenetur ſoluere eccleſiæ parochiali.quia
illud videtur lucrum perſonæ,& induſtriæ:non terræ.aut e-
conuerſo colonus percipit integros fructus,& dat nummos,
vel menſuras:& tunc aut dat ipſos domino rõne terræ:& te
netur ad integram decimam,& non dominus:quia videt ſibi
cum illo onere decimæ locauiſſe. aut dñs recipit iſtas men
ſuras:vel nummos ex fructibus redigendos, non ratione ter
ræ:ſed ratione patrocinii: vel ſibi gratis dantur: & tunc do-
minus tenetur ad integram decimam de fructibus recolle-
ctis eccleſiæ prædiali:& iſte, qui menſuras percipit eccleſię
parochiali.aut loqueris de colono partiario: & tunc integra
decima ſoluitur prędiali eccleſiæ à domino,& colono.¶Sed
12 hic incidenter quæro:†ſi pro aduocatione percipio aliquam
quotam fructuum de prædio alieno:an poſt ſolutam decimã
integram eccleſiæ prædiali ſoluam de eo, quod mihi reſtat,
eccleſiæ meæ parochiali:credo,ꝙ ſic: quia quò ad me cenſe
tur illud lucrum proueniens ex induſtria:ergo decima eſt cẽ
ſenda perſonalis.ideò eccleſiæ parochiali debenda.& ſic di-
cit Io.And.ſ.eo.c.cum ſint homines.vbi tenet, ꝙ colonus,q
colit nummis,de eo,quod ſibi reſtat (deductis decima præ-
diali,& ſumptibus tanquam de lucro perſonæ)tenetur ſolue
re decimam eccleſiæ parochiali: colonus autem partiarius,
detracta decima prædiali,non tenetur de eo, quod reſtat,tã
quam lucrum,detrahere perſonalem decimam eccleſiæ ſuæ
parochiali:ſed colonus, qui recipit pro cultura nummos,te-
netur ſoluere de illis nummis, etiam decimato aceruo fru-
ctuum:quia nummi non ſuccedunt loco fructuum: cum nũ-
mi debeantur iſti,fructibus non natis:ſed partiario,non na-
tis fructibus,nil debetur, ideò pleniùs ſuccurrendum: quia
partiarius ſubmiſit ſe Dei miſericordiæ: nummis colens in
portu nauigat.hęc tamen ratio facit,ꝙ colonus,qui colit nũ
mis,vel certis menſuris,naſcantur fructus,vel non:non dẽat
grauari in decima perſonali:ſed tantummodo prædiali. qua
ſoluta de reſiduo,vt de lucro, non teneatur ad perſonalem:
quia Dei miſericordiæ ſe ſupponit vt partiarius:imò magis,
quia partiarius,ſi nihil naſcitur, perdit operam: iſte operã,
& mercedem conuentam.& hoc caſu poteſt eſſe verum. qa
talis merces loco fructuum ſubrogetur. & adde iſta ad not.
ſ.eod.c.cum ſint homines.& per iſta habes glo. Inn.& Doc.
quæ competentius ordinaſſem explicando pro ſe, qualiter
dominus de penſione cenſuum, vel de portione fructuum te
neatur ſoluere decimam. ſecundò qualiter colonus partia-
rius,vel qui colit nummis(ideſt,quia nummos dat, vel acci-
pit,vel menſuras certas, vel rem aliam pro cultura terræ)
13 ad decimam teneatur.¶†Quartò quæro: vtrùm tenear da-
re decimas ſacerdoti meo,quem ſcio eſſe ſimoniacum. glo.
quæ incipit.hoc ideo,&c.tenet,ꝙ ſic.Idem Goff.Phi. & Vin.
Sed Hoſt.contra:ne videatur in ſuo peccato nutriri. ar.5.q,
5.c.non omnis.ibi[vtilius eſurient.]&c.Non obſt.quod glo.
dicit de iudeo:quia licèt ipſe non audiat officium:tamen is,
cui pręſtat decima ,ipſum facit.unde propter illius indeuo-
tionem non debet amittere ius ſuum.& idem dicit Hoſti.de
notorio fornicatore:ſubdit tamen, ꝙ propter iſtorum deli-
ctum parochianus non debet decimas lucrari: ſed auctori-
te diœceſani in utilitatem illius eccleſiæ conuertuntur.ar.de
ſuc.abinte.c.vlt.& de iud.c.cum deputati.Ita dicit Io. And.
forte primorum opin.eſt verior. quia non reperitur iſte ca-
ſus,ꝙ exceptis terminis poſſit ab adminiſtratione rerum ec
cleſiæ amoueri.ſed per accuſationem,inquiſitionem,vel de-
nunciationem.ĵ.de appel.c.conſtitu.ſ.de elec. c.tranſmiſſa.
14 †In exceptione tñ,quæ non cõcernit delictum perſonæ: ſed
dilapidationis, vel malæ adminiſtrationis ſemper dubitaui:
an poſſit opponi clerico exigenti decimas.videtur,ꝙ ſic. nã
clerici ſunt procuratores:non domini,vt c.2.de dona. Sed ſi
procurator eſt ribaldus,& de adminiſtratione ſuſpectus: de
bitor non tenetur ſibi ſoluere,vt l.ſi cum Cornelius.ff.de ſo.
nam ſi mutuo illi, quem verè ſcio conſumpturum pecuniã
in malum vſum:repetere non poſſum, vt l.ſi quis cum ſciret.
ff.pro empto.facit l.ſi verò non remunerandi. §.ſi adoleſcen
ti luxurioſo.ff.man.& quicquid ſit de iure in exactione tamẽ
ad voluntariam ſolutionem:vt.ſ. debitor in decima teneatur
ſe vltro offerre tali clerico,non vr̃:ſed conſultius agit,ſi ſupe
riori denunciet,quid agendum,antequam illi ſoluat.nã ſibi
propter malitiam clerici retinere non põt.vt hic.ibi[cũ nul-
li ſit licitum.]&c.quid ergo dices:ſi iſte,qui tenetur ad deci
mam, vtiliter diſpenſauit. quia pauperes ſummè indigentes
elegit,



elegit,& eis erogauit:videtur liberatus.quia clericus teneba
tur talibus erogare. ſi ille ergo ſoluit creditori:creditor vr̃ li
beratus,vt l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pig.act.poteſt dici con
tra:quia ante electionem nullus pauperum poteſt dici credi
tor:nec debet clerico auferri beneficium eligendi ſine cul-
pa,ar.l.cum quidam.ff.de le.2.cum ſimi.

ADDITIO.

a ¶Qua actione petantur.qua actione petuntur decimæ,Alb. in l. nullus. C.de iude.§.ſi.& l.extat.ff quod me.cau.

*SVMMAE.*

1 *Priuilegium de decimis laborum comprehendit noualia.*
2 *Conceſſo quod plus eſt,uidetur concedi,quod minus eſt.*

1 EX parte. †Priuilegium de decimis labo-
rum noualia comprehendit. &
in prima deciſa conſultatio. in ſecunda reſponſio.
2 ibi[cum tibi.]¶Not.j.reg.†ꝙ illi,cui conceditur,quod plus
eſt:videtur conceſſum etiam,quod eſt minus.econuerſo au-
tem,ſi cui interdicitur,quod eſt maius: an videatur interdi-
ctum,quod eſt minus. dic ꝙ non: nam prohibitus à maiori
officio,non videtur prohibitus à minori.prohibitus autem à
minori,non poteſt accedere ad maius,vt l.relegatum. §. ſo-
let.ff.de interdi.& relega.& eſt hoc utile ſcire in materia ſu-
ſpenſionis diuinorum:vtrùm prohibitus à miſſa poterit mi-
niſtrare in minoribus officiis.vel econuerſo.facit ĵ.de ſentẽ.
excommu.c.is cui.lib.6.¶Oppo.dicitur hic, ꝙ iſte impetra
uit decimas laborum parochiarum ſuarum &c.Sed contra:
fruſtra precibus impetratur,quod de iure communi conce-
ditur.vt ĵ.c.cum contingat.ergo malè impetrauit.ſo.ſecun-
dùm Pe.& Ab.ideò impetrauit: quia conſuetudo erat con-
traria.vel impetrauit cum integritate: vt debita portio non
daretur epiſcopo:quæ debet dari de iure,vt ſ.c.1. ¶Secun-
dò oppo.de c.tua.& ĵ.§.1.ſ.eo. vbi non ueniunt in generali
cõceſſione noualia. nam noualia ſunt diuerſa ab aliis,ut ibi:
in diuerſis autem,& ſeparatis de uno ad reliquum non infer
tur.ff.de don.inter vir.& vxor.l.ſi maritus.& l.fin.de calum.
ſolu.ibi concedebant ęi,qui de iure communi nullum ius ha
bebat.ſ.laico:hic uerò fuerat facta conceſſio illi, qui habe-
bat ius:ſed priuilegio,vel præſcriptione ſuppreſſum.Ideò ſi
de nouo ſibi conceditur,latè interpretatur. quia res faciliùs
renaſcitur,quàm de nouo naſcatur,ut l.ſi teſtm̃.ff.de teſta.&
l.filio quem pater.de lib.& poſthum.ibi [non translatus,ſed
redditus videretur.]&c.& ex hoc infero, ꝙ ſi conceſſio, de
qua in tex.fuiſſet facta extraneo,non rectori eccleſiæ: nõ de
beret extendi ad noualia. Non ob.ille tex.[vbi maius.]&c.
quia quando quod minus eſt,habet legem præcedentem cõ
trariam:ſub conceſſione maioris nõ includitur,quod eſt mi
nus.verbi gratia.nam ſi pro homicidio imponitur pœna pe
cuniaria:non debet tale ſtatutum extendi ad furtum,falſita-
tem,& alia minora crimina,quæ habent legem de per ſe or-
dinatam,vt no.Cyn.in materia conſuetudinis.l.1.C.quæ ſit
longa conſue.& quod ipſe notat in l.quod fauore. de legi.&
c.cui de non ſacerdotali.de præb.lib.6.& l.ſi vina.de peri.&
commo.rei vend.In connexis verò, & non habentibus legis
ordinationem contrariam facilè arguimus de maiori ad mi
nus:& econuerſo.vt hic, & d.§. ſolet. nam rationis minori-
tas non inducit legum correctionem: nec etiam maioritas,
vt no.Cyn.in d.l.1. & in Authen.quas actiones.C.de ſacro-
ſan.ecc.ad materiam facit l.nec in eà.ff.de adul. ibi [ſed qui
occidere poteſt adulterum.]

*SVMMAE.*

1 *Negociationis nõie mobilia,& immobilia continentur.*
2 *Res empta de pecunia decimata quando uenditur ante ſolutionẽ de-*
*cimæ:de eo,quod uenditur,deducuntur expenſæ.*
3 *Pretium,quo res empta eſt,an ueniat ſub nomine expenſarum.*
4 *Expenſa,quæ fit in re,uel circa rem: & ea,quæ fit in fructibus,qua-*
*liter differant.*
5 *Decimæ perſonales ſtatim,cum lucrum percipitur,ſunt ſoluendæ.*
6 *Expenſæ factæ pro re,uel in re empta cã mercimonij,non detrahun-*
*tur de fructibus,qui ex dictis rebus percipiuntur.*
7 *Decima ſequitur ſemper fructus.*
*Fructus transferuntur in alterum cum onere decimæ.*
8 *Res,ex cuius fructibus non eſt ſoluta decima pluribus annis: an tran*
*ſeat in alterum cum onere decimæ temporis præteriti.*
9 *Expenſæ factæ pro re reſtauranda non conſiderantur in ſolutione de*
*cimæ.*
10 *Sterilitas in uno fundo non dẽt attendi, quominus ex alio ſoluatur*
*decima in fructibus,in quibus Deus principaliter operatur.*
11 *Verba contrahentium referuntur ad factũ, & ad cõem uulgi opinio*
*nem potius,quàm ad ciuilem interpretationem.*
12 *Dominus ſi locat fundum ad dimidiam partem fructuum, & co-*
*lonus ante diuiſionem velit deducere expenſas, non debet au-*
*diri.*
13 *Fructus quid dicatur.*
14 *Lucrum conſiſtit in negotiatione.*
15 *Expenſæ in re,quæ dicantur.*
*Quæ circa rem.num.16.*
*Quæ in re.nume.17.*
18 *Expenſæ factæ circa molendinum,piſcariam,&c.an deducantur,an*
*tequam ſoluatur decima.*
19 *Decimam an quis teneatur ſoluere de eo,quòd plus ualet res, quam*
*emit pro decem, quæ ualebat centum.*
20 *Decima an ſit ſoluenda de immobilibus, quæ obueniunt titulo gra-*
*tuito.*

PAſtoralis Negotiator de lucro decimã
ſoluit,deductis expẽſis, quas
fecit de pecunia decimata:expenſas tñ, quas fecit
pro habendis fructibus,non deducit: de fructibus uerò re-
rum decimas ſoluit,non deductis expenſis factis pro fructi-
bus habendis:ſiue pro re reſtauranda.& ſunt duæ partes. in
prima conſultatio.in ſecunda reſpõſio.ibi [ad quod.]& hoc
ſubdiuiditur: quia primò tractat de expenſis negotiationis.
ſecundò de expenſis,quæ fiunt pro habendis fructibus.ter-
tiò de his,quæ fiunt pro reſtauranda merce.ſecunda ibi[ex-
penſas.]tertia ibi[nec pro reſtaurando.]¶No.1.ꝙ quæſtio
eſt formata in molendinis,& piſcariis, &c.quod expone.i.ꝓ
uentibus molendinorum,& piſcariarum, ſecundùm Io.An.
de fructibus autem ex iſtis prouenientibus an ſint deducen
dæ expenſæ ante ſolutionem decimæ, meritò dubitabat: qa
lucrum ex iſtis potius percipitur hominis induſtria, q̃ natu-
1 raliter,vt eſt fructus terræ.dicam ĵ. ¶Secundò collige, †ꝙ
ſub nomine negotiationis mobilia,& immobilia includunt,
vt patet in uer.vt ſi uendatur.& hoc uerum quò ad materiã
decimæ,in qua ſumus:in alia materia quis dicatur negotia-
tor,ſiue mercator.dic,ut no.Bart.in l.ſeruis legatis.in princ.
2 de leg.3.¶Tertiò no.†ꝙ cum venditur res empta de pecu-
nia decimata ante ſolutionem decimæ:de eo, quod vẽditur,
deducuntur expenſæ.& intellige de expenſis neceſſariis,vti-
libus,& voluntariis: dummodo non fiant in fraudem eccle-
ſiarum. & de iſtis tribus generibus expenſarum vide exem-
pla.ff.de impen.l.1.& l.neceſſariæ. ¶Sed incidenter quærit:
3 †an ſub nomine expenſarum veniat pretium,quo res empta
eſt.dicit Io.And.ꝙ ſic:ſi prius illud pretium fuerat decima-
tum.aliàs ſecus.verbi gratia.lucratus fui 10.ex quibus ſolui
vnum nomine decimæ:de illis nouem emo equum: quem uẽ
do 20.nomine decimę ſoluam vnum tm̃.ſi verò illa 10.prius
lucrata non fuiſſent decimata,ſoluerem duo. ¶Aduerte tñ,
quia ſi rem emptam de pecunia non decimata emptor non
vendat:ſed retineat.dicit Ioan.An.ꝙ ſicut decima pars pecu-
niæ

niȩ erat eccleſiæ:ſic eius debet eſſe decima pars rei emptæ.
ad hoc s̃.de pe.cleri. c.ſi.ſecundùm Inno.Hoſt.& Pe. & hoc
no.& collige ex his dictis,ꝙ appellatione expenſarum con-
tinetur pretium rei.quod eſt verum in negotiatione :¦de cu-
ius materia loquimur:in alia materia ſecus. vnde ſi teſtator
mandat mihi dari fundum,quem emit, ſi ſoluero expenſas:
appellatione expenſarum non veniet pretium. caſus eſt not.
in l.quibus diebus.§.1.ff.de cond.& demon.¶Quartò not.
4 †ꝙ alia eſt expenſa,quæ fit in re,vel circa rem : alia eſt, quæ
fit in fructibus,ſiue gratia fructuum colligendorum. & q̃uo
vna ab alia cognoſcatur.dic,ꝙ illa,quæ fit ad perpetuam rei
vtilitatem,dř.expenſa rei.illa,quæ ad temporalem,dř expen
ſa fructuum . dicit tamen Iuriſconſul. ꝙ iſta non tam facile
eſt in vniuerſum diffiniri:q̃ per ſingula ex genere , vt l. quod
dř.ff.de impen.& l.diuortio.§.impendia.ff.ſo.ma.¶Quintò
5 no.tex.ibi[dũ ipſi vendunt.]&c.†ꝙ decimæ perſonales ſta-
tim,cum lucrum percipitur,ſunt ſoluendæ. & hoc ſecurius :
ſatis tamen eſt ſoluere in fine anni propter minutias. de pi-
gno.c.ex his.16.q.1.c.reuertimini. In agnis,& ſimilibus,qñ
ſolui debeant,dixi s̃.eo.c.cum homines. quales autẽ debent
ſolui:dic,ꝙ non deteriores:quia indignum eſt dare Deo. qđ
dedignatur homo.49.diſt.c.fin. dabuntur ergo mediocres .
6 argum.l.legato generaliter. de leg.1.¶Sextò no.†ꝙ expen-
ſæ factæ pro re: vel in re empta cauſa mercimonii , non de-
trahuntur de fructibus,qui ex dictis rebus percipiuntur: ſed
cum res ipſæ vendũtur:dictæ expenſæ factæ in re pro re, vel
circa rem,ante ſolutionem decimæ detrahuntur:& de reſi-
duo,vt de lucro,decima ſoluitur . decima ergo ſoluenda de
fructibus non recipit detractionem ratione expenſarũ qua-
litercunq;.& iſte eſt ſenſus literæ,ſecundùm Inn.¶Septimò
7 no.in verſi.fructus autem. † ꝙ decima ſequitur ſemper fru-
ctus:& cum onere decimæ transferuntur fructus in alterũ .
8 †ſed an res ipſa,ex cuius fructibus nõ eſt ſoluta decima plu-
ribus annis , tranſibit in alium cum onere decimæ temporis
præteriti?videtur,ꝙ ſic,vt hic.& expresſiùs.ff.de publ.l.Im-
peratores.& in Auth.de non alie.§.ſtare.in fi.& de ali.& em
phy.ſi uerò quis.Auth.locator.colla.9.& dicit Ho.plura ar-
gumenta de hoc inueniri.s̃.de reb.eccle.non alien. c.ad au-
dientiam.dixi plenius.s̃.ca.cum homines. in 3.q. ¶Octauò
no.ꝙ ſicut expenſæ factæ in fructibus colligendis non con-
ſiderantur quò ad integram decimam de fructibus ſoluen-
9 dis,vt s̃.eo.c.cum homines. †Ita non conſiderantur expen-
ſȩ factæ pro re reſtauranda. vnde ſi media pars gregis , vel
fundi perit de fructibus recollectis:de alia media ſoluã de-
cimam,non habita conſideratione ad damnum partis dimi
diæ.& hoc verum,cum quȩritur de decima perſoluenda de
fructibus.Si verò quærimus de decima ſoluẽda de lucro:tũc
eſt dubium emi cauſa mercimonii.domum,vineam, gregẽ,
& ſimilia pro centum. pars decimarum mercium perit : vel
in reſtauratione expendi quinquaginta.Si primo caſu ex di-
midia,q̃ remanſit,redigo mea centũ: & in ſcđo caſu reſtau-
rationis redigo centum quinquaginta.an debeam aliq̃d no-
mine decimæ? vř , ꝙ non. quia vtroque caſu habeo capitale
meum tantummodo. In contrarium facit quò ad primũ ca-
ſum:quia negari non põt de iſta dimidia me lucratum eſſe :
& peremptio alterius dimidiæ,vel refectio in imminens im
putetur peccatis meis,non Deo.& hoc tenet Ho.qđ dictum
poſſet eſſe ſecundùm Io.An.verum in diuerſitate mercium:
non in eadem mercantia: vel etiam in eadem re reſtaurata .
pone , emi centum capita,quorum 10.perierũt:emi alia 10.
vt reſtaurem numerum centum:tunc enim Ioan.And. putat
hanc potius nouam mercem, quàm reſtaurationẽ antiquæ .
& ſic integra decima eſt ſoluenda,non attento dãno. In vna
verò merce ſi pars perditur: ex alia parte tantummodo capi
tale percipitur:nil ſoluetur nomine decimæ,ſecundũ Io.An.
Optima exempla potes hic Venetiis reperire:vbi idem mer
cator onerat plures naues mercibus aduehendis uariis lo-
cis:de quibuſdam perditur:de quibuſdam lucratur:ita ꝙ dã
num in vna cum lucro alterius compenſato non perdit , nec
lucratur.ex prædictis patet , quòd ſi hoc contingit de eiſdẽ
mercibus,nihil ſoluet.ſi de diuerſis.ſoluet de lucro,quod ex
alia percipit,non compenſato damno alterius. durum vide-
retur hoc dictum mercatoribus,& non æquum . quia nego-
tiatio debet conſiderari tota vt vnum corpus,& vniuerſali-
ter:quia recipit diminutionem , & augmentum,ſicut pecu-
lium,vt l.peculium.ff.de leg.2.In eodem autem corpore iſta
compenſatio eſt fienda,ſcilicet lucri ad damnũ.vt dicit Ioã.
And.ſed iſta eſt huiuſmodi.ergo &c.& probatur in l.cũ quæ
10 ritur.ff.de adminiſt.tuto.† In fructibus ergo,in quibus Deus
principaliter operatur : ſterilitas in vno fundo debet atten-
di,quo minus decima ſoluatur de alio . ſed in negociatione
magis rigoroſum eſt hoc ſentire.& hoc Venetiis. vbi cõm-
niter omnes viuunt de negociationibus, habetur ratio deci-
marum ſemel tm̃, ſcilicet, cum quis moritur : tunc enim de
toto mobili,quod habere deprehenditur in mercantiis,ioca
libus,gemmis,vel aliter,ſoluit decimam : toto vitæ tempore
nihil ſoluit.¶Opp.de hoc, ꝙ decima ſoluitur de fructibus,
non deductis expenſis . contra quia non dicuntur fructus ,
niſi illi,qui ſuperſunt, deductis expenſis,vt l.fructus.ff.ſolu.
mat.præterea malæ fidei poſſeſſor non tenetur ad reſtitutio
nem fructuum,non deductis expenſis: imò ipſas deducit. ff.
de peti.hæred.l.ſi à domino.§.vltimo.& no.s̃.de reſtit.ſpol.
c.grauis.ſol.glo.quæ incipit. hic ſpeciale.&c.dicit,ꝙ ſpecia-
le eſt in decimis.nam cũ Domini ſit terra,& plenitudo eius.
vt s̃.c.tua nobis.iniuſtum eſſet,tales expenſas detrahi de de
cimis:quas Deus &c. cum talis detractio non fiat dño tem-
porali,qui locat fundum pro tertia, vel quarta , vel decima
portione fructuum . tenetur enim colonus dare ſibi dictam
partem integram fructuum perceptorum,non deductis ex-
penſis, ſm̃ Inno. & Hoſt.s̃.eo.c.tua nobis.Sed certè ſi ita eſt.
in domino temporali (vt non habeatur in eius portione ra-
tio expenſarum)ergo non eſt ſpeciale in decimis:vt innuit il
la glo.quid ergo dicemus?Bar.dicit,ꝙ aut ver.fructus.pro-
fertur à lege:& intelligitur,deductis expenſis,vt d.l. fructus.
fallit in decimis,vt hic.aut profertur ab homine:& tunc aut
refertur ad fructus ſtantes in fundo: & intelligitur de fructi-
bus integris,non deductis expenſis, vt l.fructus pendentes .
ff.de vſufru.& ff.de his,quæ in frau.cre.ar.l.fin.§.penul.licèt
glo.videatur ibi aliter dicere.Si uerò referatur ad fructus fu
turos colligendos:& intelligitur,deductis expenſis.vt l.fun-
di Treb. ff.de vſufr.leg.& hoc verum:niſi aliud actum ſit ta-
citè,vel expreſsè.Item hoc verum,qñ nomen,fructus, inde-
terminatè profertur. ſi verò determinatè ( vt decem corbes
frumenti ex illo fundo ) tunc non habet locum hæc diſtin-
ctio,vt l.venditor.§.veroſimile.ff.de contrahen.emp. ita di-
ſtinguit Bar.in d.l.fructus.adde membrum d. ca.tua nobis.
videlicet, ꝙ nomen fructus,relatum ad quotam fructuũ in-
telligitur,non deductis expenſis,ſecundùm Inn.& Ho.rela-
tum aũt ad oẽs fructus intelligitur,deductis expenſis, ſi ab
hoĩe proferatur,vt dicit Bar.ſtrictiùs ergo ſumitur nomen ,
fructus,relatum ad omnes fructus,q̃ ad quotam . quod etiã
hic ſentit Hoſt.vt refert Ioan.And.ſuper hoc ſpeciale.Inno.
dicit,ꝙ illa expoſitio (videlicet,ꝙ fructus intelligantur , de-
ductis expenſis)eſt expoſitio,& interpretatio ciuilis:non na
turalis.conſtat enim in fructu,vel redditu eſſe quicquid per-
uenit de poſſeſſione,molendino,vel grege : licèt expenſæ nõ
detrahantur.& huic bene concordat vulgare: quo communi
ter dicitur.fructus huius molendini,vel gregis:vel fundi tan
tus eſt.ita dicit Io.And.poſt Doct. ex quo dicto poſſet dici,
ꝙ dictum Bar.& Hoſtien.dicentium,ꝙ nomen,fructus , re-
latum ad omnes , & prolatum in contractibus intelligatur ,
11 deductis expenſis,non videtur bene dictum.†quia verba cõ
trahentium referuntur ad factum,& ad cõmunem vulgi opi
nionem potius,q̃ ad ciuilem interpretationem,vt l.cum de-
lanionis. §. aſinam. de fun. inſtru. & l.librorum. §. quod tñ
Caſsius.de leg.3.& l.ſtipulatio iſta.§.hi quoq;. de verb.obl.
12 & quod ibi no.& per iſta concludo cum Ia.de Are.†ꝙ ſi dñs
locat fundum ad dimidiam partem fructuum. ſi colonus añ
diuiſionem velit deducere expenſas:non debet audiri:ſed in
tegram dimidiam debet dare,vt l.cum duobus.§.ſi in coeũ-
da.pro ſocio.Et idem,ſi quis mihi vendat, vel legat oẽs fru-
ctus talis vineæ,vel fundi:conſequor enim ipſos integros,nõ
deductis expenſis,ſm̃ prædicta. & prædicta procedunt,an de
fructibus fiat deductio expenſarum.quid econuerſo , ſi quis
tenetur mihi reficere ex pacto omnes expenſas, quas feci an
nis præteritis in tali fundo in paſtinando,plantãdo arbores,
& ſimil.an habebitur ratio fructuum,quos percepi: vt tantò
minus dicar expendiſſe, quantò de fructibus dictis annis ꝑ-
cepi?videtur,ꝙ non,vt l.quibus diebus.§.1. ff.de cond.& de
mon. Et no.prædictam interpretationem horum nominum,
fructuum,& expenſarum.quid de hoc nomine,lucrum,dicit
Ioan.And.ꝙ lucrum ſemper intelligitur, deductis expenſis.
¶Venio ad quæſt.& quia ſupra ſæpius habita eſt mentio fru
ctus,& lucri,& expenſarum:quæro,quid eſt fructus . ſecun-
13 dò quid lucrum.& tertiò quid eſt expenſa . ¶†Circa primũ
dic,ꝙ fructus regulariter eſt quicquid germinat: vt granum,
vinum,piſcis,fœtus, & ſimilia.partus tamen ancillæ non ve-
nit appellatione fructuum,vt Inſt.de re.di.§ in pecudũ. lar-
gè autem appellatione fructuum continentur,quæ non ger-
minant: vt vecturæ,& penſiones. ſed iſta potius cenſent red-
ditus,q̃ fructus . nam nomen,redditus,eſt vocabulum magis
generale,vt no.in c.generali.de ele.lib.6.In alia materia di-
ſtinguitur inter fructus naturales,& induſtriales, vt s̃.de re-
ſtitu.ſpo.c.grauis.¶Circa ſecundum quid ſit lucrum . dicit,
14 †ꝙ lucrum conſiſtit in negociatione a : vt ſi librum, equum,
a mercem emo pro 10.& vendo 15.idem in quaſi negociatio-
ne:vt cum ſoluis ſalarium aduocatis, vel doctorib. Itẽ extra
oẽm negociationem: vt cum mihi donas centum.vel inuenio
theſaurum:quem qñq; totum conſequor:qñq; partem.Inſt.
de re.di.§ theſauros.& §.ſeq.¶Circa tertiũ de expenſis:dic,
15 ꝙ ſunt expenſæ in re,circa rem,& extra rem.†expenſȩ in re
eſt pretium rei mobilis,vel immobilis.puta emi equum , vel
16 fundum pro centum : iſta centum ſunt expenſa in re. † circa
rem: vt ſi feci domum reparari,feneſtrari,agrum coli , equũ
paui,& ſimilia.extra rem:puta dedi ſalarium proxenetis,ſol
17 ui pro pedagiis,pro gabellis,& ſimilia.iſtæ enim dicunť†ex-
penſæ in re,vel circa rẽ.& de his in alia materia. ſ.à quo poſ
ſeſſore recuperentur:vide in Spe.de expen.in princ. ¶Scđò
quæro.dř in ver.nec pro reſtaurando &c. ꝙ in prouentibus
decimandis armenti,vineæ,mercis, clibani non habetur rõ
18 expenſarum factarum pro re reſtauranda . † Sed quæro de
expenſis factis pro molendino,& piſcariis ( puta pro iumẽ-
tis,molis,ferramentis,mercenariis , rhetibus , & ſtaphis , &
ſimilibus . ) an de prouentibus percipiendis ex iſtis hř ratio
prædictarum expenſarum: vt eis deductis,decima debeatur.
Inno.& Ho.tenent, ꝙ tales expenſæ extra rẽ non deducanť :
multò minus factæ circa rem,vt in refectione:fatentur tamẽ
alios tenere contrarium.Io.And.diſtinguit inter fructus,qui
germinant,& illos q̃ non germinãt: vt in primis nulla fiat de
ductio expenſarum,ẽt extra rem.in ſecundis ſic. rõ differen
tiæ eſt:q̃a conſtat, ꝙ in primis plus operatur manus Dei . &
ſi dicis.in molendino,licet non germinent, operatur manus
Dei per potentiam aquæ:vel venti,quo mola ducitur. Rñ.ꝙ
ſm̃ hoc ẽt in negociatione:vectura nauis, & ſimilibus expen
ſæ non deberent deduci:cum potentia Dei principaliter de-
ducatur nauis ꝑ aquam.nec videt rõnem,quare aliud dicať
in mola,q̃ in naui. & quare aliud in ſalario molendinariorũ :
q̃ nautarum.In piſcariis verò vbi piſcis naſcitur, & in grege
ſit vera prædictorum opin.ꝑ q̃ vř, ꝙ ſi pro penſione domus,
vel libri habeo 10.ſed vnũ dedi proxenetæ : ꝙ illam expen-
ſam extra rem deducere poſſum,& ſolum de 9. decimã ſol-
uam.Idem ſi de domo ſoluo in cõi tm̃ in anno . vel tm̃ ponò
in reparatione.nã de penſione reſidua , his deductis,decimã
ſoluã:q̃a ille non eſt fructus,q̃ germinet:& eſt æqua illa opi.
19 ſm̃ eũ. ¶ † Tertiò quæro.ſi quis rem valentẽ centum emit ꝓ
10.cã proprii vſus:an de eo,quod plus valet , teneatur dare
decimam. vř,ꝙ ſic:quia negari non põt illud eſſe lucrum,de
quo decima eſt ſoluenda,vt hic.Inno.tenet contrarium,ẽt ſi
emiſſet cã mercimonii:& mutaſſet propoſitum retinendo ꝓ
ſe.Item ſi quis de medietate rei , quam emit , conſecutus eſt
pretium:& in electione ſua velit ſoluere integram decimam
in alia dimidia:quæ eſt lucrum.an decimã pretii recepti, alia
20 dimidia in reſiduo reſeruata &c. ¶†Quartò quæro.vtrũ de
immobilibus,q̃ obueniunt titulo gratuito(puta donatur ſuc
ceſsione,legato,vel aliter)ſit ſoluenda decima.vř,ꝙ ſic,qua-
ſi de lucro, vt hic.glo.tenet, ꝙ non,tribus rationibus.prima,
quia ad quẽlibet tranſit cum onere decimæ. ſcđò q̃a Deus
mandauit filiis Iſrael dare ſibi decimã de fructibus . tertiò,
q̃a ſequereť abſurdũ.videlicet,ꝙ breui tpe poſſeſsiones de-
uenirent ad eccleſiam.& hæc opi.gl. quæ fuit Ala. placet Io.
& Vin.& Ho.dicit,ꝙ eſt æquior,& benignior,licèt prima ſit
iuſtior.& rñdet ad prædictas rationes.Idem Hoſt. & Inn.s̃.
eo.c.non eſt.recitabant quandam opi.fuiſſe, ꝙ de immobili
bus ſoluenda ſit decima pretii:non rei . vnde ſi pro mercede
aduocationis,vel militiæ,ex pacto, vel ſiue,deť mihi caſtrũ ,
vel res immobilis:putant illi,ꝙ dare debeam decimam pre-
tii.arg.ff.de leg.1.l.apud Iul.§.conſtat.& eſſet minor dubita
tio,ſi res data eſſet æſtimata pro pretio, de quo cõuenerat .
arg.C.de iure do.l.1.de iſta materia etiam no.in ca.decimæ.
16.q.1.& quicquid ſit in aliis hæreditatibus obuenientibus
circa ſolutionem decimæ:tamen illud, quod filio obuenit de
hæreditate paterna,non dicitur lucrum,ſed debitum:iõ tan
quam de lucro non eſt ſoluenda decima, ar.l.in ſuis.de libe.
& poſthu.l.fi.C.de codi.

ADDITIO.

a ¶In negociatione Tale lucrum dicitur aduentitium.Bal.in addi. Spe.de actore ver.an omnis.in fi.& in l.fori.C.de aduo.diuer.iud.Bar.in l.cum oportet.in prin.C.de bo.quæ lib.

*SVMMAE.*

1 *Perceptio decimarum in una parochia poteſt ad aliũ pertinere , quã ad rectorem parochiæ.*
2 *Perceptio decimarum de iure communi ſpectat ad eccleſiam parochialem.*
3 *Præſcriptio certorum iurium infra unum locum non extenditur ad ius,quod nouiter naſcitur in illo loco.*
4 *Diœceſanus poterit exercere ius ſuum ſuper nouo fructu, quod naſcitur intra alicuius parochiam: licèt illud nunquam exercuerit .*
5 *Leges aliquæ ſi non fuerunt in uſu ( quia caſus nunquam occurrit: ) contra eas nunquam præſcribitur.*

CVm contingat. Qui ꝑſcripſit decimas in
aliena parochia:ſi ibi inſurgant noualia,ipſorum
decimas non habebit.& in prima parte quæſt.in ſecunda ſo
1 lutio[ibi nudæ.]¶No.primò, †ꝙ ab antiquo perceptio de-
cimarum in vna parochia poteſt pertinere ad alium , quã ad
rectorem parochiæ: quantum autem tempus poſſit dici an-
a tiquum a iſto caſu.dic,vt no.ĩ.de præſcrip.c.1.li.6. ¶†Scđò
2 no.ꝙ de iure cõi perceptio decimarum ſpectat ad eccleſiam
parochialẽ.concor.ĩ.c.prox.de quo plenè in glo. ¶†Tertiò
3 no.ꝙ præſcriptio certorum iurium ĩ. vnum locũ non extẽdi
tur ad ius,qđ nouiter naſcitur intra illũ locũ:ſed illud perti-
nebit ad eũ,ad quẽ locus illȩ pertinet de iure cõi.fortius er-
go,& magis extendibile eſt ius, qđ cõpetit de iure cõi : q̃ il-
lud,qđ cõpetit ex ꝑſcriptione.facit ad no.per Inn.s̃.de offic.
4 archi.c.fi. ¶†Quartò ẽt ex hoc no. ꝙ ſi intra alicuius paro-

chiam naſcitur nouus fructus: ſiue caſus, ſuper quo diœceſanus ius ſuum nunq exercuit, poterit exercere. & ꝑ hoc dixi,
5 † ꝙ ſi leges aliquæ non fuerunt in vſu (quia caſus nunq occurrit) contra eas nunq præſcribitur: ſed caſu poſtea emergẽte, leges illę poterunt practicari. no. Io. An. & ibi. s̃. de cle. cõiu. c. Ioannes. ¶ Opp dr̃ hic, ꝙ de iure cõi perceptio decimarũ pertinet ad eccleſias parochiales. cõtra imò ad epm̃. s̃. eo. c. qm̃. & j̃. c. dudũ. So. vt in gl. 2. & vt no. 16. q. 1. c. ſtatuimus. & in c. quicunq;. & Roſt. in libello. e. ti. §. 2. & per Hoſt. eo. ti. §. cui danda. & quod no. Io. An. in ſpe. eo ti. Ho. hic dicit tenendum, ꝙ de decimis perceptis per eccleſias baptiſmales epiſcopus debet habere quartam de iure. s̃. de offic. ord. c. conquerente. de præſcri. c. de quarta. Nec obſt. hæc Decre. quia eps̃ fundat intentionem ſuam quò ad quartã: & eccleſia parochialis quò ad reliqua. & ſic ſententiatum fuit per Innoc. quartum, ſm̃ eũ: & ſentit ex hoc cum gl. videlicet, ꝙ eccleſiis baptiſmalibus de iure cõi debentur decimæ. Idem Inn. s̃. eo. c. ad apoſtolicæ. facit quod poſt eum no. Io. An. s̃. titu. proxi. ſuper rub. Io. An. dicit, ꝙ eſt ſummæ æquitatis, ꝙ parochialis eccleſia (fortè tenuis) habeat has decimas. ar. s̃. eo. c. ſuggeſtum. ¶ Scdò opp. & vr̃, ꝙ noualium decima ad eum pertineat, ad quem ſpectant aliæ decimæ: ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, vt s̃. eo. c. ex parte. Solu. aut quis percipit decimas ex priuilegio: & loquitur contrariũ. aut ex præſcriptione: & loquitur hic. ita dic. ſoluit gl. pen. quam ſequuntur Ioã. Goff. & Inno. ſed ipſe Inno. poſt Hoſt. cum debent̃ ex priuilegio, ſubdiſtinguit. quia aut priuilegium conceditur eccleſiæ parochiali, quæ fortè decimas admiſerat: & loquitur cõtrarium. aut conceditur extraneo: & nõ extenditur ad noualia: ſicut nec præſcriptio, vt hic. quia vtrunq; odioſum propter præiudicium, quod paratur iuri alterius. & idem ſi in feudũ ſint conceſſæ, vt ſtrictè interpretemur, vt s̃. c. tua. Ex hoc ergo, quod hic dicitur (videlicet quòd præſcriptio non extenditur ad res alias, q̃ præſcriptas) inferunt præfati Doct. ꝙ quãdo eccleſia petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam: oportet, ꝙ hoc de ſingulis prædiis per ſe probet aliter: licèt de omnibus prædiis probet: ſi nõ probet de vno, de illo non adiudicabitur ſibi decima. arg. hic. & s̃. de proba. c. ex literis. de præſcri. c. auditis. & c. cum olim. facit quod not. Io. And. s̃. de offi. archid. c. ſi dñs. Bar. dicit in ſimili, ꝙ ſi quis vult dicere ſe præſcripſiſſe ius exigendi pedagium: ꝙ in illis rebus, in quibus apparet exegiſſe, quæſiuit ius: non in aliis. vt l. ſi publicanus. in fi. de publ. Idem in præſcribenda iuriſdictione. nam probata quaſi poſſeſſione, & pręſcriptione certi actus: in illo tm̃ actu præſcribet: non in aliis. Ita no. Bar. in l. j. §. ſi quis. ff. de iti. actuq; priua. & plenius in iure retinendo ꝑ exercitium certi actus. vide per eũ in l. ſi prius. de aqua plu. arc. & faciunt iſta ad no. in c. dilectus. de capel. mo. vbi dicã. ¶ Quæro. dicitur in ver. vbi ab his. &c. quæro ergo, quę poſſit oſtendi rationabilis cauſa. dic, vt in glo. fi. dicit Ioan. And. ꝙ poſſet allegare præſcriptionem prædiorum noualium hoc modo: ꝙ de paſcuis, vel piſtarij, & vallium, vel canneto aliqd prius percipiebatur (licèt fortè modicum:) & de illo præſcribens antiquas decimas etiam percipiebat decimam. de noualibus ergo ibi factis percipiet ſubrogatis in locum priorum, vt j̃. c. proxi. &c.

ADDITIO.

a ¶ Dici antiquum. vide Arch in c. ſi plures 16. q. 7 Ioan. And. & Docto. in c. 1. de iure patron. lib. 6. Alex. conſi. 58. 4. volum. eundem Ancha. in c. 1. eo. titu. lib. 6.

*SVMMAE.*

1 *Decimæ ſoluendæ ſunt de omnibus fructibus terræ.*
2 *Fructus diuerſi percipi poſſunt de eadem terra.*
3 *Præſcriptio in eadẽ terra extenditur ad aliam ſpẽm fructuũ perceptorum ibi: ſed non extenditur ad fructus in terra diuerſa.*

Cum in tua. Decima omniũ fructuũ prædii debetur illi, q ſibi præſcripſit illud prædium decimale: alterius vero prædii, quod non præſcripſit, decimam non habebit. in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio. ibi [reſpondemus.]
1 ¶ Not. j. † ꝙ de omnibus fructibus terræ debent ſolui deci-
2 mæ. concor. s̃. eo. c. nuncios. ¶ † Secundò no. ꝙ de eadem terrà percipiuntur diuerſi fructus. & quandoq; eodem tempore: puta vites in arbore ibi: & ad pedes arborum ꝑ fundum totum frumentum: vel ſimi. quandoq; diuerſo tempore, primò frumentum. quo recollecto, in eodem anno milium, vt l. diuortio. §. quod in anno. & §. fi. & quod vtrobiq; not. ff. ſolu.
3 matri. ¶ Tertiò no. † ꝙ præſcriptio in eadem terra extenditur ad aliam ſpeciem fructuum perceptorum ibi: ſed nõ extenditur ad fructus in terra diuerſa. In dubio ergo præſcriptio decimæ eſt cenſenda realis. i. terram concernens: non ſpeciem fructuum hanc, vel illam. & hoc verum, cum de fructibus, de quibus non eſt exacta decima, eam alius non percepit: ſed ſi alius eam percepiſſet: tunc præſcriptio ad illos ꝑceptos ab alio non extenditur. pone exemplum. colitur prædium, in quo etiam ſunt vites. vna eccleſia ſemper percepit decimam bladi: altera ſemper decimam vini. vna de aridis: alia de liquidis. ſatis certè eſt hoc tolerabile, & de iure procedit, arg. l. 4. §. modum. ff. de ſerui. & de ſerui. ruſti. prædi. l. certo generi. nam alternis temporibus poteſt conſtitui vſuſfructus, ſiue vtendi modus. vt ff. de vſufru. & l. quoties. & c. 1. de iure patro. in clem. Si ergo cadit in tempore: ergo & in rebus, vt l. miles ita hæredes. §. & quia diximus. de teſta. milit, Ex his patet intellectus c. ipſum enim intelligo, cum de eadẽ re, & eodem anno percipiuntur diuerſi fructus: de vna ſpecie eorundem ſoluta eſt decima vni eccleſiæ ab antiquo: de alia ſpecie non eſt alicui ſoluta: & de illa inter eccleſiam parochialem, & eccleſiam, quæ præſcripſit, oritur quæſtio. certè reſpondetur, ꝙ debebit ſolui eccleſiæ: quæ præſcripſit alteram: poſtquam de eadem terra percipiunrur. Io. An. ponit caſum, cum 40. an. ſeminatum eſt frumentum: de quo eccleſiæ non parochiali eſt ſoluta decima: deinde eadem ſeminat̃ ad milium, quod nunquam ſeminatum fuit: vel plantatur ibi vinea. certè & de iſtis nouis redditibus debebitur decima eccleſiæ, quæ pręſcripſit. & ille intellectus eſt verus in ſe: ſed nõ cõgruit literæ: quæ dicit [de quibuſdam fructibus annuatim perceptis.] &c. & ibi [de qua aliquos recipiebant.] &c. quaſi dicat, ꝙ eodem tempore colligebantur varii fructus: ſed de quibuſdam non fuit vnquam ſoluta decima: & dubitatur, cui debeat ſolui: certè rñdetur, ꝙ non parochiali: ſed eccleſiæ, q̃ præſcripſit, poſtquam de eodem fundo proueniunt. & ſic diuerſis fructibus prouenientibus ex eadem terra, ille dẽt de omnibus percipere: qui præſcripſit de aliquibus contra parochialem eccleſiam. hoc dicit.

*SVMMAE.*

1 *Agere poſſum contra illum, qui prohibet debitorem meum, ne mihi debitum ſoluat.*
2 *Hoſpitalarij poſſunt tenere eccleſias: licèt ſint laici.*
3 *Tutus præſcriptione non tenetur aduerſario reſpondere.*
4 *Probatio tituli ſuper præſcriptione allegata omiſſa coram auditore ſuppletur coram Papa.*
5 *Allegans præſcriptionem in decimis debet probare titulum.*
6 *Eccleſia conceſſa, uidentur conceſſa oĩa, quæ illi acceſſoria ſunt.*
7 *Præſcribere non incipit à tempore contractus, qui habet titulum ab inhabili.*
8 *Titulus inefficax ad præſcriptionem corroboratur ex confirmatione.*
9 *Nemo poteſt plus iuris in alterum transferre, quàm habeat.*
10 *Conceſſiones Papæ, & Imperatoris ſemper intelliguntur emanaſſe ſine præiudicio alicuius.*

Dudum.



Dudum. Laici eccleſias, vel decimas donare non poſſunt: nec ex ipſorũ donatione (licèt in forma communi per Papam confirmata) datur titulus pręſcribendi. In hoc tamen vltimo dicto eſt opi. vt j̃. dicam. In prima parte ponitur facti, & ꝓceſſus narratio. In ſecunda ibi [nos igitnr.] ipſius diffinitio. & prima ſubdiuiditur in tres. prima ponit actoris petitionẽ, & auditoris dationem. ſecunda reorum defenſionem, iudicis interlocutionem, & defenſionis fortificationem. tertia ipſius defenſionis impugnationem. ſecunda ibi [prior.] tertia, ibi [ceterùm.] ¶ Not. primò formam petitionis epiſcopi: ex
1 qua patet, † ꝙ poſſum agere contra illum, qui prohibet debitorem meum, ne mihi debitum ſoluat. an autem teneatur debitor illi prohibitioni acquieſcere: videtur ex illo tex. ꝙ ſic. ideò contra hoſpitalarios prohibentes eſt prodita actio: de qua hic. quod verum eſt, quando ille, qui prohibet, habet ius aliquod in perſonis, quibus prohibet: vt iſti hoſpitalarii in ruſticos: aliàs ſi nullum ius habet, debitor non tenetur illi prohibitioni acquieſcere. facit qd̃ de hoc no. Bar. in l. non ſolum. §. fi. ff. de ope. no. nun. & loquor in prohibitione uerbali. In reali verò cum quis detinet debitorem meũ, ne mihi ſoluat: vel cum eo litem conteſt. vide ff. de eo, per quem fac. erit. l. fin. & per totum. & contra moleſtantem ſubditos, & laboratores meos, an habeam actionem. dic vt no. Innoc. s̃. de appel. c. dilectis. & de iureiuran. c. ſicut. facit l. de iur. ad muni. e conuerſo an dñs pro eorum facto teneatur. dic vt ff. nau. cau. ſta. l. & ita. de offi. archid. c. ea quæ. & s̃. de reſt. ſpol. c. cum ad ſedem. & c. quia præſulatus. 1. q. 4. In caſu autem noſtri. c. contra hoſpitalarios, & alios religioſos impedientes ruſticos, ne ſoluant decimas eccleſiis, quibus debent̃, occurſum eſt hodie in cle. 1. j̃. eo. ¶ Secundò no. ꝙ intentio epiſcopi ſuper decimis exigendis in ſua diœceſi eſt fundata de iure communi. qd̃ ſufficit ad victoriam, alio non probato, vt
2 patet in fi. c. & c. ad decimas. de reſti. ſpol. li. 6. ¶ † Tertiò no. ꝙ hoſpitalarii poſſunt tenere eccleſias: & tamen ſunt laici, vt j̃. de reli. do. c. 1. in cle. ſed dic, ꝙ accedebant iſtæ eccleſiæ hoſpitali. quod poſſunt: quia hoſpitale eſt locus religioſus. de quo dic, vt s̃. de ſepul. c. in noſtra. & de don. c. inter dilectos.
3 ¶ Quartò no. in ver. prior aũt. † ꝙ tutus præſcriptione nõ tenetur aduerſario reſpondere. qd̃, quomodo intelligatur, dicam j̃. ¶ Quintò no. in verſi. quod cum per auditorem. &c.
4 ꝙ † probatio tituli ſuper præſcriptione allegata omiſſa corã auditore, ſuppletur coram Papa. & ſi intelligas, ꝙ ad Papam fuerit cauſa delata per app. videtur hic caſus: ꝙ licèt ſuper articulis publicatis coram iudice à quo non poſſint alii, vel ijdem teſtes produci, vt c. fraternitatẽ. de teſtib. tamen, ſi articulus erat prægnans (vt præſcriptionis ſic ſimpliciter deductæ) poterit ſuper articulo ſub eadem incluſo fieri noua teſtium productio. nam præſcriptio exigit plura, poſſeſſionẽ, titulum, & bonam fidem. ſi igitur coram iudice à quo nõ fuerint producti teſtes ſuper titulo, vel poſſeſſione: poterunt ꝓduci coram iudice appellationis, vt no. Inno. in d. c. fraterni-
5 tatem. & alle. hunc tex. pro caſu. ¶ † Sextò no. ꝙ allegans ꝑſcriptionem in decimis debet probare titulum. quod an regulariter verum ſit in præſcriptione aliarum rerũ. dic vt not. j̃. de pręſcrip. lib. 6. & c. ſi diligenti. de foro compe. & in reg.
6 malæ fidei poſſeſſor. per Dy. ¶ † Septimò no. ꝙ rex, & regina conceſſerunt eccleſiam ſancti Stephani: & ex illa conceſſione vr̃ tacitè conceſſiſſe eccleſiis, quæ accedunt, & etiam alia iura: ſicut cum aliquis arrogatur. nam omnia iura, & filii (ẽt quos habebat in poteſtate arrogatus) tranſeunt in poteſtatem arrogatoris, vt l. ſi adoptauero. ff. de preca. & quod not. de prob. c. in præſentia. & c. 2. de relig. do. & collige etiã hic, ꝙ rex, & regina concedunt eccleſias: & ſic ſpiritualia. quod intellige de iure patronatus. quod videtur in dubio conceſ-
7 ſiſſe. de don. c. paſtoralis. ſecundùm Inno. ¶ † Octauò not. ꝙ cum quis habet titulum ab inhabili, non incipit præſcribere à tempore contractus. qui enim contra iura mercatur, præſumitur non habere bonam fidem, vt in reg. qui contra iura. & l. nunquam. ff. de vſuca. ¶ Nonò no. in ver. nec à confirma
8 tione. † ꝙ titulus inefficax ad præſcriptionem corroboratur ex confirmatione: & ex tunc videtur incipere à præſcriptione, non à tempore tituli collati. facit l. obſeruare. in fin. ff. de off. procon. & leg. confirmatio igitur multum addit ad titulum inefficacem. quod an ſit verum, variè ſentiunt hic Doct.
9 vt j̃, dicam. ¶ Decimò not. in ver. nos igitur. reg. † nemo põt plus iuris in alterum transferre, q̃ habeat. concor. ſunt in gl. & j̃. de dona. inter vir. & vxo. c. nup. & 1. q. 1. ca. 1. ¶ Vndecimò no. ꝙ confirmatio Papæ non præiudicat iuri tertio com-
10 petenti. & iſta eſt communis, & vera doctrina, † ꝙ conceſſiones Papæ, & Imperatoris ſemper intelliguntur emanaſſe ſine præiudicio alicuius. quod dic, vt s̃. de vſu, & au. pal. c. ex tuarum. & ff. ne quis in loc. publ. l. 1. §. ſi quis à principe. ¶ Duodecimò no. formam ſententiæ: q̃ reſpicit in futurũ. & hoc eſt ſemper, qñ agitur: vt quis deſiſtat à moleſtatione, & turbatione poſſeſſionis, vt patet in c. licèt cauſam. s̃. de ꝓba. Intentatur enim hoc caſu interdictum vti poſ. de quo in l. 1. & fi. ff. vti poſ. per Bar. & iſto modo poteſt intelligi actũ hic: vel actum fuit confeſſoria. vendicabat enim ca. ius decimandi ab iſtis hoſpitalariis: in qua actione ſñia prouidet in futurum, cautionis remedio, vt l. harum. & l. egi. ff. ſi ſer. ven. ¶ Opponitur. hic Papa fert ſententiam: nec apparet ex text. ꝙ lis fuerit conteſtata: ergo nulla, vt s̃. de lit. conteſta. cap. 1. Sol. in cauſa decimarum non requiritur lit. conteſt. vt in cle. diſpendioſam. de iud. ſed ibi loquitur, cum agitur contra recuſantem ſoluere: ſecus ſi agatur de decimis vt de proprietate: ſicut hic agebatur, ſcilicet nega. vel vti. poſſ. facit qd̃ no. in c. eum qui. de eo, qui mit. in poſſ. vel dic, ꝙ per obiectum præſcriptionis, & negando petita, videt̃ lit. conte. iſte prior. de quo dic, vt j̃. de lit. conteſt. c. 2. lib. 6. ¶ Secundò oppo. dicitur in verſi. prior autem. ꝙ propoſuit ſe non teneri reſpondere: ſed contra, imò ſemper cogitur quis in iudicio reſpondere. quia iudicium redditur in inuitum, vt l. inter ſtipu. §. ſi Stichum. de verbo. oblig. ſol. dicit Io. And. poſt Goffr. intelligas, ꝙ non tenebatur reſpondere epiſcopo, petenti quartam decimarum in eccleſiis extra iudicium: ſed in iudicio tenebatur reſpondere. vel poteſt dici, ꝙ nec in iudicio tenebat̃. quia exceptio præſcriptionis eſt exceptio rei finitæ: & ꝑ conſequens videtur impedire lit. conteſta. & iudicium, vt in d. c. exceptione. de lit. conteſt. & quod no. Bar. in l. fin. ff. pro ſuo. prima tamen expoſitio magis placet: quia ſi hic non fuiſſet lis conteſta. non fuiſſet lata ſententia. de qua in fi. huius cap. ¶ Tertiò oppo. ad verſi. nec à confirmatione &c. vbi innuit à contrario ſenſu, ꝙ ſi à tempore confirmationis fluxiſſet tempus ſufficiens ad præſcriptionem: potuiſſent hoſpitalarii ſe tueri. ſed contra confirmatio non tribuit nouum ius: ſed vetus confirmat. de fide inſtru. c. inter dilectos. Item iſti hoſpitalarii contra iura receperunt ius eccleſiaſticum de manu laicali, aut mala fide, aut errore iuris: ſed mala fides, & error iuris nocet in præſcriptione, vt in reg. malæ fidei. & in l. nunquam. de vſuca. pro emp. l. 2. §. ſi à pupillo. ex his ergo patet, ꝙ nec confirmatio, nec iniuſtus titulus iſtis prodeſt ad ꝑſcr. hic autem innuit, ꝙ poſſet prodeſſe confirmatio. ergo malè. ſol. dicit Inno. ſupple. ad tex. maximè. quaſi etiam ſine confirmatione prodeſſet ſolum tempus in iſtis incorporalibus, vt no. de præſcri. c. ſi diligenti. Ho. dicit, ꝙ ex donatione epi, quæ non tenet, paratur titulus præſcribendi, vt j̃. de iure patro. c. cura. fortius ex confirmatione Papali. & hæc opi. Hoſ. placet Ab. qui dicit hoc multum notandum pro religioſis habentibus tales confirmationes. Pe. tenet contrarium. & dicit, ꝙ contra iſtorum opi. facit reſponſio Papæ: de qua j̃. vbi ꝓciſè decidit, ꝙ confirmatio in præiudicium epi non tenet, nõ diſtincto, fluxerit, necne, tp̃s præſcriptionis à tempore cõfirmationis. ¶ Quartò opp. ad ver. nos igitur. & videtur, quòd

Papà hic malè faciat, ſupplere de facto. nam ratio, quã hic
reddit, nõ fuit pro parte epiſcopi allegata:ergo nec ipſe ſup-
plere debuit, vt c.ſi ſacerdos.s̃.de offi.ord. & l.illicitas.de of
fic.præſi.ſol.illa eſt allegatio iuris, quæ reſultat ex inutili tit.
per hoſpitalarios allegato:& hoc facere poteſt iudex.ſ.ius eli
cere, & allegare quod oritur ex facto deducto in iudiciũ, vt
c.examinata. de iudi. & C. vt quæ deſunt aduo. l. ¶ Quintò
oppo.& videtur ꝙ cõfirmatio Papæ roborauit titulũ inuali-
dum regis & reginæ.nam quando cõſtat Papæ de inefficacia
actus, qui geritur.videt̃ (cõfirmando contra inhabilitatẽ) di-
ſpenſare, vt l.quidã cõſulebat.de re iud.ſol.hic fuit facta cõ-
firmatio cõceſsionis eis factæ non expreſſè, à quo cõceſsio
emanauerit:& ſic nõ videt̃ diſpẽſare ſuper inefficacia nõ de
ducta.vel dic, ꝙ etiam ſi expreſſum fuiſſet in confirmatione
de laicali conceſsione:dẽt cõfirmatio intelligi in caſu:in quo
dare licebat (puta decimas antiquitus conceſſas) in feudum:
quas cũ auctoritate ſuperioris poteſt laicus donare. de his,
quæ fiũt à pla.c.cũ apoſtolica.vnde cõfirmatio hic nihil ope
rat.quia conceſsio à principe nõ valebat non facta de deci-
mis in feudum ab antiquo cõceſsis: ſed alijs, quas dare non
potuit, vt in tex.

*S V M M AE.*

1 *Populi chriſtiani poſſunt eſſe permiſti, habentes diuerſos ritus in ſpi-
ritualibus.*
2 *Prædium decimale debet tali locari: qui poßit de facto pro decima
conueniri.*
3 *Fideiuſſor non cenſetur idoneus, qui poteſt priuilegio, vel in arce ſe
tueri.*
4 *Dominus prædij tributarij non debet locari perſonæ potentiori.*
5 *Habens ius aliquod in re, poteſt ſe opponere, ne res in potentiorem,
etiam locationis titulo, transferatur.*
6 *Dominus conſequitur minorem redditum propter onus iniunctũ rei.*
7 *Decima debet ſolui cum integritate.*
8 *Decima an poßit ſolui ad certas menſuras annuatim.*

IN aliquibus, Domini p̃diorũ cogi poſ
sũt, vt prædia ſua colẽda
dẽt talibus, à quibus ſine contradictione decimę perſol
uantur. & prima pars ponit exceſſũ: quem ſc̃da pars corri-
1 git. ibi [volentes.] ¶ † No.primò, ꝙ quãdoq; populi Chriſtia
ni ſunt pmiſti, habentes diuerſos ritus in ſpũalibus.nã Gre-
ci:Armeni:Indi Chriſtiani cẽſentur.& in multis à nobis diſ-
cordant:licèt nobiſcũ in quibuſdã regionibus ſint pmiſti: vt
in inſula Creta Cypro.& qđ de illa miſtura no.hic Inno.vide
in Spec. ſuper rub. de Iudeis, & Sarracenis. ¶ Secundò not.
2 † ꝙ tali debet locari prædiũ decimale. qui poſsit de facto ꝓ
3 decima cõueniri.† ſimiliter nõ cẽſetur idoneus fideiuſſor, q
ſe põt priuilegio:vel in arce tueri, vt l. 1. ff. ſi quis in ius voc.
4 nõ ie.& not.in l.2.qui ſatiſda.cog. ¶ † Secundò no.ꝙ dñs p̃-
dij tributarii non debet locare pſonæ potẽtiori: q̃ poſsit tri-
5 butum denegare, ſaltẽ de facto.& per hoc collige, † ꝙ ille, q
habet aliquod ius in re, poteſt ſe opponere: ne res in poten-
tiorẽ (etiã locationis titulo) transferatur: quinimo ſi ille, qui
ſibi reſpondet, p violentiã expellat̃, poteſt agere cõtra expul
ſorẽ:ſi non ita de facili pro iure ſuo poſſet illum cõuenire vt
dñm expulſum.qđ dic vt dixi s̃.de reſti.ſpo.c.Piſanis. ¶ Se-
6 cundò no. † quòd propter onus iniunctum rei cõſequit̃ dñs
minorẽ redditũ.pone ex re locata colonus percipit centũ: ſi
nõ tenet̃ ſoluere decimã, plus dabit domino nomine penſio
7 nis, q̃ ſi ad decimã teneat̃. ¶ Tertiò no.† ꝙ decima debet ſol
a ui cũ integritate: a & eſt contra opi.theologorũ illorũ, qui di
cunt ſufficere aliquid dari pro decima.de quo vide, qđ not.
j̃.eod.c.1.lib.6.& per Ioan.And.in reg. qui prior. in quæſt.
porrorum.4.parte. ¶ Oppo. ad fin.c.vbi dicit, ꝙ in decimis
ſoluendis attenditur conſuetudo.ſed contra:quia decimæ de
bentur iure diuino.vt hic dicitur.& s̃.eod.c.tua nobis. ergo
conſuetudo non poteſt ſupra, vel infra ius diuinum aliquid
ſtatuere.21.diſt.c.inferior.dicit gl.iſte tex. intelligitur de cõ
ſuetudine, qua vni eccleſiæ, & non alii debentur.s̃.eo. c.cum
ſint homines.& c.ad apoſtolicæ.inuicem enim eccleſiæ inter
ſe poſſunt ſibi vſurpare illud ius decimandi compoſitione,
præſcriptione, conſuetudine, & priuilegio, vt s̃.eo.c.ex mul-
tiplici.c.ſuggeſtum.& c.à nobis.cum ſimil.ſed ꝙ laici minus
ſoluant, quàm debeant, non poteſt conſuetudine introduci.
quia eſſet contra ius diuinum (vt dixi.) plus benè poſſet de-
beri ex conſuetudine (puta ſexta, quinta, vel octaua.) & de
hac conſuetudine (cum ſcilicet plus ſoluitur) poſſet intelligi
iſte tex. Ioan. And.refert aliorum opin. quas non curo refer
re:ſed ſolummodo opin.Hoſt.quæ eſt, ꝙ iſte ver. ille.quidã.
loquatur de decimis perſonalibus: vt ſcilicet exigi non poſ-
ſint, niſi prout approbat conſuetudo:cum non ſint in præce-
pto. & dicit ipſe, ꝙ huic lecturæ nulla auctoritas contradi-
cit.& hoc ſentit Ioan.dum dicit, ꝙ conſuetudo in perſonali-
bus locum habet: licèt & illę videantur iure diuino deberi.
23.quæſt.5.c.dicat.& hoc putat verum, niſi aliqua compo-
ſitio cum laicis facta eſſet, ſecundùm not. s̃. de tranſactio.c.
ſtatuimus.vel niſi ſacerdos ſit indigens.ſicut (dicit Io.And.)
contingit in quibuſdam ciuitatibus: in quibus nullæ, vel ra-
ræ ſunt decimæ prædiales. & ideò ſi perſonales non daren-
tur:nil quaſi perciperẽt clerici nomine decimarum. quo ca-
ſu dicit eas in præcepto.vnde dicitur in pſal. [Sumite pſalte-
rium, & date tympanum.] hoc eſt ſumite ſpiritualia à mini-
ſtris Dei:& date temporalia.ad idem 13. quæſt. 1. §. 2. Re-
mittit Hoſtien.ad ſummam. eodem titu. §. fina. ſub §.7.
8 ¶ Quærit Ioan.And.† de conſuetudine Theutonicorum, qui
dant certas menſuras annuatim nomine decimæ: ſiue mul-
tum recolligant, ſiue parum, an valeat.dicit Vinc. quòd for-
tè ratione incertitudinis poteſt tolerari talis cõſuetudo.vult
dicere, quòd poſſet contingere, quòd colonus nihil percipe
ret: & ſic nihil habet eccleſia. vel econuerſo poſſet continge
re, quòd plus haberet, quàm ſit numerus menſurarum:ideò
(quia propter illud dubium poteſt eccleſia ſe habere ad lu-
crum, & damnum) talis conſuetudo in dubio toleretur. pro
hoc alleg. l.not. C. de vſur. l.ſi ea lege.& l.ſi pater puellæ.de
inoffic.teſtam.& hac ratione conſuetudo, quæ viget hic Ve-
netiis, quòd ſoluatur decima perſonalis, tãtummodo in mor
te eſt rationabilis.nam quia poteſt quis mori, cum eſt mul-
tum ditatus: vel eſt econuerſo depauperatus: ideò propter
probabile dubium poteſt eccleſia ſe habere ad lucrum, &
damnum:ideò conſuetudo eſt cenſenda rationabilis: & ma-
gis, quàm in menſuris.quia probabilius eſt dubium, moria-
tur quis diues:vel pauper:quàm ſit dubium de frumento, &
ceteris fructibus, an naſcantur: naſcuntur enim communi-
ter.& hæc dubia, an ſint probabilia, vel non, ad id, quod cõ-
muniter euenire ſolet, eſt rectum iudicium referendum, vt
j̃.de vſur.cap.nauiganti.& quod no.in c.tua nuper. s̃.de his,
quæ fiunt à præla.

ADDITIO.

a ¶ Cum integritate. Vide Card.Floren.de Zab.in clem.diſpendioſam.de
iud.19.q.

*S V M M AE.*

1 *Semen, qui reddat ſeminanti, non eſt in poteſtate hominum:ſed Dei.*
2 *Eccleſia poteſt exigere integram decimam à cultore prædij.*
3 *Decimam non ſoluere eſt peccatum mortale.*
4 *Dominus non tenetur ſoluere decimas de tributo:ſi de fructibus præ
dij tributarij ſunt plenè ſolutæ decimæ.*
5 *Decima porrorum in vna parochia natorum, & in alia nutritorum
cui debeatur.*

Cum



CVm non ſit. Prius ſoluendæ ſunt
decimę, quàm cen-
ſus, & tributa: vel ſaltem ſi prius illa ſoluta ſunt:po
ſtea decimẽtur partes, vt s̃.ca.proxi. ſecũda ibi [cum autẽ.]
1 ¶ No.primò, † quòd non eſt in hominis poteſtate, ſed Dei,
quid ſemen ſeminanti reddat:nec fructus debentur dño ra-
tione ſeminis:ſed ſoli. vnde dominus fundi cenſetur dñs fru
ctuum, etiã ſi ſemen ſit alienum.ff.de vſur.l. qui ſcit. in prin.
¶ Secundò no.auctoritatem apoſtoli.nec qui plãtat &c.quę
habetur.1.ad Corin.3.& poſſunt dicta verba intelligi ad lite
ram, prout ſonant: vel miſticè ſic exponi. nec qui plantat.ſ.
prædicando: nec qui rigat, ſcilicet baptizãdo:ſed quia incre
mentum dat Deus, ſcilicet gratiam infundendo.& ſic intelli
guntur verba, quæ ibi ſequuntur.ego plãtaui &c.Tertiò no.
2 † ꝙ eccleſia põt exigere integram decimã à cultore prædij:
nec ille poteſt excipere, dicẽdo [exigas à dño: non à me] nã
cum detineat ipſos fructus, & notorium ſit decimã deberi,
non põt in iudicio dñm nominare:ſed ſoluere debet.Sed po
ne, ꝙ eccleſia nihil petit: ſed dominus à colono vult exigere
partem ſuam, & decimam (vt ſic eam ſoluat eccleſiæ) colo-
nus excipit:& dicit, ꝙ vult detinere decimã penes ſe, & ipsã
ſoluere.quæritur quis ſit potior. vr̃, ꝙ colonus, qui poſsidet
in reg. in pari cauſa. eſt enim iſta exceptio excluſiua iuris
agentis ipſo iure.ergo &c.vt no. Cyn.in l.cum ſeruũ.de ſer.
fugi.vide quod dixi in ſimi.s̃.de ſepultu.c. de his. circa por-
tionem parochialis eccleſiæ:an ab hæræde; an ab eccleſia ſe
3 pultura ſit exigenda. ¶ Quartò not.in ver.vos.† ꝙ non ſolue
re decimam eſt peccatum mortale, vt no.s̃.c.prox. ¶ Quin-
4 tò colligit Innocen.† ꝙ ſi de fructibus fundi tributarij ſolu-
tæ ſunt plenè decimæ: non tenetur poſtea dominus ſoluere
de tributo, vt hic.& s̃.eo.c.paſtoralis.& idẽ ſi dat fundũ, vel
caſtrũ ad penſionem:vt non teneatur dominus decimarũ ad
penſionem, etiam ſi illa penſio ſit in eiuſdem fundi, vel caſtri
fructibus conſtituta:quia intelligitur vendidiſſe, ſalua deci-
ma tñ, fructus, qui decimandi ſunt, & non penſionem. Et ſi
dicis, quare non decimat dominus pretium fructuum vendi
torum, ſicut colonus mercedẽ operarũ? reſpondetur, ꝙ mer
ces operarum procedit ex membris, & labore hominis: &
ideò ex hac datur decima. Merces verò fructuum vẽditoris
procedit ex terra, ſiue ex fructibus terræ, in q̃bus ius habet
dñs, qui & ante tributum, & penſionem domini decimãtur:
& de quibus ſufficit, ꝙ ſemel fuerint decimati.ff.de reg.iur.l.
bona fides.& vide plenius de decima ſoluẽda à domino, vel
colono, vt dixi. s̃.c.tua nobis. ¶ Vltimò Ioã. An.inducit iſtũ
5 tex.ad quæſt.quam diſputauit:& eſt talis.† Seminaui porros
in parochia ſancti Andreæ:quos ibi natos plantaui in paro-
chia ſancti Ioannis. quæritur cui eccleſiæ de his decimæ de
beantur. pro eccleſia ſancti Andreæ inducitur illud Deute.
14.Decimam partem ſeparabis de omnibus, quæ naſcũtur
in terra.& Paralip.31.De omnibus, quæ gignit humus, de-
cimas obtulerunt.&c. Item prædium ſitum in parochia ſan
cti Andreæ habet ſe ad porros, vt originarium: prædium
ſancti Ioannis vt educatiuum:ſed cauſa naturalis præponen
da eſt educatiuæ: quæ tp̃alis eſt, & mutabilis: perſona verò
immutabilis, & perpetua.Inſti.de iure naturali. §. ſed natu-
ralia.de ædil.edicto.l.quod ſi nolit.§.qui mancipia.nõ enim
locum, vbi quis traditur nutriendus, ſed vbi naſcitur, intueri
debemus.ff.de leg.3.l.ſeruis vrbanis.§. eum qui.Item initiũ
eſt ſpectãdũ:& à primordio tituli poſterior formatur euen
tus.s̃.de elec.c.dudum.1. cum concordan. ibi optimè facit.
s̃.de reſcrip.c.literis. vbi factum per prædeceſſorem inchoa
tum, per ſucceſſorem completum, prædeceſſori attribuitur:
non ſucceſſori. Item eſt potior in tempore: ergo & in iure.
vt in reg.qui prior.Item plus eſt aliquid de nouo facere:q̃ iã
factum promouere.de conſecratio.diſtin.2.c.re vera. Itẽ ad
alium locum cum onere ſuo tranſiuerunt.s̃.eo.c. paſtoralis.
& pro hoc facit gl.Inno.s̃.eo.c.commiſſum. vbi herba pra-
tiua euulſa à terra tranſit cum ſuo onere in beſtiam euellen
tem, vel dominum ipſius beſtiæ.Item ſi diceremus cõtrariũ,
ſequeretur abſurdum, ſ.ꝙ ſemper dominus prædij tranſplan
tando priuaret eccleſiam decima.In contrarium, quòd de-
beantur eccleſiæ ſancti Ioannis, facit auctoritas Apoſtoli:de
qua hic.vbi ponderatur plãtatio, plusq̃ primęua origo. nam
plantari non poteſt, niſi prius ſit ortum.16.q.1.c.ne pro cu-
iuſlibet. Item eccleſia ſancti Ioãnis habet ſe ad porros: vt ec
cleſia domicilij ſancti Andreæ, vt eccleſia originis.ſed eo ip-
ſo, ꝙ quis alibi ſe transfert, nihil habet cõmune cum prima.
21.q.2.c.ſi quis iam tranſlatus.non enim poteſt quis dici de
parochia qui non tranſit.quia non vr̃ veniſſe, qui non ſtetit.
de pœniten.diſtin.3.c.in caſum.& ff.de in rem verſo. l. ſi pro
patre.§.verſum.cum cõcordan. ibi præterea mandatur dari
decima de fructibus. hoc autem verbum, fructibus, ſignifi-
cat rem perfectam, ſicut verbũ, ſtatuo. ad quod optimè. de
pœniten.diſt.2.c.dum factam.de leg.3.l.librorũ.§. quod er
go.vbi legato libro, intelligitur liber ſcriptura pfectus.bre-
uiter poſt alia argumenta, ꝙ debeatur iſtæ ſecundæ:& poſt
alia, ꝙ vtriq;:& poſt alia, ꝙ debeatur neutri: ſic diſtinguit.
quia aut loqueris de fructu plãtæ, id eſt de ſemine, quod ex
porrina producitur:& de hoc fructu non ꝓponitur quęſtio,
quaſi non ſit dubia; cũ illud ſemen non ſolùm nutriatur, ſed
ẽt naſcat̃ ex humo huius prædij ſancti Ioannis: & ſic fructus
omnino alterat̃.ſecundò aut loqueris de ipſa ſubſtantia por
rorũ, quam comedimus:& tũc idẽ tenet, videlicet ꝙ huic ſe
cũdæ eccleſiæ debeatur de eis decima: põt tñ prior eccleſia
à domino porrinarũ, quas tranſtulit, petere æſtimationẽ ip-
ſarum quantum capit decimam.nam eradicando, & euellen
do vr̃ fructus conſumptus. de fructibus aũt conſumptis æſti
matio debetur. 16.quæſt.2.c.quicunque.ad cõtraria primæ
partis, quæ multum vrgent, reſponde, vt ipſe no. in d. diſpu-
tatione poſita in reg. qui prior. lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Fratres certi ordinis poſſunt ſe inhabilitare per ſtatutum ſuper ac-
quiſitione poſſeſsionum, etiam cum nemine contrahendo.*
2 *Monaſterio conſtruendo poteſt donari, & pro eo emi.*
3 *Fauor maior impenditur eccleſiæ conſtruendæ, quam iam cõſtructæ.*
4 *Conſtitutio edita ſuper fratribus certi ordinis, alios alterius ordinis
non comprehendit, niſi expreſsè dicatur.*
5 *Commiſsio poſſeſsionis emptæ pro monaſterio conſtruendo, an duret
poſt fundatum monaſterium.*
6 *Præſcribere an poſsint decimas Ciſtercien. & alij non habentes po
pulum.*
7 *Concilium iſtud quando fuerit celebratum.*

NVper. Ciſtercien.templarij, & hoſpitala-
rij de fructibus poſſeſsionũ, quas
acquiſiuerunt poſt generale concilium, tenentur
decimas ſoluere, ſi prius ex illis decimæ ſoluebantur:& ſunt
duæ partes.prima ponit ſtatuta Ciſtercien. ſecunda confir-
mationẽ, & prouiſionem Papalem. ibi [nec occaſione] aliàs
1 ibi. [nos autem.] ¶ Not.primò, † ꝙ fratres certi ordinis poſ
ſunt ſe inhabilitare per ſtatutum ſuper acquiſitione poſſeſ-
ſionum, etiam cum nemine contrahendo.Ioan. An. tñ dicit,
ꝙ non poſſet quis per pactum ſe aſtringere, quo minus ſibi
liceat emere, vel vendere.ff.de pac.l.pen.& ideò hic fuit ne-
ceſſaria conſtitutio Papæ.quia nõ ſufficiebat ipſorum ſtatu
tum, ſm̃ eũ: ſed in ſpeciali priuilegio loquitur illa l.in colle-
gio verò non vr̃ dubiũ, ꝙ illis ſui ordinis poſsit imponere ta
lẽ legẽ:ne emant, vel aliter contrahant.cũ de factis ſingulos,
vel ſingula loca concernentibus legem facere poſsint, vt l.fi.
de decre.ab or.fa.& c.cũ oẽs.s̃.de conſtit.& c.pro illorũ. de
præben.cum ſimi.Nõ ob. qđ dicitur de ſtatuto Papæ in ver.
nos autem. ¶ Secũdò no.ꝙ iſti abbates ſtatuerũt, ꝙ non li-

 cere

ceret emere: niſi pro monaſterio &c. Item ſi fuerint eis pia
deuotione collatæ &c. & ſic prouiderunt circa titulum one-
roſum, & titulum lucratiuum. nam verbum, emptionis, à iu-
re prolatum cōmunem contractum comprehendit, vt no. in
l. 2. C. de vſuca. pro empt. & alibi dixi. & dum dicit [pia deuo
tione collatæ] &c. comprehendit titulos lucratiuos, donatio
nes, teſtamenta, codicillos, & aliter. ex quo arguo, ꝙ iſti fra-
tres aliter ſtatuerunt in titulo emptionis, in quo ſimpliciter
reddiderunt ſe inhabiles ad emendum: ſed in titulis lucrati-
uis non: imò voluerunt poſſe capere: ſed alijs excolēdas da-
re, qui ad decimam teneantur. & illa eſt differentia inter pri
mam partem, & ſecundam conſtitutionis ipſorum: per con-
ſtitutionem verò Papæ in ver. nos autem. non cogitur dare
alijs excolendas: ſed poſſunt laborare proprijs manibus, &
ſumptibus: & tenentur etiam illo caſu ad decimas: & ſic au-
fert eis priuilegium. de quo s. eod. c. ex parte. & aufert, dico,
priuilegium in quæſitis poſt illud concilium, vt patet ibi. &
amodo. In quæſitis ergo ante illud concilium durat priuile-
2 gium. ¶ Tertiò no. † ꝙ poteſt donari monaſterio conſtruē-
do: ſimiliter & pro eo poſſeſsio emi. facit quod no. Bar. ff. de
alimen. & cib. leg. l. ſeruos ad cuſtodiam. & j. de eccle. ędifi-
3 can. c. ad audientiam. quod facit contra. ¶ Quartò not. † ꝙ
maior fauor impenditur eccleſiæ conſtruendæ, quàm iam
conſtructæ: pro illa enim poteſt contrahi emptio: non pro
iſta conſtructa. arg contra. ff. de vſufru. le. l. Sempronius At-
4 talus. & j. tangam. ¶ Quintò no. in ver. & hoc ipſum. † ꝙ cō-
ſtitutio edita ſuper fratribus certi ordinis, alios alterius or-
dinis non comprehendit: niſi expreſsè dicatur. ad hoc. j. de
ſta. mona. c. quod Dei timorē. §. licèt aūt. ¶ Venio ad q. dici-
tur hic, ꝙ monaſteria de nouo fundata poſſunt emere poſ-
5 ſeſsiones, & debent alijs committere excolendas: † ſed quæ-
ro, an iſta cōmiſsio duret poſt fundatum monaſterium. Rñ.
dicit glo. 1. ꝙ interim debent cōmittere: & ſic ad tempus, do
nec eccleſiam ædificent. quaſi poſtquàm conſtructa fuerit,
poſsit monaſterium conſtructū colere per ſeipſum, & deci-
mam non ſoluere. ſed iſte ſenſus non eſt bonus, ſm Hoſt. quia
etiam poſt ædificationē ceſſat priuilegium. Io. An. intelligit,
ꝙ ſiue tradant alijs poſſeſsiones emptas pro fundando mo-
naſterio, ſiue per ſe colant: tenentur decimas ſoluere, ſecun
dùm prouiſionem Papæ: vt ſic in ſuis poſſeſsionibus nō ma-
ius habeat priuilegiū monaſterium conſtruendum, quàm iā
conſtructum: ſed in hoc tantummodo monaſterium con-
ſtruendum habeat maius priuilegiū in emendo. ¶ Secundò
6 quæro: † an Ciſtercieñ. & alij non habentes populū poſsint
præſcribere decimas. glo. arguit, ꝙ ſic. & concludit, ꝙ non
poſsint ſine titulo, qui det cauſam præſcribendi. s. eo. c. du-
dum. hanc glo. intelligit Ioan. An. actiuè, id eſt, ꝙ ab alijs ipſi
non poſsint exigere: ſed paſsiuè, id eſt an ſi ab ipſis exigatur,
poſsint ſe præſcriptione defendere: videtur inclinare, ꝙ ſic.
nam poſtquàm vendicat ſibi locū cōpoſitio: ergo & præſcri
ptio. Sed Hoſt. in primo membro, cū quæritur, an poſsit quis
præſcribere ius exigendi decimas. diſtinguit primò inter lai
cū religioſum, & clericum. primus non præſcribit ſine titu-
lo: & ſic loquitur Decre.. dudū. s eo. ſecundus ſic. quia licèt
non miniſtret ſpiritualia: facit tñ officium diuinum: & forte
deuotius, quàm ſecularis clericus. vnde niſi aliter lex canoni
ca per parochias diſtinxiſſet iſtud ius exigendi: magis reli-
gioſis, quàm clericis ſecularibus deberentur. ad hoc. s. de ſe
pul. c. fraternitatē. & s. eo. c. cum in tua. c. dilecti. & c. ſugge-
ſtum. Vel aliter, ſecundū eum, ſi monaſterium ſitum eſt in-
fra limites alicuius parochiæ quò ad poſſeſsiones proprias,
non poſsit immunitatem allegare. niſi priuilegium, vel præ-
ſcriptionem cum titulo oſtendat, vel probet. s. eo. c. dudum.
& c. à nobis. In aliena verò parochia ipſas ex conſuetudine
pōt acquirere. s. eo. c. cum in tua. & c. ad apoſtolicæ. ſimi. no.
s. de præſcrip. c. audi. & c. ſeq. de priuileg. ca. ſi de terra. & c.
accedētibus. Sed quicquid dicat Hoſt. etiam in hoc caſu ne-
ceſſarius titulus eſt. de præſcrip. c. 1. lib. 6. ¶ Tertiò quæro:
iſtud c. aufert priuilegiū iſtis religioſis in poſſeſsionibus poſt
concilium quæſitis: vt de eis, non obſtantibus eorum priuile
7 gijs, teneantur ſoluere decimas. † Quæro vt ſciamus, ante,
vel poſt, quando fuerit illud concilium celebratum. dicit Io.
And. ꝙ annis Dñi 1 2 1 5. 7. anno pontificatus Inn. de tem-
pore concilij Lateraň. quod fuit Alexandri. dictum eſt. s. de
his quæ fi. à præla. c. cum apoſtolica. in fi. de Vieñ. quod fuit
Clemeñ. vide de cen. c. cum ſit. in glo. pen. de vtroq; Lugd. ſ.
Inno. 4. & Grego. vide de elec. c. nemo. deinceps ſuper glo. 2.
& quid iuris, ſi dubitetur, fuerint emptæ poſſeſsiones ante,
vel poſt cōcilium: cui incūbat probatio. dic, vt not. in d. c. cū
apoſtolica. & in ſimili in c. literas. de reſcrip. in cle. ¶ Quartò
8 quæro. † certis ordinibus (vt ordini ſanctæ Claræ a) conceſ
a ſum eſt priuilegium, qđ habebāt ante hoc concilium Ciſter-
cieñ. ſuper decimis nō ſoluendis. an iſtud priuilegiū extenda
tur ad decimas, quę per antiquū feudū. ſ. ante Lateran. cōci-
liū à laicis habebantur, & poſsidebantur ſaltem de hoc mē
tione non facta. Io. An. ſubtiliter hic diſputat: & concludit, ꝙ
non. adducit plures rationes, quas elicit ex. ca. 2. j. eo. lib. 6.
primò arguit ex §. 1. & §. vbi aūt. nam (vt ibi patet) per tale
priuilegium Papa intendit grauare ſolū parochiales eccle-
ſias, & ipſius clericos: & meritò. quia princeps detrahendo
per priuilegium iuri publico, priuatum lędere non intendit,
vt l. 1. §. ſi quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in lo. pu. pri
uilegiū ergo (vt verbū ſonat) priuare debet legem, dicentem
decimam ſolui parochialibus eccleſijs, non ius priuati. ad
hoc. 4. diſt. c. priuilegium. ſicut enim lex tollit legem cōem:
non ſpecialis loci. j. de conſtitu. c. 1. lib. 6. ſic priuilegium ius
cōe tantummodo: non priuatum, offendat. nam priuilegium
non tollit pactum præcedens, vt c. ex multiplici. s. eo. nec pri
uilegium. de præſcrip. c. veniens. hoc eſt, ꝙ Papa, quando ta-
lia vult tollere, exprimit in clemen. dudum. in fi. de ſepul. pro
hoc optimè adducit, quod ipſe not. de offi. lega. c. dilect. &
de iure patro. c. cū dilectus. de literis Papalibus, quæ nō præ
iudicant patronis laicis. pro hoc etiam facit d. c. 2. in primo
reſp. vbi patet, ꝙ ſola poſſeſsio tacita in priuilegio impedit
vires priuilegij quò ad illud poſſeſſorium. probatur etiam de
priuile. c. dudū. fortiùs ergo proprietas, & poſſeſsio, vt in ca-
ſu noſtro. huic conuenit quod not. in c. cum noſtris. de cōceſ.
præb. vbi tacita colorata poſſeſsio, ſi taceatur, impedit impe
trationē. facit ēt quod habet. in 10. colla. ſi de feu. fue. cōtro-
uer. c. in gñali. vbi in gñali alienatione vaſalli non continen
tur: niſi nominatim dictum fuerit. & de capi. qui curi. ven. c.
1. vbi feudum feudi non tranſit in venditione, quam facit do
minus de feudo. Non ob. ꝙ beneficia debent largè interpre
tari. nam imò ſtrictè, cum lædunt ius tertij. iuxta no. in c. cū
dilectus. de dona. & in hoc reſidet, alijs rationibus hic confir
matis: ſed prædicta magis vrgent.

ADDITIO.

a ¶ Ordini ſanctæ Claræ. Vide latè Bart. in tracta. ſuo minoricarum.

*SVMMAE.*

1 *Perſona eccleſiaſtica non poteſt à laicis recipere decimas in pignus.*
2 *Poſſe pignorare eſt quodammodo quidam fructus.*

INterdicimus. Nota primò, quòd il-
lud interdictum refer-
tur ad vniuerſos: comprehendit etiam ſingulos. de quo.
1 j. de exceſ. præla. c. nimis. ¶ Secundò not. † quòd nulla per-
ſona eccleſiaſtica poteſt à laicis recipere decimas in pignus.
& multò magis laici in pignus accipere prohibentur, ſecun-
dùm Hoſtien. allegat. s. eod. c. quamuis. & c. ad hoc. & c. pro-
hibemus. & aduerte, quia fuit expediens declarare de pigno
re: bene enim erat prouiſum, ꝙ in eccleſias non poſſent lai-
ci iſtas decimas transferre, etiam titulo donationis, ut c. cū
apoſtolica. ſed alienationis prohibitio non extenditur ad pi
gnus, vt l. in quorum. ff. de pigno. facit quod no. s. de reb. ec-
cle. nō alie. c. nulli. ¶ Quærit Io. An. vtrùm iſte tex. debeat in
telligi de decimis conceſsis laicis ab antiquo in feudum an-
te cōcilium. videtur, ꝙ illud poſsit cum ſolēnitate. de qua in
d. c. cum apoſtolica. fructus tñ computabit eccleſia, quæ ac-
cepit in ſortem: niſi fortè conſenſerit eccleſia, ad quam ſpe-
ctant. de vſur. c. 1. in fi. ſecūdū Hoſtien. dicit Io. An. ꝙ tutius
eſt tenere contrarium, videlicet ꝙ illud c. intendat prohibe-
re ēt de antiquo feudo: vt ſic laicus indigens neceſſe habeat
ipſi eccleſiæ donare, ad q̃ ſpectat: ex quò alteri pignorare
non poterit, ſecūdùm eum. ſed certè ſi eccleſia permittit lai
co illas decimas feudales donare alteri eccleſiæ de conſenſu
epiſcopi: multò magis pignorare. quod minus eſt. Item per
indirectam viam videretur Papa priuare laicos iure ſuo, &
quodammodo in ſua tolerantia, & permiſsione fraudē adhi
2 bere, vt c. p tuas. de dona. † nam poſſe pignorare eſt quodam
modo quidam fructus, vt ff. de vſuris. l. fi. Iura ergo iuribus
concordando, intelligo hunc tex. vel de decimis malè deten
tis non in feudum ab antiquo: vel de antiquis, quas ſine con-
ſenſu epiſcopi alijs eccleſijs pignorare non poſſunt: ſed cum
conſenſu poſsint: ſicut & donare, vt d. c. cum apoſtolica. &
ſic teneo cum Hoſtien.



# De regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.

*SVMMAE.*

1 *Mutilatus, vel aliter irregularis poteſt eſſe monachus.*
2 *Regularis vnde dicatur.*
3 *Religio ſumitur multipliciter.*
4 *Statuto cauetur, quòd religioſi non poſsint aſſumi ad aliquod offi-*
*cium communis. quidam, antequam fieret rector hoſpitalis, erat*
*inter alios nominatus, & inſacculatus: poſtea per plures annos*
*extractus fuit de numero priorum: an poſsit eſſe prior.*

DICTVM eſt in præcedentibus titu. de cle-
ricis ſecularibus, & rebus ipſorum. de regu
laribus, & his, quæ ad eos pertinent, videa
mus, ſecundū Da. Go. & Hoſt. & iſtum tra
ctatum religioſorū proſequitur in quinq;
rubricis ſequētibus, vna ex cauſa intermiſ-
ſa, ſcilicet de conuerſione infidelium. hanc materiam reli-
gioſorū Gratianus proſequitur in Decre. in quinq; cauſis,
vſq; ad 20. incluſiuè. potiſsimè in 19. & 20. repetitur in 6. &
cle. cui conuenit de temp. ordi. c. ad aures. de offi. or. c. quan
to. de poſtu. c. 2. de ſyndi. c. vno. quod met. cau. c. fi. de iudi. c.
cum depu. de iureiuran. c. ſicut. de appel. c. cum ſpeciali. de
vi. & hone. cle. c. pe. ad fi. de voto. c. ſcripturæ. qui cle. vel vo.
c. ſed nec. de ſpon. c. commiſſum. de accu. c. qualiter. de app.
c. 2. facit lib. 6. de elec. c. quorūdam. c. ſi religioſus. c. nullus.
c. ex eo. c. indemnitatibus. in prin. de procura. c. 2. de hæreti.
c. accuſatus. in fi. in cle. in pleriſq;. §. nullus. de elec. de procu.
c. ſi religioſus. ¶ Oppo. ad rub. ꝙ ſit malè ſituata. quia tra-
ctatus religioſorum præcedere debuit tractatū ſecularium
clericorū: cum illi ſuperiores ſint, & iuſtiores: & ſic maio-
res. primū probatur. 18. diſt. c. quantūlibet. ſecundū 40. di-
ſtin. c. vlt. in fi. Sunt etiam fauorabiliores. 56. diſt. c. niſi. de fi.
presb. c. 1. ſolu. quid p̄cedat, vel ſequatur, eſt de arbitrarijs:
& dependet à principum poteſtate. vel dic, ꝙ clerici ſunt ma
iores monachis. 55. diſt. c. priſcis. 16. q. 1. cap. alia. & ca. legi.
1 † Mutilatus. n. vel aliter irregularis poſſet eſſe bonus mona-
chus: qui tñ non eſt bonus clericus, vt ibi. contraria ergo lo-
quuntur de maioritate meriti: cui præponitur minoritas
adminiſtrationis. de hoc. s. de offi. archiepiſcopi. c. 1. ¶ Secū
dò opponitur, ꝙ aut rub. pro parte ſit ſuperflua: aut malè
formata. de primo patet: quia ſufficiebat dicere. de regulari-
bus. de ſecundo, quia ſi de tranſeuntibus erat dicendum, præ
mitti debebat, ſic. ſ. de tranſeuntibus ad relig. & de regul. ad
religionem enim habet ſe tranſitus, vt primū ad poſterius:
ſicut ſcrutinium ad electionē: tractatus ad alienationē: ſpon
ſalia ad matrimoniū. ob. ad actionē, & his ſimilia. de elec. c.
qa propter. de reb. eccl. nō alie. c. dudū. de ſpon. c. 1. Inſti. de
ac. in prin. ſol. non eſt ſuperflua pars ſecunda: quia nō omnis
tranſiens ad religionē regularis eſt, vt patet in eo, qui tranſit
probationis cauſa. j. eo. c. ſtatuimus. in minore. j. eo. c. ad no
ſtrā. & furioſus. j. eo. c. ſicut. & c. tenor. Itē nec eſt malè for-
mata: qa eſt duplex trāſitus ad religionē, effectualis. ſ. & cor
poralis. primus, cū is, qui pōt obligari religioni, illā profitet:
licèt non tranſeat corporaliter ad clauſtrū: nec habitum ſu-
mat. & de hoc. j. c. porrectū. ſecundus corporalis, cū. ſ. corpo
re tranſit ad clauſtrum: veſtit habitū: inter religioſos viuit.
primus tranſitus ineſt religioni: ſecundus verò p̄cedere pōt,
& ineſſe, habita diſtinctione. de qua. j. e. c. cōſulti. & c. ad no
ſtram. & c. conſtitutionem. lib. 6. ſed & vtrunq; trāſitum p̄-
cedere poſſet religio: vt ſi profeſſus vnius religionis altero
prædictorum modoru tranſit ad aliam: cū igitur ſit trāſitus
de ſeculo ad religionem, & de religione ad religionem: pa-
tet, ꝙ fuit bene formata. de varia verò denominatione hu-
ius tranſitus remittit ad no. per eum. j. c. Ioannes. ¶ Quæro
2 † vnde dicatur regularis. dic, ꝙ in illo tractatu ſumitur à re-
gula: non inquantū regula eſt, quæ rem breuiter enarrat. vt
l. 1. ff. de reg. iur. ſed inquantū eſt regula rectè viuendi. 4. diſ.
3 c. regula. ¶ † Secūdò qualiter ſumatur religio. a dic, ꝙ mul
a tis modis. primo latiſsimè: vt cōprehendat omnem Chriſtia
num. & ſic dicitur religio Chriſtiana. 97. diſt. c. 1. de diuor. c.
gaudemus. de apoſta. c. quidā. de homici. c. pro humani. ad
fi. Interdum ponitur pro honeſtate. & ſecundū hoc nō inclu
dit oēs Chriſtianos: ſed honeſtè viuentes, ēt laycos, & coniu
gatos. 16. q. 1. c. iuxta. 33. q. 5. c. quod dono. de conſti. c. ec-
cleſia. de re. eccl. non alie. c. fi. & ſecundū hoc poteſt intelligi
Iaco. 1. in fi. [Religio mūda, & immaculata: viſitare pupil-
los] &c. Interdum ſumitur minus latè, ſecundū quod com-
prehendit clericos ſeculares: qui dicuntur eſſe ſub regula. 1.
qō. 3. c. Saluator. vltra mediū. in Authen. de ſanctiſs. epiſc. §.
demum. Interdum ſtrictè, vt hic, ſecundū ꝙ dicimus religio
ſum: qui per emiſsionem profeſsionis prælati imperio ſubij-
citur. facit quod no. de voto. cap. ex multa. poſt prin. Ita di-
cit. Io. And. voluiſſem ipſum declaraſſe, qualiter ſit in dubio
aſſumendum in teſtamentis, in conſtitutionibus, ſtatutis, &
alijs diſpoſitionibus. nam cum legerem Senis, occurrit talis
4 quæſtio. † Statuto cauetur ibi, ꝙ religioſi non poſſunt aſſu-
mi ad aliquod officium cóis. quidā, antequàm fieret rector
hoſpitalis ſanctæ Mariæ de miſericordia, erat inter alios no
minatus ad officium prioratus: & ſic inſacculatus. tandē po
ſtea per plures annos extractus fuit de numero priorum. op
ponebat, ꝙ non poterat: quia erat religioſus, vt habitus oſtē
debat: quia ferebat crucem ante pectus, & habitum nigrū.
replicabat, ꝙ habebat vxorem: propriū poſsidebat: & po-
terat reijcere habitum illum, ſi haberet obſtare: & renuncia
re illi adminiſtrationi. quid dicendum? ex prædictis per Ioā.
And. non video qualiter in ſtatutis ſit ſumēdum ver. religio-
ſus. vtrū latiſsmè, latè, minus late, vel ſtrictè. dicebam, ꝙ ſta
tutum non debebat intelligi de clericis, vel monachis: quia
fuiſſet fruſtra factum, cum de iure cōi ad officia ſecularia aſ
ſumi non poſſint. vt j. ne cleri. vel mona. in rub. & nigro. &
ſtatutū debet aliquid operari, vt l. ſi quando. de leg. 1. opor-
tebat ergo neceſſariò ſtatutum de iſtis intelligere: vt ſic ali-
quid operaretur: & præſertim, quia tales vulgus religioſos
appellat. opinioni autem vulgi deſeruiendum eſt: & verba

in dubio ad cõem intelligentiam ſunt referenda.j̃.deſpon.c.
ex literis.de fun.inſtru.c.cum Delanionis.§.aſinam. ſed re-
manebat dubium,an per depoſitionẽ habitus,ſiue veſtis re-
ligioſæ redderetur habilis. certè ad officia futura poſſet de
feudi,ꝙ ſic: ſed ad illud,ad quod extractus fuit,cum religio
ſam veſtem haberet,eſſet dubiũ:& facit quod no.c.ſi eo tem
pore. de elec.lib.6.& c.dudum.de elec.In contrarium facit:
quia illa eſt quædam qualitas, & accidens: quod ſubſiſtens
tempore electionis,ſi poſtea remoueatur, non vitiat actum.
vt c.ſi pro clericis pauperibus.de præben.lib.6. & ſic ille de
poſito habitu obtinuit prioratus officium. facit quod no.in
clem.1.de decimis.

ADDITIO.

a ¶ Sumatur religio. Religio quot modis ſumitur.vide Car.in cle.1.in 4.
not.de teſti.poſt glo.

*SVMMAE.*

1 *Profeßio debet fieri in ætate legitima, & debet eſſe voluntaria.*
*num.2.*
2 *Aetas,quæ cenſeatur legitima ad profeßionem.*
3 *Probare quis debeat, ſi apparet de profeßione: ſed non de ætate*
*legitima.*
4 *Aetas,quæ requiratur in promotione ad clericatum, & ad benefi-*
*cia remißiuè.*

1 NVllus. Nota,† ꝙ profeſsio debet fieri in
ætate legitima: quæ cenſetur legi
tima in fœmina in duodecimo.j̃.e.c.ſignificatũ.
& c.ſeq.& iſtud eſt verum in profeſsione. Ingreſſus verò, ẽt
ante ætatem legitimam,fieri põt,vt j̃.c.prox.¶Secũdò not.
2 †ꝙ profeſsio debet eſſe voluntaria: non coacta. & hoc præ-
ſumitur: niſi probetur metus, vel coactio. quod dic, vt not.
in ſimi.ſ̃.quod metus cauſa.c.1.in glo.pen.& de renun.c.ſu-
3 per hæc.¶Quæro: pone,† ꝙ apparet de profeſsione: & du-
bitatur an tunc fuerit ætatis legitimæ,vel non. ipſe dicit non
fuiſſe:conuentus dicit contrarium.dicit Ioã. And. ꝙ proba-
bit actor,vt no.78.diſt.c.presbyter.& quod no.Io. An.ſ̃.de
probatio.c.in præſentia.ſuper glo.not. quod.vtriuſq; tamen
probatio recipi poterit,vt d.cap.ſuper hoc.& vide plenè per
Bar.de probatio.ætatis.in l.de ætate.ff.de mino. ¶Secundò
4 quæro † quæ ætas requiratur in promotione ad clericatum,
& ad beneficia.dic,vt not.ſ̃. de præben. c.ſuper. & pleniùs
in c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Pater filium minorem ingreſſum religionem poteſt reuocare.*
2 *Annus probationis ſicut datur ingredienti: ita præfigitur reuocare*
*valenti, & nolenti.*
3 *Metus in religione purgatur per lapſum anni.*
4 *Parentes ſi conſentiunt ingreſſui filiorum impuberum tacitè,vel ex*
*preßè: per eos poſtea non reuocantur.*
5 *Naturalis ratio iuri poſitiuo in ſpiritualibus præfertur.*
6 *Pater poteſt reuocare filium naturalem, & ſpurium de mona-*
*ſterio.*
7 *Tutores an poßint pupillum offerre.*
8 *Ingrediens an poſt ingreſſum poßit exire monaſterium.*
9 *Paſſus metum, vel vim,quare magis ſibi præiudicat, quàm ingreſ-*
*ſus ſine intentione vouendi, & cum proteſtatione.*
10 *Impubes oblatus à parentibus infra quantum tempus poſt puberta-*
*tem poßit exire.*
11 *Impubes habebat matrem,& auiam, quæ auia erat tutrix pupilli:*
*& obtulit eum religioni: mater vult reuocare:an poßit.*

SIquis Impubes monaſterium ingreſſus poſt
annum à parentibus reuocari non po-
teſt. ſecundò dic, ꝙ impubes per vim ingreſſus poſt
annum exire, vel à parentibus reuocari poteſt. ſecunda ib
1 [ſi verò.]¶No.primò,†ꝙ pater filium minorem ingreſſum
religionem põt de monaſterio reuocare infra annum:& non
ſolũ pater,ſed mater,dum dicit[parentes]ſed an alij conſan
guinei ingredientem.videtur,ꝙ ſic,vt l.3.& 4.& j̃.de li.cau-
ſa.Sed illæ ll.loquũntur, cum quis mutat ſtatum in deterius:
quo caſu admittantur perſonæ ibi enumeratæ:cum verò mu
tat in melius,ſolis parentibus permiſſa eſt illa licẽtia, qui de
iure poſſunt filium reuocare à quocunq; detineatur volenti,
vel inuito: quod dic,vt no.j̃.de conuer.in fi.cap.1.& ff.de li.
exhi.l.3.& l.1.§.per hanc.ff.de rei vend.vbi videas. ¶Secun
2 dò no.† ꝙ ſicut datur annus probationis ingredienti: ita p̃-
figitur annus ſimiliter reuocare valenti,& nolenti: vt paren-
tibus. & no. ꝙ iſta reclamatio poteſt fieri coram iudice ſecu
lari: vel eccleſiaſtico: de quo non eſt dubium. ſed ꝙ mona.
vel conuentus poſsint cõueniri coram principe, vt educent
3 ingreſſum extra,eſt magis no.¶Tertiò no.in ver.ſi verò.†ꝙ
per lapſum anni purgatur metus. & aduerte, quia loquitur
in minore. In maiore verò per vim, ſiue metum ingreſſo nõ
præfigitur annus: ſed durante metu, etiam multis annis ſibi
non præiudicat: ſed eo ceſſante, ratificat, quod eſt actum:
niſi ſtatim exeat.ſ̃.quod metus cauſa.c.1.& 1.q.1.c.conſtat.
de ingreſſo per dolum quid iuris. dic, vt not.ſ̃. quod metus
4 cauſa.c.pe. ¶Quartò no.† ꝙ parentes ſi conſentiunt ingreſ
ſui filiorum impuberum tacitè,vel expreſsè per eos, poſtea
non reuocantur. 20.q.1.c.1.2.3. & 4. & q.2.c.1. ipſe autem
filius impubes oblatus à parentibus an exire poſsit: dic, ꝙ
non,vſque ad pubertatẽ.j̃.ca.ſignificatum. ¶Venio ad q. &
primò quæro.dicitur in tex.[conſenſu parentum] &c. & ſic
loquitur de conſenſu vtriuſque: vtrũ ſufficiat alterius obla-
tio: videtur,ꝙ patris oblatio ſufficiat propter patriam pote
ſtatẽ,quæ tribuit magnum ius patri in filiũ.vt Inſti. de patri.
po. Alij dicunt,ꝙ melior eſt conditio prohibentis.arg.ff.cõ
5 di.l.Sabinus. Non ob.patria poteſtas:† quia in ſpiritualibus
præfertur naturalis ratio iuri poſitiuo:vnde inter patrẽ,ma-
trem,& filios,qui ſunt in poteſtate,vel emancipati, non vide
tur quantũ ad hoc differentia facienda:vnde ſi impubes ha-
bet patrem, & auum. requireretur patris conſenſus: & non
aui: quamuis auus ambos haberet in poteſtate.32.q.3.cap.
vno.& no. hanc rationem de naturali cauſa intuenda in hoc
6 caſu:infert enim,† ꝙ pater poſsit reuocare filiũ naturalem,
& ſpurium de monaſterio,ſecũdũ formam huius.c. pro quo
bene facit dicta l.4.de li.cauſa.& vide, quod no. de bapti.c.
vno.in cle.& l.1.de accu.per Bart.& quod dixi plenè in cap.
Raynaldus.de teſta.& hæc vera,cum impubes habet matrẽ,
& patrem. Si verò vnum tantùm,& ille ſolus offerre poterit.
7 ¶†Secundò quæro:quid in tutoribus:an eorum pupillũ po-
terunt offerre?videtur,ꝙ ſic: quia ipſi æquiparantur paren-
tibus 20.q.2.c.puellæ.vnius tamẽ tutoris cõtradictio,ſi ſunt
plures,impediet tranſitum: ſicut dictum eſt in parentibus,p
l.Sabinus.Sed quid ſi habet parentes,& alios tutores:an pa-
rentes,inuitis tutoribus,poterunt offerre.dicit,ꝙ ſic.Ego du
bito,an tutoris auctoritas ſufficiat ad ingreſſum. videtur.n.
ꝙ tutor hoc non poſsit. quia eius auctoritas ad caſum iſtum
non videtur extendi, quo.ſ.finiri debeat ante pubertatem,
vt l.clarum.de au. præſt. Itẽ oblatio perſonæ includit obla-
tionẽ bonorum,quæ in mona.transferuntur. vt c.in præſen-
tia.de proba.& Authen.ingreſsi.de ſacroſanc.eccle. ſed bo-
na alienare non poteſt ſine decreto iudicis: multò minus p-
ſonam pupilli. quia maior eſt alienatio perſonæ,quàm rerũ.
12.q.1.c.præcipimus.Item tutoris datio,& eius adminiſtra
tio eſt inuenta à iure poſitiuo,vt patet.ff.de tu.l.1.In hoc au-
tem facto non inſpicimus ius poſitiuum, ſed naturalem cau
ſam,vt dicunt ſupradicti: & maximè in ſpiritualibus ( vt eſt
ingreſſus)tutorũ auctoritas non videtur attendi:ſicut nec pa
tria poteſtas.ſ̃.de æta.& qual.c.indecorum.de reſti.ſpolia.c.
ex parte.& verè videtur durũ ſentire, ꝙ tutor ſic offerre poſ
ſit



ſit pupillum ſuum,maximè inuitum,ſed de volente, plus du
8 bito.¶ Tertiò quæro † generaliter in minore, & maiore,an
poſt ingreſſum poſsit ingrediens exire de mona. ex dictis
Inno. & Doct. hic diſtingue: quia aut loquimur in minore,
aut in maiore.ſi in minore, id eſt in impubere:tũc aut ingreſ
ſus eſt ſua ſponte:aut oblatus à parentibus. primo caſu põt
ingrediens infra pubertatem egredi ſua auctoritate.vt j̃.eo.
c.ſignificatum. ſecundo caſu cum oblatus eſt à parentibus:
& tunc aut ſpontè intrauit: & non poteſt exire ante euentũ
pubertatis.ar.j̃.de deſpõ.impube.c.de illis. aut coactè obla
tus eſt à parentibus: & tunc ante pubertatem egredi põt,ar.
à cõtrario ſenſu.20.q.2.c.1. & hoc caſu loquimur de mino-
re.ſi verò de maiore, id eſt de pubere:tunc aut ſpõtè, ſed cũ
proteſtatione, ꝙ non animo profitendi.aut coactè,aut ſpon
te,& ſimpliciter,vel per metum.ſi ſpontè, & cũ proteſtatio-
ne prædicta:& tunc aut ita expreſsit: & ſic etiam qui rece-
pit,intendit:& non obligatur per lapſum anni. quod eſt ve-
rũ,quãdo ſic expreſsit,ꝙ etiã per lapſum anni nolebat obli-
gari.ſecus ſi ſimpliciter dixit, ꝙ recipiebat non animo pro-
fitendi: tunc enim per lapſum anni obligatur. Si aũt dans in
tendit:ſed nõ recipiens.dic,vt no.de priuile.c.tuarum. in gl.
per hoc.ſecundo caſu cum coactè: tunc durante metu, non
fit ſibi præiudicium: ſed metu ceſſante, ſibi præiudicat: niſi
9 ſtatim exeat.ſ̃.quod me.cau.c.1. ¶†Sed hic incidenter quæ
ritur de ratione, quare ſibi magis præiudicat metũ, vel vim
paſſus,quàm ille,qui ingreſſus ſine intentione vouendi,& cũ
proteſtatione.dicit Inno.& Hoſt.ꝙ quando alicui (etiam in
uito) datur habitus,ea intentione datur ei,vt fiat monachus.
quod ergo illo nomine factum eſt,expreſsè, & tacitè ratifi-
cari poteſt.j̃.eo.c.cum virum. ſecus quando nec ipſe,nec il-
le, qui dedit habitum, hoc intendit vt fiat monachus. quia
quod nihil eſt,tacitè per lapſum anni ratificari non poteſt,
ſecundũ Inno. Tertio caſu principaliter quando ſponte, &
ſimpliciter quis ingreditur: tũc aut facit vocalem,& expreſ-
ſam profeſsionem: & tunc ſtatim obligatur: ſaluo quod
habes.j̃.eod.c.non ſolum.lib.6.aut non facit expreſſam pro
feſsionem: tunc aut apparet expreſsè,ꝙ voluit dimittere ſe-
culum:nec infra triduum pœnitet:& eſt obligatus j̃.eo.c.ad
noſtram.& idem ſecundùm cle.quartam. quando renunciat
mundo,nec infra triduum exit. aut neutrum horũ apparet,
ſed eſt dubia intrantis intentio: tunc ipſum obligat lapſus
anni.j̃.eo.c.ad apoſtolicam.etiam ſi per vim ingrediatur,vt
10 hic. ¶ † Quartò quæro poſt Doct.impubes oblatus eſt à pa
rentibus,infra quantũ tempus poſt pubertatem poteſt exi-
re? quidam dicunt, ꝙ põt in 15. & poſt,vſque in infinitum:
niſi poſtea votum emittat:vel profeſsionem faciat tacitã,uel
expreſſam.j̃.eo.c.ſtatuimus.20.q.1.c. illud. & hoc idem eſt
in matrimonio carnali: in quo ſponſalia nunquàm tranſeũt
in matrimonium de præſenti per ſolũ lapſum temporis.j̃.de
ſpon.impu.c.atteſtationes.Non ob.j̃ eo.c.cum virum. quia
ibi non fuit ſolus curſus temporis: imò etiam in maiori æta
te fuit data benedictio monachalis. Alij dicunt, ꝙ lapſo.15.
anno.exire non põt: quia non tacitè profeſſus: ſicut ille, qui
in minori ætate intrat religionem. Nec ob. quod dictum eſt
de carnali matrimonio: quia faciliùs per leniores præſum-
ptiones præſumitur quis fieri monachus: quàm coniux. &
pro hac opi. facit:quia ille, qui per vim ponitur in mona. ta
citè profeſſus præſumitur lapſu anni, vt hic: multò ergo for
tius,ſi ſponte ingrediatur.ar.j̃.e.c.ex parte.& c. cum iura.&
hæc opi.approbatur.j̃.eo.c. 1.lib. 6. vnum circa prædictam
regulam de tacita profeſsione per lapſum anni tene menti:
ꝙ in mona.in quibus eſt conſuetudo, ꝙ in certo tẽpore fiat
vocalis profeſsio:vel aliæ ſolemnitates interueniant:per ſolã
receptionem, vel portationẽ habitus non intelligitur quis
profeſſus.ar.20.q.1.c.illud.& j̃.eo.c.quia in inſulis. & c.ſta-
tuimus.in fin. In hoc.n.caſu non eſt præſumendum contra
ingredientem per lapſum anni:niſi & per abbatem ſecundũ
conſuetudinem nouus habitus ei detur: vel alia ſolẽnitas ob
ſeruetur. Nec ob.ſ̃.quod me.cau.c.1.quia ibi votum emiſit,
& profeſsionem fecit: licèt proteſtationem præmiſerit: cui
intelligitur de facili renunciaſſe. Item prædicta.ſ̃. proximè
ſunt vera:vbi certum eſt, ꝙ expreſſa,& vocalis profeſsio nõ
eſt facta. nam in dubio ex delatione habitus eſt profeſsio
præſumenda. 27.diſt.c.ꝙ interrogatis. 20.q.1.c.puellæ.Alij
dicunt,& videtur meliùs ſecundũ Innoc. quòd quando non
ſunt diſtincti habitus: ſi per annum portet habitum: tacitè
intelligitur profiteri. & idem eſt,vbi ab initio ſolẽniter acce-
pit habitum.quo monachi vtebantur.j̃.eod.c.ex parte. ſecũ
dũ Inno.tu dic, vt j̃.eo.c.1.lib.6.& cle.eos.eod.tit. Sed mihi
non videtur,ꝙ vltima opi.deroget præcedenti: quæ vltra de
lationem habitus non diſtincti exigit de conſuetudine ſolẽ-
nitatem aliam.vt ibi patet.¶Vltimò quæro de quæſt.in qua
11 conſuluit dominus Fede.de Sen. quæ eſt talis.†Quidam im-
pubes habebat matrem: & auiam, quæ auia erat tutrix pu-
pilli:& obtulit eum religioni: mater vult reuocare: an poſ-
ſit.dicit ipſe,ꝙ mater in offerendo, & reuocando filium de
religione præfertur auiæ: & filius inuito patre præferetur,
ſi vellet offerre ſuum proprium, reſpectu aui.vt hic per Inn.
& Hoſt.Sed poſſet aliquis dicere. hic ſunt duæ rationes pro
auia.ſ.quia auia eſt, & quia tutrix. Sed pro parte matris eſt
vna ſola: quia mater eſt. ſed duæ rationes vincunt vnam, In-
ſti.de adop.§.ſi verò.vbi videtur caſus.Reſpondeo,ꝙ ſi tuto
res habeant poteſtatem in pupillũ,eſt de iure ciuili. Item &
ſi tutor poſsit reuocare filium ingreſſum. vt 20.q.2. non tñ
dicitur,ꝙ poſsit offerre.Item,ꝙ auus, vel auia habeat pote-
ſtatem in nepotem, patre viuente, potius eſt de iure poſiti-
uo, quàm naturali: ſed naturaliſsimum eſt, ꝙ filius obedire
debeat parentibus,iuxta illud Decalogi.Honora patrem &
matrem. Non ob.§.ſi verò.quia ibi pater conſenſit:imò de-
dit filium in adoptionem auo. hic verò mater diſſenſit: ac ſi
conſenſiſſet tacitè, vel expreſsè reuocare non poſſet. 20.q.
2.c.1.Item de oblatione ad adoptionem arguendũ non eſt.
nam fœmina adoptare non põt,vt Inſti.de adop.§.fœminæ.
Item ſi patri volenti offerre filium mater præfertur: & tan-
quàm in re cõmuni eſt melior conditio prohibentis,vt dicta
l.Sabinus. multò fortius debet præferri mater quibuſcunq;
volentibus offerre filium proprium,mortuo patre,eodemq;
marito. ex his credo poſſe matrem filium de religione reuo
care, inuita auia. ita concludit.

*SVMMAE.*

1 *Habitum certo ordini deputatum non debet alius aſſumere, qui non*
*eſt illius ordinis.*
2 *Fingere quis ſe non debet,quod non eſt.*

1 VV clerici. † Not. primò,ꝙ habitum
certo ordini deputatum
non debet alius aſſumere: qui non eſt illius ordi
nis. Nam per ſigna cognoſcitur quandoq; conditio vnius à
conditione alterius, vt patet in c.in nonnullis.de iudi.& l.itẽ
apud Labeonẽ.§.ſi quis virginẽ.ff.de iniurijs. & patet in ſer-
uis,qui pileati dominũ præcedebant: & in veſtibus auratis,
& oloberis non deferendis.facit c.ſi iudex laicus.de ſen. ex-
2 com.lib.6.¶Secundò no.†ꝙ nõ debet quis ſe fingere, quod
non eſt.vnde Seneca de clementia ad Neronem. Nemo põt
diu ducere perſonam fictam:ficta in naturam ſuam recidũt.
quæ aũt ex ſolido naſcuntur tempore ipſo in maius,meliuſ-
que procedunt. & Tullius [ Ficta tãquàm floſculi decidunt:
nec ſimulatum quicquàm poteſt eſſe diuturnũ.] facit c.ſæpe
vitia.41.diſt.& quod dictum eſt de habitu: qui debet eſſe ho
minum conditioni conformis.41.diſt. c.quiſquis.& c.vlt.ita
& de nomine, vt nomen quis ſibi non conueniens non aſſu-
mat. facit l. facta. §. ſi in danda. & quod ibi not. de nomine
Accurſij.

Accurſij.ff.ad Trebel.¶Quæro pro intellectu.c.de caſus po
ſitione.in eo dicunt quidam,ꝙ debet ſic poni.quidam ſcho-
lares canonici,vt inter collegas ſanctiores appareant, ſuſci-
piunt habitum monachalem : de his dicitur , ꝙ vel fiant veri
monachi,vel veri clerici . Sed contra iſtum intellectum op-
po.de c.j̃.prox.vbi præciſè cõpellitur, qui ſic defert, in mo
na.remanere.ſo.vt in glo.prima.Hoſt.ſoluit,ꝙ hic extra mo
na.& conſortium monachorum ſtabat in habitu: in contra-
rijs mona.ingreſsi deferebant habitum inter monachos. In-
no.dicit hanc Dec.intelligi,quando non profeſsi:nec profite
ri volentes deferũt(licèt malè) eundem habitum cum profeſ
ſis.vel quando quis aſſumit habitum ſine ſolẽnitate.& ſic di-
cit loqui Dec.cũ cauſam.in fi.de elec.Hoſti.dicit hunc intel-
lectum corrigendũ:niſi intelligatur infra annum, vt c.1.j̃.eo
dem.lib.6.Idẽ Hoſt.ponit tertium caſum hoc modò,videli-
cet quãdo quis intrat mona. in quo eſt certa regula ab anti-
quo inſtituta:ſed non ſeruatur etiam quò ad habitum:nec in
trans ſe obligat ad illã ſeruãdam:ſed ad illam tm̃, quæ ibi de
facto ſeruatur.& poſtea mona. reformatur. quo caſu is, qui
ingreditur,nõ cenſetur religioſus: ſed mona. reformato pro
fiteri cogitur:vel exire.remittit ad Dec.cũ cauſam.&,ad ſum
mã.eodem t̃it.§.ad quid tenetur.ver.ſed & tenetur.Aduerte
ad iſtã caſus poſitionem, quæ declaranda eſſet latiùs ꝑ duas
quæſtiones. prima an illi , qui ingreſsi ſunt mona. tempore,
quo ibi regula non ſeruatur:an eo poſtea reformato,cogan-
tur præciſè ad obſeruantiã.ſecunda an aſperior regula,q̃ ab
antiquo fuerit inſtituta , poſſit ordinari in mona. quibuſdã
monachis inuitis . de his duabus quæſtionibus vide per Ioã.
An.j̃.eo.ſuper eo.vbi dicam.¶Vltimò no. gl. de ſimulatio-
ne ex cauſa licita,& illicita.de quo etiam in c.quod interro-
gaſti.81.di.& de quæſtione glo.de illo, qui ſe induit habitũ
monialium : vt corrumpat monacham,vide plenè.j̃.de pri-
uil.c.tuarum.facit quod no.glo.in l.1.de dolo.

*S V M M Æ.*

1 *Conuerti quæ vult, debet ſibi imponere velum.*
2 *Status & conditio alicuius percipitur ex actibus,& moribus.*
3 *Animus probatus per extrinſeca non admittit probationem in con-
trarium per ſolum iuramentum.*
4 *Oblatio ſequens debet eſſe ſpontanea , ſicut veli impoſitio.*
5 *Veli receptio ſola an ſufficiat ad conuerſionem , vel profeſſionem.*
6 *Profeſſio tacita inducitur ex actu perfecto .*

VIdua. Nouitia,quæ ſcienter ſe ingerit acti
bus profeſſarum,cenſetur per hoc
eſſe profeſſa.dixit Ab.ꝙ magiſter ſuus intellige-
bat hoc.c.in beguinis.quod non placet Ioan.An. ¶ No.pri-
1 mò,† ꝙ quandoq; illa,quæ vult conuerti,accipit,& imponit
velum ſibi ipſi: quod declara,vt in gl.& de multiplici velo vi
de not.20.q.1.c.velamẽ.& hoc per Goff.& Hoſt.¶Secundò
2 no.† ꝙ ex actibus,& moribus ꝑcipitur alicuius ſtatus,& cõ-
ditio.concor.ff.ad Maced.l.1.ibi[ſic agebat:ſic cõtrahebat]
&c.ad hoc.s̃.de elec. c. qđ ſicut. j̃.de reli.do.c.1.& ff. de ſo-
lu.l.Titia.& l.quidam.de condi.inde.& c.ſi iudex. de ſenten.
excom.lib.6. ¶ Tertiò no.ꝙ tria hic interuenerunt:veli im-
poſitio:inter velatas ad altare oblatio,& in eccleſia.alterum
verò,an ſufficiat ſcilicet veli impoſitio ſine oblatione, & ex-
tra eccleſiam : dicam j̃. ¶Quartò not. in ver.licèt. quòd de
eo,quod conſiſtit in conſcientia,non ſtatur iuramento con-
3 tra præſumptionem actus exterioris:† animus enim proba-
tus per extrinſeca non admittit probationem in cõtrarium
per ſolum iuramentum.quod eſt no. vbi verò de animo ap-
paret, ſtatur iuramento:& ſuæ conſcientiæ quis relinquitur,
vt no.in c.ſignificaſti.de homici.& c.præſentium.de teſti.Itẽ
verba indicãt mentem : quia nemo dixiſſe præſumitur quod
non mente agitauit. vt l.Labeo.§.idem Tubero.de ſup.lega.
& l.non codicillum.C.de teſta.& c.1.de præſump.¶Quintò
4 no.† ꝙ ſicut veli impoſitio debet eſſe ſpontanea:ita & ſequẽs
oblatio.nam ſi in exercitio illius actus illicita fuiſſet violen
tia: ſicut illa excuſaret à profeſsione expreſſa.s̃.quod metus
cauſa.c.1.ſic & fortius à tacita.j̃.c. conſtitutionem. in fi.lib.
5 6.niſi ſequeretur ratificatio.s̃.eod.c.2.Quęro † vtrùm ad cõ
uerſionem,vel profeſsionem ſufficiat ſola veli receptio. &
idem põt quæri in receptione habitus. ex dictis Io. An. poſt
Doct.diſtingue:quia aut quis recepit extra mona.& tũc etiã
longo tempore deferendo non iudicaretur monacha. vt in
glo.3.no.aut recipit in mona.& tunc aut non agit aliud , niſi
quia recipit habitũ ſiue velum : & tunc aut in loco non ſunt
habitus diſtincti,nec actus: & tunc portando per annũ,& ge
rendo ſe pro monacha,obligatur, & non ante, etiam ſi cum
ſolemnitate recipiat. ſemper enim in dubio intelligitur ſum
pſiſſe habitum probationis.j̃.eod.c.ad apoſtolicam. & c.ex
parte.niſi appareat &c.j̃.eod.c.ſtatuimus.aut ſunt actus,vel
habitus diſtincti profeſſorũ à non profeſsis.& tunc aut rece
pit ipſum ſolemniter: puta vocatis parentibus: vel de altari:
vel in eccleſia: vel ſolemniter ab epiſcopo: vel abbate,inter-
ueniente benedictione ſolemni : vel etiam à ſimplici mona-
cho:vel ſacerdote cum ſolemnitate ſolita. de conuer. coniu.
c.ex parte.2.& tunc ſtatim obligatur:dumtamen ſciat ex cõ
ſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ votum eſſe annexum illi vero.
aut recepit ipſum ſine dicta ſolemnitate:& tunc aut poſt re-
ceptionem immiſcet ſe actibus profeſſorũ, quicunq; ſint illi
actus: ſiue offerendi panẽ,vt hic : ſiue conſtituendi ſyndicos:
ineundi contractus:faciendi electiones : vel receptiones mo
nialium: vel alios actus ſpectantes tantũmodo ad profeſſos
de iure,conſuetudine,vel ſtatuto. & iſto caſu licèt ſine ſolem
nitate receperit : poſt tamen ſe actibus profeſſorum immi-
ſcuit,intelligitur profiteri, ſecundũ Hoſt.licèt Innoc. variet.
Sed Ioan.And.tenet cum Hoſt.ſi illa erit nouitia: & poſt ta-
les actus perſeueret triduo.j̃.c.ad noſtram.& c.conſtitutio-
nem.lib. 6. non enim refert , an à principio,an ex poſtfacto
obligetur,ſecũdùm Hoſti.& demum Innoc.idem ſentit:dum
ſubdit, ꝙ velum non ſacrum ſuſcipere , & cũ velatis offerre,
ſufficiunt ad probandum, quòd ſit monacha : vel conuerſa.
28.diſt.c.quod interrogaſti.alterum verò non ſufficeret . de
conuer.coniu.c. chariſsimus.& intellige , vt dixi , in nouitio.
nam nouitius immiſcens ſe actibus profeſſorum, nõ per hoc
dicitur profeſſus. & ſic intelligatur alia opi.Inno. ¶Sed inci
denter contra prædicta op.Decre.dicit, ꝙ nouitij non debẽt
vocari ad communes tractatus,electionẽ, & ſimilia , vt c.ex
eo.§.fi.de elec.lib.6.c. indẽnitatibus. in prin. eo.tit.ſed cum
talis receptio inducat profeſsionem tacitã ſecundũ prædi-
cta.ergo valebit electio celebrata ab eo,tanquàm à tacitè ꝑ
feſſo. & ſimiliter alia per eum capitulariter geſta. inutilis eſt
ergo prouiſio illius.c.ſo.profeſsi non tenebuntur illos admit
tere,vel vocare . & ſic non eſt ſuperfluum illud ius . vel aliter
cum profeſsio,& electio conſummaretur:eodẽ puncto vide-
tur præcedere electio in ordine intellectus , & profeſsio ſe-
6 qui:electio ergo deprehenditur attentata à nõ profeſſo.† nã
profeſsio tacita inducitur ex actu perfecto,ſcilicet poſt ele-
ctionẽ finitam: & non prius intelligitur profeſſus.ad hoc de
elec.c.perpetuæ.lib.6.facit quod no.s̃.de app. c.præterea. ꝑ
Inno.in reg.in obſcu.in mercu. in illa quæſt. cum cõcurrunt
appellatio,& excommunicatio.vel dicit Ioan. And.non erit
ius ſuperfluũ,ſi poſt electionem adhuc requiratur perſeuerã
tia tridui.præcedens ſo. ſubtilior , & magis placet Ioan. An.

*S V M M Æ.*

1 *Temeritas reperiri poteſt in bono.*
2 *Monachus non poteſt habere peculium .*
3 *Monachus cenſetur eſſe de illo monaſterio , in quo ab initio conuer-
ſatus eſt .*

*Abbas*



4 *Abbas habet coerctionem in monachos. Et poteſt repetere monachũ
ſuum.nu.6.*
5 *Moderamen ſeruandum eſt in correctione.*
7 *Officia ſæpe turbantur promiſcuis rerum actibus.*
8 *Papa an poſſit ſtatuere,quòd monachi non exeant limites clauſtri .
quod ſic.*
9 *Monacho an liceat tranſire ad eccleſiam ſecularem.*
10 *Fraternitas in iure multipliciter ſumitur.*

IOannes. Monachus ex leuitate de monaſte
rio ad mona.trãſire : vel peculium
habere non põt.In prima deciſa conſultatio.in ſecunda
reſponſio.quæ duo facit.primò prohibet:ſecundò , ſi contra
1 fiat,corrigi pręcipit.¶No.Ioã.An.† temeritatẽ in bono,qđ
agitur etiam bono zelo; ex quò non agitur ordine debito.j̃.
eo.c.licèt.de elec.c.bonæ.2.ff.de re mi.l.3.§.in bello.¶Secũ
2 dò no. † ꝙ monachus non põt habere peculium. concor.j̃.
3 de ſta. mo.c.1.& c.cũ ad mona.¶Tertiò no.† ꝙ monachus
cenſetur eſſe de illo mona. in quo ab initio conuerſatus eſt.
quia ſecundũ Apoſtolum in ea vocatione.& c.1.ad Corin.7.
& ſic collige initium eſſe ſpectandum.de quo ſatis.s̃.de elec.
4 c.dudum.1. ¶Quartò no. † ꝙ abbas habet coerctionem in
mona.& ſic correctio monachi primo loco ſpectat ad abba
5 tem:de quo.s̃.de offi.ordi.c.quanto. ¶Quintò no.† ꝙ in cor
rectione ſeruandum eſt moderamen.45.diſt.c. cum beatus.
6 ¶Sextò no. † ꝙ abbas repetit monachum ſuum.de teſti.ca.
nuper.& abbatiſſa monialem.quod met.cauſa.c.1. & ciuitas
ciuem ſuum.ad muni.l.de iure.& per Innoc. de iureiuran.c.
ſicut.& de app.c.dilectis. mater filium : maritus vxorem. &
generaliter omnes,qui in perſonis aliorum aliquod habent
ius,vt j̃.de conuer.infide.c.1.& l.1.§.per hanc.ff. de rei ven-
dica. ¶Oppo.dicitur hic,ꝙ non eſt licitum tranſire de mo-
naſte.ad mona. contra,quia ita tria ſubſtantialia regulæ ſer-
uantur in ſecundo mona.ſicut in primo.de quibus.j̃. de ſta-
tu mona.c.cum ad mona.in fi.ergo nõ debet referre,an hic,
vel ibi maneat: ſicut non refert, quid ex æquipollẽtibus fiat.
j̃.de verb.ſignifi.c. in his.nec videtur hic propriè tranſlatio,
vel alienatio.ar.C.de ædi.priua.l.ſi quis poſt.& de fideicom.
l.voluntas.nec iſte ſic tranſiens põt cenſeri apoſtata. de tem
po.ordi.c.ex parte.ſo.iſte tranſitus eſt prohibitus:ne diuer-
ſas religiones ad alium finem, & ad alium deputatas contin
7 gat turbari ex iſta mutatione . † quia ſæpe promiſcuis rerũ
actibus turbantur officia.C.de teſta.l.cõſulta diualia. & 89.
diſt.c.1.Nec ob.quod de ſubſtantialibus dixi. quia violare-
tur per id priuilegium ſubſtãtiale profeſsionis.quod eſt obe
dientia exhibenda abbati:& violaretur ſtabilitas, & perſeue
rantia in loco,quam promittit monachus.s̃.de inreiu. ca.ſi-
cut.1.& hæc ratio infert , ꝙ nec ad aliam eiuſdem ordinis
tranſire poſſet: obiectio aũt vera eſt in obligato religioni in
genere,vt j̃.eo.c.conſulti.& c.non ſolũ.& c. conſtitutionem.
lib.6.¶Secundò oppo.dicitur hic,ꝙ monachus non põt ha-
bere peculium. quod verbũ omnia tẽporalia complectitur.
1.quæſt.3.c.totum. ſed contra ſpiritualia ſine temporalibus
diù eſſe non poſſunt: ſic nec anima ſine corpore. 1. quæſt.3.
c.ſi quis obiecerit.ſol.non dicitur carere proprio, qui de re-
bus cõmunibus monaſterio ſumit victum . monaſterium.n.
fundari non debet ſine dote ſufficienti. 1.quæſt.2. c. placuit.
de inſtitu.c.1.in Authen.vt decer.ſit nu.cle.in prin.ſingularis
aũt monachus nihil habebit proprij.& hoc eſt, quod prohi-
betur: mendicantibus verò ſuccedunt eleemoſynæ loco do-
tis: vno.n.reſpectu intelligi debet, ꝙ ſpiritualia non pñt du-
rare ſine temporalibus,ſcilicet quò ad ſuſtentationem, qui-
bus anima in corpore conſeruatur : & ſine ſuſtentatione
non poſſet diu prælatus ſpiritualibus miniſtrare. ¶Tertiò
oppo.dicitur hic coerctionem monachi ſpectare ad abbatẽ.
contra:quod ad abbatem,& ad Capitulũ ſpectat de ap.c.re-
prehenſibilis.in fin.ſo.verũ eſt,ꝙ ad ſolum abbatem ſpectat:
vt dixi.& aliter ſumitur ibi Capitulum,q̃ pro fratribus,& cõ
uentu: vt hic in nouella.vel loquitur ibi,non de Capitulo mo
na. vbi eſt abbas : ſed de Capitulo prouinciali abbatum. de
quo.j̃.de ſtatu mona.c.in ſingulis.& c.ea quæ. Sed inſtabis.
Capitulum non corrigitur ſine ſuo Capitulo.de accu.c.qua-
liter.de exceſ.præla.c.1.multò ergo minus videtur hoc lice-
re ſoli abbati. ſolu. hoc habet regula , & in hoc per canones
eſt approbata:nec mirũ,ſi hoc põt regula:cũ hoc poſsit etiã
in ep̃o conſuetudo.de conſue.cap.3.lib.6.¶ Quæro primò:
vtrùm illud cap. poſsit intelligi de tranſitu ad aliud mona.
non cauſa profeſsionis ibi faciendæ : ſed cauſa viſitationis,
vel peregrinationis : vt ſi velit viſitare corpus beati Benedi-
cti,vel Auguſti.apud mona.ſancti Petri in Cœlo aureo apud
Papiam. dic , ꝙ nec talem tranſitum facere põt monachus
ſine licentia.24.q.4.c.monacho.& hoc reſpectu monaſteriũ
dicit monacho carcer.de ſenten.excõmu.c. vt famæ. hinc ẽt
eſt,ꝙ nec ſepulturam eligit.de ſepul.c.fi.lib.6.Circa hoc q̃-
8 ritur: † nunquid Papa poſsit ſtatuere , ꝙ monachi non exi-
rent limites clauſtri.dicit Io.And.ꝙ eſſet durum: tamen poſ
9 ſet,cum velle non habeant.de ſta.mo.c.vno.lib.6.† vtrũ au-
tẽ ad eccleſiam ſecularem liceat monacho tranſire.planum
eſt,ꝙ non: niſi debito modo per ep̃m de abbatis licentia ꝓ-
ficiatur curæ. 16.q.1.in ſumma.c.doctos.& c. ſe. & tunc nil
habet cõe cũ monaſterio.16.q.1.c.ne pro cuiuslibet.de elec.
c.conſtitutis. & idẽ de epiſcopatu.18.q.1.c.vno. de priuile.
c.cum olim. de vocato ad papatum vtrùm poterit tranſire ſi
ne abbatis licentia.no.18.q.2.c.quàm ſit. ¶Sed nunquid in
tranſitu,quem facere vult monachus profeſsionis cauſa,præ
ſumimus temeritatem,& leuitatem. dic ex circũſtantijs hoc
iudicandũ:& in dubio ad ſuperiorem recurrendũ. j̃.eo.c.li-
cèt.¶Vltimò quærit: quod dicatur peculiũ,quod prohibitũ
eſt monacho habere.remittit ad no.j̃.de ſta.mo.c. cũ ad mo
naſte.in prin.& in fi.iſta ſunt dicta vltra textualia, in quibus
10 quidem exponit † quot modis in iure ſumitur fraternitas.&
dicit,ꝙ multipliciter:prima generalis inter oẽs Chriſtianos.
ſic ſumitur.11.q.3.c.ad menſam . & procedit hæc ex ſacra-
mento baptiſmi: quia vnum habent patrem generantem,id
eſt Deum,& vnam matrem,ſcilicet Eccleſiam. & ſecundùm
hoc non ſunt nobis fratres infideles. Sumitur ſtrictius frater
nitas pro cognatione ſpirituali. eſt etiam fraternitas ex ordi
ne,vt epiſcopi , presbyteri , & ſimiles . eſt etiam fraternitas
charitatis,humilitatis,reuerentiæ: & fraternitas officij,eſt ẽt
fraternitas inſtitutionis . eſt etiam fraternitas carnalis . hæc
multiplex fraternitas per iura probatur , vt hic in nouella.
vbi vide expoſitiones aliorum vocabulorum , quæ puerilia
ſatis ſunt.ideò omitto.

*S V M M Æ.*

1 *Spatium maius dari debet ad deliberandum , vbi eſt durior conuer-
ſatio .*
2 *Pubertas plena quæ dicatur.*
3 *Arrogans,vel adoptans arrogatum , vel adoptatum præcedere de-
bet annis.18.*

QVia in inſulis. Præmittit prohi-
bitionis cauſam:
ſecundò prohibet.ibi[pueros.] ¶Nota† primò
1 ꝙ vbi eſt durior conuerſatio : ibi ad deliberandũ maius ſpa
tium dari debet.hinc dicitur,ꝙ vbi maius periculum verti-
tur: ibi eſt pleniùs conſulendum.c.vbi periculum. de electi.
& per hanc rationem duræ conuerſationis,dicebat Pe.idem
in minoribus, & prædicatoribus , quorum obſeruantiæ ſunt
valde duræ. ¶Secundò no. ꝙ hic appellat pueros,habentes
2 18. annum . † & appellatur iſta plena pubertas. Inſtitu. de
adop. §.minorem.facit quod not. Ioan. And.j̃. de fugi.c.1.
hæc etiam ætas conſideratur in hærede , qui non redemit
eum , à quo fuit inſtitutus: quia donec hanc ætatem imple-
uit,

uit, non incurrit pœnam. in Authen. vt cum de ap.cog. §. ſi
3 vnum. † Item arrogans, vel adoptans adoptatum,vel arro-
gatum præcedere debet annis 18. vt d.§.minorem . Item ſi
vſque ad pubertatem relinquantur alimenta , debentur vſq;
ad 18.annum, & eſt ſpeciale fauore alimentorum.de ali. &
ci.le.l. nulla.in prin.& de multiplici ætate vide in procemio.
6. lib.per Ioan.And. & l. 1.§.pueritiam. de poſtu. ¶ Oppo.
& videtur, quòd tam maſculus, quàm fœmina profiteri poſ
ſit poſt pubertatem : vt in iuribus alleg. in glo. quæ ſoluit,
quòd hoc eſt ſpeciale. in contrarium eſt ius commune: vt ſci
licet quilibet profiteri poſsit poſt annum.14. quod intelli-
ge, completum.vt j.eod.c.conſtitutionem. lib.6. vtrùm au-
tem ſi malitia ſuppleat ætatem,poſsit ætas illa præueniri:di-
cunt quidam quòd ſic.alij contra,& veriùs,vt no.Ioan.And.
poſt glo.j.eod.c.poſtulaſti.¶ Quærit Ioan.And.dicitur hic,
quòd propter duram conuerſationem datur maius tempus
in inſulis : quid ergo,ſi inſula eſt delectabilis , & amœna : vt
eſt iſta mirabilis , amœna , & manu facta ciuitatis Venetia-
rum.videtur , quòd non habeat locum iſta conſtitutio. quia
ceſſat eius cauſa , cum non ſit dura : niſi dicas hanc cauſam
impulſiuam: de hoc de renunci.c.poſt tranſlationem.quid-
quid eſſet de iure,dicit Ioan. An. quòd non vidit hoc ſerua-
ri in aliquibus inſulis. ¶ Vltimò no.de poteſtate Papæ , qui
impedire poteſt profeſsionis obligationem. de quo per Ioā.
And.in quæſt.prælati exempti.ad finem primæ par.]quam vi
de de reg.iur.c.nō p̄ſtat.lib. 6. facit quod not. j. de conuer.
coniu.c. ex publico.&c.

*S V M M Æ.*

1 *Ciſtercienſis ſi ſine licentia abbatis alium ordinem profitetur , compellitur regredi . Et hoc poſt profeſſionem.nu.3 .*
2 *Monachi Ciſtercienſes,quòd non debeant per epiſcopatus recipi,quo modo intelligatur. ratio redditur nu.4.*
5 *Papa an poſſit diſpenſare ſuper tranſitu ad aliam religionem.*

1 NOn eſt dubium. † Si Ciſterciē
ſis ſine licen-
tia abbatis alium ordinem profitetur,regredi cō
2 pellitur.¶ No.primò,† ꝙ monachi Ciſtercienſes non debēt
per epiſcopatus recipi:& intellige recipi duobus modis.vno
modo in hoſpitijs : & hoc per ver. [ celeriter regredi ] &c.
quaſi ſine mora , & ſine hoſpitandi ſpe : ſed hæc humanitas
non videtur deneganda:nec eſt tam amara interpretatio fa-
cienda. pone enim,quòd diſtat à mona.per dietas duas: cer
tè inhumanum eſſet,quòd non poſſet hoſpitari :cum ſit pars
alimentorum, ſcilicet hoſpitari. vt l. verbo victus. de verbo.
ſign. facit quod not.in cap.cupientes.de elec.lib.6.§.1.ſuper
ver.cōmodè. ſecundo modo intelligas recipi ad prælaturas:
vel regimina eccleſiarum : & tunc planum eſt.j. de elec.c. ſi
religioſus.lib. 6.tertiò glo.exponit recipi,ſcilicet ad profeſ-
3 ſionem . tangam ſtatim rationem. ¶ Secundò not. † quòd
iſta prohibitio receptionis habet locum poſt profeſsionem.
quod intellige expreſſam . nam tacita obligat religioni ſo-
lùm in genere.j.eod.c.conſtitutionem.lib.6. ¶ Quærit glo.
4 † quæ eſt ratio , quòd Ciſtercienſes ſic recipi prohibentur.
dic,vt in glo.quæ dicit, quòd nulla reperitur arctior.Sed Ho
ſtien.dicit,ꝙ reperiuntur ordines maioris profeſsionis,& re
ligionis.vt Cartuſiē.& alij quidam:quos diſcretè dixit ſe vel
le tacere: ſed per priuilegia ordini Ciſtercienſium conceſſa,
dixit eos etiam ad arctiorem religionem tranſire non poſſe,
& ſui abbatis non obtenta licentia. dicit Phi. quòd ſtrictior
5 eſt ordo minorum. ¶ Secundò quæritur:† an ſuper tranſitu
ad religionem aliam poſsit Papa diſpenſare.Ab.dicit, ꝙ ſic.
ꝙ tranſeat ad parem ex iuſta cauſa : ſed , vt tranſeat ad mi-
norem , diſpenſare non poteſt. Hoſtien. dicit,ꝙ etiā ad mi-
norem.ar.j.eo.c.ſuper eo.& c.cōſulti.de quo no.j. de præb.
c.cum ſingula.lib.6.&c.



*S V M M Æ.*

1 *Minor 14.an.per profeſſionem religionis non obligatur .*
2 *Religioni obligare ſe expreſſè quis non poteſt ante 14.annum completum .*
3 *Annus cœptus non habetur pro completo.*
4 *Receptio ſola habitus non obligat irreuocabili religioni: ſed requiritur perſeuerantia tridui .*
5 *Velox conſilium ſequitur pœnitentia .*

1 AD noſtram. † Minor 14.an.per
profeſsionem reli-
gionis non obligatur: idem in maiore , qui ſine
probatione ſuſcepit habitum profeſſorum. quem dimiſit in-
fra triduum. & prima narrat factum . ſecunda dat iudicem.
ibi[quocirca.] ¶ Nota primò,quòd quandoque fratres ſe-
ducunt pueros ad profeſsionem:& talis ſeductio non repro
batur,ſecundùm Hoſtiē.quod dic, vt j.c. dudum. ¶ Secun-
2 dò no.in ver. mandamus † quòd ante. 14. anuum comple-
tum non poteſt quis ſe obligare religioni expreſsè:ſed taci-
tè non videtur hoc agere per lapſum 14. niſi labatur. 15. j.
3 eo.c.2.lib.6. & collige, † quòd annus cœptus non habetur
a pro completo : a quādoque ſecus . quod dic, vt in glo. & l.3.
§.minorem. de mino. & l. qua ætate.de teſta. ¶ Tertiò no.
4 † quòd ſola habitus receptio non obligat irreuocabili reli-
gioni:ſed requiritur in voto religionis, vel religioni annexo.
quod in alijs locum non habet:hinc eſt, quòd ſiue ſimplici-
ter,ſiue ſolemniter quis voueat continentiam:vel quid aliud
honeſtum,non expectato triduo, ſtatim eſt obligatus ex vo
to.& eſt ratio:quia in voto religionis debet præcedere deli-
beratio.cum enim per religionem quis mutet ſtatū, & mor-
tuus cenſeatur:& vitæ mutatio fiat cum magno animi labo-
re , vt in Authen. de mona.§.ſancimus.coll.3.voluerunt iu-
ra, ꝙ deliberatio illud votum præcedat . In alio verò voto
non requiritur probatio,ſecundùm Innoc. & Ab.& aduerte
etiam, quia illud , quod dicitur hic de perſeuerantia tridui,
habet locum,vbi quis ſuſcipit habitum profeſſorum: in qui-
bus caſibus dixi non habere locum pœnitentiam tridui: ſed
in eo caſu,quem ponit Decr.conſtitutionem.j.eo.c.lib.6.&
per no. ibi vide declarationem glo. fina. huius c. ¶ Vltimò
5 not.quòd dicit tex.ſtatim pœnituit &c.nam regulare eſt,† ꝙ
velox conſilium ſequitur pœnitentia , & eſt præſumptio con
tra actum repentinè inceptum, & conſummatum,quòd non
ſit plenè diſcuſſus & examinatus. vt c.cum hominis.ſ. de re-
ſti.in inte.& commi. epi. per totum.

ADDITIO.

a ¶ Habetur pro completo. Adde glo. & Doct. in l. 3 . §. minorem. ff de mino. & in l qua ætate.ff.de teſta. in l. ad rem publicam.ff. de mune. & hono.in l.à vobis quoque.de annuis lega. & in l.fi.e.tit. in l.non putabā. de condi. & demon.glo. in l.1.C.qui æta. li. 10. Bart. in l. ſi cui legetur. in prin. de lega. 1.in c.cum dilectus de offic. d.lega. Bal.in l. ex his.in 1. & 2.oppo.C.quando dies lega.ced.gl.& Ioan.de Tur. cremata in c. ſubdiaconus.67.diſt.Card.in cle.ſi.de æta.& quali.in 4.q.Bal.in l.pen.nu.4. quando dies lega.ced.

*S V M M Æ.*

1 *Clerici ſeculares poſſunt tranſire ad religionem.*
2 *Difficultas obſeruantiæ regularis non reddit profeſſionem nullam: ſed facit eam commutabilem in aliam laxiorem .*
3 *Clericus ſecularis religionem profeſſus non poteſt aſſumi ad regimen eccleſiæ ſecularis .*
4 *Ingreſſus monaſterium tempore , quo ingreſſus fuit , comedebantur ibi carnes: & monachi viuebant ad libitum : ſi poſtea reformantur,an teneatur ad reformationem.*
5 *Statuta poſſunt fieri auſteriora de conſenſu maioris , & ſanioris partis conuentus .*
6 *Pubes,qui ingreditur monaſterium , poteſt regulariter exire , niſi in ſex caſibus.*
7 *Nouitij in quo habitu debent ſtare in monaſterio .*





SVper eo. Qui recipit habitum profeſſo-
ris,vbi habitus ſint diſtincti:ibi,
vel alibi religioſus eſſe compellitur : ſi recipit habitū
nouitiorum,redire poteſt ad ſecundum . communis diuiſio.
ſecunda ibi[reſpondemus . ] quæ diſtinguit inter profeſſos,
& nouitios.tertia ibi[verum.] ¶Not.primò, † quòd clerici
1 ſeculares poſſunt tranſire ad religionem: ſed econuerſo mo
nachi non poſſunt exire de religione : vt fiant clerici ſecula-
res.rationem collige ex no.ſ.eod.c.non eſt. in prima glo.
2 ¶Secundò no.†quòd difficultas obſeruantiæ regularis non
reddit profeſsionem nullam: ſed facit eam commutabilē in
aliam laxiorem.aſperitas enim , & laxitas ſunt accidentalia
regulæ:non ſubſtantialia,quæ ſunt tantummodo tria. j. de
ſta.mon.c.cùm ad mona.in fi.accidentia autem poſſunt mu
tari,& reformari præter ſubiecti corruptionem.vt l. iuriſgē.
§.quinimo.& ſe.& l.ab emptione.de pact.facit l.ordo.de pu
bli.iud.& alibi hoc contingit , quòd propter difficultatē p̄-
ſtationis eius,quod debetur , fit commutatio tam in ciuili-
bus,quàm in criminalibus,vt l. 2.& quod ibi no.ff.ſi cer.pe.
3 & l.pen.ff.de in ius vo.¶Tertiò no.in verſi.nec amplius.† ꝙ
clericus ſecularis religionem profeſſus,non poteſt aſſumi ad
regimen eccleſiæ ſecularis. quod quomodo intelligatur, ſta-
tim dicam.Et ideo contra oppo.& videtur , ꝙ poſsint. quia
monachus poteſt aſſumi ad regimen parochialis eccleſiæ p̄
pter curam.16.q.1.c.doctos.& c.ſi quos. Si ergo poteſt aſſu
mi:multò fortius reaſſumi.ſo.hic ponitur ius commune, ſe-
cundùm quod non poteſt aſſumi,uel reaſſumi:ſed ex diſpē-
ſatione ad vtrunq; eſt habilis.de quo arti. plenè vide de ſta.
mon.c.quod Dei.in glo.vtrum. vel aliter exire eis non licet:
ſed ſi vocetur,licèt cum diſtinctione Decre. cū poſt tranſla-
tionē.de renun.Nec obſt.de renun.c. ex tranſmiſſa.ibi enim
non apparet illum vitam voluiſſe mutare. Nec obſt.j.c.po-
ſtulaſti.ibi enim loquitur in minore:hic in adulto.Et not.de
iſto tranſitu clerici ſecularis:an ad officia clericorum ſecu-
larium reaſſumi poſsint.dic,quòd poſſunt reaſſumi eo mo-
do,quo aſſumi à principio. quid dices de mendicante tran-
ſeunte ad ordinem non mendicantiū:an ad officia,& præla-
turas ſeculares aſſumi poterit.dic vt in clem.vt profeſſor. de
regul.& pōt,vt in proſequutione ti.dicam.¶Quærit Inn.po
4 ne,† ꝙ tempore,quo quis ingreſſus eſt mon. comedebantur
ibi carnes:& monachi viuebant ad libitū;ita quòd erat mo-
naſterium diſſolutum: ſed poſtea reformatum eſt , & redu-
ctum ad abſtinentias debitas:nunquid is, qui tempore diſſo
lutionis intrauerat,aſtringatur ad obſeruantiam huius refor
mationis.reſpondet Innoc.ꝙ in maſculo, & diſtracto nō eſt
dubium, ꝙ tenetur de iure poſitiuo. quia nullus peritus dēt
ſe incautè , & ſine deliberatione ab initio etiam in tali mo-
naſt.ſe ſimpliciter obligare: imò, antequam profiteatur de-
bet attendere:quid inde ſequi debet.mulier verò,& alia ſim
plex perſona videtur excuſari:& ſibi ſufficiat , ſi tranſeat ad
religionem,in qua ſeruetur regula, quam inuenit in illo mo
na.reformato,ſecundùm quoſdam.Alii tamen dicunt,& vi-
detur melius,quòd in iudicio eccleſiæ, & etiam quò ad Deū
talis teneatur ad obſeruantiam reformatæ regulæ, tali ratio
ne.nam aut dicit bona conſcientia ſe intraſſe:aut mala.ſi bo
na,ergo eſt efficaciter obligatus.nam ſpiritu Dei ductus eſt.
& ſic errare non potuit j.eod.c.licèt. 18. quæſt. 2.cap. duæ.Si
verò dicat,quòd mala mente intrauit,non ſpiritu Dei , ſed
leuitate ductus:& tunc non eſt audiendus, allegans turpitu-
dinem ſuam,vt ſ.de dona.c.inter dilectos . eſt & alia ratio .
quia præſumendum eſt,ꝙ quando beati Benedicti,vel aliam
certam regulam elegit:de ſubſtantia illius regulæ leuitate,&
grauedine ante electionem plenè inquiſiuit , & deliberauit .
poſtquam ergo elegit,variare non poteſt.arg.8.q.2. c.dile-
ctisſimi.Aduertendum tamen, quòd ſi impotens eſt ad tole
randum rigorem : diſpenſatiuè ad mitiorem tranſire pote-
rit.vt hic, & j.c.ſignificatum. & c.conſulti.Alii tamen dicūt,
ꝙ contra voluntatem illius;qui tali tēpore ingreſſus eſt,non
poteſt regula aggrauari,vel ſtatutum auſterius fieri. qđ quā
tùm ad non profeſſos tolerari poteſt, ſm̄ Io.An.qui remittit
ad no.per eum.ſ.de conſti.c.cum oēs.ſuper 1.gl. quantū ad
conuerſos,qui velle non hn̄t:& ſi ordo, atq; religio ſine om-
nium voluntate mutari non poſsit,vt ſ. quod met. cau. c.cū
dilectis.& quod ibi Io.And.ſuper 1.glo.& in reg.quod om-
5 nes.† de conſenſu tamen maioris, & ſanioris partis conuen-
tus poſſunt ſtatuta auſteriora fieri,& regula plenariè refor-
mari,non obſtante contradictione paucorum,ar.de his,quę
fi.à ma.par.Ca.c.1.& 12.q.2.c.nolo.& c.non dicatis.ſecun-
dùm Inno. cuius dicta ſunt iſta.ex cuius mente colligitur, ꝙ
non ſolùm in reformatione mon.diſſoluti non obſtat contra
dictio paucorum:ſed etiam in mona. regulato ſm̄ regulam
inſtitutam à principio poteſt maior pars Capituli , reliquis
inuitis,indicere, & ordinare regulam magis arctam ſup mō
viuendi:in reformatione mona. non diſſoluti non vr̄ habere
quæſtio magnam dubitationem.Sed in mona. in quo regula
obſeruatur : ꝙ maior pars poſsit ſtatuere ſuper arctiori ob-
ſeruantia,eſt magnum dubium . quia mutare ſtatutum cōe
non videtur licitum:niſi omnes conſentiant.quia obſeruan-
tia tangit omnes vt ſingulos:non vt vniuerſos . ergo ur̄ me-
lior conditio prohibentis.vt l.Sabinus. ff. cōi di.& quod di-
ctum eſt ſ.c.2.& de hac q.vide in ſumma de voto. §.vtrùm,
& per quem.ver.quid ſi aliquis ſecularis. & in Specu. de ſta
mo.§.62. ¶ Secundò quæro. hic in fin.ponitur vnus caſus,
quomodo ille,qui ingreditur,exire poteſt.quæro,an ſint alii
6 caſus.Reſpondeo.dicit Hoſt.† ꝙ regulariter pubes , qui in-
greditur monaſterium,poteſt exire,niſi in 6.caſib.primus ſi
recipit habitum profeſſorum,ſecūdus, ſi fecit profeſsionem
expreſſam.tertius ſi fuit tacitè profeſſus : puta renunciando
mundo,& pompis,& beneficio conſtitutionum.c.ad apoſto
licā.& c.ſtatuimus.& c.nō ſolum.accidit etiam hoc alijs mo
dis no.j. eo.c. ſtatuimus. quartus ſi in cōi habitu ſine recla-
matione compleuit annum. j. c. ex parte. quintus ſi iurauit
nunq̄ exire.ſ.quod metus cauſa.c.pe.de iureiuran. c.ſi verò.
ſextus,qn̄ manumiſſus fuit eo modo , ꝙ non exiret.ſ.de ſer.
non ordi.c.eo libentius.de condi.ap.c.2. de impubere dice-
7 tur.j.c.ſignificatum.¶Quærit glo. † in quo habitu a debent
a ſtare nouitij in monaſterio infra annū probationis.Reſpon-
deo.quædā iura videntur velle,ꝙ in veſte laicali.Alij dicunt,
ꝙ in habitu monachali.quod tenent Lau.Vin. & Phyl. Tan.
dixit in hoc ſtandum eſſe cōſuetudini monachorum: & man
datis regulæ potius , quàm iuri ſcripto. Idem Gof. de illa
q. vide in c. legem. & c. ſi quis incognitus. alle. in glo. &c.

ADDITIO.

a ¶ Quo habitu. habitus nouitiorum eſt triplex. Vide glo.& Card.in cle. eos.de regula.

*S V M M Æ.*

1 *Canonicus regularis ſi ſit monachus: aut arctioris religionis , debet ibi manere.ſi laxioris,redire compellitur .*
2 *Tranſitus de minori ad maiorem religionem licitus eſt : non econuerſo .*
3 *Regula canonicorum regularium eſt laxior , quàm regula monachorum.*
4 *Regula fratrum prædicatorum ſtrictior eſt , quàm regula monachorum.*
5 *Regula quæ dicatur eſſe maior altera .*
6 *Militiæ opus ordinatum eſt ad publicam vtilitatem .*
7 *Religio an ſit perfectior ex ſtudio,quòd ſic.*
8 *Studium literaturæ conuenit etiam religioni ordinatæ ad vitam contemplatiuam.*
10 *Et ad vitam actiuam. nu.9.*
11 *Studium valet ad tria religionis eſſentialia.*
12 *Religio an dicatur perfectior ex altiori paupertate.*
13 *Paupertas quid operetur in religioſis.*

13 *Vita an dicatur perfectior ex ſolitudine.*
amborũ votũ vr̃ ratificatum,& ſolẽnizatũ per ingreſſum vl-
timi ingredientis.ad hæc d.l.per fundum.præalleg.Egreſſio
ergo facit,ne ad monaſteriũ redire cogatur,qui exiuit: licèt
ꝑ obitum alterius ſit ſublatum impedimentũ : & erit efficax
matrimoniũ ſecundo loco contractum contra votum profi-
tẽtis:quod non tenuit.ſecus eſſet in eo, qui viuente vxore ꝓ-
motus eſt ad ſacros. nam ea mortua , non valebit matrimo-
niũ cũ ſecunda contractũ,vt dicã.ĩ.c.placet.poſt Io. An.qui
hoc ex varietate plurium c.elicit q̃dã mẽbra:videlicet, quòd
q̃ñq; vnus coniugatorũ ingredit̃,alio renitẽte . q̃ñq; eo igno
rante.q̃ñq; eo licentiam dãte,ſed non vouente,ſed religionẽ
non intrante.& quid iuris in vnoquoq; membro, remittit.

*S V M M Æ.*

1 *Periti in iure non debent ipſa iura ignorare.*
2 *Coniugatorum vnus, non poteſt profiteri , & alius in ſeculo rema-
nere,ſi ille,qui remanet,eſt ſuſpectus.*
3 *Adulter, propter cuius adulterium vxor ingreſſa eſt monaſterium:
an poſſit aliam in vxorem ducere .*
4 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali : niſi in caſibus expreſſis in
iure .*
5 *Coniunx ſemper , qui remanſit in ſeculo , caſtitatem promittendo ,
mortuo ingrediente, ſi contrahit matrimonium, an teneat.*

CVm ſis prædictus. Maritus re
ligionẽ nõ
põt ingredi,niſi & vxor ingrediatur:vbi vxor eſ-
ſet nõ ſuſpecta,& continentiã promitteret. h.d. cõis diuiſio.
ſecũda, ibi [inde eſt] vbi ex genere p̃miſſo infert ſpeciem.
1 ¶Primò no.†ꝙ periti in iure nõ debẽt ipſa iura ignorare: &
a in ipſis talis ignorãtia cadit in latã culpam. [a] quãdoq; in le-
uẽ.q̃ñq;in nullã.vt dixi.s̃.de depo. ca. bona fides.facit l.2.ff.
quod quiſq; iu.& iſtos ignorantes redarguit Iuriſcõſultus in
l.2.§.ſeruus.ff.de orig. iur. ibi [turpe eſt nobili , & patritio
ignorare iura,in q̃bus verſatur] & l.Domitius.de teſta.Tur-
pius autẽ eſt ep̃o canones ignorare.de temp.ord.c.vel nõ eſt
2 cõpos. ¶Secundò no. † non põt vnus coniugatorũ profite-
ri.& alius in ſeculo remanere.quod intellige, ſi ille, q̃ rema-
net , eſt ſuſpectus,vt in fine.c.hoc tñ fallit,ſecundùm Inn.qñ
propter alterius adulterium lata eſt ſententia diuortij : tunc
eñ nõ adulter poteſt monaſterium ingredi. 23.q.2.ca.Aga-
3 thoſa. Sed tũc quæritur: † an adulter poterit accipere illam
amicã ſuã,vel aliã,in vxorem:videtur,ꝙ ſic.quia per ingreſ-
ſum, & profeſſionem ſuæ vxoris ipſe eſt ſolutus à lege eius,
cum mundo mortua cenſeat̃,vt c.placuit.16.q.1.Sed dic cõ
tra.quia dum illa viuit,non poterit aliã accipere: quia rema
nent coniuges etiam ſeparati.ĩ.de diuor.c. 2.ſed ea mortua,
poterit cũ alia contrahere , qui remanſit in ſeculo in prædi-
cto caſu.ĩ.de ſecun.nup. Sed cõtra iſtã deciſionẽ oppo.& vi
detur, ꝙ nõ debeamus expectare mortẽ naturalẽ huius pro
fitentis: ſed ſufficiat ciuilis , quæ inducitur per ingreſſum,vt
dixi.quia mors ciuilis æquiparatur naturali,vt l.Deo nobis.
C.de epi.& cle.ff.de don.inter vi.& vxo.l.ſed ſi mors.de ſup.
negli.præ.c.ſi ep̃s.lib.6.& maximè videtur bona iſta æquipa
ratio in caſu noſtro:in quo expectatio mortis naturalis non
põt aliquid addere ad ciuilẽ inductam per ingreſſum religio
nis;vnde,cũ eundem effectum importet mors ciuilis, quẽ im
portat naturalis: fruſtra iſtum euentum expectamus, iuxta
theoricã Dy.in l.ex ea parte.§.inſulam.de verb.obli.ſo.dic,
4 † ꝙ mors ciuilis non æquiparatur naturali:niſi in caſibus ex
preſſis in iure,vt no.Io.An.in d.c.ſuſceptũ. de reſcrip.lib.6.
nã iura naturalia efficaciora ſunt ciuilibus , vt Inſti. de iure
na.gen.& ciui.§.ſed naturalia.ꝑ mortẽ.n.naturalem ſoluitur
lex coniugij:nõ per ciuilẽ.7.q.1.ca.ſicut.in Authen. de nup.
§.diſponat.colla.3.& de iſta materia,an mors ciuilis æquipa
retur naturali:refert hic Io.An.diſtinctionẽ Dy.in d.§.inſu-
lam.& Pe.de Bel.in d.l.Deo nobis.Ego remitto te ad no.per
Moderniores in d.l.Gallus.per Bar.& Bal.& tetigi.s̃. de te-
ſta.in rub.vbi poſui q.de teſta. an confirmetur morte ciuili,
ſicut naturali. & vtrũ illa conditio[ſi deceſſerit]&c. appoſi-
ta in cõtractibus, vel vltimis voluntatibus verificetur ꝑ mor
tem ciuilem.de hoc etiã per Archi.in d.c.ſuſceptũ.¶Quærit
5 Io.An.† dr̃ hic,ꝙ ſenes, & ſteriles,reliquo profitente,pñt re
manere in ſeculo,promittẽdo caſtitatẽ. quid ergo ſi mortuo
profitente,iſta veniat cõtra promiſſionẽ,matrimonium cũ
alio contrahendo:an teneat matrimoniũ? vr̃, quòd ſic. quia
nullum votũ,vel promiſſio continentiæ dirimit matrimoniũ
poſt contractum:niſi ſit ſolẽnizatũ ſacri ordinis ſuſceptione,
vel profeſſione,vt ĩ.de vo.c.1. lib. 6. Contrariũ determinat
hic Io.And.Non ob.c.1.de vo.quia ibi non reperitur ſolẽni-
zatũ votum remanentis in ſeculo vllo modo:hic verò ſolẽni-
zat̃ votũ huius remanentis ꝑ profeſſionem alterius ingrediẽ
tis.quia vir & vxor cõicãt ſibi actiones.30.q.4.c. ſi q̃s vnus.
ſimiliter dicimus in vxore ordinati:vt eo mortuo, nõ teneat
mr̃imoniũ ab ea contractũ, poſtq̃ continentiã promiſit. 32.
di.c.feriatim.& hãc opi.tenẽt Gof. & Hoſt. alij tñ dicunt , ꝙ

non ex toto:ſed ex cõſtitutione Eccleſiæ diſſoluitur tale ma
trimonium:ſuper quo vide,quod no.28.diſt.c.ſi ſe.

ADDITIO.

a ¶ In latam culpam. Ne excuſantur à dolo propter imperitiam. l. 2.ff.
quod quiſq; iu.& ibi do.Alex.in l. ſi quis id quod.de iu. omnium iu.Idẽ
Ale.poſt Ang.in l.quod Nerua.depoſiti.

*SVMMÆ.*

1 *Coniugatus non poteſt promoueri ad ſacros: niſi vxor voueat con-*
*tinentiam.*
2 *Coniugatus an poßit promoueri ad minores ordines: quòd non.*
3 *Vxor coniugati,qui vult ordinari ad ſacros, debet virum abſolue-*
*re: & promittere continentiam.*

1 CONIUGATUS. Not. † ꝙ coniugatus
non põt promoueri
ad ſacros,vbi vxor voueat cõtinentiam. & quod
hic dicitur in coniugato,intellige idẽ in ſponſa de præſenti.
quia ſponſus non põt ordinari.ſi aũt ordinetur ad ſacros:an
ſint ſoluta ſponſalia: ſicut ſoluuntur per ingreſſum.vt j.c.ex
publico.dic,vt no.j.eod.c.1.lib.6.& j.c.ex parte.2. ¶ Quæ
2 rit glo.1.hic prohibet coniugatũ promoueri ad ſacros.† ſed
an poterit promoueri ad minores ordines: arguit, ꝙ ſic, &
determinat,ꝙ non poſsit ẽt ad minores promoueri.Nõ ob.
iſte tex.quia ſacer ordo ſumit hic largè.de quo.32. diſtin.in
ſumma.& pro opi.glo.facit c.nullus.de tẽpo. ordi. lib.6.pa-
tet,ꝙ tũc promoueri põt ad minores,qñ vult ad ſacros aſcẽ
dere. an aũt continentia exigi debeat à coniugato, qui pro
mouetur ad minores,not.27.diſt. c.eps benedictus.& tenet
3 hic Io.An.ꝙ ſic.¶ Secundò quærit gl.dr̃ hic,† ꝙ vxor coniu-
gati,qui vult ordinari ad ſacros, debet virũ abſoluere,& ꝓ-
mittere continentiã.ſed nunquid hoc non ſufficiat abſq; in-
greſſu religionis.vr̃,ꝙ non.quia in profeſsione alterius con-
iugatorũ dicimus alterũ ꝓfiteri debere, & ingredi oportet,
vt ſup.c.prox.per quod c.dicunt quidã, ꝙ idem in volẽte or
dinari,quod in volente profiteri. Alij dicunt, ꝙ in ordinãdo
ad ſacros,eſt illud ſpãle. videlicet ꝙ ſufficiat vxorem eius ꝓ
mittere continentiã:& iſtud eſt in his, qui conuertuntur, vt
in c.ſupra prox.& hoc placet Ioan.28.diſt. c. quia ſunt. & ꝑ
iſtud c.addit Abbas rõnem: quia vir tenetur vxori hoc caſu
in neceſſarijs prouidere.31.diſt.c. omnino. ad qđ nõ tenet,
ſi religionẽ profitetur.Item tenetur illam corrigere.de iure-
iuran.c.quẽadmodũ.in fine.ſed Tancredus,& Hoſt.tenẽt,ꝙ
vxor ordinandi(ſi iuuenis eſt)neceſſe habet religionẽ intra-
re.& mouetur Hoſt.quia ſi marito religionem intrante,ipſa
tenetur ingredi:multò fortius, cum ſe fecerit ordinari. quia
magis ſuſpectus eſt ordinatus,quàm profeſſus. quia ille fa-
ciliùs poteſt ad ipſam accedere:& accedens,forſitan nõ ha-
bebit repulſam.de fil. presby.c.literas.de cohab. cler.c.1.&
c.clericos.Io.An.ſatis æquè videtur diſtinguendum, an mu
lier ſit iuuenis,& ſuſpecta:an iuuenis,ſed non ſuſpecta. pri-
mo caſu ſemper compellitur.ſecundo,ſi eſt vxor profitendi,
etiam compellatur,propter rõnẽ,de qua infra eo.c.ad apo-
ſtolicam. & c. ſignificauit. Si vxor eſt ordinandi,ſufficit, ꝙ
voueat:ſaluo,quod de epiſcopi vxore dicitur.j.c.proxi.

*SVMMÆ.*

1 *Vxoratus in epiſcopum promoueri non poteſt: niſi vxor eius reli-*
*gionem ingrediatur. Et quid ſi ſit vetula.nu.2.*
2 *Vxoratus ſi electus eſt in Cardinalem: an eius vxor debeat ingre-*
*di monaſterium.*

1 SANÈ. † Vxoratus in epiſcopum promoueri
non poteſt: niſi vxor eius religionẽ pro
fiteatur.communis diuiſio. ſecũda ibi [fraternitati.]
2 ¶ Quærit glo. fin. † Vtrùm illud ſit verum, quod de vxore
ordinandi in epiſcopum dicitur, ſi vxor eius ſit vetula: vt
neceſſe habeat ingredi. videtur, ꝙ in vetula ſufficiat votum
caſtitatis. ſicut dicitur de vxore ſterili profitente ſup. eod.c.
cum ſis.glo.tenet contrarium.& ꝙ ſpeciale ſit in vxore pro-
mouendi in epiſcopum: vt omnino vxor eius, etiam vetu-
la, debeat profiteri, & ingredi religionem. Ratio autẽ ſpe-
cialitatis non tam propter excellentiam dignitatis, quàm
propter imminentiam periculi euitandi: forſitan enim nimis
viſitaret epiſcopum eius vxor,ſi remaneret in ſeculo:& alijs
mulieribus ſociata pro multis intercederet cõtra iuſtitiam ꝓ
ditatione parentum: & ſimilia contingere poſſent. quæ ſunt
præcauenda.de ſeruis non ord.c. 1. & infert iſta ratio idem
eſſe,ſi primò qs religionẽ eẽt ingreſſus, vxore ſene in ſeculo
remanente,& caſtitatem promittente: poſtea ex interuallo
in epiſcopum promoueri contingat: non enim poterit, niſi
vxor illa ingrediatur: vt ſic ex noua cauſa augeatur eius ob-
latio iam contracta. ¶ Circa prædicta quærit Ioan. And.
† Quid de vxore Cardinalis. dicit, ꝙ ſi eſt epiſcopus, habet
locum illud c. ſi promouendus in Cardinalem non eſt epi-
ſcopus, Papa, qui ſolus promouet Cardinales, ipſe proui-
deat: & rationibus prædictis honeſtũ eſſe idem ſeruari, qđ
de epiſcopis. & ſic dicit Io.An.tempore ſuo factum fuiſſe.

*SVMMÆ.*

1 *Sponſus poteſt petere ſponſam ſuam, vt cogatur ſibi exhibere ma-*
*ritalem affectum.*
2 *Delegatus Papæ poteſt excommunicare poſt ſententiam.*
3 *Probatio omnis vincitur, ſi aſpectus contrarium teſtificatur.*
4 *Terminus duorum menſium ſtatuitur ad ingreſſum: vt ingrediatur,*
*& profiteatur: aut cum ſponſo redeat. an iſte terminus poßit*
*per iudicem arctari, vel abbreuiari.nu.9.*
5 *Dilationem qui conſequitur à iure,debet idoneè cauere.*
6 *Ius diuerſum ſtatuitur in matrimonio conſummato per copulam car*
*nalem: & aliud in non conſummato.*
7 *Statuto cauetur,quòd vxore præmortua, maritus lucretur certam*
*partem dotis. quidam deſponſauit vnam per verba de præſenti:*
*& ſoluta dote,ante carnalem copulam ſponſa deceßit: an ſpon-*
*ſus lucrabitur illam dotem.*
8 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſoluitur*
*cum cautione.*
10 *Sponſus ingreſſus religionem, ſi intra terminum non fecit profeßio-*
*nem: an poßit eam poſtea facere,contradicente ſponſa.*
11 *Papa an poßit diſpenſare, quòd viuente ſponſa,de præſenti non co-*
*gnita, ſponſus poßit cum alia contrahere.*
12 *Teſtator reliquit vxorem ſuam vſufructuariam omnium bonorum*
*ſuorum, donec honeſtè, & caſtè vixerit, & vidualem vitam*
*ſeruauerit: vxor obtulit ſe cuidam monaſterio,& aſſumpſit ve*
*lum religionis: an dicatur vidualiter viuere.*

EX PUBLICO. Sponſa de præſenti non
cognita,quę dicit ſe reli
gionem ingredi velle:compellitur infra certum tẽ-
pus religionem profiteri:vel adhærere marito.primò narrat
factum.ſecunda ibi [cæterum] mulieri petenti dat iudicem.
1 tertiò ſoluit obſtaculum,ibi [ſanè.] ¶ Not. primò,† ꝙ ſpon-
ſus poteſt petere ſponſam ſuam,vt cogatur ſibi exhibere ma
ritalem affectum: & an poſſeſſoriũ competat inter ſponſos.
dic, vt s.de reſt.ſpo.c.ex parte.& eſt hoc vtile ſcire.quia qñ-
que ſponſi,vel ſponſæ ſe inuicem petunt.quod poſſunt,agen
do petitoriè ſine dubio,vt in iſto c.cum ſi.niſi eſſent ſponſa-
lia imperfecta ratione ætatis, reſpectu carnalis copulæ. quo
caſu non videtur, quòd ſponſus poſsit puellam deſponſa-
tam petere penes eum morari: nec lucrum dotis conſequi:
vel fructuum, quos lucratur, matrimonio conſummato.
quod dic,vt not.in l.ſi ante.ff.ſolu.matri.& l.an in patrem.ff.
quod fal. tu. au. quid autem iuris ſit, ſi ſponſus ſponſam
non per iudicem petat: ſed violenter capiat. videtur, quòd
priuetur iure ſuo, per l. ſi quis in tantam.C. vnde vi. vide
circa hoc quod not. 27. quæſt. 2. §. ex his. & l. Deo no-
2 bis. de epiſc. & cler. ¶ Secundò not, † quòd poſt ſenten-
tiam



tiam poteſt delegatus Papæ excommunicare. de quo.s. de
offic. deleg.c.quærenti.nõ tñ ex tex.colligitur, ꝙ iſte epiſco
pus Veroneñ.fuerit delegatus Papæ.¶ Tertiò no.ꝙ poſt ſen
tẽtiã iſta mulier excepit ꝙ volebat ingredi: & ſic exceptio-
nem peremptoriam opponebat poſt ſnĩam.quod non vr̃ ꝑ-
miſſum, vt C.ſnĩam re.nõ poſ.l.peremptorias. Sed dic,ꝙ iſta
exceptio nõ impugnat ſnĩam, tãquàm malè latam: ſed quan
dam facultatẽ à iure conceſſam condẽnato reſeruat.ſ. pote-
ſtatem ingrediẽdi: ſicut qñ vnum eſt in obligatione, & aliud
in ſolutione, ex diſpoſitione iuris poteſt illud ſolui poſt ſen-
tentiam, ẽt ſi de tali bñficio nulla fiat mentio in ſententia, vt
l.miles.§.pen.ff.de re iudic. & l. ex diuerſo.§. ſi in iudicio.ff.
ſolu.matri.& tetigi.s.de emp.& vẽdi.c.cũ dilecti.¶ Quartò
no.ꝙ iſta mulier dicebat ſe incognitã: & tñ acceſſerat ad do
mum viri, vt patet in ver. rediens. Vtrùm ergo ſibi ſit cre-
dendũ.dic,ꝙ aut per aſpectum corporis apparet de integri-
3 tate:& ei ſtandũ eſt.† quia omnis probatio vincitur, ſi aſpe-
ctus contrariũ teſtificatur.25.q. & c. quod aũt interrogaſti.
aut non apparet (quia erat quędã vidua:) & tunc aut tranſ-
ducta ad domum viri: & præſumitur cognita. aut non erat
tranſducta: & non præſumitur.27.q.2.c.priuſquàm. & qđ
4 no.de deſpon.impu.c.cõtinebatur.¶ Quintò no.† ꝙ ſtatui-
tur terminus duorũ menſium ad ingreſſum:quẽ accipe cum
effectu.ſ.vt ingrediatur,& ꝓfiteatur. nam ꝑ ſimplicẽ ingreſ-
ſum non eſſet ſponſo plenè cõſultum. qui forſan iuuenis eſt:
nec põt diutiùs expectare.& hæc cauſa fortè mouet Papam
ad reſtrictionẽ anni, qui datur ad probandũ titu.j.c.ad apo
5 ſtolicã.¶ Sextò no.† ꝙ ille,qui conſequitur dilationẽ à iure,
debet idoneè cauere.de quo in l.quoties.C.de preci.Imper.
offe.facit l.ſi cum militi.§.fi.de compen.& l. in omnibus. de
iudi.¶ Septimò no.ꝙ ſolutis ſponſalibus, ex iuris diſpoſitio
ne vterq; debet reſtituere alteri,quod accepit: non habet er
go locum pœna arrarum, de qua in c.gemma. de ſpon.& C.
dé ſponſa.l.fi.an aũt dotem habeat iſte, qui repetit dotẽ da-
tam.dic vt l.dabimus.& l.ſeq.ff.de priuile.credi.qñ aũt ſoluũ
tur ſponſalia. quia pronunciatur nulla, rõne parentelæ, vel
alia:an poſsit repeti dos data dicto caſu. dic, vt not.in l.& ſi
contra. C.de inceſ.nup.& Inſti.de nup.¶ Octauò not.in ver.
6 ſanè. † ꝙ diuerſum ius ſtatuitur in matrimonio cõſummato
ꝑ copulã carnalem.& aliud in nõ conſummato.Cuius gratia
7 incidenter quęro.† Per Italiã cõiter ſunt ſtatuta,ꝙ vxore prę
mortua,maritus lucret certã partẽ dotis:modò pone, quod
quidã deſpõſauit vnã per verba de præſenti: & ſoluta dote,
ante carnalem copulã ſponſã deceſsit:an ſponſus lucrabitur
illam partem.videtur,ꝙ non,per rõnem prædictam.Itẽ plu-
res ſunt differentiæ inter maritum,& ſponſum, vt dixi.s.eo.
c.2.præceptor meus tenet contrariũ in l. Deo nobis.de epi.
& cler.ſi aũt non moritur:ſed religionem ingreditur.tex.iſte
facit, ꝙ nihil lucrabitur: quaſi ſtatutum debeat intelligi de
morte naturali,non ciuili, vt dictum eſt.s.eo.c.cum ſis.& de
a iſta qõne vide ꝑ Cy.in l.nõ ſine.C.de bo. quæ lib.[a] ¶ Nonò
no.ꝙ iſta erat excõmunicata,quia nõ paruerat ſententiæ: &
ſic ꝓ manifeſta offenſa: & tñ mãdatur abſolui, præſtita cau-
8 tione,contra.c.ex parte.de verb.ſig.So.dicit Abb.† ꝙ excõi
catus ꝓ manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſoluitur cũ cau
tione:de quo per Io.An.s.de prębe.c.pro illorũ.ſuper gl.pen.
¶ Decimò no. in ver. ſanè. ꝙ Papa interpretat̃ euangelium:
quo cauetur non licere viro,&c. de quo Matth.5. ſtandũ eſt
ergo interpretationi ſacri eloquij.i.Papæ, vt Dei, cuius vice
in terris fungitur.19.diſt. per totũ. Ad epm̃.n. recurritur in
dubijs,ad quẽ ſpectat interꝑtatio.j.qui filij ſint leg.c.ꝑ vene
9 rabilẽ.§.rõnibus ſecũdùm Hoſt.¶ Quærit gl.pe.† Vtrũ iſte
terminus duorũ menſium ſit adeo præciſè ſeruandus,ꝙ non
poſsit per iudicẽ arctari, vel prorogari,tenet glo.ꝙ poſsit ex
cã arctari,& prorogari.idem tenet Inn. nã Papa ex cã limi-
tat hoc tp̃s annale ad ꝓbationem: quia carnis ſtimulis non
põt vir reſiſtere: mutare tñ iſtũ terminum non debet iudex
ſine magna,& vrgenti cã,vt l.4.§.ſi qs.ff.de iudi.& vide om-
10 nino,qđ no.Bart.in l.1.ff.de iure deli.¶ Secũdò q̃ro.† Nun-
quid ſi intra terminum non fecit profeſsionem,poſsit facere
eam poſtea,contradicente ſponſo,tenet gl.ꝙ ſic.pro qua fa-
cit j.de ꝑben.c.ſi tibi abſenti.lib.6.& in hoc oẽs concordãt,
ſm̃ Io.An.& aduerte quia tex.iſte loquitur, cũ ſponſus pete-
bat ſponſam,contradicendo ingreſſui: quo caſu annalis dila
tio coarctatur ad duos menſes,vt hic. Si aũt ſponſus conſen
ſiſſet ingreſſui:tunc ſpõſa habet probationis annũ:poſtq̃ in-
telligitur profeſſa.s.ti.1.c.ſtatuimus. ſed nõ poſt iſtum ter-
minũ duorũ menſium.qđ eſt verũ,ſi infra terminum non eſt
ingreſſa monaſteriũ:ſed ſi eſt ingreſſa,& tacuit vſque ad finẽ
termini:non abſurdũ eſſet dicere,ꝙ lapſus duorũ menſiũ in-
ducit tacitã profeſsionẽ:quaſi per aſſumptionem habitus cũ
perſeuerantia profeſsio inducatur:ſicut ꝑ lapſum anni. vt ſic
dilatio ex cã limitata eundẽ producat effectum, quẽ dilatio
11 integra,vt ar.l.ſiue pars.C.de dila.¶ Tertiò quæro.† Quidã
princeps petebat ab Innocentio Papa, vt viuente ſponſa de
p̃ſenti non cognita, diſpenſaret, ꝙ poſſet cũ alia contrahe-
re:quæritur,vtrũ poſsit.glo.fi.tenet,ꝙ licèt matrimoniũ con
ſummatũ carnali copula Papa non poſsit diſſoluere: tñ non
conſummatũ diſſoluere põt. rõ eſt,vt dicit.quia non cõſum-
matũ diſſoluere, ſortitur naturã ex cõſtitutione Eccleſię:ſed
conſummatũ ex conſtitutione diuina,& euangelica.hanc rõ
nem impugnat Hoſti. nã ſm̃ eũ, etiã circa matrimoniũ con-
ſummatum Eccleſia facit ſuas cõſtitutiones. de di.c.gaude-
mus. & c. quantò. & ante incarnationẽ Chriſti matrimoniũ
erat verũ ſacramentũ: & tunc conſummabatur per copulã,
ſicut hodie.quo ergo potuit ſortiri formam ex conſtitutione
Eccleſiæ,quæ tunc non erat. prius enim perſona,q̃ ratio &c.
de iure co.l.quidam.imò videtur potius Eccleſiam firmari ꝑ
matrimonium,q̃ econuerſo per ſignificata.de quibus de bi-
ga.c.debitum.dicit ergo Hoſt. ꝙ non matrimonium,ſed ra-
tificatio matrimonij firmatur conſtitutione Eccleſiæ ꝓpter
virtutem baptiſmi:quã virtutẽ ratificationis(q̃ eſt,ꝙ alter al
tero viuente non poſsit cõtrahere)põt Papa tollere.vel circa
ipſam in aliquibus diſpenſare,vt pal.c.quantò. cõſummatio
verò ꝓcedit de iure naturali.Inſti.de iure natu.in prin. & cõ
ſiſtit in facto.quod ex quo factũ eſt, nequit non fuiſſe.ff.de
cap.l.in bello.§.fi.& l.1.C.de rap.virg.vbi caſtitas corrupta
reſtitui nõ põt.dicit etiã nõ improbabiliter dici poſſe, ꝙ cũ
circa impedimenta matrimonij reſtringenda, & laxanda po
teſtatẽ habeat Eccleſia. j. de cõſan.& affi.l.nõ debet. ſtatue
re potuit,qđ hic dicit.& de vnius profeſsionẽ,& de alijs cõ-
tracti.& ſi q̃ras,vñ venit tanta ptãs Eccleſiæ.remittit ad not.
de tranſla.c.1.2.& 3. nam etiam de ptãte ordinata circa ma
trimoniũ non conſummatũ facere conſtitutiones põt. & ſit
rõ,q̃ habetur.27.q.2.c.qua ꝓpter.quia cum ꝑ illud deſignet
charitas,q̃ eſt inter Deũ,& iuſtã animã.de biga.c.debitũ.nil
abſurdũ,ſi talis poſsit religionẽ intrare, ꝑ quã illud ſignifi-
catũ non minuitur:ſed potius auget.nec violat votũ,q̃ cõmu
tat in melius.j.de voto.c. ſcripturæ. ad quod deſignandum
Virgo glorioſa(licèt fuerit vera ſpõſa Ioſeph) vero Deo ma
trimonialiter iuncta fuit.27.q.2.c. beata Maria. & §.cũ er-
go. vñ circa non conſummatũ põt ſtatuere Eccleſia quicqd
placet: dum tñ ſubſit cauſa iuſta: & hoc vult finis huius.c.In
matrimonio verò conſummato fieri nõ põt, quin per ipſum
repræſentetur conformitas carnis inter Chriſtum,& Eccle-
ſiam.vt d.c. debitum. quę nullatenus rumpi poteſt.nã ſi per
religionem iſtud rumpi poſſet, eſſet conformitatis violator,
ſecundùm Hoſtien.qui hoc prolixiùs proſequitur in ſumma
eod. titu. §. fina. ver. ſed quare magis. & de hoc etiam per
Archi. in d. cap. quapropter. vbi tenet idem,quod glo. hic.
12 ¶ Quartò vltra Docto. quæro de tali quæſtione.† Quidam
reliquit vxorem vſufructuariam omnium bonorum ſuo-
rum,donec honeſtè, & iuſtè vixerit, & vidualem vitam ſer-
uauerit: ſi ergo iſta domina obtulit ſe cuidam monaſte-
rio,

rio,& aſſumpſit velum religionis: quæro vtrũ dicatur vidua-
liter viuere.certũ eſt enim, ꝙ viuit caſtè,& honeſtè : ſed non
vidualiter . quia dicitur ſponſa Chriſti : & mortua mundo.
16.q.1.c.placuit.contrariũ determinat Doct. meus, ſcilicet
ꝙ habere debeat, ſicut prius,vt l.Deo nobis.ad fi.C.de epi.
& cleri.vbi diſtinguit de triplici caſtitate . facit 44.diſtin.c.
vidua. & ibi per Archi.

ADDITIO.

a ¶ De bo. quæ lib.adde tu etiam per Sali. de don.ante nup.l. cum in tẽ.

SVMMAE.

1 *Legatum ſi factum fuerit vxori,donec vidua ſteterit : ſi ſtat vidua, & incontinenter viuit , perdit legatum.*
2 *Coniugatorum alter poteſt in ſeculo remanere , alio tranſeunte ad religionem : ſi non eſt præſumptio incontinentiæ .*
3 *Filius natus ex ingreſſo religionem, & vxore dimiſſa in ſeculo poſt promiſſam continentiam : an cenſeatur legitimus.*
4 *Promiſſio continentiæ ab vxore , quæ remanet in ſeculo , qualiter debeat recipi .*
5 *Vxor ſi conſentit profeſſioni mariti : nec aliter profitetur : nec habitum ſuſcipit : nec etiam continentiam promittit . an teneat votum mariti .*

VXoratus. Summa,vt ſ̃.eo.c.cum ſis .
& prima pars prohibet ꝑ
hoſpitalarios ſancti Ioannis recipi vxoratum ſi-
ne vxoris licentia.ſecundò prohibet per ipſos recipi mulie-
res . ſecunda ibi[nullus.] iterum prima diſtinguit qualitatẽ
vxoris, licentiam dantis. ſm̃ membrum ibi [ſi autẽ.] ¶No.
primò , ꝙ ſunt paria tranſire ad ſecunda vota : vel inconti-
1 nenter viuere,& eſt † arg. ꝙ ſi legatum factum ſit vxori, do
a nec vidua ſteterit : ſi ſtat vidua,& incontinenter viuit , a de-
beat priuari legato:& fortè oẽs pœnas, quas patitur,quæ ſe
cũdò nubit.quas vide.C.de ſecundis nup. eaſdem pœnas pa
titur,quæ non nubit: ſed incontinenter viuit . quia nõ debet
plus habere luxuria, quàm caſtitas.ff.de dona. inter virum,
& vxo.l.3.poſt prin.vide quod no.in l.cũ mulier.§. cum pro
2 poneretur.ff.ad Trebel. ¶Secundò no.† ꝙ alter coniugato-
rum põt in ſeculo remanere: alio tranſeunte ad religionem,
3 ſi non eſt præſumptio incontinentiæ.Sed pone,† ꝙ his , quæ
hic dicuntur , diligenter obſeruatis,ille, qui tranſiuit,vxorẽ
dimiſſam in ſeculo poſt promiſſam ab ea cõtinẽtiam cogno
uit,& filiũ procreauit : an erit legitimus.eadem põt fieri q̃-
ſtio in promoto in epm̃,qui cognouit vxorem poſt profeſſio
nẽ:durũ eſt dicere,ꝙ nati ſint ſpurij: cum matrimoniũ præ-
ceſſerit efficax: licèt modò inefficax ꝑ ingreſſum. Itẽ quæli-
bet res reuertitur de facili ad naturã ſuã. & cum profeſſio-
nis vinculum ſit indultũ à iure poſitiuo: non videtur tutũ di-
cere,ꝙ titulus matrimonij exigatur . nã matrimoniũ eſt de
iure naturali: nec poteſt effici infectum,vt dixi.ſ̃.c.proxi.&
Inſti.de iure natu gen. & ci. in prin. & §. ſed naturalia. facit
ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.& l. filio quem pater.
ff.de libe.& poſthu.& eſt vtilis iſta inueſtigatio : vtrùm tales
ſint legitimi,vel ſpurij propter iura agnationis,à quibus ſpu
rij non legitimi repelluntur. Item propter ius promotionis.
Inno.ĩ.eo.c.dudum. tenet, ꝙ nati etiam poſt emiſſum votũ
continentiæ à coniugibus eſſent illegitimi. & idem not. 81.
4 diſt.c.miniſtri. ¶Tertiò no.† qualiter debet recipi promiſ-
ſio continẽtiæ ab vxore,quæ remanet in ſeculo. debet enim
recipi in conſpectu eccleſiæ. idem eſt,ſi in ſecreto poſsit ec-
cleſiæ fieri de hoc fides : & dummodo auctoritas epi inter-
uenerit. quia nec aliter fieri debet: cum ad ipſum ſpectet ta
lia prouidere, arg.de conſang.c.1.ſecundũ Hoſt.&c.¶Quæ
5 rit glo. † ſi vxor conſentit profeſsioni mariti: nec aliter pro
fitet: nec habitum ſuſcipit : nec etiam continentiã promit-
tit: an teneat votum mariti. tenet glo. ꝙ illa non poſsit eum
repetere, propter conſenſum accommodatum: nec ille poſ-
ſit exire: ſed ad hoc ob. plura.c.quibus reſponde, vt in glo.
cui concor.Inno.ſ̃.e. c.quidam.vide qđ dixi.ſ̃.c.1. & plenè
de hoc ſtatim dicam.ĩ.c.proxi.

ADDITIO.

a ¶ Et incontinenter viuit. adde videndum Sali. & Doct. in l. fideicommiſſum.C. de fidei.

SVMMAE.

1 *Profeſſus religionem de conſenſu vxoris in ſeculo remanentis,ſi vxori fuerit reſtitutus, ea mortua ad monaſteriũ redire compellitur.*
2 *Diuerſitas qualiter ad concordiam reducatur .*

1 EX parte † Profeſſus religionem de cõ
ſenſu vxoris in ſeculo rema-
nentis ſi vxori fuerit reſtitutus: ea mortua ad mo-
naſteriũ redire cõpellitur. prima pars ponit querelam. ſecũ
da dat iudicem.ibi [quia verò]& quia iſtud c.vr̃ cõtrarium
multis alijs,quæ videntur velle , ꝙ non cogatur redire , vt c.
2 quidã,& ĩ.c.placet.cum ſimili. ¶ † Quæritur, qualiter hæc
diuerſitas ad concordiã reducatur.Io.And.poſt Pet.& Abb.
Egi. & Gui. apertiùs ſic diſtinguit.aut matrimoniũ non eſt
conſummatũ: aut eſt conſummatum.primo caſu ambo , vel
alter, etiam inuito reliquo, poſſunt ad religionem tranſire.
ſ̃.eo.c.verũ.& c.ex publico.Si eſt conſummatum:aut ambo
volunt conuerti:aut alter tantũ. ſi ambo,poſſunt.ſ̃.eod.c.cũ
ſis. & c.vxoratus.& infra c. ad apoſtolicam . Si vnus tantùm
vult ingredi: tunc dic,ꝙ aut alter ignorat:aut ſcit,& contra-
dicit: aut ſcit,& tacet,vel diſsimulat:aut ſcit,& vouet,ſed nõ
profitetur: aut etiam profitetur. primo caſu . qñ alter igno-
rat, non tenet ingreſſus: & de monaſterio reuocatur.ĩ.cap.
placet. Idem & fortiùs in ſecundo caſu,qñ ſcit, & contradi-
cit.ſ̃.eo.c.quidam.& his duobus caſibus reuocatus de mo-
naſterio,mortuo reuocante , non cogitur ad religionem re-
uerti : vt prædictis iuribus.& ratio in eis patet . In tertio ca-
ſu,qñ ſcit, & diſsimulat,putant Pet.& Abb. ꝙ poſſet illũ re-
uocare: cum etiã id poſſet, ſi conſenſiſſet expreſsè : niſi con
tinentiã vouiſſet,vt ſ̃.c.1.ſi tñ non reuocat,mortuo diſsimu-
lante: non poterit ille redire.ſic intelligitur c.1.proximo. &
in quarto caſu,qñ conſentit, ſubdiſtingue . quia aut inuitus:
aut per dolũ: aut ſponte. ſi inuitus,non tenet ingreſſus.ĩ.eo.
c.accedens. cũ concor.ſi per dolum, vel ſponte cõſenſit,nec
vouit: & reuocatur ingreſſus.ſ̃.c. 1 . ſaltem ꝑ officium iudi-
cis,ſi ſponte cõſenſit,vt hic,& ibi no.vel ad petitionẽ dolum
paſsi.ĩ.c.veniens.vbi mulier reuocaſſet maritũ , ſi nõ fuiſſet
adulterata:ſed ſi nõ reuocet mortuo reliquo, nõ poterit ad
ſeculũ reuerti.qđ ſi fecerit , eſt reuocãdus ad monaſteriũ,vt
hic.& qđ minus dr̃ ſ̃.c.1.hic ſupplet:ibi.n.ſolũ fuerat quæſi-
tũ,an reuocandus eſſet ad cõiugẽ:hic plus q̃rebat,an ea mor
tua,poſſet contrahere. In quinto caſu,cum cõſentit, & vouit
ſubdiſtingue:aut eſt ſenex : & tũc poterit in ſeculo remane-
re.ſ̃.c.prox.& c.cũ ſis.aut eſt iuuenis:& tũc dẽt cõpelli:vt in
tret monaſteriũ.vt ĩ.c.ſignificauit. & ſic intelligat canõ,quẽ
allegat hic gl.33.q.§.qui vxorem.Sextus caſus,quando con-
ſentit,& profitetur,expeditus eſt ſ̃. vbi verò non vult profi-
teri:ſed ordinari.dic,vt ſ̃.cap.coniugatus.& c. ſeq.

SVMMAE.

1 *Tranſitus,qui non tenet propter certum impedimentum: tali impedimento ſublato de medio,confirmatur.*
2 *Ingreſſus vt confirmetur per remotionem obſtaculi,requiritur,quòd per annum, & plus ſteterit in monaſterio.*
3 *Expreſſio inutilis à principio poſtea per remotionem obſtaculi confirmatur .*

COnſuluit. Si coniuges profitentur re
ligionem : altero mortuo,
alter ad ſeculum redire non põt. vel ſecundũ aliã
lecturam. profeſſus religionem de conſenſu vxoris in ſeculo
remanen-



remanentis,ea mortua ad ſeculum redire non põt. cõis diui
1 ſio.ſecunda ibi[conſultationi.]¶No.primò,† ꝙ tranſitus,q
non tenet ꝓpter certũ impedimentũ:tali impedimento ſub-
lato de medio,confirmatur . & credo vt ex nunc : non vt ex
tunc.quia deficit extremũ à quo . & ſic non põt trahi fictio
ad iſtud tempus,iuxtà theoricam Bart.in l. ſi is qui pro em-
ptore.ff.de vſuca.¶Secundò not.ꝙ dicit [ ꝑ annum, & am-
2 pliùs morã faciens]&c.† ꝙ ad hoc vt iſte ingreſſus cõfirmet̃
per remotionẽ obſtaculi,requiritur,quòd ꝑ annũ,& plus ſte
terit in monaſterio: vt iſte ingreſſus inualidus reguleť:ſecun
dũ quod regulatur ingreſſus abſtractus ab omni impedimẽ
to:vt ſicut ille habet tacitè annũ probationis:ita & iſte.& in
caſu,quo ille non haberet,nec iſte,vt ĩ.dicã.¶Tertiò not.ꝙ
ſicut valida expreſsio à principio dirimit matrimoniũ poſt
3 cõtractum,vt ĩ.de voto.c.1.lib. 6. † ita inutilis à principio,
ſed poſtea ꝑ remotionẽ obſtaculi confirmatur.¶Oppo.con
tra illud c.de c.placet.ĩ.e.cum ſi.So.dicit glo. 1 . iſtius vxor,
quæ erat ſenex,cõſenſit ingreſſui mariti: vel promiſit vitam
mutare. Pet.& Abb.intelligunt hoc c.qñ vxor non conſenſit
expreſsè,vt ſentit glo.ſed qũ ea ſciente,& tacente, religionẽ
profitetur.q̃ ſi prius moriatur , q̃ reuocet, ille manet mona-
chus.vel aliter,ſm̃ gl.iſte poſt mortem vxoris habuit ratum
ingreſſum ſuum:& ſi loquimur de ratificatione expreſſa.iſte
intellectus procedit ſine dubio:ſed in ratificatione tacita eſt
maius dubium. pone.n.ꝙ maritus in vita,ignorante,vel tacẽ
te vxore,ingreſſus eſt religionẽ:vxor deinde moriť,eo igno-
rante : an per talẽ obitum confirmetur ingreſſus viri. Inno.
dicit,ꝙ ſic,tali rõne : ſeparando em̃ ſe ab vxore voluntaria.
ſ̃.c.ex parte.vel inuita.ſ̃.eo.c.quidã.ſemper præſumitur vo-
luiſſe mutare ſeculũ, quod propoſitum ſolemnizatum fuit ꝑ
ſuſceptionem habitus:niſi vxor impediret,per not.ſ̃.tit.1.c.
ſignificatũ.& c.conſulti.ſublato ergo impedimento per mor
tem coniugis,ſtatim ſolẽnizatum fuit votum.vt dicit, nõ põ
deretur hæc ſcientia,vel opinio:ſed rei veritas, vt ĩ.c.placet.
nec dicere põt,ꝙ morã fecit in monaſterio,credens vxorem
viuere,ad quam redire volebat: quia in hoc allegaret turpi-
tudinem ſuã:& per conſequens eſſet repellendus.ſ̃.de dona-
tio.c.inter dilectos.& hoc dicit eſſe verum,qñ præceſsit ex-
preſſa,vel tacita profeſsio impedita teantũmodo ꝓpter vin
culum coniugis.ſi aũt non præceſsit profeſsio tacita , vel ex
preſſa:ſed ingreſſus eſt cum proteſtatione, ꝙ non intrat in-
tentione mutandi vitam: ſed probandi regulã: tunc per mor
tem vxoris tantùm nõ ratificatur ingreſſus : ſed per lapſum
temporis ꝓbationis. rationem huius dixi.ſ̃. in ſecundò not.
refert tñ Innoc.quoſdam fortè melius dicere:videlicet,ꝙ in
greſſus vxore inuita:licèt ea mortua , ibi maneat,hæc igno-
rans non ratificet ingreſſum,per rõnem,quæ redditur in ma
trimonio carnali.infra de eo qui duxit.c.1. & dicit Io.And.
ꝙ hoc poteſt eſſe verũ:cum mulier cõtradixit ingreſſui : ſed
cum ſimulat,vel conſentit,nõ vouet ſit vera prima opi.Inno.
de qua.ſ̃.plus eſt enim expreſsè contradicere,&c. de bapti.
c.maiores.de ſimo.c.ſicut tuis.facit.ĩ.de voto.c.2.

SVMMAE.

1 *Coniunx, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licèt ad tempus voto conſenſerit.*

1 CHariſsimus. † Coniunx,quæ con-
tinentiam vouit,tene
tur reddere debitum coniugi: licèt ad tempus vo
to conſenſerit.¶ No.primò quòd ad tempus vir iſte cõſen-
ſit vxori:nec valet iſte conſenſus,quominus poſsit penitere :
quid ergo ſi perpetuò cõſenſiſſet:nec vouiſſet.vr̃ velle glo.ꝙ
ſufficiat,ꝙ vir,& vxor pñt vouere continentiã , ieiunando in
domo,vt in glo.videas.quomodo aũt faciliùs votum coniu-
gatorum impediat vſum matrimonij , & non matrimonium
contrahendum,dicam poſt Io.An.ĩ.c.dudum.

SVMMAE.

1 *Maritus,qui mortuus credebatur,rediens ad domũ,recuperat vxorem:quæ etiam mutauit ſtatum in melius.*
2 *Promiſſio eadem poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
3 *Sententia poteſt pro parte valere, & pro parte non, quando habet diuerſa capitula .*
4 *Marito iuuene abſente , ſi vxor monaſterium ingrediatur : reuerſus poſtea maritus, ſi iuuenis eſt , neceſſe habet ipſam repetere, aut profiteri .*
5 *Maritus ſi inuita,vel ignorante vxore , ſe fecerit promoueri ad ſacros ordines : an poſt mortem vxoris cogetur continere .*

PLacet. Si alter cõiugũ,altero ignorãte ꝓ
fiteť religionẽ: & propter hoc de
monaſterio reuocatur.illo mortuo,ad monaſteriũ
redire nõ cogitur.cõis diuiſio.ſecũda ibi[ſuper quo.]¶No.
primò,ꝙ qñq; vxor,audita morte mariti,falſo rumore pro-
lata,religionem ingreditur.qñq; verò alteri nubit. quod an
poſsit.dic,vt not.ſ̃.vt lite non cõteſt.c.qm̃ frequenter.§.por
ro.& C.de diuor. Authen. qui ſemel. & ff. de adul.l.miles.§.
1 ſi mulier.¶Secundò no.† ꝙ maritus,qui mortuus credeba-
tur,rediens ad domũ,recuperat vxorem:quæ etiam mutauit
ſtatum in melius.nam in conſeruatione iurium alicuius non
attenditur credulitas,vel opinio : ſed veritas.facit l.nec nos.
C.de cap.geſta.n.falſa opi.mortis alterius,reſcinduntur veri
tate detecta.facit l.ſi.ff.de hære.inſtitu.& de teſta.tu.l.tutori
bus.& l.cum pater.§.cũ æſtimaret.ff.de lega.2.¶Tertiò no.
2 † ꝙ eadem promiſsio põt pro parre valere,& pro parte nõ:
nam quò ad promiſsionẽ cenſetur efficax: non quò ad præ-
iudicium tertio generandũ.facit l.per fundum.ff.de ſeru. rũ.
3 præ.Et inducit hic glo.in arg.† ꝙ ſnĩa põt pro parte valere,
a & ꝓ parte non. a quod dicit verũ,qñ habet diuerſa capitulà:
ſed vnũ ſolum capitulum non poteſt pro parte valere,& pro
parte nõ valere.quod eſt verum, qñ illud vnum nõ eſſet ſepa
rabile: vt in emiſsione voti continentiæ, quod eſt vnũ : & tñ
diuiditur,vt hic patet. Itẽ hoc verũ.ſ. ꝙ non põt ſententia in
vno capitulo pro parte valere,vt pro parte nõ : niſi fuerit ap
pellatum.nam iudex appellationis poteſt partem cõfirma-
re,infirmare,& moderari circa idẽ capitulũ connexũ,& ſe-
paratum.quod dic ꝑ Hoſt.ſ̃.de reſcrip. ca. Raynutius. facit
qđ no.Io.An.in c.ea quæ. de reg.iur.lib.6.¶ Quærit Io.An.
4 dr̃ hic,ꝙ fuit educta de monaſterio per reditum viri.† quid
ergo,ſi vir reuerſus ipſam non repetit?dicit, ꝙ ſi eſt iuuenis,
neceſſe habet repetere,aut profiteri:ſi ſit ſenex,ſufficit, ꝙ ꝓ
mittat continentiam.ſ̃.eo.c.cũ ſis.& c.vxoratus . vel fortè in
caſu,quo ſit ſenex, ſatis eſt,ꝙ ratificet , & caſtè viuat in caſu
huius c.quo vxorem repetit monachatam: ſed à principio ſi
fuiſſet præſens ingreſſui : debuiſſet continentiã promittere,
vt in præal.iuribus.Sed qd tunc erit,ſi viuit incontinenter.di
cit,ꝙ cogitur intrare religionem: nec ſuſtinebit epus,ꝙ , ex
quo incontinens eſt,viuat in ſeculo.ſ̃.eo.c.cũ ſis.nam quan-
doque propter delictum cogitur quis religionem ingredi.
34.diſt.c.fraternitatis.& de pœni.c.tuæ. ſecundùm Hoſt. &
no.iſtã q. quid iuris, ſi ille, q remãſit in ſeculo nõ ſuſpectus,
poſt profeſsionem alterius incontinenter viuat:nam cogitur
5 profiteri.quod nó.¶Secundò quæro:† ſi quis ignorante,vel
inuita vxore, ſe fecerit ad ſacros ordines promoueri:nunqd
poſt mortem vxoris cogitur continere?vr̃.ꝙ non.quia nõ co
gitur profiteri,vt hic:& in ſi.& hoc tenet Gof. ſ̃.eo.c. quidã.
Io.An.poſt Inno.& Hoſt.tenet contrarium:videlicet,ꝙ non
poſsit contrahere:& ſi cõtraxerit , non tenet matrimonium.
Nec ob.quod hic dr̃. quia aliud hic , q̃ ibi. matrimoniniũ.n.
de iure naturali non impedit promotionẽ ſacrorum ordinũ,
vt patet in Eccleſia Orientali.31.diſt.c.Nicena.ſola ergo cõ
ſtitutio Eccleſiæ impedit talẽ promoueri. de cleri. cõiu.c.1.
& per totum.ceſſante igitur impedimẽto.i. mortua legitima

vxore, conſtitutionem ſeruet: quæ eſt. ꝙ ordinatus in ſacris non contrahat: & ſi cõtraxerit, non teneat. 84. diſt. c. cum in præterito, ſecus in voto. quia de iure naturali matrimoniũ, vel eius vſus impedit voti emiſsionem: in quo quis ad conti nentiam aſtringitur: vt ab omni abſtineat muliere. de ſtatu mon. & ideò talis abſtinentia, & vſus m̃rimonij ſimul eſſe nõ pñt, tanquàm incõpaſsibilia: ideo &c. j. de bap. c. maiores. eſt & alia rõ: quia in profeſsione nullus remanet, vel imprimitur character: qui tũ remanet, & imprimitur in ordine: li cèt collatus fuerit coniugato. & ſic mortua vxore, verũ eſt ipſum eſſe ſubdiaconũ: ſed nõ eſt verũ, illum eſſe profeſſum: rõ rationis eſt. quia ordo eſt ſacramentũ: ſed profeſsio nõ. facit extrauagans, quæ incipit. antiquæ. & quod no. Io. An. in reg. quod ſemel. de regu. iur. in mercu. ¶ Vltimò no. ꝙ actus inutilis confirmatur, ſi venit ad eũ ſtatũ, à quo poſſet incipere. e conuerſo verò an vitietur, ſi venit ad eum ſtatũ, à quo non poſſet incipere. dic, vt no. Bar. in l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de verb. obli. per Bart.

ADDITIO.

a ¶ Et pro parte nõ. Vide latè Io. de Turre cre. in §. itẽ inter cætera. 2. q. 6.

SVMMAE.

1 *Continentia præſumitur ratione prouectæ ætatis.*
2 *Caro vna non recipit diuiſionem.*
3 *Epiſcopus non debet dare licentiam volenti ingredi religionem, ſi timetur de malis moribus vxoris: licèt non de incontinentia.*

AD apoſtolicã. Idẽ dicit, quod c. cũ ſis. s. eod. ¶ No. primò, † ꝙ rõne prouectæ ætatis præſumitur continẽtia: cuius cõtrariũ eſt luxuria, q̃ eſt magis reprehenſibilis in ſene, quàm in iuuene. vñ Sene. in decla. Iuuenis luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit. ¶ Secũdò no.
2 † ꝙ vna caro nõ recipit diuiſionẽ. & ſic vnitas carnis p copulã profiteri non põt: niſi tota cõſentiat: ſed nõ eſt ita in ſeruãda continẽtia. quia põt altera pars (quantũ in ipſa eſt, & ſine præiudicio alterius) ſeruare cõtinẽtiã, & promittere, vt s. c. proxi. ¶ Querit Io. An. iſtud c. & ſimilia circa illũ, qui altero profitente, vult in ſeculo remanere, cõſiderent ſolũmõ ſuſpi
3 cionẽ incontinentiæ. † quid ergo, ſi de incontinentia non timetur illius, quæ remanet in ſeculo, quia eſt vetula: ſed time tur de aliis malis moribus: niſi ſit ſub cura mariti, puta, quia erit malæ fidei, incantatrix, ebrioſa, lena, furatrix, vſuraria, vel his ſi. dicit Io. An. ꝙ etiã iſtis caſibus eps non debet volenti ingredi dare licentiam: vel eius profeſsio recipi. cum in effectu eadem ſit rõ; ex quò nõ expedit ſaluti alterutrius. ſi tñ contra fiat, tenet ipſe, ꝙ ſolemnizatum ſit votũ. & hoc ex eo, quia principalius inſpicimus in hmõi diuortio fidem thori, ꝙ ſit vnũ bonum matrimonium. adde de condi. appo. c. ſi. & quod no. Io. An. de diuor. c. de illa. in glo. arg. contra.

SVMMAE.

1 *Lepra ſuperueniens non diſſoluit ſponſalia de præſenti, ſed bene de futuro.*
2 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur: licèt alter de coniugatis efficiatur hæreticus.*
3 *Sponſalia de præſenti tunc ſoluuntur, quando ex reuelatione diuina alter vult mutare ſeculum.*
4 *Inductus ad profeſsionem ex falſa cauſa, non poteſt petere, quòd hac de cauſa profeſsio reſcindatur.*
5 *Sponſalia de præſenti poſſunt contrahi per nuncium inter abſentes.*
6 *Sponſalia de præſenti licèt ſoluantur per ingreſſum religionis: non tamen ſoluuntur per habitum religionis, etiam cum propoſito ſeruandi continentiam in domo propria.*
7 *Sponſalia de præſenti an ſoluantur, ſi ſponſus receperit ſacros ordines.*
8 *Sponſus, vel ſponſa, ſi vult fieri eremita: an ſoluantur ſponſalia, quòd non.*
9 *Sponſalia de præſenti an ſoluantur, leproſo intrante domum leproſorum.*

EX parte. Per religionis profeſsionẽ, nõ propoſitũ caſtitatis in ſeculo ſeruando, ſoluunt ſponſalia de præſenti. cõis diuiſio. ſecunda ibi [nos aũt] in qua tria facit. quia primò cõtra ſolutionẽ allegat. ſecundò ſoluit ibi [nos tñ] tertiò ſolutionẽ determinat. ibi [porrò.] ¶ No. primò, ꝙ iſta mulier accepit velũ cũ bñdictione: lætanijs: cũ celebratione Miſſæ: & alijs. p quos actus ſi nõ fuiſſet iſta mulier deſpõſata. dicunt quidã, ꝙ quodlibet iſtorum ſufficeret ad ſolẽnizationẽ voti. quod non placet Inn. niſi cum ſolẽnitate ſolita faciat: vel niſi ſuam voluntatẽ exprimat. remittit ad no. s. tit. 1. c. vidua. per actus igitur in profeſsionibus conſuetos interuenire, pfeſsio inducitur: non p alios, quantacunq; ſolemnitate adhibitos, vt hic
1 fuit. ¶ Secundò no. † ꝙ lepra ſuperueniens non diſſoluit ſpõſalia de pſenti: ſed bene diſſoluit ſponſalia de futuro. de quo
2 in glo. pe. & ſup. de iureiur. c. quemadmodũ. ¶ Tertiò no. † ꝙ ſponſalia de præſenti non ſoluuntur: licèt alter de coniugatis efficiatur hæreticus. poſſet tñ eccleſia ſtatuere matrimonium hoc caſu diſſolui: ſic ſtatuit de matrimonio nõ conſummato. nam quare aliud cenſeatur de infidelibus, quàm de fidelibus, non eſt ratio: niſi ratificationis, quæ canonica cõſtitutione firmatur: ſupra quã eſt poſitus Papa. de conceſ. præ-
3 ben. c. propoſuit. cum ſi. ¶ Quartò no. † ꝙ tũc ſoluuntur ſpõſalia de præſenti, qñ ex reuelatione diuina alter vult mutare ſeculum. talis enim reuelatio ſuperat oẽm legem. legitur ad Phil. 4. Papa tñ hic in ver. nos tamẽ. ſine diſtinctione iſta (an tranſeat ex reuelatione diuina, vel non) ſtatuit, ſponſalia de præſenti diſſolui: cũ etiam nec illa iura diſtinguant. 2. q. 5. c.
4 conſuluiſti. ¶ Quintò no. in ver. quis falſa. † ꝙ inductus ad profeſsionẽ ex falſa cauſa, non poteſt petere, ꝙ hac de cauſa profeſsio reſcindatur: cũ ſine qualibet tali cauſa hoc facere potuiſſet, vt dicit litera hic. tñ rõ eſt multũ generalis, ſecundùm quã nunquã falſa cauſa vitiaret diſpoſitionem, qñ ſine tali cauſa celebrari potuiſſet. quod eſt falſum. nã, cum ex falſa opinione quis ad diſponendum inducitur, diſpoſitio vitiat. vt l. ſi. ff. de hære. inſti. & l. vlt. de exce. do. cũ ſi. oportet ergo dicere, ꝙ ceſſatio cauſæ non liberat obligatũ in hmõi ſpiritualibus, vt patet in voto. j. de voto. c. magnæ. in ſi. ibi tũ dr̃, ꝙ ex falſitate cãæ talis obligatio facilius comutat. de hoc in gl. falſa. n. &c. & j. de cõſang. c. qa circa. ¶ Sextò not. circa
5 prin. † ꝙ ſponſalia de pñti pñt contrahi per nuncium inter abſentes. de quo in glo. 2. & vide, quod no. in. 64. diſt. c. 1. & j. de procura. c. vlt. lib. 6. ¶ Septimò no. in ver. porrò. † ꝙ licèt
6 ſponſalia de pñti ſoluantur per religionis ingreſſum, vt c. ex publico. s. eo. tñ nõ ſoluuntur p habitum religionis, ẽt cũ ppoſito ſeruandi continentiã in domo propria. ¶ Octauò not. ꝙ ſponſalia de preſenti non ſolũ ſoluuntur per ingreſſum: ſed ẽt ſi tali voto ſe aſtrinxerit ad obſeruantiam regularẽ. talis enim promiſsio, & obligatio ad obſeruantiam regulæ cogit vouentem ad ingreſſum, non obſtantibus ſponſalibus prius contractis. ¶ Oppo. dr̃ hic, ꝙ licèt iſta propoſuerit ingredi, & accepit velum: nihilominus cogitur m̃rimoniũ cõſummare. contra imò videtur, ꝙ non poſsit, & debeat dirimi, vt j. q. cle. vel vo. c. inſinuante. Sol. ibi emiſit votum: hic non. vel illa non erat deſponſata: ſed libera, carens ſponſo: ita ꝙ facilius pſumitur ſolemnizatio voti, arg. s. tit. 1. c. cõſulti. Inno. dicit, ꝙ hic fuit ſolemne votũ continentiæ, nõ profeſsionis. qd votũ non dirimit prius matrimoniũ, vt hic: dirimeret tñ poſterius. & ſic loquitur contrarium. ad hoc facit, qd no. Io. And. poſt eũ infra de frigi. c. fraternitatis. ſuper ver. alioquin. hæc ſo. Inno. non placet Hoſt. qui dicit, ꝙ ſi ſolẽniter vouit: licèt votũ nõ dirimat matrimoniũ non cõſummatum: tñ propter votum



votum ſic ſolẽne cogetur religionem ingredi: & tunc erunt ſoluta ſponſalia. & intelligit. Hoſt. votum cõtinentiæ fore ſolemne, qñ promiſit ſe ingreſſurã: vel ſeruaturã circa religionẽ: in cuius ſignũ recepit velũ ſolemniter benedictũ. arg. j. e. c. accedens. Idẽ putat qualitercũque apparet, ꝙ vitam voluit mutare, per teſtes, inſtrumenta, vel etiã confeſsionẽ ſuã tantummodo: ſed hoc de confeſsione contra ſponſalia iam contracta non videtur bene dictum, per c. ſuper eo. de eo, q cog. conſan. vx. ſuæ. So. aliud eſt in matrimonio iã cõſummato: cõtra qd pbatio per confeſsionẽ etiam vtriuſque, non ſufficit, vt ibi: ſed in ſponſalibus ſecus. nam etiam ſine tali confeſsione põt, ſi vult, monaſterim ingredi deſpõſatus. vt s. c. 2. & c.
7 ex publico. & vide quod no. j. de rap. c. ſi. ¶ Quærit gl. † vtrũ a ſponſalia a de præſenti ſoluantur, ſi ſponſus receperit ſacros ordines. tenet glo. ꝙ non. 37. diſt. c. ſi vir. & hoc probatur p extrauagan. Ioan. quæ incipit. antiquæ. & no. de hoc. 27. q. 2. c. deſponſatam. & j. de voto. c. vno. lib. 6. plenè per Io. An. & per Hoſt. eo. tit. §. & vtrũ poſsit. ver. ſed qd ſi maritus. & ſeq. & ibi tenet, ꝙ talis cogitur ad ingreſſum religionis, p ſi. huius. c. & idem tenet hic Pet. ſed certè ſm̃ Io. An. tex. iſte in ſi. non loquitur de eo, qui vouit continentiã: hic de eo, qui vouit regulam: quod nõ facit qui promouetur ad ſacros. licèt eñ continentiam voueat: non tñ renunciat proprijs, & propriæ voluntati: abſurdum enim eſſet eum cogi ad id, qd non elegit: quare tene in hoc, quod not. Io. An. in c. 1. j. de voto. lib. 6. Non obſtat huic rationi. j. c. ſignificauit. quia ibi ſolẽnizationem voti vir cõmunicau: t vxori vouenti, vel aliter, vt
8 ibi per eum poſt Inno. ¶ Secundò quærit glo. † an ſi ſponſus, vel ſponſa vult effici eremita, ſoluantur ſpõſalia. tenet, ꝙ nõ.
9 de quo etiã no. in §. ecce. alleg. in glo. ¶ Tertiò quæro † an ſoluantur ſponſalia de præſenti, leproſo intrante domũ leproſorum. dicit Hoſt. ꝙ ſi domus eſt religioſa, planũ eſt, ꝙ ſoluãtur. ſi verò non eſt ibi religio: adhuc dicit æquum, ꝙ ſi pmitteret illa tria ſubſtantialia regulæ, ſcilicet obedientiã, continentiam, & abdicationem proprij: ꝙ ſoluatur vinculum: cũ leproſi, quaſi religioſi eſſe cenſeantur. de ec. ædi. c. 2. & qd ibi p Io. An. Hoſt. non audet hoc affirmare: cũ non ſit iure diffinitum: ideò dicit Papam conſulendũ. Io. An. dicit ſecurè tenẽdũ, per talem ingreſſum matrimonium nõ diſſolui: niſi ſit ibi religio approbata: alias poſt contractũ vxoris, etiã leproſus contrahere poſſet: quod eſſet abſurdum. & hoc probatur in præalleg. extrauag. antiquæ.

ADDITIO.

a ¶ Sponſalia. Sponſalia quid dicantur: & an poſsint contrahi ante ſeptennium: & quot modis contrahantur. vide Io. de Tur. cre. in c. vbi non eſt conſenſus. 30. q. 2.

SVMMAE.

1 *Maritus factus monachus, à coniuge adultera repeti non poteſt.*
2 *Vxor, quæ poſt copulam carnalem alteri matrimonialiter copulatur: non poteſt, etiam mortuo marito legitimo, cum iſto ſecundo remanere.*
3 *Maritus licèt poſſit, inuita vxore adultera, monachari: non tamẽ ad ſacros ordinari, in ſeculo remanendo.*

1 COnſtitutus. † Maritus factus monachus, à cõiuge adultera repeti non põt. primò narrat factũ. ſecundò dat iudicem. ibi [ideoque.] ¶ No. primò, ꝙ iſte acolytus in facie eccleſiæ duxit vxorem: quod potuit, non obſtante ordine. de cler. cõiu. c. 1. & eo. tit. c. 1. lib. 6. & quid ſit dictũ [in facie eccleſiæ] vide quod no. Io. An. in Spe. de clã. deſpõ. ſup rub. ¶ Secundò no. ꝙ iſta dña poſt carnalẽ copulã alteri fuerit matrimonialiter copulata. quod facere nõ debuit: ſed potius omnia mala pati, q̃ huic malo conſentire. 32. q. 5. c. ita.
2 † & intantũ iura iſtud matrimoniũ deteſtantur: ꝙ etiã mortuo marito legitimo, non poſſet cum iſto ſecũdo remanere. quod dic, vt j. de eo, q duxit in ma. c. ex tuarũ. ¶ Tertiò no. ꝙ iſtum conſcientia remordebat. quia fecerat ſe ordinari ad
3 ſacros: ideò habitum aſſumpſit. Ex hoc collige, † ꝙ licèt maritus poſsit, inuita vxore adultera, monachari: non tñ ad ſacros ordinari, in ſeculo remanendo: alias non eſſet ratio, qua re magis remorderet eũ conſcientia, ſic manẽdo ordinatus, quàm intrando religionẽ. & hoc tenet. Io. An. j. c. veniẽs. vel põt dici, ſm̃ Io. An. ꝙ remordebat eum conſciẽtia. quia exceptio adulterij, quã habebat, poterat replicatione elidi; qa etiã ipſe cõmiſerat adulterium: ſed quia erat occultum, non poterat vxor ipſum iudici probare: ideò quò ad iudicẽ debebat abſolui: non quò ad Deum. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ huic mulieri non debeat obſtare exceptio adulterij: quominus re uocet de monaſterio virum ſuum. nam, poſtq̃ in facie eccleſiæ nupſit, ab adulterio excuſatur: & primus vir eam recipere tenetur. vt j. de frigi. c. fraternitatis. & de diuor. c. gaudemus. Sol. vt in glo. ſi. Io. An. dicit, ꝙ in c. fraternitatis. præceſſit ſententia ſeparationis: hic nõ. vel ſi dicas præceſsiſſe, mulier fuit conſcia fraudis in ſententia interuenientis. argu. ad hoc. j. de clan. deſpõ. c. ſi. vbi mala fides illius, pro quo ſentẽtia lata eſt, per ſententiam nõ purgatur. ad c. gaudemus. dic, ꝙ ibi licitẽ contraxit, ſm̃ ſuam legem. ¶ Quero. quidam duxit vxorẽ: deinde acceſsit ad curiam, & ibi velut ignotus ſe ordinari paſſus eſt, & tandem eſt in Papam promotus: an poterit ab vxore repeti. dic vt no. 59. diſt. c. ſi quis pecuniã.

SVMMAE.

1 *Conſenſus per nimiam importunitatem elicitus non tenet.*
2 *Vxor, quæ commiſit adulterium, non poteſt maritum de monaſterio reuocare.*
3 *Mulier, quæ conſentit viro profiteri volenti, debet certificari, quòd & ipſam ingredi oportebit.*
4 *Exceptio adulterij obſtat mulieri, virum de monaſterio reuocare volenti.*
5 *Maritus, qui repetitur, ſi non vult excipere de adulterio: poterit excipere monaſterium.*
6 *Adulterium commiſſum in ſeculo à profeſſo obſtat etiam monaſterio, ſi contra ipſum vxor replicat de adulterio.*

VEniens. Idem dicit, quod. c. s. proxi. & eadẽ diuiſio. ¶ Not. primò, ꝙ iſta dña conſenſum præbuit fletibus, precibuſq;
1 deuicta: † & fortè iſta ratione non tenuit cõſenſus per nimiã importunitatem elicitus, vt in c. ſin. de reſcrip. lib. 6. vel fortè nõ tenuit: quia propter nimiã reuerentiã accõmodatus: quã exhibere tenetur vxor marito. vt l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rerũ ac. non da. & no. 22. q. 4. c. vnuſquiſque. gl. dicit, ꝙ
2 ex eo non tenuit. quia erat iuuenis. ¶ Secundò not. † ꝙ mulier, ſiue vxor, quæ cõmiſit adulteriũ, non poteſt maritum de monaſterio reuocare: imò propter ſubſequens adulterium mulieris ratificatur ingreſſus viri. quia quod à principio non valebat, ſic etiam confirmatur per mortẽ, vt ſupra. c. conſuluit. ¶ Tertiò no. ꝙ vir iſte in licentia extorquenda vr̃ cõmiſiſſe dolũ: dũ dixit [quia niſi ſibi] &c. tamẽ adulteriũ mulieris præponderat, & confirmat ingreſſum viri, vt dixi. gl. tñ dicit, ꝙ dolus adhibitus in huiuſmodi ſpiritualibus non vitiat contractũ. de quo j. c. dudum. ¶ Quartò collige ex verſi. &
3 cum presbyteros exoraret &c. † ꝙ mulier, quæ conſentit viro, profiteri volẽti, debet certificari, ꝙ & ipſam ingredi oportebit. nam ingreſſus iſte, qui venit in quandam conſequentiã ad ingreſſum viri, eſt inductus merè à iure poſitiuo. quod quidem mulier præſumit ignorare: ideò requiritur certificatio. vt in ſimi. no. Doct. in l. ſciendũ. de verb. obl. & s. de foro cõpe. c. ſi diligenti. & no. Io. An. j. eod. c. certificauit. ¶ Quintò
4 no. † ꝙ exceptio adulterij obſtat mulieri, virum de monaſterio reuocare volenti. & ſi intelligas de adulterio notorio, omnia ſunt plana. põt igitur vnus coniugatorũ ex alterius adulterio

terio oſtenſus religionẽ ingredi.27.quæſt.2.ca. Agathoſa.&
mortuo taliter profitente,non prohibetur,qui remanſit in ſe
culo,contrahere,per reg.Apoſtoli.mortuo viro &c. infra de
ſecun.nup.c.penul.& fin.& dicit Io.An.ꝙ licèt maritus adul
teræ poſsit fieri monachus,ea inuita:non tñ poterit fieri ſub
diaconus. quia vxor profeſsi, illo mortuo, pōt contrahere,
vt dictum eſt: ſed non vxor ordinati:quæ etiam illo mortuo
debet continere.28. diſt.c. quia ſunt.32.diſt. c.ſeriatim. ad
quod inuita cogi non debet.32.q.1.c.integritas. de hoc j.eo
dem.c.dudum.¶Quærit glo.dicitur in tex. ꝙ intentio huius
5 mulieris repetētis virũ pōt elidi exceptione adulterij. † Sed
pone,ꝙ maritus,qui repetitur,excipere non vult.dicit glo.ꝙ
poterit excipere monaſteriũ, cui per ſuum monachũ dicta
exceptio eſt quæſita: imò plus.quia ſi nollet etiam monaſte
riũ excipere, pōt iudex excipere ex officio ſuo.ſ.de except.
c.exceptis.ff.de poſtul.l.quos prohibet. circa hoc quæritur:
ſi maritus etiã adulteriũ cōmiſit:an exceptio per eũ,vel mo-
naſteriũ propoſita contra vxorẽ poterit elidi replicatione
adulterij.ad quod dico, ꝙ de exceptione ab ipſo viro pro-
poſita non vř dubium,ꝙ poſsit.patet ex notatis ſup. c.prox.
per Io.An.ſed de exceptione,quã obijcit monaſteriũ ex per
ſona profeſsi,dicit Io.And.ꝙ non tollitur per replicationem
adulterij,quam proponit mulier,vt in fine glo.quam intelli-
go de adulterio in monaſterio poſt profeſsionẽ commiſſo.
quo caſu ex tali delicto nō perditur ius quæſitũ monaſterio,
6 vt l.inſulam.§.fi.ff.ſol.mat.† Sed adulterium cōmiſſum in ſe-
culo à profeſſo tenēt,ꝙ obſtet ēt monaſterio, ſi contra ipsũ
vxor replicat.licèt Guil.Na. dixerit, ꝙ cōpenſatio adulterij
non habet locũ,qñ ſecundus adulterans licitè mutauetat ſta
tum.alleg.ff.de nimo.l.ſi ex cauſa.§.Papinianus. nam ex tali
mutatione vř eſſe nouus homo.ff.de adimen. lega.l. ſi ſeruus
legatus.§.vlt.Sed tene,ꝙ poſsit replicari & alio inuito, aliũ
profiteri non poſſe,cum ambo adulteriũ commiſerunt. quia
dicto caſu mutua ſeruitus inter eos non perditur: imò plus,
ſecundũ Hoſt.ſi vxor,cōtra quam de adulterio excipitur, re
plicat de adulterio viri iam profeſsi:qđ dř etiã cōmiſiſſe in
ſeculo(& ipſe hoc confitetur) ꝙ ſtandu eſt eius profeſsioni:
& maritus de monaſterio educetur. creditur.n. in hoc caſu
confeſsioni coniugum: quamuis non crederetur, ſi ageretur
de fœdere coniugij.j.de eo,qui cogno.conſan. vxo. ſuæ.c.ſu
per eo.& videtur caſus de rap.c.pen.remittit etiam Hoſtiē.
ad ſummam de eo,qui cog.conſang.§.fi.ver. vnde videtur ꝙ
bonus.& ver.ſeq.

*S V M M Æ.*

1 *Vxor maritum profeſſum repetit, non obſtante licentia profitendi ab ea per metum extorta.*
2 *Mulier poſt conſenſum accommodatum viro religionem ingreſſo, ſi moram trahit in religioſa domo, conuerſione non facta, & habitu non mutato: an ex hoc videatur reliquiſſe ſeculum.*

1 ACcedens. † Vxor maritum profeſ
ſum repetit,non obſtan
te licentia profitendi ab ea per metum extorta.
& differt iſtud c.à præcedenti.quia hic metus: ibi dolus, &
blandiciæ induxerunt dñam ad præbendũ cōſenſum. ¶No.
primò, ꝙ iſta dña poſt conſenſum accōmodatum viro reli-
gionem ingreſſo,moram traxit in religioſa domo,conuerſio
2 ne non facta, & habitu non mutato.† Ex hoc autẽ actu adeo
profeſsioni proximo videbatur & ipſa quodammodo reli-
quiſſe ſeculũ. & ſic virũ non poſſe repetere, & emiſſum votũ
continentiæ hac mora ſuppleri. argu.ff.de acqui. hæred.l.5.
ver.quod ſi non adierit.ſed non eſt verũ,vt hic patet. ¶Op-
po.& vř,ꝙ per taciturnitatẽ tanti temporis ſit purgatus me-
tus illatus mulieri: & ipſa videatur tacitè approbaſſe ingreſ-
ſum mariti,vt in iuribus alleg.in glo.magna.Sol.cum iſta nō
fecerit profeſsionem,& habitũ non mutauerit:non nocuit ſi
bi licentia,nedum per metũ extorta:ſed etiã ſine metu, cum
eſſet iuuenis.& hoc dicit Hoſt.ponderandũ: & etiã, ꝙ nullũ
emiſit votũ:qua rōne nō tenuit profeſsio viri.cum enim hoc
caſu nō ſufficeret expreſſa licentia, quo minus poſſet virum
extrahere: multò minus ex taciturnitate, & patientia pſum
pta per purgationem metus.ſimile ſup.de præb.c. dilecto.

*S V M M Æ.*

1 *Vouens continentiam non præcisè compellitur ad ingreſſum religionis: licèt viro profitenti conſenſerit.*
2 *Mulier, quæ vouit continentiam, & licentiam viro dedit: an cogatur monaſterium ingredi & num.3.*
4 *Mulieri licitum eſt ignorare iura.*

SIgnificauit. Non compellitur religio-
nem ingredi vxor cōtinẽs
non ſuſpecta:quæ dedit viro licentiã profitendi. pri-
mò ponit mulieris querelam: ſecundò dat iudicẽ,ibi [quo-
circa,]¶No.primò,ꝙ iſta mulier dedit licentiã viro coram
decano fungente vice archiepi. nam aliàs decani auctoritas
non ſufficeret.quia ſine diœceſano nō debent talia expedi-
ri,ar.hic,& ſ.c.cũ ſis.ar.tñ contra.j.eo.c.dudũ.poſt princ.&
1 dic,vt ſ.c.1.¶Secundò no.† ꝙ illa, quæ vouet cōtinentiam,
non præcisè cōpellitur ad ingreſſum religionis:licèt viro p-
fitenti conſenſerit.in domo namq; propria pōt quis caſtita-
tẽ promittere.vt ſ.c.vxoratus. ¶ Tertiò not.ꝙ dicit[& hoc
2 expreſſo.]&c.† ꝙ mulier,quæ vouit continentiã, & lñiam vi
ro dedit,cogitur monaſterium ingredi: quamquàm de hoc
certificata licentiam non dediſſet.ita allegabat iſte decanus.
ſed an bene.j.ſubdam. ¶Quærit glo.ſi iſta mulier,quæ viro
licentiã dedit,& contiuentiã promiſit, poſsit remanere in ſe
3 culo,ſi ſit ſenex, & ſine ſuſpicione. † quid ergo ſi ſit iuuenis,
& ſuſpecta:quæ ſic promiſit continentiam,& cōſenſit.glo.ef
ficaciter arguit,ꝙ cogatur ingredi.primò per hunc tex.à cō
trario ſenſu. ſecundò cum aliter eius conſenſus non ſit effi-
cax,& ſufficiens ad profeſsionem viri:videtur hæc,& omnia
promiſiſſe, ſine quibus viri profeſsio non teneret: & hoc tñ
tenent quidam.alij dicunt, ꝙ tunc debet ſibi fieri reſtitutio
officio iudicis.& in hãc opi.inclinat glo.vt patet in fi.Inn.te-
net,ꝙ etiam ſi ſit ſuſpecta in caſu prædicto non cogitur pro
fiteri:quia hoc non promiſit,ſed continentiã tantũ.nullus.n.
cogitur profiteri,vel ordinari.32.q.1.c. integritas. cogetur
tñ,ſecundũ eum,morari in monaſterio:vt mala ſuſpicio eui-
tetur.ſ.c.vxoratus.in fi.& idem no.Inno.ſ.eo. c.1. cuius di-
ctum ibi reprobat Hoſt. tum quia iura iſtam commixtionẽ
profeſſorum ad non profeſſos prohibent.ſ.c.1. vt clerici. &
cle.1.de electi.tum quia iſta non peccauit, quare debeat in
ergaſtulo poni: ſicut dicitur.16.q.6.ca. de lapſis. vñ ipſe ſic
diſtinguit.aut mulier iſta emiſit votũ ſolẽne,aut ſimplex,aut
nullum.ſi ſolẽne:tũc cogitur profiteri. & vera ſit prima opi.
huius glo.Ber.& ſ.c.ex parte.2.in fi.vř enim ſe ad hoc obli-
gare,ex quo recepta eſt viri profeſsio,vt dixi. ſecundo & ter
tio caſu cum emiſit votum ſimplex, vel nullum:tunc non co
gitur profiteri. imò potiùs vir debet ei reſtitui propter pro-
4 babilem iuris ignorantiã in muliere.† cui eſt licitũ iura igno
rare: ſicut minori,militi,& agricultori ſimplici,& rerum fo-
renſium inexperto,vt l.cum de indebito.ff.de proba. ſecun-
dũ Io.And. poſt Hoſt.& ſi bene aduertis,iſta rō facit contra
eos,in eo,ꝙ dicunt mulierem ſuſpectam(quæ ſolemniter p-
miſit continẽtiã)ad profitendũ cogi: poſtq̃ viri profeſſio eſt
recepta.quia enim iſta profeſsio venit in quandã cōſequen-
tiã ad promiſsionẽ continentiæ ex diſpoſitione iuris hoc iu-
re non certificata,non videtur aſtringi:nec tacitè promiſiſſe,
quod probabiliter ignorabat.de elec. c. cauſam. de iureiur.
c.veniens.& c.Quintauallis.de pac.c.tres fratres.de tranſac.
c.qui cum tutoribus.cum ſimili.& verè iſta rō eſt multũ cō-
tra Io.An.qui Hoſt.videtur ſequi, & primam opi.huius glo.
contra Inno.& opi.aliorum.cogita,quæ ſit verior opinio.

SVM-



*S V M M Æ.*

1 *Maritus non tenetur ſibi reconciliare vxorẽ adulteram, etiam emendatam: ſi tamen propter Deum ei parcit, laudatur.*
2 *Adultera ad melioris vitæ frugem conuerſa debet in monaſterio collocari ad agendam perpetuam pœnitentiam, ſi maritus eam recipere recuſauit. Et ſic in monaſterio collocata, an erit monacha. nume.4.*
3 *Intrudere, verbum ſonat in inuitum.*
*Collocare, in volentem.*

GAudemus. Adultera, quam ſibi ma
ritus reconciliare non
vult,detruditur in monaſteriũ ad pœnitentiã pa-
1 gendã.non diuiditur.¶ No.primò, † ꝙ maritus nō tenetur
ſibi reconciliare vxorem adulterã,etiã emendatã: ſi tñ pro-
pter Deum ſibi parcit,iura laudant:ſed non fama mũdi. fa-
cit infra de ſponſ.c.inter opera:pro hoc (ſcilicet, ꝙ maritus
parcat vxori adulteræ)debet eccleſia intercedere. pluries.n.
pōt maritus ſibi parcere. infra de adulte.c.ſi vir. ¶ Secũdò
2 no.† ꝙ adultera ad melioris vitæ frugem conuerſa debeat in
monaſterio collocari ad agendã perpetuã pœnitentiam: &
hoc ſi maritus commonitus eã recipere recuſauit.¶Oppo.
& vř, quòd nō debeat ſic collocari perpetuò:quia poſſet eã
maritus educere poſtea, ſi ductus pnĩa eã recipere voluerit
infra bienniũ,vt in Authen.ſed hodie.C.de nup.So.dicit Ho
ſtien.ꝙ iſta eſt noua pœna iuris canonici.ſ. ꝙ lata ſententia
diuortij,ſi maritus ſæpe monitus vxorem ſuam reconciliare
non vult,collocabitur in monaſterio, & manebit perpetuò:
ita ꝙ vir illã educere non poterit.& hoc ſonat verbũ,perpe-
tuã,hic poſitum.illa verò Authen.ſed hodie. intelligitur non
lata ſñia diuortij per Eccleſiã:tunc.n.mulier infra biennium
extrahi poterit: nec interim profitebitur: ne fiat præiudiciũ
marito,reconciliare volenti.& per hoc no.caſum, quo pro-
rogat:annus pbationis ex cauſa: ſic qñq; reſtringitur.ſ. ca.
ex publico.remittit de hoc Io.An.ad no.per eũ.j.de diuor.c.
de illa.in vlt.gl. ¶Secundò oppo.hic dř, ꝙ debeat collocari.
cōtra imò debet detrudi per iudicẽ ſecularẽ. vt in Authen.
vt nulli iudi.§.ſi verò.So.glo.dicit, ꝙ iſta Decre. ſumpta eſt
ex Authẽ.ex quo ſentit,ꝙ idẽ ſit detrudere,& collocare: ad
vnum.n.finem ſemp retrudit, ſcilicet vt pœnitentiam agat.
Pe.dixit,ꝙ pœna intruſionis in monaſteriũ eſt legalis, & cũ
de adulterio criminaliter agitur.& ſic loquũtur leges, quas
allegat glo.qñ verò agitur in foro eccleſiaſtico ad ſeparatio
nem thori,non eſt locus illi pœnæ:per quod dicit illã nō co
gendã p illud verbum,collocare.idem videtur tenere qui di-
cit pœnã intruſionis eſſe ſecularis: non eccleſiaſtici iudicis.
3 remittit ad no.per Inno.de procurato.ca.tuæ.† verbũ ergo,
intrudere,ſonat in inuitũ: ſed collocare, ſonat in volentem.
4 ¶Quærit† Vtrùm iſta ſic in monaſterio collocata,erit mo-
nacha.tenet ꝙ non:bona tñ ſua debebunt monaſterio appli-
cari,ne ſit ſibi oneroſa,vt d.§.ſi verò.dotẽ verò. debet vir lu
crari.quod eſt verũ,ſi porrecto libello,eam accuſat,& ſe ſub
ſcribat: quod dic,vt notat Ac.in d.Authen.ſed hodie.

*S V M M Æ.*

1 *Renunciatio legis coniugalis poteſt fieri ex cauſa.*
2 *Sacerdos eſt perſona publica: & poteſt alteri ſtipulari, & quærere.*
3 *Legare pauperibus hoſpitalis certi loci: & legare hoſpitali idem eſt.*
4 *Inſtrumentum, quando perditur, debet iterum in publicam formam redigi de protocollo notarij.*
5 *Verba inſtrumenti non refert, concipiantur in prima, vel in tertia perſona.*
6 *Maritus poteſt verberare vxorem: non tamen crudeliter tractare.*
7 *Falſa ſuggeſtio, ſiue perſuaſio, per quam quis ad profitendum inducitur, vitiat profeſsionem.*
8 *Conditiones appoſitæ contra ſubſtantiam profeſsionis vitiant profeſsionem: vel ipſis habitis pro non appoſitis, remanet ingreſſus purus.*
9 *Iudex non debet ferre ſententiam ſuper deductis incidenter in iudicio, etiam ſi ſibi liqueat.*
10 *Sententia abſolutionis debet formari in perſonam profeſsi, & nō monaſterij, quando agitur contra indebitè profeſſum.*
11 *Dolus vitiat contractum in rebus temporalibus, & obligationibus perſonalibus.*
12 *Matrimonium contractum ab altero coniugum, qui vouit continentiam, altero mortuo, an valeat.*
13 *Coniugati, emiſſo voto continentiæ, & data licentia de ingrediendo, ſeinuicem cognouerunt: tandem poſtea alter ingreſſus eſt: an per talem ingreſſum ſolemnizabitur eius votum præcedens.*
14 *Sponſi per verba de præſenti ſi ante carnalem copulam voueant caſtitatem, & deinde ſe cognoſcant, videtur à voto receſſum.*
15 *Recipiens ad profeſsionem dicit ingredienti, quòd profiteri debet regulam Auguſtini: quòd poterit poſt ingreſſum veſci carnibus: à quibus ex ſpeciali conſtitutione, vel conſuetudine fratres abſtinent: an tenebitur iſte ingreſſus à carnibus abſtinere?*
16 *Fratres prædicatores licèt profiteantur regulam ſancti Auguſtini: in refectorijs tamen ſuis à carnibus abſtinent.*

DVdum. Si coniuges ſeinuicem abſol-
uerunt,cōtinentiam profiten-
do,& religionẽ intrando:alter alterum repetere
nequit.& in prima facti,& pceſſus narratio. in ſecunda diffi
nitio.ibi [nos itaq;] prima ſubdiuiditur.primò ponit audito
ris dationẽ:ſecunda,ibi [corã quo] actoris petitionẽ. tertia,
ibi[ad quod.] rei reſponſionẽ.quarta,ibi[verum]actoris re
plicationẽ.quinta,ibi[ſed ad iſta]rei triplicationẽ. ¶Primò
no.querelam huius dnæ:quia deſpōſata, & cognita fuerat à
viro.& ſic eo inuito non potuit pfiteri:niſi & ipſe profitere-
tur.ſ.eo.c. cum ſis. & intentabat iſte vir poſſeſſorium. quod
poterat,poſtq̃ eius poſſeſsionẽ habuerat.ſ.de reſti.ſpol.c.ex
tranſmiſſa.ſm Io.An.ſed tunc q̃ritur,quare fuerit expediens
deducere titulũ deſponſationis.dic,vt eo.ti.c.ex parte. & de
1 pſum.c.illud. ¶ Secundò no.in ver. ad quod. † Renunciatio
legis cōiugalis fuit hic facta ex cauſa.ſ. pro animæ remedio:
ſi aũt fuiſſet facta ex alia cã (puta infirmitatis,vel ſimilis) nō
valuiſſet.non facta principaliter ppter Deum non tenuiſſet:
niſi votum fuiſſet ſecutũ.ſ de iureiu.c.tua. 2. de hoc.j. dicã.
¶Tertiò not. formã ſacerdotis recipientis nomine eccleſiæ.
2 ex hoc collige,† ꝙ ſacerdos eſt pſona publica: & poteſt alte
ri ſtipulari,& q̃rere.de quo in l. 1.ff.de iuſti.& iure.& de iſta
perſona publica alteri ſtipulãte dic,vt no.j. de vſur. c.quãq̃.
lib.6.& l.3.ff.rem pu.ſal.fo.cum ſi.¶ Quartò no. ibi [paupe
3 rũ hoſpitalis] &c.coniuncta glo.2.† ꝙ idẽ eſt legare pauperi
bus hoſpitalis certi loci:quod legare ipſi hoſpitali. & eſt vti-
le hoc ſcire ppter portionem quę debetur epo.de relictis.n.
pauperibus ſimpliciter nō debet ſibi quarta: ſed de relictis
hoſpitali debetur,vt ſ.de teſta.c.requiſiſti.& c.fin.quid ergo
ſi in legando contingat commixtio ( vt legando pauperibus
certi loci.)facit iſte text.ꝙ debeat:vt ſic magis conſideretur
locus,q̃ perſonæ: quibus commodũ q̃ritur ex legato. p hoc
facit quia de relictis factis fratribus mẽdicãtibus, q ſunt in
arctiſsima paupertate,debet quarta.vt in cle.dudũ.de ſepul.
& facit ad hoc l.ciuibus.ff.de rebus du.& l.ciuitatibus.de le-
4 ga.1.¶Quintò no.in ver.verũ. † ꝙ qñ perdit inſtrumẽtum,
debet iterũ in publicã formam redigi de protocollo notarij.
ſ.de fide inſtr.c.cum P.& poteſt refici ſine iudicis auctorita-
te:ex quò nulli parabatur piudiciũ.ſecus ſi præiudicare poſ-
ſet.vt inſtrumẽto debiti.de quo in Spe. de inſtru.edi.§. poſt-
q̃.ver.ſed nunqd.& ver.vbi autẽ.In caſu ergo, quo poſſet af-
ferre piudicium iterata trãſumptio, debet probari amiſsio.
hæc aũt quō pbet:& qd proſit amiſsionẽ probare: & an p-
dito inſtrumẽto ſufficiat ipſius tenorẽ probari per teſtes.vi-
de j.de priuileg.c.cum olim.& l.ſicut iniquũ.de fide inſtr.&

ff.de

5 ff.de eden.l.ſi quis ex arg.§.fi.cum l.ſe. ¶ Sextò not.† ꝙ non
refert,concipiantur verba inſtrumẽti in prima, vel in tertia
perſona:ſed non obſtat hæc varietas,vt in glo.4.ſenſus enim
tollendus eſt,& non caſus.34.q.2.c.non ſatis.de cõſecra.di-
ſtin.4.c. retulerunt. & lex non imponitur verbis.C. cõia de
leg.l.2.de elec.c.cõmiſſa.lib.6.quò ad ſñiam vr̃ eſſe differen
tia,vt not. Specu.in titu.de ſen. prola.§. iuxta.ver.non valet.
¶Septimò no.in ver.& cũ iratus. ꝙ inter perſonas domeſti-
6 cas verba,& verbera demonſtrant irã.& collige, † ꝙ mari-
a tus poteſt verberare vxorem.[a] 23.q.4.c. duæ. & 33.q.2.ca.
placuit.non tñ debet in ipſam ſæuire:vel crudeliter tractare.
ea.q.c.admonere[nã præceptoris nimia ſæuitia] &c.ff. ad l.
Aquil.l.pceptore.43. diſt. c. ſit rector. ¶ Octauò no.in ver.
7 proponentes.&c.† ꝙ falſa ſuggeſtio,ſiue perſuaſio,p quam
quis ad profitendũ inducitur, vitiat profeſsionem. nam iſte
ſe defendebat.quia falsò ſibi perſuaſum fuerat de retentio-
ne proprij,aſſumptione cibi,& extinctione libidinis. quę cũ
falſa reperit, inferebat profeſsionẽ ſuam non tenuiſſe. & vr̃
has cauſas Papa iuſtificare in ver. inſuper. in caſu, quo iſta
fuiſſent tpe,quo ingreſſus fuit,repetita: ſed non fuerũt, ideò
8 receſſum fuit ab eis.hoc aũt an ſit verum, † ꝙ cõditiones ap
poſitæ contra ſubſtantiam profeſsionis, vitient profeſsionẽ:
vel ipſis habitis pro non appoſitis, remaneat ingreſſus pu-
rus.Refert hic Io.An.ꝙ iſta Decre.per Ber.inducitur pro,&
contra.nã in c.fi.ĵ.de condi.appo. inducit, ꝙ vitiet:ſed in c.
2.de ſtatu mo.inducit eam,ꝙ non vitiet:ſed parum facit iſta
Decre.quia,ꝙ vir ſit religioſus,hic non iudicatur:& ad ſolẽ-
nizandum votũ continentiæ viri ſatis erat profeſsio in lite-
ris,marito cõſentiente,& caſtitatem vouẽte. & hæc fuit vera
cauſa ſolemnizandi:vt etiã dicit Inno.& hoc verũ,ſi hoſpita-
le non erat religioſum.& de hoc.s̃.eo.c.ſignificauit.¶Nonò
no.ꝙ iſta mulier excepit de voto continentiæ viri,& ſua pro
feſsione,ex his aſſerens eũ debere vitam mutare, cũ eſſet iu-
uenis:& tñ ſuper hoc Papa non pronunciat. Ex hoc collige,
9 † ꝙ ſuper deductis in iudicio incidenter ( vt hic erat ) iudex
non debet ferre ſñiam,etiã ſi ita ſibi liqueat. & facit iſte tex.
ꝙ vxore ingrediente,maritus etiam de incontinentia ſuſpe-
ctus non cogatur profiteri,quantũcũq; vouerit.de quo in d.
10 c. ſignificauit. ¶Decimò no. † ꝙ ſi agitur contra profeſſum
indebitè, ſñia abſolutionis debet formari in perſonã ipſius,
& non monaſterij.quod eſt verũ,qñ ſuper ſtatu monachi li-
tigatur: ſecus ſi ſuper rebus ipſius. Item ſecus, ſi eſſet in ca-
ſu condẽnationis.dictis enim caſibus verba ſententiæ debẽt
concipi in perſonã monaſterij,ſecundũ Io.And.qui remittit
ad no.per eũ.ĵ.de ſenten. excom. c. parochianos. ¶ Oppo.
iſte vir impugnabat votum cõtinentiæ,quod emiſit:& cõſen
ſum accommodatũ vxori propter calorẽ iracundiæ,& iram.
Sed contra hoc oppo. & vr̃,ꝙ iſta ira,& calor non excuſet in
hmõi ſpiritualibus,vt cap.ſunt qui opes.27.q.4.vbi donatio
rerum facta eccleſiæ tumultuario mentis impulſu non reuo
catur:eadem ergo rõne tenet ingreſſus,non iudicio, ſed im-
petu factus. Sol.dicit Io.An.in ingreſſu religionis,& in elee-
moſyna(quia in ſeipſis bona ſunt) non egemus deliberatio-
ne.vñ Hieron.ad Pauli. vlt. [Feſtina quæſo te: & hærentis in
ſalo nauiculæ funem magis præcide, quàm ſolue.] ſine deli-
beratione id agens magis obligatur:puta ſi vidit,vel audiuit
miraculum:timuit terræmotum,vel aliquid tale,vt s̃.de reg.
c.ſicut.2.& in hoc caſu loquatur c.ſunt qui opes.ſed tex. iſte
cum glo.põt procedere,qñ turbatio eſt talis, & tanta, ꝙ ſa-
pit quandam mentis alienationẽ ex multo furore. & ſic lo-
quitur.c.ſicut.alleg. in glo. ¶ Secundò op. iſte fuit inductus
dolo ad iſtũ ingreſſum.ergo debet eſſe inefficax,vt l.elegan-
11 ter.de dolo. So.† in rebus tẽporalibus, & obligationibus p-
ſonalibus dolus vitiat cõtractum,prout no.s̃. de emp. & vẽ.
c.cum dilecti.ſed in ſpiritualibus non vitiat. quia non põt ſe
prætẽdere deceptũ, qui mutat ſtatũ in melius.Idẽ not.20.
q.3.c.conſtituit:per qđ c.dicit Innoc. hic, ꝙ licèt teneat in-
greſſus(vt dictum eſt:) tñ nocet dolus quò ad bona, q̃ mo-
naſteriũ non poterit retinere: imò hæredibus ſunt reddẽda,
vt ibi.& vt dicit Hoſt.qñq; etiã ingrediens non obligat mo-
naſterio, quod ingreſſus eſt: ſed religioni in gñe.ĵ.de regu.
c.non ſolũ.lib.6.& not.hoc dictum Inn.de bonis ingredien-
tis,qui dolo eſt inductus: dubito.n.an ſit verũ. nã ſi reputa-
tur bonus dolus quò ad perſonã: quare non quò ad obliga-
tionem bonorũ,quæ eſt acceſſoria ad pſonã: & acceſſorium
ſequitur naturã principalis,vt in reg.acceſſorium.niſi dicas,
ꝙ qñ eſt diuerſa conditio acceſſorij,& principalis,non ſequi
tur principale,vt no.in l.ſi tibi.ff. de pac. præterea minor p-
hibetur alienare: & tñ ſi profitetur, bona eum ſequuntur. &
ſicut non põt reſpectu obligationis perſonæ dicere ſe dece-
ptũ:ita nec quò ad bona,vt s̃.de probatio.c.in præſentia. il-
la ergo rõne,qua firmatur principale, firmatur & acceſsio
bonorum.cogita quid ſit verius. ¶Tertiò oppo.iſte vir pete
bat reſtitutionẽ vxoris:& fuit ſibi oppoſita exceptio renun-
ciationis, & admiſſa.Sed contra.s̃.de reſti.ſpo.c.item cũ qs.
& c.1.cum ſimi.Sol.iſte eſt de caſibus exceptis à regula pdi-
cta: quos enumerat Io.An.s̃.vt lite non conte. c.1. ſuper 3.
glo.vel dic,ꝙ hic referebatur qõ de ſpoliatione, quæ nega-
batur ſm̃ modum,de quo ſatis de reſti.ſpo.c.ſolicitè. vel hic
petebat reſtitui agens petitorio.s̃.vt lite non conteſta.cap.2.
12 ¶ Quærit Io.An. † de iſto voto continentiæ, & eius effectu.
ex cuius dictis dicas, ꝙ iſtud votum qñq; emittitur à coniu-
gatis: qñq; à ſolutis.ſi à coniugatis: & tunc aut inter eos ſe-
cuta erat carnalis copula:aut non.ſi erat ſecuta:tunc aut tã-
tummodo emiſerunt votũ continentiæ ambo: nec fuit vltra
proceſſum,videlicet ad ingreſſum religionis alterius,vel am
borum.ſi non fuit vltra proceſſum:tunc illud votum ſeruare
tenentur.nã ex quò cõiuges, ſiue in priuato, ſiue in publico
cõi cõſenſu ſolẽniter,vel non,continentiã vouerunt: illã ſer-
uare tenentur omnino.& ſi poſtea cõmiſcentur, erit cõmi-
xtio illicita: & filij inde ſuſcepti ſunt illegitimi. de filijs preſ-
by.c.literas.idem no.81.di.c.miniſtri.Sed an hoc caſu alter,
altero inuito,poterit intrare religionem,& vitam mutare?di
cit,ꝙ non. nam & ſi à debito reddendo ſint per emiſſam cõ
tinentiam abſoluti: nõ tñ ab alijs obſequijs.34.q.5.ca.quod
Deo. Item circa hoc ẽt incidẽter quæritur. An altero mor-
tuo,valebit matrimoniũ à ſuperſtite contractũ. tenet Inn.ꝙ
non,propter votũ continentiæ præcedens.Io.An.contra per
c.1.infra de vo.lib.6.hoc dictum Io.An.intelligo verum, qñ
coniugati emiſerunt votũ: nec fuit vltra proceſſum.ſi autem
poſt votũ vnus de conſenſu alterius fuerit religionẽ ingreſ-
ſus (quamquàm deceſſerit) non poterit,qui remanſit in ſe-
culo,contrahere, propter votũ eius ſolẽnizatũ alterius pro-
feſsione: de qua participat,qui remanſit in ſeculo. quia vir,
& vxor ſibi participant actionẽ.& hoc no.Ioan. An.s̃.eod.c.
13 cum ſis. † Sed pone, ꝙ coniugati emiſſo voto continẽtiæ,&
data licentia de ingrediendo,ſe inuicem cognouerunt: & tã
dem poſtea alter eſt ingreſſus: an per talem ingreſſum ſolẽ-
nizabitur eius votum præcedens? vr̃ ꝙ non. quia carnalis co
pula ſubſequens rumpit votũ præcedens,vt d.c.1.Item vide
tur à licentia data receſſum per actũ contrariũ,vt c.cum M.
de conſti. obligatio.n. ad continentiã cõi conſenſu contra-
cta,videtur cõi conſenſu ſoluta,vt in reg. nihil tam naturale.
de reg.iur.lib.6.Contrariũ tenet Io.And.poſt Inno. quia ſm̃
eos ſatis eſſet abſurdum,ꝙ illicita cõmixtio coniugũ votum
tollat.Non ob.c.1.de voto.lib.6.quia loquitur.qñ votũ emit
titur à ſoluto, quod bene diſſoluitur per ſequens matrimo-
nium:ſecus ſi emittitur à coniugatis.tunc.n. ſequens copula
14 non diſſoluit votũ.& hac rõne videtur,† ꝙ ſi ſponſi per ver-
ba de pñti ante carnalẽ copulam voueant caſtitatẽ: & dein-
de ſe cognoſcant:vr̃ à voto receſſum,per dictũ ca.1.Sed quæ
eſt rõ, quare copula ſubſequens tollit votũ præcedens illo-
rũ,qui non ſunt copulati per carnis copulam: & non illorũ,
qui copulati ſunt. dicit Io.An.quia continentia eſt voti: non
præce-



præcepti.27.q.1.c. integritas. noluit ergo Eccleſia iudicare
votum ſolẽne in ſolutis:niſi certæ ſolẽnitates interueniant, p
quas ſciant ſe irreuocabiliter obligatos. quibus deficiẽtibus
putauit Eccleſia graue,inexpertos irreuocabiliter obligare.
arg. 19.q.3.c.monaſterijs. ex quo verò ſolẽnitates interue-
nerunt: conqueratur,non de Eccleſia:ſed de ſe.s̃.titu.1.c.ad
apoſtolicam.& c.ſtatuimus.in cõiugatis verò ( cum iam ſint
experti matrimonialia cõmoda, & incõmoda,aliàs experi-
ri potuerunt ) ceſſat querela inexperientię: & præſumit Ec-
cleſia,ꝙ obſeruent votũ;ideò velint animas cuſtodire, vt d.
c.quod Deo. Ex prædictis habes,quid iuris in quolibet mẽ-
bro,ſcilicet in coniugatis,ſponſis,& ſolutis. an votum effica
citer obliget:vel ſoluatur per carnalem copulam ſubſequen
15 tẽ.¶Secundò quęrunt Doct. † ſi recipiens ad profeſsionem
dicit ingredienti,ꝙ profiteri debet regulam Auguſtini:ꝙ po
terit poſt ingreſſum veſci carnibus: à quibus ex ſpeciali cõ-
ſuetudine,vel conſtitutione fratres abſtinent.nunquid ille te
neatur à carnibus abſtinere? Inn.ꝙ non. quia regula hoc nõ
habet:nec vniuerſalis conſtitutio: & contrarium ibi fuit di-
ctum.hoc verum,ſecũdũ Hoſt.niſi per ſe ſciret cõſuetudinẽ,
& conſtitutionem monaſterij:vel niſi hoc eſſet notorium, vt
16 in prædicatoribus:† qui licèt profiteantur regulã ſancti Au-
guſtini:in refectorijs tñ ſuis omnino à carnibus abſtinẽt. nã
quia hoc eſt notoriũ, ingrediens non debuit credere cõtra-
rium aſſerenti.s̃.de tranſla.c.quanto.ver.non aũt.& imputet
ſibi,q ſe obligauit.12.q.1.c.nolo. ſicut dicit hic Inn.de illo,
q profitetur regulã beati Benedicti: cui licèt contrariũ ſug-
gerat:debet tñ à carnibus abſtinere.cum notorium ſit illam
regulam habere hanc abſtinentiam. vnde non põt ignoran-
tiam allegare.ff.de verb.ſign.Natæ. In caſu ergo,quo fuit iu-
ſta credulitate deceptus,poterit veſci carnibus. ſi tñ eſſet in
loco ſcandalum, illo comedente carnes, poſſet aliã mutare,
ſecundũ Inn.qui per hoc ſentit, ꝙ profeſsio ex iſta deceptio
ne,& ſuggeſtione falſa non reddatur inefficax: ſed commu-
tabilis in aliam,vt credidit laxiorem.

ADDITIO.

a ¶ Verberare vxorem. Adde tu.l.ex conſenſu.& Authen.ibi poſitam.C. de repu.& in Authen. matri,& auiæ.§. ſi quis autem.glo.7. q.1.c. ſicut vlterius.gl.in c.quemadmodum.de iureiuran.Bal.in l. ſi filius.C. de pat. pot.l.ſi cum pat.de oper.liber.Bar.Cæp.in l.Marcellus.de verb. ſigni.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium ſicut ſeparatur quò ad thorum propter fornicationẽ carnalem: ita propter ſpiritualem.*

2 *Conuerſio, vel reuerſio ad fidem poſt ſententiam diuortij non ſufficit ad reſciſsionem ſententiæ.*

3 *Maritus ſi fornicatur ſpiritualiter: & lata eſt ſententia diuortij quò ad thorum: ſi mulier fornicetur carnaliter, an fiet compenſatio.*

4 *Fornicatio carnalis, & ſpiritualis, qualiter differant.*

1 MVlier. Primò no.† ꝙ ſicut propter for-
icationem carnalem ſeparatur
matrimoniũ quò ad thorum: ita propter ſpiri-
tualem.cõcor.28.q.1.c.idololatria.differunt carnalis,& ſpi-
2 ritualis in pluribus,vt dicam ſtatim. ¶Secundò no.† ꝙ poſt
ſententiam diuortij conuerſio,vel reuerſio ad fidem non ſuf-
ficit ad reſciſsionem ſententiæ. añte ſententiã ergo ad fidem
reuerſio confirmat matrimonium quò ad thorum. quia tale
crimen pœnitentia aboletur: ſecus in carnali fornicatione:
quæ pœnitentia non extinguitur: nec tollit iuris exercitium
ad ſeparationem petendam. ¶Hinc autem ſumpta occaſio-
3 ne † quæritur.certum eſt, ꝙ ſi maritus, & vxor adulterium
commiſerint: habita compenſatione, neuter alterum accu-
ſare poteſt.ĵ.de adulte.c.intelleximus. quid ergo ſi vnus for
nicetur ſpiritualiter: vt maritus.& lata ſentẽtia diuortij quò
ad thorum,mulier fornicetur carnaliter: nunquid fiet com-
penſatio:vt ſic non liceat ei,marito inuito,religionem ingre-
di?videtur,ꝙ non.quia mulier ſoluta per ſententiã à marito
non põt dici amodo inquinare eius thorũ.32.q.1.c.in con-
iugio.Itẽ iſtæ ſunt fornicationes diuerſarũ ſpecierũ.& ſic nõ
admittitur cõpenſatio.ff.de pign.ac.l.ſi conuenerit. In con-
trarium arguitur.quia iſta ſunt ſimilia ad ſeparandũ; vt d.c.
idololatria.multò magis ad cõpenſandũ.& hoc tenet Goffr.
in c.de illa.de diuor.ſed Hoſt.ibi dicit, ꝙ aut pręcedit accu-
ſatio de ſpirituali, & obijcitur contra eam de carnali: & nõ
tollitur per tale obiectum,ſed proceditur.& ſi probatum fue
rit,cõdẽnatur:dum tñ ſi conuerti voluerit, compenſatio ad-
mittatur.econuerſo aũt (videlicet ſi quis accuſetur de carnali:
& excipiatur de ſpirituali) ſuper exceptione primitus proce
detur.& ſi de ipſa appareat,& lapſus non pœniteat:nullo mo
do audietur,alleg.de ordi.cog.c.1.& d.c.illa.& c. quãtò. de
diuor.ſpiritualis ergo fornicatio obſtat agenti de adulterio.
quod intelligo verum, cũ agitur ciuiliter ad ſeparationẽ tho
ri.criminaliter autẽ agendo non videtur, ꝙ tali relatione cri
minis accuſatus valeat ſe tueri.qđ dic, vt l.2.§. ſi publico.ff.
de adult.& l.cũ mulier.ſolu.ma.per Doc. ¶ Circa pdicta q̃ri
4 tur.† q̃ ſint differentiæ inter carnalẽ,& ſpiritualẽ fornicatio-
nẽ. dicit Io.An.ꝙ plures:quia carnalem ſufficit ſemel cõmi-
ſiſſe.vt fiat diuortium,etiã ſi pœnitentia præcedit ſententiã.
Sed in ſpirituali ſi conuerſio ſententiã præceſsit, ſñia poſtea
ferri non poterit. 28. q.1.c.non ſolũ. & colligitur hic. Item
ſpiritualem poſt pœnitẽtiam tenetur coniunx remittere: nõ
carnalem.de hoc in glo.Item carnalis interdum facit proue
nire bigamiam:ſpiritualis non,vt in glo.Item in carnali po-
teſt interuenire abſoluta violentia,ſaltem ex parte mulieris:
in ſpirituali quò ad hæreſim,non.32.q.5.c.ita ne. ex hoc ſe-
quitur aliud,ꝙ vis abſoluta excuſat in vna,nõ in altera.Item
in carnali excuſaret interdum ignorantia: in ſpirituali non.
primum probatur.34. q.2.c.in lectum.ſecundum.28.diſt.c.
qui ea.Itẽ ſunt & aliæ differentiæ:quas conſequi,laborioſum
eſt magis,q̃ ſubtile:ſi vis,videas hic in nouella &c.

# [a] De conuerſione [a] infideliũ.

VIſo de conuerſione coniugatorum, ad religionẽ tranſeuntium:ſubmittit de alia conuerſione ipſorum,ſcilicet ad fidem. habetur de materia.28.q.1.& 2.facit 32.q.8.c.vno &c.

ADDITIO.

a ¶ De conuerſione infidelium.Infideles an ſint ad fidem cõpellendi. vide Io.de Tur.cre.in c.de Iudæis.45.diſt.& in c. pleriq;. de conſe. diſt. 4. in c.quia nos.23.q.4.Et an ipſi inuiti,ſiue coacti ſacramentum baptiſmi ſuſcipere teneantur:vide eundem pręalle.c.de Iudæis.

*S V M M AE.*

1 *Sarracenus,qui machinatione chriſtianæ mulieris ipſius maritum occidit: ſi cum ea matrimonium contraxerit, ſeparatur: licèt per eã ſit conuerſus ad fidem.*

2 *Sarraceni efficiuntur ſerui Chriſtianorum, quando contra eos eſt indictum bellum per principem.*

3 *Opem præbentes delicto, an puniantur eadem pœna, qua principaliter delinquentes.*

4 *Mulier, quæ machinatur in mortem viri, non poteſt occiſorem accipere in maritum: & ſi acceperit, debet matrimonium ſeparari.*

5 *Actus meritorius, & virtutis non compenſatur cum demeritorio, & pœnali.*

6 *Compenſatio non admittitur de offenſis erga dominum commiſsis ad obſequia ſibi impenſa.*

7 *Machinatio ſola, homicidio ſubſecuto, an ſufficiat ad dirimendũ matrimonium: vel requiratur adulterium cum vxore interfecti.*

8 *Vxor ſi non fuit machinata in mortem viri: tamen homicidium in perſona mariti à Sarraceno commiſſum ratum habuit: an poterit cum eo contrahere.*

1 LAudabilem. † Sarracenus, qui ma-
chinatione chriſtianæ
mulieris ipſius maritū occidit : ſi cum ea matrimo
nium contraxerit, ſeparatur : licèt per eam ſit conuerſus ad
fidem . ſecus ſi ſine machinatione illū occiderit. & ſunt duæ
2 partes.ſecunda ibi[ad hæc.] & quælibet ſubdiuiditur in con
ſultationem,& reſponſionē: vt de ſe patet. ¶No.primò,† ꝙ
Sarraceni erant in captiuitate chriſtianorum: & talis capti-
uitas facit eos ſeruos, quando cōtra eos eſt bellū indictum
per principem.& econuerſo noſtri, qui capiuntur ab eis,ſer
ui fiunt: ſed iure poſtliminij omnia iura recuperant, ſi reuer
tuntur.quod dic,vt ff.de cap. per totū.& l.lege Cor.ff.de te-
ſta. ¶Secundò not. ꝙ qñq; vnus cōmittit homicidiū ope,&
3 inſidijs alicuius.† Iſti aūt præbentes delicto opē vtrū eadē
pœna puniantur, qua principaliter delinquentes . dic, vt l.
is qui opem.ff.de fur.& l. non ideo minus.C. de accuſa. & l.
non ſolū.§.ſi mandato.& l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus.ff. de
iniur. & c. ſicut dignum . & c. ad audientiam.ĵ.de homici.
4 ¶Tertiò no.† ꝙ mulier, quæ machinatur in mortē viri,non
pōt occiſorem accipere in maritū . & ſi acceperit,debet ma
trimoniū ſeparari.Inducit ergo eccleſia impedimēta in ma-
trimonijs,prohibendo certas perſonas contrahere:licèt er-
go ſuper diſſolutione matrimonij iam contracti non habeat
eccleſia poteſtatem,vt dictum eſt.ŝ.tit. 1.c.ex publico.tñ po
teſt impedire per ſuā cōſtitutionem certas perſonas contra-
here. concor.ĵ.de conſang.& affi.c.non debet. quidam pro-
hibentur copulari, non lege canonica,ſed diuina,vt ŝ.de re-
5 ſti.ſpol.c.literas.¶Quartò not.† ꝙ actus meritorius, & vir
tutis non cōpenſatur cum demeritorio,& pœnali.concor.in
gl.2.& plenè.ĵ. de cleri.vel mona.c.non magno. & ſunt hæc
6 in arg.ſecundū Hoſtiē. † ꝙ de offenſis erga dominum com-
miſsis ad ſibi impenſa obſequia non eſt cōpenſatio admittē
da: ſicut nec de peccatis ad bona opera. arg. contra de pęni.
& remiſsi.c.3. vide de iſta materia in ſimili.ff. de admini.tu.
l.cum quæritur.& l.Caius.de vſur.qñque tamē ſubſequentia
merita exigunt iniuriam præcedentem,vt l.in ipſius.C.fami.
erciſcun.ibi[cum poſteriora eorū talia merita deprehendan
tur.vt ira dñi potuerit mitigari.]¶Quintò no.in ver.ad hoc.
coniūcto primo reſponſo.ꝙ aliud ſtatuitur in homicidio ma
chinato ſpecialiter cōtra vnū : aliud in homicidio contingen
te caſu.illud enim non ita iura puniunt,ſicùt iſtud:quia iſtud
inducit impedimētū cū vxore occiſi:iſtud nō. differentia er-
go horum duorum caſuū conſiſtit tātūmodo in machinatio
ne.concor.ĵ.de homi.volun. & caſu. per totū.& l.1.ff.ad le-
7 gē Cor.de ſicca. ¶Quærit Io.An.† vtrū ſola machinatio,ho
micidio ſubſecuto, ſufficiat: vel requiratur adulteriū cū vxo
re interfecti,vt dr.ĵ.de eo,qui duxit vxo. quā pol. c. ſi.Hoſt.
tenet,ꝙ ſufficiat homicidiū procuratum ſine adulterio. Ioā.
And.arg.huius.c.& aliorū iurium dicit,ꝙ ſi vterque contra-
hētium fuit in culpa,habeat locū hæc Decreta.ꝙ tunc ſuffi-
ciat, machinatū homicidiū ſine adulterio. ſi alter tantū ſci-
uit:tunc putat ꝙ neceſſarium ſit adulterium. & ita loquitur.
31.q.1.c.ſi quis ſuadente.& c.ſignificaſti.infra de eo,qui du-
xit.cum enim non ſit iuris ſcripti, propter alterius ſolius ma
chinationem,matrimonium non diſſoluam : licèt fateat im-
pediri.& ſic loquitur Hoſti.ꝓ ſua opinione adducit Io. And.
regulā,quā tradit Hoſti.ĵ.de cog.ſpi.c. 2. ¶ Oppo. & vide-
tur,ꝙ nō impedit matrimoniū cū illo, q virū huius dominæ
eius inſidijs interfecit . quia peccatū homicidij in baptiſmo
deletur.25.diſt.c.deniq;.& eius ſequela. 100. diſt. c.vna.ſo.
peccatū & ſi tollatur ex parte Sarraceni occidentis:remanet
tñ ex parte mulieris machinantis.vel melius,tollunt peccata
in baptiſmo: ſed non impedimēta.26.diſt.c. acutius. & ideò
licèt peccatū fornicationis, vel adulterij tollat in baptiſmo:
remanet affinitas, ſecundū Ioan.An.¶Secundò quærit glo.
8 pone, † ꝙ vxor non fuit machinata in mortē viri:tamen ho-
micidium in perſona mariti à Sarraceno commiſſum ratum
habuit:an poterit cū eo cōtrahere.videtur,ꝙ non. quia rati-
habitio mandato cōparat,vt in reg.rati.de reg.iu.lib.6.con-
trariū tenet glo. & bene. cum.n.hic requiratur machinatio
ante factum (& ſic certo tpe) ratihabitio non pōt trahi ad tē
pus retro:quo debuit machinatio præcedere, & nō ſemper:
quia contra occiſum machinatio homicidij non cadit. defi-
cit ergo extremū à quo : quod trahi non poteſt ad extremū
ad quod.vt tu iuriſta habes in materia fictionū.pro hac glo.
adduco l.bonorum.ff.rem ra.ha.quæ eſt notabilis.

*S V M M AE.*

1 *Coniugatorum infidelium vnus ſi ad fidem conuertitur : alter non. an ille, qui conuertitur, poſsit aliam ducere : ita quòd matrimonium prioris ſoluatur.*
2 *Filius quare magis apud matrem, quàm apud patrem ſit educādus.*
3 *Filius matri ante partum, in partu, & poſt partum dicitur oneroſus, & laborioſus. fallit in partu Virginis glorioſæ.*
4 *Iudæi (ſicut & Chriſtiani) habent filios in poteſtate.*
5 *Pater habet filium in poteſtate, non mater.*
6 *Ius patriæ poteſtatis in quibus conſiſtat.*
7 *Filius apud quem ſit educandus.*
8 *Filius tenetur alere patrem, ſi pater ſit inops.*
*Pater tenetur alere filium.*
9 *Pater in omnibus caſibus, in quibus poteſt filium exhæredare, poteſt ei alimenta denegare.*
10 *Pater qua actione poſsit petere filium in poteſtate ab alio detentum voluntariè, vel coactè.remiſsiuè.*
11 *Mater ſi ad fidem conuertitur : an communis proles debeat ſibi aſſignari.*

EX literis. Si,vxore in iudaiſmo relicta,
Iudæus ad fidem cōuertitur:
cōmunis proles aſsignatur eidem . ſunt duæ par-
tes,conſultatio,& reſponſio.ſecunda ibi[cum autem]conſul
tatio verò duo facit . primò ponit petitionem viri. ſecundò
defenſionem mulieris ibi [ad quod. ] reſponſio etiam Papæ
1 quadruplicem præmittit cauſam,vt in tex.patet. ¶ No.† pri
mò,ꝙ quandoq; vnus coniugatorum infidelium ad fidē cō-
uertitur , alter non. an aūt ille, qui conuertitur,poſsit aliam
ducere : ita ꝙ matrimonium prius ſoluatur. dic , vt ĵ. de di-
uor.c.quantò.& c.gaudemus. ¶ Secundò no. ꝙ inter patrē,
& matrem eſt quæſtio, penes quem debeat filius educari.
quandoque inter matrē,& cōſanguineos filij , cum mortuus
eſt pater.quandoq; inter conſanguineos inuicē.& quid iuris
in his caſibus:dic,vt no.ff.& C.vbi pu.edu.de.¶ Quintò no.
in ver.ad quod.rationes matris,quare debeat apud eam edu
2 cari.† quia magis participat de labore:q̃ pater.& participās
de natura duorum,illi attribuitur,de quo magis participat,
3 vt l. quæritur. de ſta.ho.¶ Quartò not.† ꝙ filius matri ante
partum,in partu,& poſt partū dicitur oneroſus , doloroſus,
& laborioſus.fallit in partu Virginis glorioſæ : quæ(ſecundū
beatum Bernardū) concepit ſine pudore: portauit ſine gra-
uamine:& peperit ſine dolore. ¶ Quintò no.in verſi.cum au
4 tem.† ꝙ Iudæi,ſicut chriſtiani,habēt filios in poteſtate. a qđ
a ergo dicitur,ius patriæ poteſtatis competere Romanis. per
Romanos accipe omnes , qui conſiſtunt in Romano Impe-
rio,etiam ſi Iudæi ſint:vel aliter infideles, vt C. de ince.nup.
l. 4.habent ergo Iudæi filios in poteſtate, quos ex iuſtis nu-
ptijs ſuſceperunt.vt Inſti.de pa.pote. in prin. Iudæi verò iu-
ſtas nuptias habent,vt ĵ.de diuor.c.gaudemus.& ius præci-
pit: ne eis aliqua iniuria inferatur. ĵ.de Iudæis.c.ſicut.& do-
minia rerum habēt. quod dic,vt ĵ.de voto.c.quod ſup his.ꝑ
5 Inno. ¶ Sextò not. † quòd pater habet filium in poteſtate,
6 non mater.vt Inſti.de adop.§.fęminæ. † Iſtud autem ius pa-
triæ poteſtatis cōſiſtit in multis. primò in bonorū, quæ filio
obueniūt,libera adminiſtratione : in cōmodo vſusfructus:
in exercitio actionum : quæ competunt patri in bonis filij,
vt C.de bo.quæ libe.l.cū non ſolū. & per totum titulum. Itē
in pupillari ſubſtitutione,& dominij continuatione, propter
exiſtentiam ſuitatis,vt ff.de vulg.& pu.l.moribus.& l.cōmo-
diſsimè.de libe.& poſthu.Item in tutoris datione,vt l.1.ff.de
confir.tu.& in teſtamēti paterni expugnatione. quod hodie
etiā emancipatis competit.quod dic,vt l.Gallus.ff.de libe.&
poſthu.per Bar.Io.An. hic tangit de exercitio actionis iniu-
riarum,quæ competit patri ex perſona filii paſsi iniuriā. qđ
dic, vt l.filius.ff.de procu.& l.1.ff.de iniu. ¶Septimò no.reg.
7 † apud quem debet filius educari. nam debet educari apud
perſonas,de quibus non ſit ſuſpicio,ꝙ ſaluti eius,vel vitæ de
beant inſidiari.quod dic,vt in glo.no.ꝙ &c.¶Octauò colli-
8 ge,ꝙ † pater tenetur alere filiū.& econuerſo filius patrem,ſi
ſit pater inops:filius verò diues.imò in caſu neceſsitatis poſ
ſet pater eum vendere.quod dic,vt C.de pa.qui fi.di.l.1.ma-
ter verò an alere teneatur. & ſi alit : an poſsit expenſas tales
alimentorum à filio , vel à patre repetere. dic,vt l.alimenta.
C.de neg.geſt.& ff.eod.tit.l.Neſennius.& plenè dixi.ĵ.de eo
qui duxit vxo.c.cū haberet.& tene in hac materia educatio-
9 nis filiorū, † ꝙ in omnibus caſibus, in quibus poteſt pater fi
liū exhæredare,poteſt ſibi alimēta denegare. vt dixi.ŝ.de iu-
10 reiur.c.Quintauallis.¶ Quærit glo.† qua actione pater pōt
petere filiū in poteſtate ab alio detētū volūtariè , vel coactè.
dic,vt in glo.1.& per Roſ.in titu.de libe.exh.& in tit.de pri-
ui.in rē ac.quæ datur contra filium.& ff.de rei vend. l.1.§. ꝑ
hanc.vbi glo.iſti ſimilis.¶ Secundò quæro ecōuerſo à tex.
11 pone,† ꝙ mater ad fidem conuertitur:an cōis proles debeat
ſibi aſsignari.vr̃,ꝙ ſic, per rationē literæ[ꝙ educari, & mo-
rari nō debet apud perſonas] &c. Itē ꝓ matre facit fauor ſi
dei.Itē q̃a pater dat cauſam diuortij : quæ vxorem non ſeq-
tur.& hanc patrē tenet Hoſti.q dicit, ꝙ Gregorius potuiſſet
iſtum tex.breuiorē facere,ſic dicendo.ſi quis duorū cōiugun
ad fidem cōuerſus fuerit:in infidelitate altero remanēte,libe
ri infantes conuerſo adiudicentur:doli verò capaces ſuo ar-
bitrio relinquantur.& ſic dicit tenendū.

ADDITIO.

a ¶ In poteſtate . vide amplè de hoc in c. & ſi Iudæos. infra de iude. per Io. And.

# De voto, & voti redemp.

VIſo de tranſitu ad religionē, per quem
votum emittitur:vel emiſſum ſolemniza-
tur.nunc de voto,& eius redemptione eſt
videndū. habetur materia. 17.diſt.& 27.
q.1.per totum.facit.32.q.2.c. vlt. repeti-
tur in 6.conuenit de fide inſtru.c.quod ſu
per.& lib.6.de reg.c. qui poſt votum. & cle.2.de pœnitētijs.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopus ex cauſa cōmutare poteſt votum peregrinationis in aliud, quod ſit Deo magis acceptum.*
2 *Debitor poteſt aliud pro alio ſoluere Deo ex cauſa.*
3 *Voti commutatio, & redemptio facienda eſt ex cauſa. Et ſuperioris auctoritate.nu.4.*
5 *Votorum commutatio eſt arbitraria, ſicut & pœnitentiæ impoſitio.*
6 *Iudex poteſt commutare pœnas, & ſimilia.*
7 *Papa an poſsit diſpenſare in voto caſtitatis.*
8 *Epiſcopi an poſsint diſpenſare in votis.*

1 DE peregrinationis. † Eps̄ ex cā
cōmutare pōt votum peregrinationis in aliud,
quod ſit Deo magis acceptum. ¶ Not. primò,ꝙ duplex eſt
quęſtio,quæ in tex. proponitur. ſ.an poſsit redimi . Item an
cōmutari . redemptio deſignat abſolutionem obligationis à
voto,aliquo dato,vel facto.commutatio non extinguit obli-
gationē: ſed alterat,& vnam in aliam transfert.& poteſt dici
nouatio,quæ eſt vnius obligationis in aliam transfuſio.vt ff.
2 de noua.l.1.collige ergo , † ꝙ ex cauſa debitor poteſt aliud
pro alio ſoluere Deo. homini verò an aliud ꝓ alio poſsit de-
bitor ſoluere,inuito creditore.dic,vt l.2.ff.ſi cer.pe. ¶Secun
3 dò no. † ꝙ cōmutatio,& redēptio voti eſt fiēda ex cā:& cau
ſæ multæ, de quibus quædam in tex. & ſuper alijs poſſumus
magis exēplo inſtrui, q̃ verbo, vt in ſi. dicit tex.ŝ.de dona.c.
4 apoſtolicæ.¶Tertiò not. † ꝙ cōmutatio,vel redemptio fieri
debet ſuperioris auctoritate : & ab eius dependet arbitrio.
non ergo vouēs pōt ſuo arbitrio hoc facere.32.q.ſi.c.vno.&
C.ne quis in ſua cā.l.vna. & collige ex eo , quod dicit [arbi-
5 trio.] † ꝙ votorū cōmutatio eſt arbitraria: ſicut & pœnitē-
tię impoſitio.ĵ.de pœn.& re.c.4.in quo arbitrio ſunt illa tria
conſideranda,quæ habentur.ĵ.eod.c.magnæ.qualitates etiā
perſonæ vouentis,& voti cā,tp̄s, & locus,vt ŝ. de trāſac.c.ſi.
6 ¶Quartò no.ar.ſecūdū glo.primam.† ꝙ iudex poteſt com-
mutare pœnas. & ſimilia contraria ſunt in glo.de hac mate-
ria,an iudex poſsit augere , vel minuere pœnā iuris . dic per
Inno.ŝ.de cōſti.c.1.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,
7 qui notan.infa.per Doct.¶ Oppo. dicitur hic,† ꝙ votū pōt
cōmutari.cōtra ſi quis vouit caſtitatē : vel profeſſus eſt ſub-
ſtantialia regulæ,non pōt Papa cōmutare,vt patet.ĵ. de ſta.
mo.c.cum ad mona.in ſi.& in iur.alleg.in glo.fin.ſol.vt in ea.
a ex qua habes , ꝙ Papa non pōt diſpēſare in voto caſtitatis. a
Idem tenent Vin.Phi.& Tan.Sed Alan.contra, cū quo tenet
Hoſt. qui dicit Papam diſpenſare poſſe in voto continentiæ
propter maius bonū : vt ſi rex infidelis velit cū regno ſuo ad
fidē conuerti:Papa diſpenſare poſsit,ſi velit,ꝙ poſsit accipe
re in vxorē monacham profeſſam chriſtiani regis filiam.Nō
obſtat canon,quē allegat gl.quia intelligitur cū alijs virtuti-
bus.nam nec virginitas ſine baptiſmo, & ſine charitate ad vi
tā æternā prodeſſet. vnde qñq; continētia materiā incōtinē
tiæ ſubminiſtrat.vnde in Hieroniano.c.3.is verò cōtinēs eſt,
qui vniuerſa mēbrorū officia malis affectibus ſubtrahit : &
cogitatū à tota nequitia compeſcit.Non obſtat Eccl.26. ibi
[omnis pōderatio non eſt digna animæ cōtinentis.] qui in-
telligitur de ſpirituali continentia , per quam quis cōtinet à
peccatis.quod patet,quia non dicit [carnis continentis : ſed
8 animæ.]&c.¶Quærit gl.1.† vtrùm epi poſsint in votis diſpē
ſare.dicit ꝙ illud.c.facit,ꝙ ſic.& hoc ex eo patet,quia dirigi
tur epo Oxoneñ. vt patet ex ſupraſcrip. ex quo infert Inno.
ꝙ epiſcopi, & ſuperiores poſſunt vota commutare : inferio-
ribus autem hoc nō licet,ar.huius.c.Sed Hoſtien.dicit, ꝙ ex
hac litera potius ſumitur ar.contrarium.ibi[ab eius.qui præ
ſidet] &c. fatetur tamen Hoſt.hanc gl. & Inno. verum dice-
re,& de conſuetudine,ꝙ epiſcopi, & minores in votis diſpen
ſant. ad hoc de exceſsi. præ. c. accedentibus. & ita eſt anti-
qua interpretatio huius Dec. excipitur votum vltramarinū
continentiæ,& ſubſtantialia regulæ ĵ.c.proxi.c.cum ad mo-
naſterium.in ſi.& hoc de cōmutatione.de redēptione autem
ipſorum quatuor ſunt opi.no.in ſumma eo. titu.§. vtrùm,&
per quem.& quod dicatur votum voluntarium, & quod ne-
ceſſarium ibi, quot ſunt ſpecies votorum.

ADDITIO.

a ¶ Caſtitatis. Adde an poſsit diſpenſare in voto ſolemni continentia. Io. de Tur.cre.in c.de clerico.32.diſt.

*S V M M AE.*

1 *Papa commutat votum vltramarinum in his maximè, qui in ætate puerili vouerunt.*
2 *Votum emiſſum à puero præſumitur factum potius ætatis facilitate, quàm diſcretionis arbitrio.*
3 *Promiſsio facta ab impubere eſt efficax in effectu: licèt cōmutabilis.*

4 *Duo poſſunt contrahere ſocietatem in eundo ſimul Romam: vel ad ſepulchrum Dominicum.*
5 *Commutatio voti non debet eſſe vberior, & pinguior: quàm votum emiſſum.*

1 VEnientis. † Commutat Papa votū vltramarinū, in his maximè,
qui in ætate puerili vouerunt. & duo facit. primò
ponit formā voti. ſecūdò eius abſolutionē, & cōmutationē,
2 ibi [nos aūt.] ¶No. primò, † ꝙ votum emiſſum à puero præ
ſumitur factū potius ętatis facilitate, q̃ diſcretionis arbitrio.
& tñ non in totum abſoluit: ſed in eleemoſynas cōmutatur.
3 † tenet ergo ꝓmiſſio facta ab impubere, & vr̃ efficax in eſſe
ctu: licèt cōmutabilis in alijs promiſsionibus, q̃ voti. an impuberes
obligentur: vel alios ſibi obligē. dic, vt l. interdū. de
4 condi. inde. & Inſti. de inuti. ſtip. §. pupillus. ¶Secūdò no. † ꝙ
poſſunt duo contrahere ſocietatem in eundo ſimul Romā,
vel ad ſepulchrū Dñicū. & potius appellat talis comes, q̃ ſo
cius, iuxta no. in cle. 1. de pœnis. ¶Tertiò no. in ver. dummo-
5 do. † ꝙ cōmutatio non debet eſſe vberior, & pinguior, q̃ votū
emiſſum. hoc enim votū eūdi Hieroſolymā cōmutatum in
eleemoſynas. qđ vni pauperū toto tpe &c. pro hoc. c. ſ̃. ꝓxi.
ibi [ꝙ melior fuerit: ideò magis accepta] &c. & tñ illud me
lius à ſeipſo vouēs faciēdo ſine ſuperioris auctoritate, nō ſe
eximit ab obligatione. ¶Oppo. & vr̃, ꝙ pueritas reddat vo
tū proſus nullū, vt patet in voto religionis. ſ̃. de reg. c. ſignificatū. ſo. dicit glo. iſte erat doli capax, qui obligaretur diabolo. de delic. puero. c. 1. ergo & Deo. ¶Secūdò oppo. & vr̃,
ꝙ Papa non potuerit hunc abſoluere ab obligatione, qua ſo
cio tenebatur, vt l. reſcripta. l. nec dānoſa. & l. quoties. de pre
ci. Impe. offe. & C. ſi contra ius, vel vti. pu. ſol. dicit gl. ꝙ hoc
potuerit Papa ex plenitudine poteſtatis: ſed hoc non placet.
qa obligationē, quę eſt de iure naturali, nō pōt Papa, vel Im
perator tollere ſine cã, vt not. ſ̃. de conſti. c. quæ in eccleſiarū. & per Inn. vel dic, ꝙ illa obligatio, qua tenetur ſocio, eſt
acceſſoria ad obligationem voti: ſed qa abſolutio, & cōmutatio voti eſt in poteſtate Papæ, vt ſ̃. c. 1. ergo & acceſſoria
facta homini. quæ ſolu. eſt no. limitatio ad prædictam l. reſcripta. & l. quoties. vel dic, ꝙ iſte nō erat propriè ſocius. qa
ſocietas contrahit ad lucrū, ſiue queſtū. eſt ergo iſte propriè
comes, vt dixi. ¶Tertiò oppo. hic dicitur, ꝙ votum ex falſitate emiſſum obligat: ſed cōtra. ſ̃. de regu. c. ad noſtram. Sol.
vt in glo. penul. quæ adducit hunc tex. ꝙ obliget. quod ex eo
probat: quia eſt neceſſaria abſolutio. Io. An. remittit ad not.
per eum. ſ̃. tit. 2. c. dudum. ſuper glo. 3.

SVMMAE.

1 *Proponens ſimpliciter religionem ingredi: licèt non ingrediatur: non non eſt reus voti.*
2 *Imperfecta oratio non ſuppletur: vbi quod reſtat, non habet neceſſariam conſequentiam ad expreſſum.*
3 *Propoſitum in mente cōceptum nō obligat hominē homini: nec Deo.*
4 *Proponens, deliberatione præcedente, continere, vel peregrinari, illud facere tenetur, etiam ſi voce non expreſſerit.*
5 *Tria ad votum neceſſariò requiruntur.*
6 *Proponens ſeculum relinquere: ſi ea intentione recepit habitum, obligatur irreuocabiliter: & dicitur votum ſolemne.*

1 LIterarum. † Simpliciter proponens religionem ingredi: licèt non ingrediatur, non eſt reus voti. & primò ponitur cōſulta
tio. ſecūdo reſpōſio. ¶No. primò, ꝙ iſte meticuloſus men
tis cōceptum incœpit exprimere, nec perfecit. licèt ergo im
perfecta oratio ſuppleatur à iure, vt l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de
2 hære. inſti. † tñ nō ſuppletur, vbi quod reſtat, nō habet neceſſariā conſequentiā ad expreſſum, vt hic erat. iſta enim verba
[non diu hic morabor] non ſolū poſſunt adaptari ad mutationē vitæ: ſed ēt ad mortē, & tranſitū ad aliū locū. qđ ergo
multipliciter exponit, eius veritas ignoratur. ¶Secundò no.
3 † ꝙ ſicut propoſitū in mente conceptū nō obligat hoīem, vt
l. ſi repetēdi. C. de condi. & demon. ita nec Deo. qđ eſt verū,
qñ ſtatutū eſt in ſolis finibus cogitationis: quia primi motus
hoīum non ſunt in eorū poteſtate. ſecus ſi firmauit in mente
aliqd Deo facere, vel relinquere. tūc enim quò ad Deū (qui
interrogat cor, non manū. 1. reſponſo. 16.) efficaciter obliga
tur. facit l. cogitationis. ff. de pœn. & in illo articulo quò ad
obligatū voti no. poſt Ab. votū initiari, confirmari, & cōſum
mari, initiat, cū ꝓpoſitū in aīo ſeminatur. & ex hoc non obli
gatur qs Deo, nec Eccleſiæ. 17. q. 2. c. Cōſaldus. nā ſm̃ Hoſt.
ſi ex prima deliberatione quis obligaret, pauci (& præcipui
ſtudentes) eſſent, qui nō eſſent obligati religioni. Cōfirmat,
cū ſup ꝓpoſito fingit, & firmat deliberatio: & iſte apud Deū
4 obligatus eſt. † vnde ſi quis, deliberatione præcedente, ꝓpoſuit continere, vel peregrinari: illud facere tenetur, ēt ſi voce
non expreſsit. 17. q. 1. c. q bona. ſed eccleſia hunc nō coget,
quæ nō iudicat de occultis, vt c. vt noſtrum. ſ̃. vt eccle. bene.
niſi id confiteat. Conſummat, cū propoſitū deliberatū, & fir
matū corde exprimitur ore. & tunc coget Eccleſia. ĩ. eo. c. ꝑ
tuas. & dicam. ĩ. c. ꝓximo. Et iſta expreſsio intentionis eſt
vtilis: vt nō ſolū à fractione deſiſtant amore Dei: ſed ēt pp re
5 uerētiā hoīum. † Ex p̃dictis igit patet, ꝙ tria ad votū neceſſa
a riò requirunt: deliberatio voluntatis: ꝓpoſitū: & promiſsio,
in q̃ a pcipitur ratio voti. vnde dr̃ Pſal. 65. Reddā tibi vota
mea: quæ diſtinxerunt labia mea. & de hac materia no. beatus Tho. ſecunda ſecundæ. q. 87. artic. 1. qui tenet, vt dixi. &
6 per iſta inferas, † ꝙ ſi quis proponens ſeculū relinquere, cū
ea intentione recepit habitum, obligatur irreuocabiliter, &
propter impedimentũ.nã ſi eſt tẽporale,reſurgere põt:ſecus
6 ſi perpetuũ.s̃.de renun.c.poſt tranſlationẽ.† ſic & is, qui p-
cuſsit clericum:ſi habet impedimentũ ꝑpetuum, abſoluitur:
nec iurat de eundo ad curiã.ſecus ſi habet tẽporale. de ſent.
7 excõ.c.q̃uis. † Impedimẽtũ ergo,etiam perpetuũ, ab obli-
gatione non liberat:ſed præbet cauſam cõmutationis. & col
lige ex hoc, quòd ſi impedimẽtum non ſubeſſet: cogeretur
quis ſimpliciter adimplere, quod vouit. regulariter verò in
obligationibus facti non tenetur quis ad factum præcisè:ſed
ſuccedit obligatio ad intereſſe,vt l.ſtipulationes nõ diuidun
tur.verſi.Celſus.de ver.oblig.¶ Sextò no.ibi [ac rerũ facul-
8 tate penſata.] &c. † quòd Deo non obligatur vouens,niſi in
quantum facere põt: in hoc autem facere poſſe habetur rõ
de laboribus ſuis. & idem credo in illis, qui iuris beneficio
non tenẽtur,niſi in eo, quod facere poſſunt, vt dixi.s̃.de ſo-
lu.c.Odoardus.nã licèt exigantur,deducto ne egeant,vt l.in
condẽnatis.de reg.iur.tamen ſi de iuſtis laboribus poſſunt ſi
bi victum quærere: nihil eis reſeruandum eſt, vt not.ff.ſolu.
9 ma.l.ſi maritus.¶ Septimò not.† quòd ille,qui tenetur ad fa
ctum(vt peregrinari in ſubſidium terræ ſanctæ) tenetur hoc
facere ſuo ſumptu. vnde ſi quis promiſit pro me ire Romã:
vel in exercitum,ſuo ſumptu ire tenetur. vt l. ſuo ſumptu.ff.
10 de ope.lib. † vnde vaſallus tenetur ſequi dominum proprijs
a expenſis, [a] quod dic,vt l.Mæuia.ff.de an.le. de ꝓcuratore &
alijs,qui adminiſtrant facta aliena:vtrũ poſsint imputare ex
pẽſas.dic,vt l.qui proprio.ff.de procura. & l. à tutoribus. de
admini.tuto.In iudice,teſte,notario,& alijs dic,vt c.ſtatutũ.
11 de reſcrip.lib.6.§.inſuper.¶ Octauò no.† ꝙ in commutatio
ne voti habetur cõſideratio expenſarum, quas facturus erat
12 vouens, & etiã laborum concor. ſup.cap. prox.ad fin.† ſuc-
cedanea ergo obligatio debet ad naturã primæuæ(quãtũ eſt
poſsibile) adæquari in quantitate, & qualitate: vt expẽſæ cũ
pecunia,& labor cum labore, vt s̃.c.proxi.ibi[labores labo
ribus recompenſes] &c. generis.n.ad idẽ genus videt̃ bona
compenſatio: ſed non vnius generis ad diuerſum genus.fa-
cit quod no.Bal.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſo. ma.la-
bor.n.perſonæ non põt pecunia cõpenſari: quia non recipit
æſtimationẽ,vt dicit gl.quæ incipit.ieiunijs &c. ¶ Nonò no.
13 ibi [exequẽtes per alios]ꝙ † votũ põt vouens per aliũ expli
carè.de quo.s̃.eod.c. licet.alia aũt facta, ad quæ eſſet aliquis
obligatus (vt ad lecturã, aduocationem,& ſimilia) an poſsit
facere per aliũ.dic,vt.s̃.de offi.deleg.c.ſi.& l.nemo eſt q ne-
ſciat.de duo.reis.¶ Decimò no.in verſi.rurſus. ꝙ idẽ votũ.ſ.
peregrinationis aliam recipit æſtimationem, ſi emittatur in
ſubſidium terræ ſanctæ:aliã,ſi ꝓ peccatis iter faciat.alij.n.ad
vnũ factum cenſentur idonei:ad aliud inexperti. vnde Impe
rator ait[non oẽs per omnia: ſed certi per certa meliores,&
deteriores]&c.aliud.n.alij natura iter oſtẽdit. ¶ Vndecimò
14 no.ibi[ſecundũ intentionẽ vouẽtis] &c. † ꝙ in voto attendi
tur vouentis intentio plus,q̃ verba, vt s̃.c.proxi.de quo.s̃.de
reg.c.porrectum. quid ſi circa pœnitẽtiam impoſitã oriatur
dubiũ.dic,ꝙ pœnitens non debet ipſe interpretari: ſed is, q
iniunxit: cuius dicto pęnitens ita tenetur ſe ſubmittere ꝓ ſa
lute animæ: ſicut æger medico pro ſalute corporis. de pęni.
15 diſtin.5.c.conſideret. ¶ Duodecimò no. † ꝙ aliquis eſt im-
potẽs ad bellandũ:tñ potẽs eſt ad ambulãdũ.iſte ſi emiſit vo
tũ pro ſuccurſu,põt redimere. quod intellige verũ, ſi in to-
tũ eſt inutilis. in Authen.de quæſtio.col.6. Si autẽ ſint ribal-
di robuſti,& fortes: tñ viles,& puſillanimes; debent ire pro
ſubſidio. quia neceſſarij ſunt ad onera portãda:& ad foſſata
implenda. nã & mechanici,& artifices, ſi ſibi ad victũ ſuffi-
ciunt, ſunt cogendi ire in ſubſidium:& medici, phyſici, ac
chirurgici.facit l.ſcriniarios.C.de teſta. mili. cũ ſimi. ibi no.
16 ¶ Decimotertiò no.in §.de mulieribus.† ꝙ vxor tenetur ſe
qui virum peregrinantem in ſubſidium terræ ſanctæ. ſi verò
alibi peregrinaretur.dic,vt no.in c.1.de coniu.lepro. & Bar.
in d.l.Mæuia.de an.le.& vide,qđ no. Ioan. An.de ſepul.c.de
vxor.& qui ma.ac.poſ.c.1.¶ Decimoquartò no.in verſi. rur
ſus qui pro defenſione,&c.ꝙ Papa tolerat, & concedit acceſ
ſum ſingulis pro defenſione terræ ſanctæ ab infidelibus.ad-
uerte,quòd dicit pro defenſione. nam hic ſumpta occaſione
17 proſequit̃: † an poſsit Papa indulgentias concedere chriſtia
nis pugnãtibus contra infideles: & an eorum terras, & loca
poſsimus licitè inuadere, & occupare: ita ꝙ efficiantur oc-
cupantium. videtur,ꝙ non.quia Deus omnipotens,& redẽ-
ptor noſter(cuius eſt terra,& plenitudo eius.s̃.de deci.c.tua
nobis.)ſubiecit omni rationabili creaturæ:propter quã om-
nia fecit.Gene.1.& ff.de vſuris.l.in pecudum.poſſeſsiones.n.
iuriſdictiones,& dominia non tantùm pro fidelibus:ſed pro
omni rõnabili creatura à Deo ſunt ordinata. qui ſolẽ ſuum
oriri facit non ſolũ ſuper bonos:ſed etiã ſuper malos:& om-
nia volatilia paſci. Matt. 5.& 6.& pſal.9.dat eſcã omni car-
ni.ex his patet,ꝙ dominia, & poſſeſsiones poſſunt eſſe apud
infideles ſine peccato: nec eis poſſunt per violentiam aufer-
ri.quia generaliter ſcriptum eſt Exo. 20. Nõ furtum facies.
in quo omnis rapina,& omnis violẽtia prohibetur, vt patet
14.q.5.c.1. vſque ad §.contra.in Exodo. hoc etiam patet.1.
Pet.c.2.Serui obedite in omni timore dñis,nõ tãtũ bonis, &
modeſtis:ſed diſcolis,& prima ad Thi.6. Quicunq; ſunt ſub
iugo ſerui.dños ſuos omni honore dignos arbitrẽtur. & hoc
tenet Inno.ſ.dominia,iuriſdictiones, & ſimilia iura eſſe pe-
nes infideles:qui tñ non inferant chriſtianis guerrã, vel mo-
leſtiã. Hoſt. dicit, ꝙ in aduentu Chriſti omnis honor,omnis
principatus,& omne dominium, & iuriſdictio de iure,& ex
cauſa iuſta,& per illũ,qui ſupremã manũ habet, omni infide
li ſubtracta fuerit.probatur Eccleſ.10.Regnũ à gente in gẽ-
tem transfertur propter iniuſtitias,contumelias,& diuerſos
dolos.quod hic factũ ſic probatur.s̃. de conſti.c.tranſlato.&
hoc in perſonam Chriſti filij Dei viui: qui non ſolũ ſacerdos
fuit:ſed & rex.Lucæ.1.ibi [Regni eius non erit finis.] vnde
ipſe Matt.21.[Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur gẽ
18 ti facienti fructus eius.]fatetur tñ Hoſt.† ꝙ infideles,qui do
minium Eccleſiæ recognoſcunt, ſunt ab Eccleſia tolerandi:
& poſſunt habere poſſeſsiones,& colonos chriſtianos,& etiã
iuriſdictiones ex tolerantia Eccleſiæ:quæ non cogit ipſos ad
fidem.quia oẽs ſunt libero arbitrio relinquendi: & ſola gra-
tia Dei in hac vocatione valet.23.q. 5. c. ad fidem. Infideles
verò,qui nec poteſtatem Eccleſiæ,nec dominium recogno-
ſcunt,nec obediunt,indignos regno, principatu iuriſdictio-
nis, & omni dominio iudicamus,ait Hoſt.in hoc ergo diſcre
pat Hoſti.ab vno Inno.quia Inno.firmat,ꝙ infideles,qui vo-
lunt nobiſcum quietè viuere, non ſunt in ſuis poſſeſsionibus
moleſtandi, nõ diſtinctè recognoſcant dominium Eccleſiæ.
necne.Hoſt.verò diſtinguit:vt cognoſcentes Eccleſiam in ſu
periorem iuſtè poſsideant: alij verò non.iſtã opi.Hoſt. ſeq-
19 tur Old conſi.68.¶ Secundò quæro:† quo iure rerum domi
nia ſint diſtincta. dicit Inn. ꝙ à principio poſſeſsiones,& bo
na alia non fuerunt in vllius bonis:niſi Dei. & ideò occupan
ti concedebantur, Deo approbante: cum dicatur Deutero.
11.Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.ſed
ex quò ſemel occupatus erat, nõ licebat alij occupare illud,
prohibente hoc lege naturali. qua cautum eſt,ne quis faciat
alij,quod ſibi non vult fieri,vt in principio Decre.& Prouer.
22.diuiſiones ergo dominiorum iure gen.introductæ ſunt.1.
diſt.c.ius gen.& no.s̃. de ſumma Trini.c.1. cõio.n.parit di-
ſcordias.& cõiter negligitur, quod cõiter poſsidetur,l.cum
pater.§.dulciſsimis.de leg.2.& C. qñ & qui. quar. pars de-
bea.l.2.poſt prin.lib.10. ſuper homines verò, tanquã ſuper
ſeruos.nullus habuit dñium ante ius gentium: ſed oẽs liberi
naſce-

naſcebantur.ff.de iuſti. & iure.l.manumiſſiones. & l. ex hoc
iure.de iuriſdictiõe quo iure ortũ habuit:dicit,ꝙ fortè Deus
dedit aliquẽ,vel aliquos,qui facerẽt iuſtitiã ſuper delinquen
tes:& datus eſt gladius ad vindictã malorũ, & laudem bono
rũ.ſ̃.de maio.& obed.c.ſolitę. omnis tñ poteſtas à dño Deo
eſt:& in cœlo contra angelos:in paradiſo cõtra hominẽ : in
mũdo, dũ poſuit diluuiũ,per ſeipſum iſta exercuit:& deinde
alijs tradidit.quod dic plenè per Inn.ſ̃.de fo.compe.c. licèt
ex ſuſcepto.¶ Tertiò quæro:cum dictum ſit,ꝙ infideles vo-
lentes pacificè nobiſcũ viuere, ſint in ſuis poſſeſsionibus to-
20 lerandi. † quare Eccleſia permittit ipſos moleſtari in terra
Hieroſolimitana : & dat indulgentias accedentibus ad expu
gnandum eos?dicit Inno.ꝙ Papa poteſt hoc iuſtè facere: cũ
illa terra conſecrata ſit natiuitate,cõuerſatione, & morte Ie
ſu Chriſti.& in qua non colitur Chriſtus, ſed Machometus.
vnde iuſtè bellũ eis ingeritur : vt incolatur à chriſtianis, &
ad ipſorum dominiũ reuocetur:nec diceretur de nouo quæ-
ri,ſed iam quæſita recuperari: cum olim Romanus Impera-
tor eã acquiſiuerit,& deinde iniuſtè noſcitur ſpoliatus: vnde
Romana(ratione Romani Imperij , quod obtinet) Eccleſia
iuſtè bellũ indicet:vt recuperet, quod ſuum eſt. & hac rõne
21 infert Inno.† ꝙ pro omnibus terris,& prouincijs,quas olim
habuerunt Romani Imperatores,poſſunt ab infidelibus au-
ferri.& per violẽtiam occupari.Nec ob. ꝙ Eccleſia non ha-
bet imperium:niſi in Occidente.96.diſt.c. Conſtantinus.qa
iſtud loquitur quò ad proprietatem : ſecus quò ad tuitionẽ,
& defenſionẽ . Sed dices ex quò licet nobis repetere terram
ſanctã,& alias regiones , quas Imperatores olim acquiſiue-
runt: ſi talis acquiſitio pridem facta præbet iuſtam cauſam
inferendi eis bellum pro recuperatione : ſimiliter verſa vice
repetere eis licet Italiã: Hiſpaniam:& alias prouincias nunc
chriſtianorũ: in quibus olim ipſi dominiũ habuerũt.ſi enim
principiũ conſideramus:prius prouincias, ciuitates, & loca
noſtra poſſederunt : quàm ad verũ lumen Chriſti chriſtiano
rum maiores ſe conuerterent.in dubio ergo videtur pro an-
tiquiori poſſeſsione iudicandũ , vt c.licèt cãm. de proba.ꝑ-
ſertim cum conſtet armis bellicis infideles ſuperatos his re-
gionibus fore deiectos.ex malo ergo principio. (ſclicet vio-
lento) incœperunt chriſtiani poſsidere: ergo nullo tpe præ-
ſcripſiſſe videntur,vt in reg.is qui in ius.de reg.iur.lib.6.Sol.
Inno.in verſi.ſed quęres quomodo põt &c.tangit illud,& ne
gat Romanũ Imperium quæſiuiſſe iniuſtè : nec hoc ſcimus
ꝓ certo : & credere debemus,quòd iuſtè : quia fortè prius ꝑ
violentiã illa loca perdiderunt : vel fortè per donationes, &
legitimos titulos ad eos legitimè peruenerunt : licèt poſtea
in eis multos rebelles inuenerint,& habuerint:quos vicerũt.
& probatur hoc.C.de rei ven.l.fina.& de peti.hære.l.cogi.&
de officio præfec.Afri.l.1.& 2.& quod not. de cele. miſſa.c.
cũ Marthæ.§.1.de ortu imperij , & an de iure oẽs reges de-
beant ſubeſſe Imperatori,vide pleniſsimè per Oldr.cõſi.64.
& aduerte quia iſtæ rationes tendunt ad oſtendẽdum,ꝙ ter
ræ infidelium ſubſint Romano Imperio quò ad protectio-
nẽ,non quõ ad proprietatem:ſicut in Imperatore dicimus in
l.bene à Zenone.C. de quadr. præſcrip.ſed quò ad illa , quæ
poſsident,quò ad dñium,ſinguli chriſtiani,ꝙ mala fide poſ-
ſideant:cum violenter infideles expulerint : quos conſtat in
pleno dominio,& proprietate fuiſſe priores,quã nos ſumus.
ratio prædicta Inno.nõ vr̃ ſufficiens. conſtat enim, ꝙ Italia,
& Hiſpania erant infidelium:ergo vr̃ eis licitum repetere:ſi-
cut nobis licitum dicimus occupare terrã ſanctam. Sol.dicit
Inno. domini harum terrarum cũ populis ſuis conuerſi ſunt
22 ad fidẽ:vnde bona ſequuntur dños ſuos. † quid ergo ſi popu
lùs ad fidem conuertitur:ſed dominus non vult cõuerti.dicit
Inno.ꝙ Papa põt ſuper fideles iuriſdictionẽ relinquere do-
mino infideli.arg.1.ad Thi. 6. propter periculũ tamen fidei,
vel ẽt fidelium poſſet cogi dominus ad recipiendum pretiũ,
vel cõmutationem.de iudi.c.fi. nã ſæpe quis amittit res ſuas
ſine culpa : ſed non ſine cauſa , fauore libertatis.C.pro qui.
cau.ſer.prę.lib.ac.l.1. multò ergo fortius fauore fidei,& reli
gionis: pro qua ſumma ratio facit.ff. de religio.l.ſunt perſo-
næ.de eccleſijs aũt dicit Inno. conſtat, ꝙ ea , quæ tunc iuſtè
poſsidẽt:quia non cõſtat, quis ante occupationẽ dñs fuerit:
in quo caſu prælato eccleſiæ, & potiſsimè Papæ facienda eſt
reſtitutio,tanquàm Chriſti vicario.& quidquid habent cle-
rici,pauperũ eſt.16.q.1.c.quoniã quidquid. habes ergo, qd
iuris de bonis infidelium,fidelium , & eccleſiarũ . bona autẽ
hæreticorum,& ſciſmaticorum auctoritate conſtitutionum
ſanctorũ patrum , & principum ſunt ab eis auferenda: vt ſic
maiori pœna afficiãtur, qui cœptã fidẽ reliquerũt:q̃ qui nũ-
quàm ſuſceperunt.ĩ.de hæreti.c.vergẽtis.cum ſi. ¶ Quartò
quæro.dictũ eſt.ſ̃. ꝙ ſi infideles nobiſcum quietè viuunt , &
Eccleſiæ dominium recognoſcunt , ſunt tuendi in bonis ſuis.
23 † quid ergo ſi delinquunt:quis eos puniet?& ſi nobis aduer-
ſi ſunt,quis poteſt contra eos licitè arma mouere? dicit Inn.
ꝙ Papa,qui generalis eſt vicarius Ieſu Chriſti.ſ̃.de tranſla.c.
1.& 2.habet poteſtatem non ſolũ ſuper Chriſtianos:ſed etiã
ſuper oẽs infideles.de Chriſto,ꝙ habuit,clarè liquet Matth.
vlti. [ Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo , & in terra.] &
Pſal. [ Deus iudiciũ tuũ regi da : & iuſtitiam tuã filio regis.]
Chriſtus verò hanc poteſtatem dedit Petro, & ſucceſſoribus
ſuis,dum dixit.[Quodcunq; ligaueris] &c. & iterũ . [ Paſce
24 oues meas.] Et per hanc poteſtatem dicit Inn.†ꝙ gentilis, b
b qui habet legem naturæ dũtaxat:ſi contra eam faciat, licitè
põt puniri per Papã.arg.Gẽ.19.vbi habes, ꝙ Sodomitæ, q
contra legem naturæ peccabant, puniti ſunt à Deo.vnde cũ
iudicia Dei nobis ſint exempla:non occurrit ratio,quare Pa
pa non poſsit, & debeat(dummodo facultas adſit) oẽs ido-
lolatras punire:& debet.naturale eſt.n.vnum, & ſolũ Deum
25 colere, nõ creaturas. † inde eſt,ꝙ Papa iudicat, & punit Iu-
dæos,ſi contra legẽ faciant in moralibus.& idem ſi cõtra le-
gem ſuã hæreſes inueniant , & obſeruent . & hac rõne moti
Grego.& Inno. quartus.mãdarũt comburi librum,quem Iu
dæi vocant Calmochani : in quo multæ hæreſes continẽtur.
de Chriſtianis aũt non eſt dubiũ , ſi delinquunt in lege Euan
gelica,puniuntur per Papã.illud,quod dictum eſt.ſ̃.ꝙ infide
les ſubſunt,intelligo mediatè.Immediatè enim Iudæi,paga-
ni , & reliqui infideles degentes in Romano Imperio ſubia-
cent legibus Imperato.& ipſas neceſſe habent ſeruare : aliàs
(ſi res exegerit)gladio ferientur.C.de iudi.l.2.& l.ne quis.&
26 l.Iudæi.& de paga.l.fi.† vnde in pluralitate vxorum:vel ſi cõ
trahant contra legem diuinã, per ſecularem iudicẽ punien-
tur.C.de inceſ.nup.l.3.& de Iudæ.l.nemo Iudeorũ.& de hoc
vide.ĩ.de diuor.c.gaudemus.ſuper glo.3.in nouella. dicit ta
men hic Inn.ꝙ in omnibus caſibus,in quibus licet Papæ ali-
quid mandare infidelibus,& compellere,ſiue punire: ſi non
obediant,põt Papa ſolus,& nullus alius(niſi de iure ſuo con
tenderet) bellum eis indicere: & contra ipſos brachium ſe-
culare inuocare: & multũ reſtringit hanc poteſtatem Inno.
ad Papam ſolum,quaſi Imperatori (ſi videat infideles Chri-
ſtianis infeſtos , & opprimere eos videat ) non ſit licitum
bellum eis indicere auctoritate ſua . cũ tamen dicamus eum
dominũ mũdi eſſe. vt l.deprecatio.ad leg.Rho.de iac. & quò
ad perfectionẽ omnia ſunt ſua.vt l.bene à Zenone.C.de qua.
præſcrip.& executionẽ habet ipſe, nõ Papa, gladij tempora
lis.vt in Authen.qũo oportet epi.in prin.col.1.& de iſta po-
teſtate Imperatoris,an iure diuino,naturali,vel geñ. fulcia-
tur:vel tantũmodo iure ſcripto , vide pulchrè per Old.con-
ſilio.64.& ibi conſi. ſeq. videas : an principes non recogno-
ſcentes dominũ,ſaltem de facto, poſsint ſibi bellũ indicere.
ita ꝙ occupata per eos efficiantur ſua, & homines ſerui. in-
ter Chriſtianos qñ poſsit vnus contra alterũ mouere bellum
iuſtè,& de eius effectu vide.ſ̃.de reſti.ſpo.c.olim.& de iure-
iuran.c.ſicut.& vtrobiq; per Inno.pręalle. & quod no.Bart.
27 in tractatu repræſaliarum.¶ Quintò quæro extra Doct.† nũ
quid Chri-



ſtianus poſsit ſine peccato ad defenſionem ſuã vti
auxilio, ſiue adiutorio infidelium.vr̃,ꝙ ſic.nã qđ quis ob tu-
telã ſui corporis &c. vt l. vt vim.de inſti. & iu.ob prędictã.n.
tutelã corporis non ſolum aggreſſorem: ſed aliũ etiam licet
occidere.C.ad l.Cor.de ſica.l. q aggreſſorem. & ignoſcendũ
eſt illi,q qualitercũq; ſanguinẽ ſuũ redimere voluit.ff.de bo.
eo.l.1.in fi.nec ſolum cũ infidelibus, & doloſis poſſumus ini
micos impugnare:ſed ẽt ꝑ dolum.22.q.2.c.vtiliter. & 23.q.
2.c.Dñs.nã & canes in Eccleſia ꝓ pace Eccleſiæ toleramus.
23.q.4.c.quidã.exẽplo Dñi, q cũ malis qñq; facit vindictã.
23.q.5.c.hinc notandũ.nã ſic videmus ecõtra , ꝙ in bello iu
ſto fideles obediũt,& iuuant infideles.11.q.3.c.Iulianus.23.
q.1.§.ordo. & ad defenſionem fructuum vtimur arte mathe
matica.C.de mathe.l. horum.cum tñ ſit reprobata in vtroq;
teſtamento.& Paulus (vt ad ſui defenſionem ꝓcuraret Phari
ſeos)dixit ſe Phariſeum. Actuum.24.& Machabei , q fuerũt
viri ſancti,& pugiles fidei,inierunt pactum cum Romanis:vt
mutuò ſe iuuarent.1.Machab.8.c. Idem patet Gene.14.c.&
1. Machab.5. & tẽpore neceſsitatis cõmunicamus excõica-
tis. & Salomon ligna ꝓ ædificando templo recepit ab infide
libus. In contrarium vr̃ in Para. [ Imperio proles auxiliũ
& his,qui Deum oderunt, amicicia iungeris. ].& Rex Hieru
ſalem fuit per prophetam reprehenſus : qui noluit ſe iuuare
cũ regibus Iſrael.23.q.3.c.1. & c.ſex.c. Maximianus.ſed ad
primum reſpondetur,ꝙ ibi bellũ fuit iniuſtum. ad ſcđm dic,
ꝙ illi de Iſrael volebãt eos inducere ad adorandum vitulos
aureos.23.q.3.c.ſex.& 93.diſtin.c.1.Inter malos.n.procurã
da eſt diuiſio, & diſſenſio. nam(vt dicit Gregorius in mora-
libus)ſicũt noxium eſt, ſi vnitas deſit bonis:ſic eſt pernicio-
ſum,ſi non deſit malis. peruerſos quippe vnitas cõtroborat,
dum concordat.& tantò magis incorrigibiles:quantò vnani
mes facit. & ideò Paulus dixit ſe Phariſeum : & diuiſio facta
eſt inter Phariſeos, & Seduceos.Actuum. 22.vbi dicit glo.ꝙ
ſicut vnitas bonorum vtilis : ſic malorũ vnitas ſemper bonis
nociua:& pp tales Saluator Lucæ.22.dicit,ꝙ non venit pacẽ
dare in terra:ſed ſeparationem.vnde Eſaiæ.58.Diſſolue col-
ligationes impietatis , & faſciculos deprimentes.de hoc not.
Iſidorus in li.de ſummo bono.68.c.de malorum concordia.
28 & in hoc reſidet Old.cõſ.66.¶ Sextò & vltimò q̃ro:† anp rin
čeps poſsit ſine peccato expellere Iudæos , & Sarracenos
de regno ſuo , & eis bona auferre. & an Papa hoc pręcipere
principibus,vel perſuadere poſsit:videtur,ꝙ non.C.de iude.
l.nullus.& ĩ.de iudæis.c.multorum.& contra Chriſtianos ꝑ-
ſcribunt. 15.q.3.c.rogo.& ſic cum iuſtè poſsideant bona,eis
auferri non debent. not. 23.quæſt. 7. cap. ſi de rebus. de-
bet.n.Papa eos tolerare. 45.diſtin.c.qui ſincera.vt ſic per eo
rum conſortium eos Deo lucrari poſsimus. 23.q.4.c.infide-
les.de diuor.c.quantò.& c.gaudemus. & hanc partem tenet
Old.in priuatis perſonis : quæ debent à predictorum mole-
ſtiis abſtinere. in principibus verò diſtin. quia aut ex eorum
tolerantia põt fidei periculum imminere: & poſſunt expelli,
& bonis ẽt expoliari ſine peccato. aut nõ imminet tale peri-
culum:& non poſſunt. & ita diſting. Old.conſi.91.

ADDITIONES.

a ¶ Propriis expenſis. adde Bald.in l.liberti.ver.dubitatur , ſi eſt.& in l.pe. C.de ope.lib.idẽ in c.1.in verſ.alia quæſtio informatur.de Cap.qui cur. ven.Bar.in l.Mæuia.§.fin.in 4.q.ff.de annu. leg.in l.quoniam. C.ad leg. Iuliã de vi. Old.cõſi.224.Roma.in l.recuſare.§.ſi quis alio.ff.ad Trebel.

b ¶ Gentilis.Gentiles dicuntur, quaſi tales ſunt, quales geniti ſunt , id eſt infideles.1.q.1.c.nõne.ſecundùm Hug. adde Panor.in c.nouit. de iudi.

*SVMMAE.*

1 *Inueſtigans deciſionem vnius quæſtionis ex alterius deciſione venit commendandus.*

2 ***Votum vltramarinum non poteſt commutari abſq; generali mandato Papæ.***

3 ***Religioſi vt plurimum ſunt idiotæ, & iuris ignari.***

4 *Præcedens alios dignitate debet etiam præcedere ſanctitate, & virtute: aliàs viliſsimus reputandus eſt.*

5 *Inutilis non dicitur ad pugnandum, qui maturitate conſilij alios exhortatur ad pugnam.*

6 *Conſtitutio ceſſat, vbi ceſſat ratio iuris, & conſtitutionis.*

7 *Vxor poteſt emittere votum in ſubſidium terræ ſanctæ, inuito viro: ſed ſi ſit ſuſpecta, & iuuenis non exequitur votum ſine licentia viri: ſed redimit.*

8 *Clericatus officium reddit clericos inhabiles ad pugnandum.*

9 *Clerici ratione temporalis iuriſdictionis, quam habent, an poſsint cõtra ſubditos reſiſtentes pugnare.*

10 *Religioſi etiam ſimplices clauſtrales poſſunt votum Hieroſolymitanum emittere , etiam ſine licentia , ſi ſint boni prædicatores.*

EX multa. Votũ vltramarinũ certis cau-
ſis redimi,& cõmutari põt,nõ
tñ ꝑ aliũ,q̃ ꝑ Papã: vel ſine ipſius ſpãli mandato.ha
biles ad eundũ,ſed inhabiles ad pugnandũ,ſi ſunt ſtrenui cõ
ſilio,vel multos bellatores adducunt,votũ nõ redimunt.vxo
rati vouentes obligantur ex voto:& viri ſine vxorum cõſen-
ſu poſſunt hoc votum facere , & implere . clerici verò niſi in
certis caſibus votũ non redimunt.& patet ꝑ ꝓdicta, ꝙ 4.ſunt
partes.ſcđa ibi[ſecundo]tertia ibi[quod aũt.]quarta ibi[de
1 clericis.]¶ Nota primò,† ꝙ cõmendandus eſt, q ex deciſio-
ne vnius quæſtionis aliã, q̃ ex ea oritur, inueſtigat.nã ſm̃ Ari
ſtotelem. Dubitare de ſingulis non eſt inutile.quod intellige,
cum dubitat̃ probabiliter:ſine rõne verò dubitans increpan
dus eſt,vt l.Domitius.ff.de teſta.& collige ẽt,ꝙ exitus vnius
cauſæ ꝓbet viam ad alias quæſtiones, vt l.exitus.ff.de acqui.
poſ.& c.ſi fortè.ĩ.de elec.li.6.[& dum cãm ſoluimus]&c.ĩ.
de ver.ſig. c.cum olim. & Boetius li.de conſolatio.qñq; cõ-
tingit , vt vna dubitatione ſucciſa , aliæ , velut Idræ capita,
ſubcreſcant . & patet hoc in omni iure nouiſsimo canonico,
& ciuili magis gloſſato, q̃ ſit ius vetus. ¶ Secundò not. quòd
2 † abſq; generali mandato Papæ commutari non poteſt votũ
vltramarinum.Generalis ergo legatus, vel pęnitẽtiarius hoc
non poteſt.de quo ſ̃.de offi. leg.c.quod ad tranſlationem.&
ſi dicis. ſi ipſe ſolus poteſt : ad quid prodeſt hæc inſtructio,
de qua.ſ̃.c.prox.& hic? dicas,quòd prodeſt ad inſtruendum
eum,cui hoc Papa commiſerit. Item & ipſum vouẽtem:quo
3 caſu hoc petat.item non fuit peccatum inſtruere ſucceſſorẽ,
ſecundùm Io.And.¶ Tertiò nota, † ꝙ religioſi vt plurimum
ſunt idiotæ,& iuris ignari, ſecundùm Hoſtiẽ.tamen religioſi
bene ligantur iuribus.ad hoc.ĩ.tit.1.c.fi.circa prin.ibi[apo-
ſtolica inſtituta.]&c.& bene nota hic, qui contineantur ap-
pellatione religioſorum.de quo in glo.religioſi dicuntur &c.
& ſ̃.de conſti.c.eccleſia.& dixi.ſ̃. de regu. in rub. ¶ Quartò
4 not.† ꝙ ille,qui præcellit alios dignitate , debet etiam præce
dere ſanctitate , & virtute:aliàs viliſsimus reputandus eſt. c.
viliſsimus.1.q.1.facit l.presbyteri. & quod ibi no.C.de epiſ.
5 & cle.¶ Quintò nota.in ver.in ſecundo quæſiuiſti.† ꝙ nõ di-
citur inutilis ad pugnandum , qui maturitate conſilij alios
exhortatur ad pugnam. nam non tam robore corporis , quã
conſilii maturitate,iuſtitia,& aliis virtutibus res militares,&
bellicæ geſtæ ſunt.& maiora facta prudentia , quàm armis
bellicis,geſta fuiſſe,probat Tullius.lib.2.de officiis.& Sallu-
ſtius in Catillinario in arenga Catonis.& ad hoc vide bonas
leges , quas glo. alle. ad hoc. cui addit Ioann. Andre. hos
verſus.

*Grandior in tauro virtus:ſed paruula vulpes*
*Plenius anguſta ſub leuitate ſapit.* & Ouidius.
*Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.*
*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

6 ¶ Sextò nota in verſi. verũ. † ꝙ vbi ceſſat ratio iuris , ſiue
conſtitutionis,ceſſat & ipſa cõſtitutio.nam ratio, quare de-
biles,& inopes non accedunt: quia magis ad defectum: quã

ad profectũm irent, vt ſ.c.proxi.vbi ergo non ad defectum:
ſed profectũ accedunt (vt quia ſunt maturi conſilio: vel poſ-
ſunt ducere bellatores)ire tenentur.quia ceſſat illa ratio.con
cor.ff.de iure patro.l.adigere.§.quãuis. ex ratione ergo in l.
appoſita colligitur talis intentio:& ſecũdũ rationem amplia
tur, & reſtringitur quod in lege cauetur. facit l.his ſolis.C.
7 de dona.quæ ſub modo. ¶ Septimò no.in verſi. qđ autẽ.†ꝙ
ſicut maritus poteſt emittere votũ in ſubſidium terræ ſan-
ctæ.& ſic peregrinari,inuita vxore: ita & vxor põt. quia vir,
& vxor ad imparia iudicant.32.q.1.c.ſi quis vxorẽ. & q.5.
c.præcepit.& c. Chriſtiana. licèt autem vouere poſsit vxor:
non tñ exequetur votum ſine viri licẽtia: ſed redimet. & hoc
verũ,ſi ſuſpecta ſit,& iuuenis.Idẽ ſi vetus,& bonæ famæ: ta-
men non valens ſecum adducere bellatores. ſi hoc enim poſ
ſet,& eſſet bonę famæ : tunc ipſam oporteret exequi perſo-
naliter.ad hanc diſtin.facit de conuer.coniu.c. cum ſis. & c.
vxoratus.cum ſi. Remittit Hoſt. ad ſummam eo. titu.§.quis
vouere.verſi.nunquid ergo vxor.& ſe. & aduerte,quia vide-
tur ſpeciale in iſto voto vltramarino,ꝙ vir poſsit ipſum emit
tere ſine vxoris aſſenſu,& econuerſo.quod tenet Pe.per con
trariũ ſenſum huius verbi,huiuſmodi. &c. Io. And. remittit.
ſ.eo.c.ſcripturę.vbi dixi.de quo etiam per Hoſti.in ſumma.
eod.tit.§.quis vouere.ver. vxor.¶ Octauò no.in §.de cleri-
8 cis. † ꝙ clericatus officium reddit clericos inhabiles ad pu-
gnandũ.& iſta inhabilitas non procedit à vitio, vel defectu:
ſed ab ordine,& officio clericatus,quia eorũ officiũ eſt ora-
re,& lachrimari,vt in gl.penul.& bene nota,ꝙ valet promiſ-
ſio facta ab eo,qui id, quod in promiſſione deducitur,eſt in
habilis ad ſoluendũ : vnde obligaretur cæcus, vel manibus
mutilatus,ſi promitteret ſcribere librũ. facit l. multũ de ver
bo.ob.& l.apud.in fine.de leg.1. & licèt ſint inhabiles ad im
pugnãdũ:tñ in bello iuſto licitè pñt aſſiſtere,& alios exhor-
tari ad pugnam:& per alios(puta per ſubditos)iuſtum bellũ
exequi.& ſic poſſunt per alios explicare, qđ per ſe non pñt.
9 concor.ĩ.ne cle.vel mo.c.ſi.lib.6. ¶ † Vtrũ aũt ratione tem
poralis iuriſdictionis,quã hñt clerici, poſſint cõtra ſubditos
reſiſtentes pugnare.dic,ꝙ ſic per alios,nõ per ſe. & ſic intel-
ligit.ĩ.de ſen.exc.c.dilecto.lib.6. & vide quod no.Inno.ſ.de
iureiuran.c.ſicut.& de dolo, & contu. c.olim. 23.q.ſi.§. his
ita.& c.vt pridẽ. hoſpitalarij tñ, & tẽplarij ex pmiſsione ec-
cleſiæ mouẽt arma.vt no.12.q.1.c.duo ſunt.in ſi.primæ glo.
10 ¶ Vltimò no.ibi[officio prædicationis]&c.arg.†ꝙ religio-
ſi,etiã ſimplices clauſtrales, poſſunt hoc votũ emittere, etiã
ſine licentia,ſi ſint prædicatores [a] boni.de quo.ĩ.c.ſi.

ADDITIO.

a ¶ Prædicatores. Prædicatores voluntarij poſſunt recipere decimas à volentibus,non ab inuitis: ſed neceſſarij etiam ab inuitis pro neceſsitate victus poſſunt petere.c.ex officij.& ibi Hoſt.& Doct. de præſcript. & in c.cum voluntate.§.prædicatores.de ſen.excom.

*SVMMAE.*

1 *Vouens religionem ingredi: ſi voto non impleto fiat epiſcopus, renunciare debet,& votum implere.*
2 *Dies ſi non apponitur in obligatione,intelligitur de præſenti.*
3 *Lapſus termini in vouendo appoſiti inducit notam tranſgreſsionis in vouente.*
4 *Dies appoſita interpellat pro homine.*
5 *Renuncians electioni de ſe factæ, poteſt iterum conſentire, ſi iterum eligatur.& nu.5.*
6 *Vouens religionem ingredi ingreſſus eſt: ſi infra annum probationis eligitur in epiſcopum:an poſsit conſentire: & debeat confirmari.*

1 PEr tuas. † Qui vouit religionem ingre-
di: ſi voto non impleto,fiat epi
ſcopus,renunciare debet, & votum implere. com-
munis diuiſio.ſecunda ibi [nos igitur.] ¶Not.primò, ꝙ iſte
ſolemniter vouit. & intellige ſolẽniter, ideſt coram prælato
in præſentia multorũ:non tamen interuenit ſolemnitas pro-
feſsionis, vel habitus;quia non intrauit, ſed ingreſſurũ pro-
miſit infra duos menſes, poſtq̃ de curia rediret, vt ſequitur.
ex quo patet,ſecundũ Inno.ꝙ iſtud votum non fuit de præ-
ſenti,ſed de futuro.& ſic ante ingreſſum ſi contraxiſſet ma-
trimonium,tenuiſſet.ĩ.de voto.c.1.lib.6. dicit tamẽ Inno.ꝙ
ſicut vouens peregrinationem, cogitur illam perficere,vt ſ.
eo.c. quod ſuper his.ſic vouens ingredi, etiam per verba de
futuro,vt hic.& ĩ.tit.1.c.quod Dei timore.¶Secundò no.ꝙ
iſte infra duos menſes promiſit ſe impleturum &c. valuiſſet
tamen promiſsio ſine præfixione termini:& poſſet ſtatim cõ
2 pelli.† quia quoties in obligatione dies non ponitur,præſen
ti die debetur.vt l.eum qui kalendis.de verbo.obli.niſi locus
adiectus ſpatium temporis inducat. vt eo.tit.l.fina.& de reg.
3 iur.c.in omnibus. ¶ Tertiò nota, ꝙ † lapſus termini in vo-
uendo appoſiti inducit notam tranſgreſſionis in vouẽte. &
hoc ſemper verum eſt,ꝙ dies appoſita interpellat pro homi
ne.& ideò conſtituit in mora debitorem,vt l.magnam.C.de
contrahen.emp.& ſ.de lo.c.potuit.¶Quartò nota,quòd Pa
pa præbet iſti conſilium,vt ſanet conſcientiam ſuam.& ex eo
præbet conſilium:quia non petebatur ipſum cogi ad imple-
mentum voti in figura iudicij.quia tunc fuiſſet coactus.ſ.eo.
c.magnæ. ſecundùm Innocen. ¶ Quintò nota.in verſi.quod
4 ſi. † ꝙ ille,qui renunciauit electioni de ſe factæ, poteſt iterũ
conſentire,ſi iterum eligatur. quia renunciatio cõcernit ius,
quod habet renuncians de præſenti : non autem ius, quod
poſſet ſibi competere in futurum, non habens aliquam de-
pendentiam de pręſenti, iuxta materiam l.1.C.de pac. facit
ſ.de elec.c.ſuper eo.& c.commiſſa.eo.tit.lib.6.¶Oppo.in-
nuit iſte text. quòd ſi iſte reſignet regimini eccleſiæ, deſinit
eſſe voti tranſgreſſor.ſed contra.deliquit enim, non implen-
do promiſſa in termino: ſed pœnitentia non videtur pur-
gatum illud delictum: ſicut nec fur reſtituendo rem furti-
uam: nec excommunicatus purgando contumaciam, vt l.
qui ea mente. de fur.& quod no. Innoc. in c.bonæ.de æta.&
qua.ſo.dic, quòd hic habet locum purgatio moræ: quia non
intereſt monaſterio illum veniſſe prius, iuxta materiam, de
qua dixi in dicto c. potuit. de loca. vel dic, ꝙ licèt de tranſ-
greſsione ſit pœnitentia iniungenda: nihilominus obligatio
ad ingreſſum non eſt ſublata. ſed implẽda eſt etiam poſt ter
mini lapſum,vt c. cum dilecti.ſ.de dolo, & contu. ¶Secun-
dò oppo.& videtur,quòd non obſtañ. voto, & promiſsione
de eo implendo, potuerit conſentire electioni de ſe factæ.&
ſalua conſcientia prælaturam conſequi, & habere. quia ſu-
perueniente maiori vinculo,rumpitur primum.de ſpon.c.ve
niens.de ritu nup.cap.non ſolùm.§.2.de regu.c.qui poſt vo-
tum.lib.6.ſi ergo vouens religionem ingredi,eligatur in epi-
ſcopum: videtur, ꝙ poſſit licitè acceptare, & epiſcopus fie-
ri,tanquàm videatur votum in maius,& melius commutare.
& ſic non debet dici violator voti.ſ.eo.c. ſcripturæ. & quod
ſit maius,oſtẽdit communis vtilitas:quæ debet eſſe in epiſco
po,velut in ſigno poſito ad ſagittam.ĩ. de accu.c.qualiter.2.
communis verò vtilitas præfertur priuatæ.ſ.de regu.c.licèt.
& de tranſla.c.bonæ. & ſic non debet dici voti tranſgreſſor:
cuius contrarium hic dicitur. ſol. tribus modis. primò, ꝙ
iſte habebat conſcientiam erroneam, quam aliter depone-
re non poterat: vnde neceſſe habuit illam ſequi. vel dic ſe-
cundò, quòd hoc conſilium fuit neceſſarium: vt ſeruaretur
vtrumque, cum primum non tollat ſecundum. de ſpon. c.
commiſſum. vel ſecundùm Hoſtien. quia in mortali conſti-
tutus fuerat electus, cum eſſet tranſgreſſor, vt dicit litera. à
contrario ergo ſenſu, ſi infra terminum, quo profiteri pro-
miſerat,electus fuiſſet: potuiſſet ſalua conſcientia remanere
in prælatura: nec teneretur promiſsionem adimplere. quod
an verum ſit, colligitur ex deciſione.2.q. quam infra ſubij-
ciam. ¶ Tertiò oppo. & videtur, quòd conſilium Papæ,
quòd iſte prius debeat profiteri, non ſit neceſſarium: quia
ſi eſſet



ſi eſſet iã profeſſus.&(quod plus eſt)& etiam nouitius poſſet
eligi in epiſcopum.vt ĩ.de elec.c.nullus. lib. 6. multò magis
vr̃,ꝙ obligatus ſolummodo poſsit eligi.quia non debet plus
impedire electionẽ promiſsio profitendi: quàm ipſa profeſ-
ſio:imò debilius ſolet eſſe ius ad rem, quã ius in re.ĩ.de præ
ben.c.pe.& ſi.lib.6.& l.Sempronius Attalus. de vſufru.le.ſo.
ideò cogit perficere votũ.quia religio gradũ addit: & præla
tũ cẽſeri facit eminẽtioris gradus.aliqua.n.licent prælato ſe-
culari,quæ non licerent religioſo.de vi.& ho.cle.c.pen.& de
reg.c.conſulti.hac ergo rõne iſte prius cogitur profiteri,quã
dignitatem adipiſcatur:nec prælatus ſecularis cenſeatur,qui
ſe aſtrinxerat ad obſeruantiam regularẽ.& ex his collige ſm̃
Vinceñ.Ia.Pe.&Ab. ꝙ ſi votum religionis nondum imple-
tum impedit eligendum: multò fortius iam impletũ: & apo
ſtatando dimiſſum. ad hoc de apoſta.c.quidam.quod hodie
maximè verum eſt:cum ſint tales excommunicati.ne cle.vel
mo.c.2.lib.6. Collige etiam ſecundũ Vin. ꝙ faciendum im-
pedit,quod iam factum non obeſſet: ſicut & in ſacerdotem
poteſt compromitti: & tamen ſacerdotium ſuperueniens
ſoluit arbitrium.de arbit.c.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.
& hoc propter tranſgreſsionem contingit ſecundùm Ioan.
And. ¶ Quæro. dicitur hic, ꝙ poſt votum & promiſsionẽ
vocatus fuit ad regimen &c. quo non obſtante votum adim
5 plere tenetur: quæro ergo,† vtrùm illud ſit verum, non ſolũ
ſi ſolum electus fuit:ſed etiam ſi conſenſit:vel etiam ſi confir
matus, & conſecratus fuit: vel etiam poſt adeptam poſſeſ-
ſionem.omnes enim iſtas partes, & plures habet electio, vt
no.ſ.de elec.c.publicato.reſpondeo, iſte tex.põt intelligi,ꝙ
iſto tempore,quo conſuluit Papam, ſolũ electus fuerat, nec
conſenſerat:& tũc planè procedit quod dicitur,ꝙ debet red
dere Deo votum.& reſignare,exponitur impropriè.& expo
nitur,reſignes, ideſt electioni non conſentias, per quam ad
regimen peruenitur. ſecundò intelligitur, ꝙ electus fuerat,
& conſenſit.ſed illo caſu, cum ſit vinculum materiale contra
ctum,vt c.cum inter canonicos. quomodo reſignare poſsit.
dic,vt ĩ.de elect.c.ſi electioni.lib.6.poteſt intelligi,ꝙ iſte ele
ctus fuit confirmatus,& conſecratus:& poſt longa tẽpora ꝑ
uidere volens cõſcientiæ,conſuluit Papam.& hæc vltima po
ſitio facit ad nota.ſ.de tranſla.c.2.an.ſ.epiſcopus,qui renun
ciauit,ſit eligendus,vel poſtulandus. iſte tex.facit,ꝙ eligen-
6 dus.dic, vt ibi. ¶ Secundò quæro. † quidam vouit religio-
nem ingredi,& ingreſſus eſt.tandem infra annum probatio-
nis eligitur in epiſcopum:an poſsit conſentire,& debeat con
firmari. videtur,ꝙ non.quia licèt reddere cœperit:adhuc tñ
ad plenum non reddidit votum ſuum Deo. nec videtur ali-
quid actum &c. vt l.ſi.C. ad Sil. pro hoc facit illud c.in con-
trarium facit,quia ſi iam profeſſus eſſet, poſſet propter ma-
ius bonum(ſcilicet curam animarum)à religione auocari.ĩ.
tit.1.c.quod Dei.vnde videtur,ꝙ etiam, eo exiſtente noui-
tio, poſſit:maximè,vt circuitus euitetur. dicit Hoſt. ꝙ eligi
poterit.dum tñ non fuerit in mora profitendi: ita ꝙ poſſet ſi
bi obijci de peccato mortali: vt fuit in iſto cap. debet tamen
prius profiteri. quod non poteſt facere,etiam inuitis electori
bus: poſtquam ipſum talem eſſe ſcientes elegerunt. de con-
iu.ſer.c. propoſuit. tutius tamen, & honeſtius eſt,ſecundùm
Hoſtien.vt de voluntate eligentium hæc procedant. ad hoc
de elect.c.bonæ.§.non attendentes. & ſic dicit ſeruatũ fuiſſe
in electione Pe.de Collomedio ad Rothom̃.eccleſiam.q̃ po-
ſtea fuit Cardinalis. Albaneñ.

*SVMMAE.*

1 *Eccleſiæ ſi grauiter lædantur ex abſentia prælati:non poteſt,nec debet ei dari licentia abſentandi ſe,etiam pro publica vtilitate.*
2 *Prælatus ſi cum licentia ſe abſentat, debet interim eccleſia per ſubſtitutum deſeruiri.*
3 *Vtilitas ab alio percipitur duobus modis.ſ.verbo, & exemplo.*
4 *Clerici regulares poſſunt in iuſto bello alios exhortari ad pugnam.*
5 *Religioſi ſimplices non poſſunt votum emittere ſine conſenſu abbatis.*
6 *Prælatus etiam religioſus poteſt votum emittere vltramarinum.*

POſtulaſtis. Prẽlatus ẽt ꝓfeſſus põt vo-
tũ vltramarinũ emittere: &
in vſus ſuos.20.eccleſiæ ſuæ conuertere. primò po
nitur cõſultatio. ſecũdò rñſio ibi[diſcretioni.]¶No.primò
1 †ꝙ ſi ex abſentia prælati grauiter lædantur eccleſiæ,nõ põt,
nec debet ſibi dari licentia abſentandi ſe, ẽt pro publica vti-
litate.& ſic vtilitas priuata.i.vnius eccleſię,ꝑfert publicæ vti-
litati.quod eſt verum, qñ vtilitas publica eſt ſeparata à pri-
uata,vt hic.ſecus ſi priuata includitur ſub cõi,ſm̃ Hoſt.quod
dic per Bar.in l.1.ff.ſo.ma.& ſ.de poſtu. c. bonæ. ¶ Secũdò
2 no.† ꝙ cũ datur licentia ꝓlato ſe abſentãdi,debet eccleſiæ in
terim per alium deſeruiri.cõcor.ſ.de ap.c.peruenit. de quo
in glo.no.argumẽtum.facit C.de peda.iu.l.placet. & de iudi.
3 l.ſi longius.¶Tertiò no. † ꝙ vtilitas ab alio percipitur duo-
bus modis,verbo.ſ.& exemplo. vtilior tamen eſt prædicatio
exempli,quàm verbi.40.diſt.c.multi.vnde dicitur.

*Segnius irritant animos demiſſa per aures.*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

Et refert Seneca in quadã epiſtola ad Lucillum. ꝙ Cleãtes,
& alij plus inſtructi ſunt ex moribus Socratis,q̃ ex doctrina.
& alibi. Occurſus me hercule ſapientum prodeſt. & eſt ali-
quid,quod ex magno viro, vel tacẽte proficias.nec tibi tam
facile dixerim,quemadmodum proſint: ſicut intelligam pro
4 fuiſſe &c.¶ Quartò collige,† ꝙ clerici regulares poſſunt in
iuſto bello alios exhortari ad pugnam. de quo in glo. 3. &
23.q.vlti.c.omnium.& c.hortatu. & c. vt pridẽ. dixi. ſ.c. ex
multa.ad ſi.Et aduerte,quia iſte tex. loquitur in religioſis ha
5 bentibus prælaturam.† quid ergo dices in religioſis ſimpli-
cibus:an poſsint illud votum emittere. videtur, ꝙ non, ſine
conſenſu abbatis.12.q.1.c.nolo.& c.non dicatis.dicit Hoſt.
ꝙ non inuenit eos in hoc voto priuilegiatos: niſi fortè ratio-
ne officij prædicationis.ad hoc.ſ.c.ex multa.§. fin. remittit
ad ſummam.eo.tit.§.quis vouere.verſi.monachus.¶ Quin-
tò not.ꝙ quæſtio fuit propoſita: an liceret percipere 20.fru
ctuum eccleſiarum:non dicit præbendarum. quia erant re-
ligioſi, quibus non eſt licitum diuidere bona eccleſiæ per ꝑ-
bendas: ſicut licet clericis ſecularibus. de quo per Ioan.An.
ſ.de præbẽ.c.dilectus.& de vi.& ho.cle.c.Deus qui.¶Sextò
6 not. hic expreſſum:†ꝙ prælatus etiã religioſus poteſt emit-
tere votum vltramarinum.de quo.ſ.cap.magna.vtrùm verò
iſta.20. ſint ſoluenda, non deductis expenſis, ſicut in deci-
mis.dicit Ioan.And.ꝙ ſic &c.

# De ſtatu monachorũ, & canonicorum regulariũ.

DIcto de conuerſione ad religionẽ. quia hi, qui conuertuntur, vt plurimũ fiunt monachi: vel regulares canonici. ideo &c. habetur materia in Decr.58. diſt.per totum.repetitur in 6.& cle.conuenit de vi.& ho.cle.c.monaſteria.ne cle.vel mo.c.relatum.de præben.c.cum ſingula. lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana: ſed non à iuriſdictione.*
2 *Prohibitum archiepiſcopo,cenſetur prohibitum epiſcopis.*
3 *Archipresbyteri rurales ſubſunt tantùm epiſcopo.*
4 *Oblata monaſterio cedunt ad commodum monachorum.*
5 *Monachi an teneantur ad decimas: & ad quartam debitam epiſcopo.*

1 THeodoſius. † Monaſteria ſunt exē pta à lege diœceſana: ſed non à lege iuriſdi. & duas prohibitiones ponit: & ſecundò rōnem ſubdit. ſecunda ibi [aut eius] tertia, ibi
2 [aut mōnachis.] ¶No. primò, † quòd non licet archiepiſcopo: nec licet etiā ſuis presbyteris. & expone, presbyteris, id eſt epiſcopis. 95. diſt. c. olim. in prin. Vin. autē collegit argu.
3 ex illo verbo, † q archipresbyteri rurales ſubſunt tantū epiſcopo. Item quòd habent iuriſdi. de cenſi. c. cum apoſtolus. ¶Secundò collige, q diſciplina eſt moleſtia. quod eſt in monachis, qui recuſant corrigi: vel illud, præter, non ponitur ex
4 ceptiuè. de quo no. in l. 1. ff. de pigno. act. ¶Tertiò no. † q ob lata monaſterio cedunt ad cōmodum monachorum: nec epiſcopus, vel archiepiſcopus debet ſibi de his aliquid vendicare. ¶ Sed cōtra illud opp. & videtur, q de iſtis oblationibus debeatur quarta epiſcopo: ſicut debetur de mortuarijs, & alijs relictis in vltima volūtate. s. de teſta. c. requiſiſti. ſo. aliud in mortuarijs, vel relictis cauſa mortis: vt in contrarijs. aliud in oblationibus inter viuos. vel dic ſecūdò. quædā obueniūt monaſterio rōne populi, vt mortuaria: & debetur epiſcopo quarta. quædam obueniunt titulo gratuito: & non debetur aliquid epiſcopo, vt hic. ratio differentiæ eſt: quia mortuariorum quarta debetur epō propter collationem ſacramentorū. quę collatio eſt de lege iuriſdictionis, à qua monaſteria non ſunt exēpta: ſed à lege diœceſana. & de his duabus legibus dic, vt no. s. de offi. or. c. conquerente. & c. dilecti. alij dicunt, q de oblationibus, quæ ſiunt monaſte. debet epiſcopus habere quartā. 16. q. 1. c. alia. quod loquitur in eccleſia regulari. Non ob. illud. c. & alia, quæ dicunt, q oblata monaſte. non ſunt ſub lege diœceſana. & per conſequens monaſt. non teneri. fatentur. n. q non ſubſunt in omnibus. nam de lege diœceſana eſt, q oēs eccleſiæ conferant cū epō, cum vadit ad Papā, regem, vel ſinodū: vel cum facit expenſas pro communibus negotijs diœceſis. 10. q. 3. c. vnio. ab his autē collationibus exēpta ſunt monaſteria. probatur. 18. q. 3. c. quam
5 ſit. † ad decimas aūt an monachi teneantur dare quartā epiſcopo. dicunt quidā, q in monaſterijs iſta qſtio non procedit. quia monachi non recipiunt decimas: ſed alijs ipſas ſoluunt. 16. q. 1. c. alia. de deci. c. nuper. & ſic cum quarta debeatur de decimis ab alijs perceptis, nunquā tenetur ad quartā. Itē ſi fortè decimas perciperet, vt donatas ab alio: tunc ſi donās tenebatur ad quartā: ſimiliter tenebitur monaſte. ad quod tranſiuit cum onere ſuo, ſcilicet dictæ quartæ. 16. q. 1. c. ſi quis laicus. rōne ergo populi, vel ratione rei tranſlatæ in monaſte. dicuntur monaſte. ſubeſſe epō quò ad vtrāq; l. regulariter verò à lege diœceſana cenſentur eſſe exēpta: licèt non in omnibus, vt dixi. Ex his dicit Innocē. q epiſcopus non poteſt mittere monachum pro alijs cōibus negotijs, quàm monaſterij ſine licentia abbatis. quod no.

SVMMAE.

1 *Monachi non debent recipi in monaſterio propter pecuniam. Nec poſſunt habere peculium. nu. 2.*
3 *Monachi de iure communi non poſſunt aſſumi ad regimen parochialium eccleſiarum.*
4 *Monachi non debent manere ſoli in prioratibus, & capellis.*
5 *Simoniam dans magis punitur, quàm recipiens, in eodem genere ſimoniæ.*
6 *Prioratus, & obedientiæ non debent dari pretio.*
7 *Priores per electionem ſuorum Capitulorum aſſumi debent ad prioratus.*
8 *Abbas habet ſub ſe quoddam hoſpitale, in quo non eſt eccleſia: nec habet curam animarum: ad quod conſueuit præfici vnus monachus ſui monaſterij per abbatē, & conuētū præſentandus, & per eum confirmandus: recipit tamen victum in monaſterio, & vocē habet in Capitulo, ſicut prius, & reſidentiam facit: an inuitus poſſit reuocari ab adminiſtratione dicti hoſpitalis. & nu. 9.*

10 *Abbas, & monachus licèt poſſint ponere monachos in prioratibus, obedientiarijs, & alijs beneficijs: tamen reuocatio poteſt fieri per ſolum abbatem.*

MOnachi. Conſilium eſt, habens multa dicta: ideò non ſummat. & prima pars ponit tria dicta. primò proſequē do titulū. ſecundò primū. tertiò ſiñ. demū illa prorogat: & abbatibus negligentibus cōminat. ſecūda pars ponit prohibitionē, & pœnā, ibi [prioratus] tertia ponit aliā prohibitio
1 nē, & caſus exceptos ibi [priores.] ¶No. primò, † q monaa chi nō debent recipi in monaſterio propter pecuniam. a de
2 quo. j. de ſimo. c. qm. ¶Secundò no. † q non pnt habere peculiū: & ſumit hic peculium pro patrimonio, vt ff. ad Treb. l. cogi. & p Hoſt. in ſumma de pecul. §. quid ſit peculiū. pōt tñ habere adminiſtrationem de conceſſione abbatis. vt j. verſi. niſi ab abbate. & hoc caſu nō propriè diceretur monachus: ſed adminiſtrator, qn eius adminiſtratio verſatur circa temporalia: puta eſt eleemoſynarius, cellarius, vel alius habēs ſimile officium. aliud eſſet, ſi eſſet tale officium, cuius rōne haberet tñ circa ſpiritualia intendere: vt prior clauſtralis, ſacriſta, vel quis alius audiens confeſſiones, vel tñ vacans obſeruantiæ regulæ, ſiñ Io. An. ¶Tertiò no. ibi [per quaſcūq; paro
3 chiales] &c. † q monachi de iure cōi non poſſunt aſſumi ad regimē parochialiū eccleſiarū. & hoc nō de iure cōi (vt dixi) ſed ex diſpenſatione epi poſſunt, vt in glo. 3. quod intellige, etiam abbatis, ſiñ Inno. quidam dicunt, q opi. huius gl. eſt vera in eccleſijs parochialibus pauperibus. ſi verò eſſet parochialis eccleſia, quæ poſſet plures habere: tunc dicunt, q de iure cōi poteſt monachus præfici eccleſiæ parochiali, vt j. eod. c. quod Dei. & hoc tenent Tan. & Goff. cōtra quos ſecūdū Hoſt. facit generalitas huius tex. ibi [per quaſcūq; eccleſias] &c. Vin. tenet indiſtinctè non poſſe monachū de iure cōmuni aſſumi ad regimen eccleſiæ parochialis. nam olim fuit hoc ſtatutum, q poſſet propter neceſſitatem: non debet ergo illud ius extēdi ad vtilitatem, hoc eſt q poſſit præfici, vbi ſubeſt vtilitas. nam monachi regulariter requirunt clauſtra. 16. q. 1. c. ſi cupis. Hoſt. remittit ad ſummam eod. tit. §. vtrū
4 populum. ¶Quartò no. in verſi. Nec inter ſeculares. † q in prioratibus, & capellis monachi non debent manere ſoli. Sine ſocio enim nullius boni eſt iucunda poſſeſſio, vt ait Seneca. epiſt. 6. ad Lucillum. & Chryſoſt. [Vbi non timetur reprehenſor: ſecurus accedit tentator.] quid autem ſi facultates eccleſiæ nō ſufficiant niſi 8. dic, vt j. de cap. mo. c. ſi. ¶Quin
5 tò not. in verſic. ſi quis, † quòd ſimoniachus in ſimplici beneficio eſt irregularis quò ad ordines, ſecundū Pet. & Ab. & collige hic, q magis punitur dans, quàm recipiens ſimo
6 niam, in eodem genere ſimoniæ. ¶Sextò no. † q prioratus, & obedientiæ nō debent dari pretio. & hoc verū de illis, qui habent ius ſpeciale annexum: vel bona ſunt ſibi appropriata, diſtincta à bonis monaſte. ſecus ſi tantū temporalia eſſent de menſa abbatis: vel monachorum. nam tunc poſſent abbas, & monachi ſtatuere, quòd is, cui talis prioratus cōmittetur, certum quid annuum ſoluat de illis redditibus. & talis monachus potius dicetur miniſter, vel cuſtos, quàm prior. quod ſonat in dignitatem. de præben. c. niſi. de priuile. c. volentes. ad fin. lib. 6. ad firmā etiam dari fructus prioratuum, & obedientiarum, non eſt prohibitum. j. ne prela. vi. ſuas. c. vlt. & de loca. c. noſtra. ¶Septimò no. † q priores,
7 per electionē ſuorū Capitulorum debent ad prioratus aſſumi. & tales, ſi eſt prioratus cōuentualis, debent attingere 25. an. ſi non eſt cōuentualis, tamen curatus (licèt illa cura geratur per presbyteros ſeculares) debent eſſe. 20. ann. debent ēt tales reſidere, & pmoueri ad ſacerdotiū, iuxta not. in cle. ne in agro. j. eo. Et aduertēdū, ſiñ Io. An. q iſta verba [Capitulorū ſuorū] fuerunt addita propter tria. primò, vt ſcias in eccleſia cōuentuali debere prælatū creari per electionē cōuentus.



uentus. de elec. c. 1. ſecundò vt tales priores ſic electos ſcias perpetuos: & talibus confirmari poſſunt prioratus. de præben. c. niſi. alij ad volūtatē abbatis reuocātur: nec eis cōfirmantur. de confir. vti. vel inuti. c. ad noſtrā. & c. porrecta. & hoc tenet etiam Inno. tertiò vt ſcias tales priores ſine volūtate diœceſani non inſtituendos. vnde hic in tex. dicitur [canonicè.] nec remouēdos per conſequēs, ſicut nec aſſumptos ad curā animarum. de cap. mo. c. 1. lib. 6. & hoc tenet Hoſti. q de hoc remittit de priuile. c. ſi Papa. §. ſanè. lib. 6. ¶ Octauò no. q priores per electionē aſſumpti, non ſunt à prioratibus ſine rōnabili cauſa amouendi: & inter rationabiles cauſas numerat maior vtilitas: pro qua facilius diſpenſat. de trāſla. c. fi. & vide c. ſi religioſus. de elec. lib. 6. ¶ Quærit glo. dicēs, q monachi non debent habere peculium: qd ergo ſi ſub ea conditione abbas recipit aliquē in monachū, vt liceat ſibi proprium retinere: an ſpreta cōditione impoſſibili de iure, remanebit ingreſſus purus: vel vitiabit ingreſſus. dic de iſta qſtione, vt no. j. de condi. ap. c. fin. & in Authen. ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccle. & dicit circa hoc Io. An. q vſu moderno fieri pōt cū volūtate abbatis, vt vſum habeat: tamē (vt dicit) hoc parū differt à ſimo. Vin. dicit id non poſſe fieri ex pa
8 cto: ſed aliàs ſine pacto. 12. q. 1. c. illi. ¶Vltra Doct. † quæro. quidā abbas habet ſub ſe quoddā hoſpitale, in quo non eſt eccleſia, nec habet curā animarū: ad qd cōſueuit pfici vnus monachus ſui monaſte. per abbatē, & conuentū pſentandus epō, & p eū cōfirmādus, recipit tñ victum in monaſte. & vocē habet in Capitulo, ſicut prius, & reſidētiā facit. qritur, an inuitus poſſit reuocari ab adminiſtratione dicti hoſpitalis: & an à ſolo abbate. vr dicendū, q remoueri poſſit inuitus, ēt ſine conſenſu diœceſani. rō eſt. quia per talē aſſumptionem ad curam hoſpitalis non fuit abſolutus à iugo clauſtri: ergo clauſtralis eſt: nec habet velle, vel nolle. 12. q. 1. c. nō dicatis. de elec. c. quorūdā. & c. ſi religioſus. lib. 6. ad hoc. n. vt mona. chus poſſit abſolui à clauſtro, & ab eo plenè transferri: ne-
9 ceſſe eſt, † q ad aliud monaſte. vel curā animarū epo vel alij ſubiectā transferantur. vt j. c. quod Dei timorē. & de elec. c. conſtitu. hinc eſt, q de iure monachus non pōt præfici hoſpitali nō curato, vt no. Io. & Pau. de re. do. c. 2. in cle. & Archi. 18. q. 1. c. quidā. nā poſtquam remāſit monachus monaſt. nō poſſet ēt expſsè abbas ſibi obligari: vt in vita ſua teneat certū locū, vt no. Hoſt. qui cle. vel vo. c. vl. & optimè facit ad pmiſſa qd no. Archi. de offi. ordi. c. vlti. lib. 6. in gl. magna. maximè in fi. & hoc reſpectu iura volunt prioratus confirmari monachis: ne obedientia cōtenatur. de confir. vti. vel inuti. c. ad noſtrā. & c. porrecta. ſed qn monachus transfert ad curā animarum, & p epm inſtituit: tūc non remanet monachus monaſte. nec aliquid habet cōmune cū eo. 18. qō. 1. c. 1. & c. ne pro cuiuſlibet. & talis monachus ſic plenè trāſlatus nō tenet habere ſociū ſui ordinis, vt no. Io. And. & Pau. j. e. c. 1. §. ad hoc. in 6. col. i cle. Nō ob. j. de cap. mo. c. 1. lib. 6. & de priuile. c. cū & plātare. §. in eccleſijs. & quod no. Inn. de renū. c. fi. in fi. vbi requirit in reuocatione licētia diœceſani, ſiue con firmātis. loquūtur. n. in clericis ſecularibus p abbatē pſentatis. vel in religioſis ad curā aīarū trāſlatis: & p cōſequens nil cōe habētibus cū monaſte. vt dictū eſt. nō. n. ē incōueniēs, q monachus prior prioratus ſubiectus epō pro libito abbatis poſſit ad clauſtrum reuocari. de priuile. c. vno. in fi. lib. 6. imò monachū per epm bñficiatū ad bñficiū manuale abbas reuocat ad clauſtrū, vt no. de ſup. ne præ. c. vno. in gl. & in talibus. in cle. nec ſequit. non pōt monachus miniſtrare in dicto hoſpitali ſine licētia epi: ergo nō pōt reuocari ſine epō. tolle inſtātiā in cōfeſſoribus prædicatorū, & minorū, q nō pnt audire pfeſſiones ſine licentia epi: & tñ pnt reuocari ſine epō. vt in cle. ſup cathedrā. de ſepul. in cle. & ratio prima efficax eſt, q iſte valeat reuocari: q a nō eſt abſolutus ab obediētia. & p hoc tollit, quod poſſet allegari in contrariū. de offic. archi. c. ad hæc. in fi. licèt in alio caſu loquat. facit ēt cōtra prædicta de offi. vica. c. ad hæc. vbi cōfirmatio epi, quod erat ad tps, & reuocabile, facit perpetuū: & qd ſine cauſa, & ſine iudi
10 ce reuocari nō poſſet. Ad ſiñ dubium dic, † q licèt abbas, & cōuentus habeant ponere monachos in prioratibus, obediētiarijs, & alijs beneficijs: tñ reuocatio. pōt fieri per ſolum abbatē: nec pōt, inuito abbate, monachus talem prioratum, vel hoſpitale tenere. 18. q. 2. c. nullā. j. eo. c. cum ad monaſteriū. §. prior. no. ad hoc de elec. c. ſi religioſus. lib. 6. Non ob. q cōuentus nolit reuocare. nam nō ſequitur. ad conuentum pertinet inſtitutio: ergo deſtitutio. de hæreti. c. cū ex iniuncto. eſſet. n. abſurdum dicere, q iſte ſit monachus, & non ſub obedientia. & ita conſuluit Fede. conſilio. 149.

ADDITIO.

a ¶ Propter pecuniam. Adde Io. de Turre crema. in c. 1. q. 2. vbi pulchrè.

SVMMAE.

1 *Ciſtercienſibus non eſt licitum poſſidere villas: eccleſias: altaria: fidelitates: hominia & c.*
2 *Priuilegia certo ordini conceſſa perduntur, cum à primæua inſtitutione declinant.*
3 *Ordo tunc dicitur delinquere, cum omnes magni, & parui transgrediuntur terminos ſuos.*
4 *Clerici negotiatores in ipſis negotiationibus non gaudent priuilegio clericorum.*
5 *Eccleſia vna cum ſuis clericis poteſt ſe transferre ad regulam arctiorem.*
6 *Mutatio ſtatus eccleſiæ pendet ab epiſcopo, non ab inferiore.*
7 *Religioſi debent rerum ſecularium, paupertate lætari.*
8 *Diuites cum bonis operibus non ſunt obijciendi.*
9 *Ingreſſus nouiter monaſterium, an ita recipiat partem de rebus communibus, ſicut & antiquus.*

REcolentes. Monet Ciſtercieñ. q ſeruent regulā ſuā ſiñ primeuā inſtitutionē ipſius. Ab. dicit [cuius vitā gerimus, eius regulæ fore cenſemus.] & hoc dicit prima pars. ſecunda dicit, q ſi ſit domus religioſa alteri aggregata, eius mores ſeruare tenetur. diuiditur in quatuor partes. in prima Ciſtercieñ. ordo ſecundùm antiqua tempora multipliciter commendatur. in ſecunda, conſideratis modernis temporibus, reprehenditur. in tertia, vt ipſi Ciſtercieñ. ſuis antiquis terminis ſint cōtenti, admonētur. in quarta, qualiter domus, quæ Ciſtercienſibus ſe ſubijciunt, ſe eiſdem cōformare debeant inſtitutis. ſecunda ibi [colentes.] tertia ibi: [ideoq;.] quarta ibi [cæterum.] ¶No. primò dolendum eſſe, cū ordo ſanctè plantatus, & inſtitutus noſcitur declinare. ambulare enim debēt homines de virtute in virtutem. de tranſac. c. 1. 93. diſt. c. legimus. de mu. & ho. c. vt gradatim. nam ſecundū B. in via Dei, ſtare eſt retrocedere. & nemo mittens &c. s. c.
1 1. magnæ. ¶Secundò not. † q Ciſtercienſibus non eſt licitū poſſidere villas, eccleſias, altaria, fidelitates, hominia, &c. quæ expone, vt hic in nouella. quid ergo, ſi eis talia relinquantur. videtur, quòd poſſint ipſa apprehendere: non vt re
a tineant, a ſed vt vendant, vel commutent, vt j. ver. cæterum. cum enim talis incapacitas non cauſetur propter vitium, vel delictum ipſorum: videtur, quòd commutatio, vel æſtimatio debeatur, iuxta no. in l. apud Iul. §. fina. de leg. 1. & de hoc. s. de proba. c. in nouella. & l. Deo nobis. C. de ſacroſan.
2 ec. per Cy. ¶Tertiò not. in ver. ſi enim. † q priuilegia certo ordini conceſſa perduntur, cum à primeua inſtitutione declinant, & tranſgrediendo terminos ſuos. & ſic delictum præ
3 latorum nocet ordini. † & ordo tunc dicitur delinquere, cū omnes magni, & parui tranſgrediuntur terminos ſuos. quod dic, vt no. de ſimo. c. dilectus. vbi dixi. ¶Quartò no. q qui cōmunem cum alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentire debent in legibus diſciplinam. † vnde clerici negotiatores in ipſis

negotiationibus non gaudẽt priuilegio clericorũ.ſ.de vi. &
ho.cle.c.fi.qui enim excedit terminos ſuos, exceditur à non
ſuis terminis, vt no.in l.hæreditatis.C. in qui.ca.ceſ.lon. tẽp.
5 præſcrip. ¶Quintò no.in ver.cæterũ.† ꝙ vna eccleſia cũ cle
ricis ſuis põt ſe transferre ad regulam arctiorem. & tunc de
bet ſe illius ſtatui conformare. ſicut ergo perſona põt etiã
ſe trãsferre ad regulã ſtrictiorem, vt ſ.de regu.c.licet. ita ẽt
6 eccleſia cum Capitulo ſuo.† iſta tñ mutatio ſtatus eccleſiæ
pendet ab epo:non ab inferiore.10.q.1.c.decretum.& c.re-
genda.de exceſ.præla. ſicut vnire, per Inno.[& de iſta vnio-
ne vide,quod no.ſ.ne ſede va.c.1.& ff.de leg.1.l.1.per Bar.
7 ¶Sextò no.† ꝙ religioſi debent rerũ ſeculariũ paupertate
lætari.difficilè.n.poſsidentur ſimul diuitiæ, & virtutes.12.q.
8 2.c.gloria.† diuites tamen cũ bonis operibus non abijci-
mus.30.di.c.hæc ſcripſimus.12.q.1.c. exẽplũ. de diuitibus
verò reprobis,qui libentius intuentur aurũ, quàm ſolẽ, vi-
de 47.diſt.c.ſicut hi.& in Euange.Matth.19.Facilius eſt in-
trare camelum per foramẽ acus,&c.non qui parũ habet:ſed
qui plus habere cupit, pauper eſt, ait Seneca ad Lucillum in
9 epiſt. ¶Quærit Io.An.† an de rebus cõmunibus ita perci-
piat partem ille,qui eſt nouiter ingreſſus,ſicut antiquus. di-
cit,ꝙ ſic,dum ibi manet.ſi aũt ad alium locũ tranſiret, ſua tã
tũ ſunt ſibi reddenda.ſ.de cle.coniu.c.quod ad te. Ego quæ
ro ſi collegium diſſoluatur: an quilibet de cõmunibus per-
cipiet partem.dic,vt dixi poſt Inno.ĩ.de exceſ.præla.c.dile-
cta.& no.Bar.in l.1.de colle.illi.vbi dixi.

ADDITIO.

a ¶Vt retineant. De amortiſatione quid iuris, vide in Specu. tit.de loca. §.nunc aliqua.ver.116.cum ſeq.& per Io.Ray.diſt.1. c.1. §.habito.tit. de feud. aliena. per Fede.

*SVMMAE.*

1 *Regularis, qui proprium non reſignauit in morte: ſi ſepultus fuerit in cemiterio, debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt.*
2 *Regularis retinendo ſibi aliquid, facit contra regulam, ſicut & monachus.*
3 *Exhumandus aliàs propter ſcandalum non debet exhumari.*
4 *Iudicium idem habendum eſt de ſimilibus.*

1 SVper quodam. † Regularis, qui
proprium non re
ſignauit in morte: ſi ſepultus fuerit in cemiterio, ex-
humari debet,ſi ſine ſcandalo fieri poteſt.cõis diuiſio.ſecun
2 da ibi[inquiſitioni]quã prorogat,ibi[hoc aũt.] ¶No.†pri-
mò,ꝙ regularis aliquid retinendo ſibi, facit contra regulã,
3 ſicut & monachus,vt ſ.c.2. ¶Secundò no. † propter vitan-
dum ſcandalum non exhumari illum, qui aliàs exhumãdus
4 eſſet. ¶Tertiò not. † ꝙ de ſimilibus idem eſt iudicium ha-
bendum. & vbi eadem ratio, idem ius, vt in glo.fi. ad quod
vide,quod no. de temp.or.c.1.lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Intrinſeca probantur per extrinſeca.*
2 *Clericus ſecularis vnius diœceſis poteſt tranſire ad monaſterium alterius diœceſis.*
3 *Profeſſus religionem, licèt non exprimat cui regulæ ſe deuoueat: intelligitur illam vouiſſe, in cuius fratrum manibus profeſſionem fecit.*
4 *Eligens malè, iterum poteſt eligere.*
5 *Parochiani poſſunt petere confirmationem ab epiſcopo: & adminiſtrationem ſuæ eccleſiæ parochialis alicui committi.*
6 *Monachi an poſsint præfici eccleſijs parochialibus ſine diſpenſatione.*
7 *Conſtitutio, quæ loquitur de monachis, non includit canonicos regulares: licèt in multis conueniant, vt in ſubſtantialibus regulæ &c.*
8 *Officium prædicationis eſt priuilegiatum. & in quo conſiſtat illud priuilegium.*
9 *Canonicus regularis aſſumptus ad regimen eccleſiæ ſecularis, parochialis debet habere ſocium ſui ordinis. Nec eſt liberatus ab obſeruantia ſuæ regulæ. nu. 10.*
11 *Monachus cum licentia, vel conſenſu abbatis poteſt præfici per epiſcopum eccleſiæ parochiali, etiam ſæculari.*
12 *Monachus promotus non poteſt in eccleſia collegiata canonicorum ſecularium habere præbendam.*
13 *Epiſcopus, licèt poſsit diſpenſare, vt factus iam monachus poſsit transferri ad eccleſiam ſecularem propter curam: non tamen poteſt diſpenſare, vt ille, qui ſolemniter vouit, & promiſit religionem ingredi, voto non completo, aſſumatur ad regimen eccleſiæ curatæ.*
14 *Abbas an teneatur conſtituere monachum ſuum poſtulatum ad regimen eccleſiæ curatæ.*
15 *Religioſus mendicans profeſſus licito modo regulam Benedicti: an poſsit extra adminiſtrationem monaſterij proprij, & ordinis aſſumi per epiſcopum ad regimen cuiuſdam parochialis eccleſiæ.*

QVod Dei timorem. Ca-
no-
nicus regularis præfici põt parochiali eccleſiæ,ẽt
ſeculari:ſed debet ſociũ ſui ordinis ſecum habere. & põt di-
uidi in tres partes.in prima exordiũ.in ſecunda facti narra-
tio, & ſupplicatio.in tertia ſupplicationis admiſsio cum du-
plici motiuo. ſecunda ibi[ſanè]tertia ibi[licèt.] ¶No. pri-
1 mò,† ꝙ per extrinſeca probantur intrinſeca.vnde Matth.7.
[A fructibus eorum cognoſcetis eos.] & Hiero. ad Paulam.
[Ex pomorũ dulcedine generoſi ſeminis arbor agnoſcitur.]
præſumitur.n.pro aliquo ex fructibus bonorum operũ.hinc
Io.1.[Si mihi nõ creditis, operibus credite.]facit.ſ.de præ-
ſum.cap.ex ſtudijs.& vulgariter dr̃. opus laudat magiſtrum.
& Seneca.30.4.ad Luci.[Nõ eſt eius animus in recto: cuius
2 acta diſcordant.] ¶Secundò no.† ꝙ clericus ſecularis vnius
diœce.põt trãſire ad monaſterium alterius diœce. vt hic cõ
tingit:vbi clericus dio. Floreñ. tranſiuit ad monaſte. Bono-
niæ: per quem trãſitũ vr̃ vitam voluiſſe mutare:poſtquam re
ſignauit eccleſiã,vt ſ.de reg.c.ſtatuimus.¶Tertiò no.ꝙ iſte
reſignauit officiũ plebani coram fratribus ſancti Victoris:&
in hoc minus prouidè ſe geſsit. quia in manibus epi Floren-
tini renunciatio fieri debuit.ſ.de renun.c.admonet. ſm̃ Inn.
3 qui etiam dicit, † ꝙ licèt non exprimat,cui regulæ ſe deuo-
ueat: intelligitur illã vouiſſe, in cuius fratrum manibus pro-
feſsionẽ fecit.¶Quartò no. ꝙ poſt renunciationem iſte fuit
impetratus iterũ ad plebaniã: ſed dices. cum dixeris minus
prouidè renunciaſſe iuri ſuo:vr̃ ſine alia impetratione potuiſ
4 ſe redire. † ſicut qui malè elegit,iterum põt eligere, vt c. p-
petuè.de elec.lib.6.ſo.dic, ꝙ renunciatio tenuit in ipſius præ
iudicium.ſ.de renun.c.quod in dubijs.& d.c. admonet. nam
licèt non fuerit facta renunciatio in manibus perſonæ ido-
neæ: non tenet quò ad renunciationem.quia renunciatio nõ
requirit partis præſentiã in realibus: ſecus in perſonalibus.
quod dic,vt no. Inno.ſ.de renun.c.veniens.& Bar.in l.nõ ſo
5 lum.§.ſi liberationis verba.de li.leg. ¶Quintò no.† ꝙ paro
chiani poſſunt petere cõfirmationẽ ab epo:& adminiſtratio
nẽ ſuæ eccleſiæ parochialis alicui cõmittit: ſimiliter reſtitu
tionẽ, eo ꝙ ſub malo ſacerdote patiuntur famẽ,& ſitim ver-
bi Dei.8.q.1.c.audacter.& ſic intereſt ipſorum.de elec. c.q̃-
relam.vñ Hiero.deplorat Treñ.4. Paruuli petierunt panem,
ideſt verbum Dei: & non erat,qui frangeret eis.ſ.diſtinguẽ-
do, & prædicando. & iterum adhæſit linguæ lactens in ſiti.
dicit tñ Hoſt.ꝙ illud eſt verum, qñ ad populum ſpectat ius
patronatus.nam aliàs ſe non intromittit.de elec.c.ſuis. quiſ-
quis.Maſſana. nec de alijs ſpiritualibus, vt patet ex no.ſ.de
arbi.c.contingit.ſimiliter nec admittuntur laici ad accuſatio
nem prælatorũ,vel clericorum:niſi in excepti. de ſimo. c.pe.
de ſimo.c.tanta.¶Sextò no. ꝙ iſte iam erat obligatus mona
ſte.ſancti Victoris de Bononia.& tñ fuit impetratus per pa-
rochianum



rochianum plebis ab epo Floren. & intellige etiã conſentiẽ
te epiſcopo Bonoñ.vel ſaltẽ priore, & cõuentu ſancti Victo
ris.quamuis.n. diſpenſatio ſpectaret ad ſolũ Florentinũ: tñ
fieri non debuit ſine prædictorũ conſenſu, ſm̃ Inno. ad hoc
d.c.admonet.& ſ.c.monachi. & quod no.Io. An.ſ. de renũ.
c.poſt tranſlationem.& ideò requiritur prædictorum cõſen-
ſus:qa tractatur de tranſlatione ſui monachi ad alium locũ.
quæ fieri non debet ſine cõſenſu Capituli,prælati,& epiſco-
pi.ſicut nec alienatio rei. quia maior eſt alienatio perſonæ,
quàm rei.12.q.1.c.præcipimus.& de regu.c.licèt. & ibi no.
Sed dices. auctoritas epiſcopi Floren.ſiue eius requiſitio nõ
vr̃ neceſſaria in hoc facto. quia ſi res, & perſona,ad quã res
ſpectat, ſunt diuerſarum diœce. requiritur in alienatione rei
diœce.loci,vbi perſona conſiſtit:non vbi res, vt l. magis pu-
to.§.quæri.ff.de rebus.eo.& no.Inno.in c.paſtoralis. de pri-
uile.à ſimili ergo non vr̃ curandũ, vbi ſita ſit eccleſia,de cu-
ius prouiſione tractatur: ſed vbi perſona,quæ ad illam eccle
ſiam promouetur.ſo. illud verũ, cum res ſubiacet perſonæ:
quæ ipſam vult diſtrahere: ſecus ſi res,& perſona ſe inuicem
non contingunt,vt hic.tũc quilibet iudicum, quibus ſubſunt
res, & perſona,conuenire debent,ar.l.iuriſperitos.§.cũ oriũ
dus.ff.de excu.tu. vel dic, ꝙ in illo c. tractatur principaliter
de vtilitatẽ eccleſiæ,non perſonæ:imò perſona monachi ve-
nit per modum acceſſorij ad eccleſiam: ſecus qñ perſona ve
niret ad rem principaliter.facit.c.2.ĩ.de reli.do. ¶Septimò
6 no.in ver.licèt aũt. † ꝙ monachi pñt præfici eccleſijs paro-
chialibus: vtrũ autẽ ſine diſpenſatione.dic,vt in glo. & colli
7 ge, † ꝙ conſtitutio, quæ loquitur de monachis,non includit
canonicos regulares: licèt in multis conueniant, vt in ſubſtã
tialibus regulæ,obedientia,abdicatione proprij,caſtitate,&
cõi vita, & conſilio prouinciali faciendo.de vi.& ho.cle.cap.
qm̃.& breuiter ſm̃ Hoſt. conueniunt in omnibus, niſi in ex-
8 ceptis. ¶Octauò no. † ꝙ officium prædicationis eſt priuile-
giatum:& in quo conſiſtat illud priuilegium. dic, ꝙ in mul-
tis.primò quia de qualibet religione poteſt quis aſſumi ad il
lud officiũ,ſm̃ Goff.qui hoc no.de iude.c.quàm ſit.ſecundò,
quia ordo prædicatorũ in Eccleſia Dei ad hoc ſpecialiter de
putatus eſt. tertiò vt nullus laicus ad hoc officium admitta-
tur.quartò,vt nullus,niſi clericus admittatur.quintò, ꝙ pu-
blicè admittatur. ſextò,vt prædicator fiat vicarius epi. ſepti
mò,vt tales præficiantur in eccleſijs parochialibus,& regu-
laribus:quos epiſcopi in hoc poſsint coadiutores habere.de
offi.ord.c. inter cætera.ĩ.de hæreti.c.cum ex iniuncto. octa
uò, quia pro hoc officio exercendo aliqui ſunt mittendi ad
ſtudium theologiæ cum priuilegio.de magiſt. c. ſuper ſpecu.
nonò, vt prædicatores licitè mendicare pñt. de hoc.ſ. c. 1.
ex multo.§. de clericis. & vt eleemoſynas accipiant ab excõ
municatis.de ſen.exc. c.cũ voluntate. decimò, vt poſtulatio
de prædicatore facta citius admittatur. de elec. c. in cauſis.
in fi. vndecimò,vt alterius epiſcopatus eccleſia præſcribat,
etiã cum ſcientia rei alienæ. de præſcri. c. 1. duodecimò, vt
cũ gentilibus ibi recipiantur.de iude. c. quàm ſit. tertiode-
cimò, vt diuerſarum religionum habitus in vnũ confirmet.
ſ.de vi.& ho. cle.c. Deus q. quartodecimò,vt excõicatus in
tra eccleſiam,quãdiu prælatus prædicat,admittatur. de ſen.
excom.c.ex reſpõſo.quintodecimò,vt clericus, etiã religio-
ſus & ſi cogatur mendicare,votum vltramarinum perſona-
liter exequi teneatur. ſ.c.1. quod ſup his. & c. ſeq. & fi. de-
cimoſextò,vt indignus, vel inſufficiens ad hoc officium non
admittatur.ne cle. vel mon. c. ſuper ſpecu. decimoſeptimò,
vt ſecurè proponatur verbũ Dei in genere,& ſi aliquis ocul-
tus pctõr tangatur in ſpecie. vnde. 1. ad Thi.2. Verbum Dei
non eſt alligatum. 43. diſt. c. Epheſijs. decimooctauò ſpe-
cialis ordo prædicatorum in multis propter hoc eſt priuile-
giatus,vt patet.ĩ.de exceſ. præla.c.nimis.iſta enumerat Ho-
9 ſtien.& Io.An. poſt eum.¶Nonò no.† ꝙ canonicus regula-
ris aſſumptus ad regimen eccleſiæ ſecularis parochialis de-
bet habere ſociũ ſui ordinis. & idem in monacho ſic aſſum-
pto: vterque.n.habere tenetur,ſi cõmodè fieri põt: aliàs nõ.
cum.n.vterq; ſit regularis, non põt reddi ratio diuerſitatis:
ergo idem ius.ſ.de poſtu.c.2.Eſt tñ aduertendũ, ſecundùm
Io.And.an præficiatur curæ:vel non. primo caſu non ſit ne-
ceſſe habere ſocium.ſecundo ſic.& ideò dicit ipſe,quod dici
tur de ſocio,habet locum in clauſtrali,vt no.ĩ.ti.2.c.fi.¶De
10 cimò no.† ꝙ monachus, ſiue canonicus tranſlatus ad regi-
men eccleſiæ parochialis ſecularis, & collegiatæ (vt iſta erat)
non eſt liberatus ab obſeruantia regulari: ſed eam ſeruare
tenetur,vt hic.quod eſt verũ quò ad ſubſtantialia regulæ: in
diuino verò officio,& in alijs,quantũ bono modo põt,ſe cõ
formare tenetur cum presbyteris,& collegis ſuis. 41.diſt.c.
quiſquis.18.q.1.c.3.& q.7.c. in noua. & facit quod de ſocio
no.ĩ.eo.c.1.in cle. ¶Oppo.iſte tex.dicit,ꝙ iſte factus cano
nicus propter officiũ prædicandi potuit aſſumi ad regimen
eccleſiæ ſecularis. contra imo non videtur hoc fieri potuiſſe
ſine diſpenſatione.55.diſt.c.priſcis.ſol.magna glo.aggredi-
tur iſtũ paſſum.an hodie de iure communi poſsint regulares
aſſumi ad eccleſias parochiales.dic, vt in ea. de quo etiã no.
in d.c.priſcis.& 16.q.1.in ſumma.Hoſti. ſequens Tan. Hug.
11 & Goff.dicit, † ꝙ monachus cũ licentia,vel conſenſu abba-
a tis a poſsit hodie præfici per epm eccleſiæ parochiali, etiam
ſeculari.quod intelligit Io.An. verũ, etiã ſi epiſcopus verbis
diſpenſationis non vtatur.58.diſt.c.1.& 2.& 74. di.c.quorũ
dã.Idem in canonicis regularibus, vt hic. & aduertendũ, ꝙ
iſta aſſumptio,& tranſlatio monachi, vel canonici toleratur
propter curam animarum. ex quo argue, ꝙ ſi non haberet
curam animarum actu,ſed habitu,nõ poſſet talis ad talẽ ec-
cleſiam non curatam actu promoueri.quia ceſſat rõ curæ:er
go diſpoſitio iuris,vt l.adigere.§.quamuis.de iur.pat.collige
12 ex hoc,† ꝙ talis ſic promotus non poſsit in eccleſia collegia
ta canonicorũ ſecularium habere præbendam.de hoc de re-
gu.c.ſuper eo.de vi.& ho.cle.c.Deus qui.nec perſonatũ: pu-
tà ꝑpoſiturã, vel decanatum ipſarũ eccleſiarũ collegiatarũ:
niſi ob neceſsitatẽ curæ animarum, ex diſpenſatione Capi-
tuli,& epiſcopi hoc fiat.de his, quæ fi. à præ.c. nouerit. & c.
quanto. ſecundùm Hoſti. qui remittit ad ſummam. eo.ti.§.
vtrũ populum.& vide ad prædicta,quod no.in cle.1.de elec.
relaxatio ergo iuris ob certam cauſam facta,nõ debet extẽ-
di ad caſus non habẽtes ſimilẽ rationẽ:imò nec ad ſimiles,ſi
contra ius proceſſerit,vt in Authen.quas ac. & quod ibi no.
C.de ſacroſan.eccle.facit l. quod verò.ff. de leg. ¶Secundò
oppo.hic non apparet,ꝙ iſte profeſsionem fecerit:vel habi-
tum aſſumpſerit:ſed tantũmodo ꝙ prædicta promiſit:& ta-
men Papa diſpẽſat, ꝙ poſsit miniſtrare in parochiali eccle-
ſia,non impleto voto:ſed vr̃, ꝙ malè faciat:imò ſibi perſua-
dere debuit,ꝙ impleret votum, vt ſ.titn.1.c. pe.ſo.vt in glo.
magna, ibi[præterea dicitur.] q̃ ſoluit, ꝙ ibi eccleſia Gebẽ-
neñ.ad quã electus fuerat,erat ſecularis:vnde poſtea quã ac
ceptaſſet, non poterat fieri monachus, eo ipſo remanẽte in
epiſcopatu:ſed factus primò poterat ad illã aſſumi,ſiue eſſet
ſecularis,vt ĩ.de elec.c. cum rationi. in cle. ſiue regularis.ĩ.
de elec.c.nullus.lib.6.vel aliter,vt in glo.vel dic,ꝙ hic epiſco
pus voluit diſpenſare cũ illo propter maius bonum curæ:ibi
autẽ Papa voluit diſpenſare cum illo.Lau.dicit,ꝙ iſte poſtea
ſolẽnẽ profeſsionẽ fecit.Ego vltra Doct.audeo dicere, ꝙ il-
lud, quod hic dr̃, procedit potius de ſpeciali gratia Papæ,
quàm de iure.quod colligitur ibi [à nobis ratum haberi ſup
pliciter poſtulauerũt] &c. & ibi [ſic annuendum duximus
poſtulatis.] fuiſſet enim talis poſtulatio ſuperflua, ſi de iure
cõi,voto no cõpleto,potuiſſet ſolus eps diſpenſare, vt l.1.C.
13 de theſ.lib.10.& pro tãto dico† ꝙ licèt eps poſsit diſpẽſare,
vt factus iam monachus poſsit transferri ad eccleſiã ſecula-
rem propter curã:non tñ poſſet diſpenſare,vt ille, qui ſolem
niter vouit,& promiſit religionem ingredi: voto non cõple-
to,aſſumatur ad regimẽ eccleſiæ curatæ: & ideò hic fuit ne-

ceſſaria Papæ diſpenſatio,& diſpenſate voluit:ſed nõ voluit
14 in d.c.pe.& ſic intelligo hũc tex.¶Quæro.†vtrũ abbas mo-
nachũ ſuum poſtulatũ ad regimen eccleſiæ curatæ teneatur
conſtituere. dicit Io.An.ꝙ ſic:vbi non inuenirentur honeſti,
& ſufficientes : & monachus ſic poſtulatus eſt bonus prædi-
cator,& honeſtus in vita.21.q.1.c.1.de elec.c.in cauſis.&
c.nihil.& in hoc etiã priuilegiatũ ſit officium prædicandi ra-
tione regiminis competẽs.dicit etiam,ꝙ ex quo talis mona-
chus tranſlatus eſt,& per epm inſtitutus, abſolutus eſt ab ab
bate:& ſolus eps eſt ſibi abbas . facit qđ dixi.ſ̃. c.2. ¶Vltra
Doct.ſumpta occaſione tranſitus permiſsi de monachis ad
15 eccleſias ſeculares curatas : quæro † an religioſus mendicãs
profeſſus licito modo regulam Benedicti poſsit extra admi
niſtrationẽ mona.proprij, & ordinis aſſumi per epm ad re-
gimen cuiuſdã parochialis eccleſiæ.videtur, ꝙ non, per c.vt
profeſſores. de regu. in cle. vbi dr̃, ꝙ nec aliquã curam,nec
quodcunq; animarũ regimẽ tales pñt obtinere , vel exerce-
re.ibi dñs Fede. de Senis refert ſe pluries recuſaſſe conſule-
re: tñ ab amico coactus conſuluit talẽ religioſum poſſe præ
fici per epm,& aſſumi.Non ob.cle.vt profeſſores . quia loq-
tur de adminiſtrationibus proprij ordinis . quod patet ex
pluribus. primò quia ceſſat rõ finalis cõſtitutionis illius . nã
in prin.ſunt duæ cauſæ:vna impulſiua.ſ.vt religioſi remaneãt
libentius in ordine ſuo.alia finalis.ſ.vt in domibus , ad quas
tranſeunt,quietius ſtudeant permanere.iſta ceſſante , ceſſat
& conſtitutio.facit quod no.ſ̃.de renun.c. poſt tranſlationẽ.
cum ſua materia in glo.ar.hic.præterea facit verbum , inibi.
ibi poſitum : ꝙ ſi non ibi, alibi ſecus , & facit ad hoc prima
punctuatio,quæ placere vr̃ Io. An.ſuper ipſo ver.inibi, poſi-
ta.& facit ad hoc optimè conſtitutio dñi Benedicti de mo-
nachis.c.35. Sed oppo. ad hoc. ſi in ſuo monaſterio nõ pñt,
in quo ſtando,debent eſſe fauorabiliores: ergo nec alibi. nã
monachi non debẽt clauſtrum exire , nec curã animarũ ge-
rere:ſed ſemper pſalmodiæ, & operibus manuũ alibi inſiſte
re.16.qõ.1.c.monachus.& c. ſi cupis.& c.alia.de conſe.diſt.
5.c.nunquàm . reſpondeo.illis c. derogatur per c. doctos,e.
cauſam.& qõ.& per id,quod ibi no. pręterea illa conſtit. vt
profeſſores. eſt pœnalis , & exorbitans à iure eorũ antiquo:
ergo non eſt extẽdenda.de pœni.di.5.c.pœnæ.de elec. c.ſta
tutis.lib.6.hæc tñ rõ non placet . quia non eſt pęnalis : quia
non priuat iure iam quæſito,ſm̃ ea,quæ no. Io. An.de elec.c.
vlt.ſuper gl.2.lib.6.in nouella.præterea dicit ipſe, totũ illud
c.loquitur vniformiter: & pars ſecunda continuatur primæ:
quod deſignat dictio,quomodocũq;. quæ continuatiua eſt,
vt dicit Io.Mo. & Archi.de elec.c.quorũdã.ad fi.lib.6. & ſic
totũ c.principium,& finis intelligitur de prioratibus,& ad-
miniſtrationibus , & cura animarum in eorum ordine:vt ſic
totum c.ſit vniforme. facit de bap.c. maiores.& ita dicit cõ
ſilio.156.Lau.ibi in additis ad conſiliũ, dicit hic recuſandũ:
quia præſtat occaſionẽ malo,& fraudibus:& quòd creditur
cõiter cõtra:& loquẽdũ eſt,vt plures:& ſentiendũ, vt pauci.
vñ Marcus Varro.In multis cõtra ſapere,deſipere eſt.&c.

ADDITIO.

a ¶ Conſenſu abbatis. Adde videndum Ioannem de Turre cremata in c. ad eccleſiam.58.diſt.

*SVMMAE.*

1 *Monachi non debent vti lineis camiſiis. Nec habere proprium.nu.2. Nec recipere arbitrium.nu.4.*
3 *Relictum factum monacho, cui debeat ſolui.*
5 *Monachus ingreſſus monaſterium an debeat pronunciare arbitrium, etiam præcipiente abbate.*
6 *Legatum alimentorum cadit in his,qui amiſerunt ius ciuile.*
7 *Monachus ſi deprehenditur proprium habere in vita , expellitur de monaſterio : ſi in morte inter fratres non ſepelitur.*
8 *Mortuus non poteſt in loco ſepeliri , vbi non potuit in vita morari.*
9 *Exbanniti de ciuitate non poſſunt poſt mortem ad ciuitatem deferri.*
10 *Pecunia reperta monacho in morte an tota ſit ſepelienda cum eo.*
11 *Rumor in monachis dicitur abuſio.*
12 *Monachi non debent veſci carnibus etiam in ſolemnitatibus.*
13 *Monachi poſſunt comedere carnes extra refectorium ex licentia abbatis.*
14 *Monachus vadens ad ſtudium,debet petere diſpenſationem ab abbate ſuper eſu carnium.*
15 *Argumentum à contrario ſenſu ceſſat in caſu, in quo ex eo ſequitur abſurditas.*
16 *Abbas poteſt comedere carnes in camera ſua.*
17 *Monachi in infirmitate pro recuperanda ſanitate poſſunt vti medicinis.*
18 *Tutela affectata non inducit immunitatem.*
19 *Fides,& diſcretio requiritur in officio.*
20 *Prioratus,vel adminiſtratio eccleſiæ non debet, nec poteſt alicui cõmitti : niſi ad nutum,& beneplacitum abbatis.*
21 *Prior qualis eſſe debeat.*
22 *Abbatis officium quod ſit.*
23 *Abbas non poteſt diſpenſare , vt monachus habeat proprium , ſiue proprietatem.*
24 *Papa an poſsit diſpenſare cum monacho,quòd habeat proprium: vel quòd ducat vxorem.quòd ſic cum cauſa . Et ſi cauſa non ſubeſt: an valeat eius diſpenſatio.nu.25.*
26 *Renuncians abbatiæ, an remaneat monachus illius monaſterij . quòd non.*

# CVm ad monaſterium.

Dicit Ioan.An.diuide.c.in quinque partes.in pri
ma tractat de veſtibus monachorum.in ſecunda de abdica-
tione proprietatis.in tertia ibi[in oratorio.]tractat de ſilen-
tio.in quarta de cibis ibi: [in refectorio ] quinta ibi [tales.]
tractat de officijs. & primò de alijs. ſecunda ibi [prior.] de
priore clauſtrali. tertia ibi [abbas verò. ] de abbate. & iſta
Decre.& ſequens innouantur,& obſeruari præcipiuntur per
1 concilium.ĩ.eo.c.ne in agro.in cle.¶No.primò,† ꝙ mona-
chi non debẽt vti lineis camiſijs:quibus tñ vti poſſunt cano-
nici regulares. hic dicitur,ꝙ regulæ deſeruiunt latiori.ſ̃.c.ꝓ
xi.carnes ẽt iſti comedunt,& in alijs differunt. vt ſ̃. c. proxi.
2 ¶Secundò no.†ꝙ monachi non debent habere propriũ:nec
ẽt velle,vel nolle.12.qõ.1.c.non dicatis.de permiſſu tñ abba
tis videtur,ꝙ poſsint habere pecuniã : dum tñ ipſam in pro-
prios vſus non expendãt:nec alicui debẽt concedere ſine ab
batis licentia:ſed nomine abbatis poſſent tunc habere pecu
niã pro victu ſuo. quia vr̃ abbas tunc in conſequentiam ſtu-
dij conceſsiſſe.facit l.ſi longius.ff.de iudi.& l.ſi filius.ff. ſi cer
tum pe.& de hoc no.ĩ.de accu.c.ex parte. ¶Tertiò no.ver.
3 vñ quicquam. † ꝙ ſi aliquid monacho relinquatur, non põt
ſibi ſolui,nec põt illud recipere.& ſic fortè facta ſibi ſolutio
non liberat debitorem,ar.contra.l.quod ſeruus . de ſolu. nã
licèt illud,quod promitto ſeruo,poſſum ſibi ſoluere: licèt il-
lud ſibi non valeat retinere.& hoc verũ,cum aliquid promit
titur,vel legatur monacho,quod monaſterio quæri põt . qđ
ergo ſi non põt,qđ relinquitur, à perſona ſeparari:vt vſusfru
ctus.dic,ꝙ quærit monaſt.cõmoditatẽ: ſed titulus radicatur
in monacho quò ad hoc,vt eius obitu finiatur , vt l.neceſſa-
riò.§.ꝙ ſi pendente.ff.de peri. & cõmo. rei ven.& quod not.
de proba.c.in præſentia.in nouella.Et collige per illud, qđ di
4 citur in tex.[nõ præſumat illud recipere]&c.† ꝙ monachus
non põt recipere arbitriũ . quia refert omnia ad abbatis ar-
bitrium:& in hoc caſu non valet arbitrium , vbi reſeruat ar-
bitrio tertij.ff.de arbi.l.item ſi vnus.§.2.Remittit de hoc Io.
An.ad Spe.de arbitrio.§.fi.ver.ſed quæro diligẽter. & ſe.vbi
5 etiã tractatur, † an monachus ingreſſus monaſte. pronun-
ciare debeat,præcipiente etiã abbate . Iuriſtæ in ſeruo, qui
ſimilis eſt monacho, vt no.Bar.in l.fi. de ſtipu. ſer. quærunt,
an illa, q̃ conſiſtunt merè in facto rõnis pronunciatione ſint
talibus



talibus reſeruata : vt eligere, reſtituere rẽ,ire,agere per fun-
dũ.iſta enim,quæ naturalia ſunt, & in facto potius, quàm in
iure conſiſtũt,nõ videntur ab eis abdicari poſſe per iura , vt
6 Inſti.de iure na.gen.& ci.§.ſed naturalia.† Ideo legatum ali
mentorum cadit in iſtis,qui amiſerũt ius ciuile,vt l.legatum.
de capi.di.& l.ſi victum. de re iudi. vnde ſi legetur mihi do-
mus, ſi monacho decẽ dedero.quia dare eſt facti, nõ impleo
cõditionẽ,dando monaſte.ar.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de
vulg. & pup. quod no. Bar.in l.ex facto.§.ſi poſt.ff.ad Treb.
& ideò dubitant Doct. quia aditio hæreditatis conſiſtit in fa
cto: quia dependet ab animo. vt l. gerit.ff. de acqui. hęre. ſi
monachus inſtitutus hæres decedit ante aditionem hæredi-
tatis,trãſmittit eã in monaſte.de quo.ſ̃.de proba. c. in præ-
ſentia.vbi etiam vide,qđ iuris,ſi nolit adire . quæ tñ quæſtio
non procedit ſecundùm illã opi. quæ habet, ꝙ in relictis ad
7 pias cauſas nõ requirat aditio. ¶ Quartò no. † quid iuris,ſi
monachus deprehẽdatur ꝓpriũ poſsidere in vita,vel in mor
te. in vita enim de monaſterio expellitur : & in morte inter
8 fratres non ſepelitur.ex quo collige argu.† ꝙ ille, qui in vita
non poteſt in loco morari: non põt ibi mortuus ſepeliri . vñ
9 eſt ar.† ꝙ exbanniti de ciuitate non pñt poſt mortẽ ad ciui-
tatẽ deferri, vt ibi ſepeliantur. facit quod not. in l. 1.& 2.C.
10 de cadu.toll.¶ Quintò no.† quid fiendũ de pecunia reperta
monacho in morte . quia debet cum eo ſepeliri.quod non in
telligas de tota:ad quid eñ perditio hæc?ſufficit ergo,ꝙ po-
nantur ibi 30.denarij tanto.n.fuit venditus Ioſeph.Gen.37.
& tanto Chriſtus.27. Matth. & hoc ſufficiat ad proditionis
ſignũ oſtendendum,vt ſequitur: ſicut ꝑ modicũ terræ tradi-
tio magnæ poſſeſsionis figuratur.ſ̃. de conſue. c. 2. ¶Sextò
no.in §.in oratorio. de continuo ſilentio retinendo in eo, &
dormitorio:ſimiliter in iudi. cultũ eñ ſuũ iuſtitia ꝑdit , ſi ſi-
lentia iudicij obſtrepentium turbo confundit, propheta di-
11 cente.Erit cultus iuſtitiæ ſilẽtiũ.†Rumor.n. eſt in monachis
abuſio,ſicut inobedientia,& quãplura alia. vt no.in cle.ne in
agro.e.titu.vbi Io.An.refert abuſiones,ex q̃bus tota religio-
nis maſſa corrũpitur, & etiã abuſiones ſeculi.dic,vt ibi.¶Se
12 ptimò no. † ꝙ monachi non debent veſci carnibus ẽt in ſolẽ
nitatibus . Illis enim maximè diebus debent à carnibus ab-
ſtinere.vnde Hiero. ad Euſt. de tranſmiſsis muneribus pro-
uidendũ eſt, vt diem ſolemnem nõ tam ciborũ abundantia:
quàm ſpiritus exultatione celebremus . quia valde abſurdũ
eſt nimia ſaturitate martyrem honorare velle , quem ſcias
Deo ieiunijs placuiſſe.¶ Octauò no.quòd in pręcipuis die-
bus , ſiue feſtiuitatibus nõ debet maior pars conuentus exi-
re ad comedendũ extra refectorium. cõtrarium tñ de facto
ſeruatur : quia relictis duobus, vel tribus monachellis, om-
nes alij(vt digniores appareant)in cellulis,& alijs conuentus
locis ſe conferũt. quod hic expreſsè reprehenditur,ſm̃ Hoſt.
13 ¶Nonò no.† ꝙ ex indulgentia abbatis poſſunt monachi co
medere carnes extra refectorium : aliàs ergo ſine licentia ẽt
14 extra non licet. † & ſic monachus vadens ad ſtudium debet
petere diſpenſationẽ ab abbate ſuper eſu carniũ. & aduerte,
quia in regula ꝓhibetur monachis eſus carniũ quadrupedũ.
à cõtrario ergo ſenſu carnes bipedũ comedere poterunt : vt
gallinas,faſianos,& perdices. quod nõ eſt verũ:& contradi-
cit huic intellectui rõ naturalis, vt patet Exod. 36. & reg.
15 rub.de infir. frat. † & ceſſat argumentũ à contrario ſenſu in
caſu,quo abſurditas ex eo ſequitur. C.de epiſ. & cleri.l.con-
16 uenticula.¶Decimò no.in ver.ſed nec extra. † ꝙ in camera
ſua poteſt abbas comedere carnes: & fratribus huic , vel illi
(vt neceſsitas poſtulauerit) pleniùs exhibere . & not. ꝙ dicit
text.[pleniùs]non dicit[carnibus.]vnde ſm̃ Io.An.loquitur
fortè de groſsis piſcibus.ſed Ioã.de carnibus intellexit,vt pa
tet in glo.& conſuetudo facit pro hac parte : qua monachos
videmus etiam ſine licentia comedere . talis tñ vſurpatio nõ
facit ius . & non quid fiat : ſed quid fieri debeat, intuendum
eſt.de elec.c.cauſam. [& multa per patientiam]&c.de præ-
ben.c.cum iam dudum. nec cõſuetudo excuſare videtur mo
nachos tranſgreſſores regulæ in eſum carnium: ſicut nec va
leret conſuetudo contra votum continentiæ. quod tamẽ Ab
bas in camera poſsit monachis exhibere de carnibus, facit.
quia ipſe non poteſt eſſe ſine hoſpitibus : ſed iſti comedunt
carnes, abbas,& monachi cõmenſales : qui debent ſe cũ eis
conformare in cibis.arg.41.diſt. c. quiſquis.dicit tñ Hoſt.ꝙ
Abbas melius faceret,ſi cauſa hoſpitũ nõ comederet, ſed gu
ſtaret carnes:perfectius quippe,& melius exemplũ, ꝙ tã ip-
ſe,quàm alii tunc abſtinerent. pro monachis tamen facit il-
lud arg.41.diſtin.c. quiſquis. & illud[nimis emungens]&c.
17 4.diſt.c.deniq; . ¶ Vndecimò no.in verſi.porro.† ꝙ mona-
chi in infirmitate pro recuperãda ſanitate pñt medicinis vti:
quæ tñ non ſint cõtrariæ cõſtitutioni diuinæ. de conſe. diſt.
18 1.c.contraria.nec affectatæ ex ſuperſtitione. † quia tutela af
fectata non inducit immunitatem.C.de his,qui ſpõ.mu.ſub.
l.1.& 2.& abſentia affectata nõ excuſat.ff.ſi quis cau. l.2.de
offic.delega.c.paſtoralis.& not.hic Io.An.ꝙ qui minuit ſan-
guinem.13.Februarij,ab initio menſis cõputando,non mo-
reretur illo anno ex febrili diſtemperãtia, & hæc eſt ſalubris
monitio per angelum reuelata, ſm̃ Vin. qui etiã dicit,ꝙ mi-
nuenti imputatur imperitia : ſicut euentus mortalitatis . de
offi.præſid.l.illicitas.§.ſicuti.¶Duodecimò no.in ver.tales.
19 † ꝙ in officio requiritur fides,& diſcretio.vñ Tullius.Funda
mẽtũ iuſtitiæ fides eſt. parũ verò ſufficeret fides ſine diſcre-
tione. vnde c. reg.31. ſcribitur , ꝙ cellarius debet eſſe ſa-
piens,maturus moribus,ſobrius,non multum edax, non ela
tus,non turbulentus,non iniurioſus,non tardus, non prodi-
gus:ſed timẽs Deum,qui omni congregationi ſit ſicut pater.
20 ¶Decimotertiò not.in verſicu. nec alicui. † ꝙ obedientia.i.
prioratus , vel adminiſtratio eccleſiæ non debet, nec poteſt
alicui committi:niſi ad votũ, & beneplacitũ abbatis:in cuius
diſpoſitione cuncta conſiſtunt, ſm̃ Hoſti. qui dicit, ꝙ etiam
præpoſitum,qui ſecũdus eſt in monaſt.poſt abbatem, remo
uere põt, ſi quater admonitus ſe non emendauerit . ſed ca-
ueat abbas,ne in zelo,vel inuidia vrat animã.allegat reg.65.
21 c.ad fin.¶Decimoquartò not.in ver. prior. † qualis debeat
eſſe prior.ꝓdeſſe.n.debet verbo,& exẽplo. non minus.n. ꝓ-
ſunt exẽpla,q̃ verba,ſed magis,vt dixi.ſ̃.c.1.& Seneca.6.epi
ſtola ad Lucillũ.Longũ iter eſt per præcepta: breue, & effi-
cax ꝑ exẽpla.& Hier.ſuper Marcũ.in fin.Terra multis plena
miraculis.vbi fidelis credulitas plus actibus,quàm lectioni-
bus erudit.idẽ ad Fabiolã.Multò plus intelligitur,quod ocu
lo videtur,q̃ quod auribus percipit.& hoc not.Inſti. de gra-
di.in fi.& no.qualiter ſe debeat habere circa bonos , & ma-
los: quia boni fouendi: mali aũt puniendi. ſimiliter dicit lex
[bonos non ſolũ metu pœnarum : verũ etiã p̃miorum exhor
tatione efficere cupientes.] vt l.1.ff.de iuſti.& iure.Iſti autẽ,
quibus cõmittitur adminiſtratio prioratuũ : & an per eorũ
obitũ dicantur prioratus vacare. dic, vt no.in cle.& ſi prin-
22 cipalis.de reſcri.& cle.frequens. de exceſ. præla. ¶ † Deci-
moquintò no.de officio abbatis.quia debet eſſe vigil, & dili
gẽs:& ꝓpter negligẽtiã remouet,& punitur, ſi ſubditi depre
hendunt mali : ita ꝙ tenet ex facto ſuo , & ſuorũ:ſimiliter &
Poteſtas tenet de facto officialium.quod dic,vt l. cum ſi ex-
hibuiſſent.ff.de publi.facit l.congruit.ff.de offi.præſi. ¶De-
23 cimoſextò no. in ver. nec exiſtimet. † ꝙ non põt abbas di-
ſpenſare,vt monachus habeat ꝓprium, ſiue ꝓprietatem : vt
ſcilicet ea vti poſsit ad libitũ:nec videt dici proprietas,quã-
do de qualitate, & quantitate nil cælat abbati: vel ſine ipſius
conſcientia aliquid recipit,vel expendit,paratus totũ redde
re,& dimittere ad iuſſum abbatis. quia tñ res periculoſa eſt,
& inuidię , & exempli mali cauſa , conſulit Hoſt. abbati, ꝙ
niſi ex magna , & euidenti cauſa talẽ licentiam non det mo-
nacho,non habenti adminiſtrationẽ.ſ̃.c.2. & caſus , in qui-
bus põt abbas diſpenſare,vide in Spec.de leg.in materia di-
ſpenſa.§.ſunt quoque.Romana tñ Eccleſia ſcit,& tolerat, ꝙ
regularibus

regularibus taxetur aliquid pro veſtimẽtis: vel dentur ad id certæ poſſeſſiones. vnde & regulares capellani Papæ ita recipiunt portionem: teſtari tñ de his non pñt, quaſi proprietarij: aliâs punirentur, vt ſ. in prin. c. Idẽ de monialibus, quæ à monaſterio habent victum, à parentibus indumenta. vide quod no. Io. An. de reg. iuris. c. non eſt obligatorium. lib. 6.
24 ¶ † Quærit glo. ſi. vtrũ Papa poſsit diſpenſare cum mona-
a cho, ꝙ habeat proprium: vel quod ducat vxorem. a In glo. ſunt opi. & vr̃ in hoc reſidere, ꝙ contra iſta duo Papa diſpẽſare non poſsit. Inno. tenet indiſtinctè, ꝙ ex iuſta, & magna cauſa hoc poſsit. ponit exemplũ. cũ pars aliqua Chriſtianitatis ſit in periculo: niſi monachus fiat rex, & matrimoniũ cõtrahat, & regnum ſibi, & filijs acquirat. nam quilibet, maximè monachus, debet ſe totum in holocauſtum offerre Deo, & ei ſeruire: præeligat ergo, in quo ſibi plus placet. ſed præ omnibus placet ei conſeruatio rõnabilis creaturæ: pro qua & humanam carnem ſuã dedit. & per hoc colligitur rõ glo. ꝙ non ſit maius bonum reperire, quàm votum continentiæ. quia illud eſt maius, in quo repræſentatur publica vtilitas: ꝓ qua monachus fieri põt eps, & rector eccleſiæ curatæ. ſ. eo. c. quod Dei timorem. quare ergo nõ rex, in quo ſalus vnius regni verſatur? In voto enim ſemper cõmutatio in melius eſt permiſſa. nec dr̃ fractor voti, qui arbitrio, & diſpoſitioni Vicarij Dei ſe cõmittit, vt ſ. tit. 1. c. magnæ. & c. non eſt. præterea videmus, ꝙ põt à maiori: videlicet, ꝙ teneat matrimoniũ ſimpliciter vouentis. ꝙ vxor vnius alij nubat. de diuor. c. gaudemus. §. pe. ꝙ minor. 18. annis non liget, profitẽdo. qđ eſt contra ius naturale: cum tunc poſsit obligari Diabolo. de regu. c. quia in inſulis. Itẽ per ſuas conſtitutiones põt impedire contractum matrimoniũ inter certas perſonas: adeo ꝙ contractus non tenet. j. de coniug. ſer per totũ. multò fortiùs ergo cũ vno diſpenſare poterit ex magna, & neceſſaria cauſa, ſm Inno. & Hoſt. † ſi tñ talis cauſa non ſubſit: an va-
25 leat eius diſpenſatio. dicit Io. And. ꝙ ſi diſpenſat, ꝙ monachus habeat proprium, nulla eſt diſpenſatio. Sed ſi diſpenſat, vt contrahat matrimonium, valebit matrimoniũ poſtea ab eo cõtractum: non tñ poterit ſine peccato exigere debitum. ſed exactum tenetur reddere. rõ diuerſitatis inter matrimoniũ, & proprium eſt. quia ex diſpenſatione habẽdi ꝓprium nemini præiudicatur: nec alicui prodeſt, nec obeſt: nec illi, cum quo diſpenſatur. vnde ibi, niſi ſubſit cauſa, nõ valet diſpenſatio. ſecus in matrimonio, vbi diſpẽſatio prodeſt coniugi: quare tenet matrimoniũ: ne principis auctoritate decipiatur. C. de his qui ve. æta. impe. l. 1. & vr̃ concludere, ꝙ Papę diſpenſatio ſine cauſa non tenet in his, quæ ſunt contra votũ tacitũ, vel expreſſum: vel contra euangelium. ſuper illis verò, quæ per eius conſtitutiones, vel canones ſunt ſtatu-
b ta, bñ poteſt diſpenſare b ſine cauſa. & diſpenſatio tutũ reddit illũ, cum quo diſpenſauit: vt in ſtatutis de interſticijs temporũ. 77. diſt. per totũ. vel ꝙ quis non poſsit plures curas habere. de hoc de præben. c. cum iam dudum. licet enim honeſtum ſit, principem teneri ad obſeruantiam ſuarũ conſtitutionum, vt l. digna vxor. C. de legi. tñ ex certa ſcientia contra ipſas põt, & ſine cauſa diſpenſare. quod inferiori non foret licitum: nec teneret inferioris diſpenſatio facta ſine cauſa contra iura. de hac etiam materia vide qđ no. Ioan. An. in reg. quod ſemel Deo. de reg. iur. lib. 6. in mercu. & in Specu. c. 2. §. nunc breuiter. ver. & no. in quo. §. proſequitur quoſdã caſus, in quibus Papa non diſpenſat. & vide quod de hoc dixi. ſ. de voto. c. nõ eſt. & c. ex publico. de conuer. coniu. ¶ Secundò quæro poſt Io. And. de quæſtione diſputata per dñm
26 Guil. de Mutina. † an renuncians abbatiæ remaneat monachus illius monaſte. vr̃, ꝙ ſic: quia abbas depoſitus remanet monachus, ar. huius. c. ver. quod ſi præuaricator. ſi depoſitus remanet monachus: multò magis renuncians: ne ſit melior conditio delinquẽtis, quàm non delinquentis. 16. q. 1. c. legi. ſecundò probatur: quia abbas monachus eſt: nec debet eligi, niſi ſit expreſsè profeſſus. de elec. c. nullus. lib. 6. & factus abbas remanet monachus. de ſimo. c. ſi. tertiò probatur. ꝙ a non poſſet monachatui, & clauſtro expreſsè renunciare, etiã cum iuramento. de iureiu. c. ſicut ex literis. ergò minus poterit tacitè, renunciando abbatiæ. ar. l. qui ad certum. ff. loca. quartò probatur: quia ſequeretur abſurdũ. quia ſi non remaneret monachus dicti mona. vbi fuit abbas: multò minus alterius: de cuius gremio aſſumptus fuit. quia nihil habet cõe cum illo. de elec. c. conſtitu. j. tit. 1. c. vlt. in ſi. ergo remaneret acephalus, contra illud. 93. diſt. c. nulla. & quia à ſe non habet proprium, in opprobrium eccleſiæ mendicaret. 93. diſt. c. diaconi. & daretur materia vagandi, contra illud de præben. c. cum ſingula. in prin. lib. 6. cum ergo (vt dixi) ſubſtãtia monachatus remanſerit in abbate. 54. diſt. c. abbati. 18. q. 1. c. vno. videtur omnino concludendum, ꝙ remaneat monachus illius mona. contrariũ determinauit diſputans, ſcilicet ꝙ ſic renunciãs ius monachatus in dicto monaſte. non retineat: renunciauit. n. illi iuri, recipiendo abbatiam: fatetur tamẽ, ꝙ remanet monachus. Non ob. qđ de accephalo dixi, & de materia vagandi, & mendicandi: quia erit monachus epiſcopi. 16. q. 1. c. qui verò. & facit quod not. 27. q. 1. c. de viduis. in ſecunda glo. & j. ne cleri. vel mo. c. inſinuante. ſuper glo. ergo. debet aût eps illi prouidere ibi, vel alibi: vel de ſua menſa. 81. diſt. c. ad reatum. Itẽ ſi diceremus contrarium, ſequeretur illud abſurdũ. pone. n. ꝙ in monaſt. habente numerũ. 12. monachorum vnus fuit aſſumptus in abbatem, & locò eius alius in monachum ſubrogatus. certè ſi dicamus talẽ ſic in abbatẽ aſſumptũ remanere monachum dicti monaſterij, erunt. 13. & ſic frangetur numerus. & ſic primo renunciãte viuente ſecundo, tertio, quarto, & quinto electis in abbatibus ſic facientibus, poſt locũ eorũ alijs ſubrogatis, poſſet numerus multũ creſcere: & eccleſia vltra vires grauari, contra illud. de inſtitu. c. 1. & ita concludit Io. An. hanc opi. videtur ſequi. d. Fed. de Senis. in ordine conſiliorum. q. 5. arguit à ſimi. quia ſi monachus fiat rector parochialis eccleſiæ, vel eps: (& ſic abſoluatur à iugo abbatis) ſi poſtea renunciet rectoriæ, vel epiſcopatui: non redibit ad monaſterium: ſed remanebit ſubiectus ordinario loci. facit qđ not. Archi. 16. q. 1. c. ne pro cuiuſlibet. ad hoc de renun. c. ex tranſmiſſa. de ſimo. c. ex inſinuatione. Itẽ monaſterio eoipſo, ꝙ creatus fuit monachus eius, ibi abbas incœpit ſibi obligari vt pater: & deſijt teneri vt monacho. quia vtraque obligatio non concurrit: ſicut nec acceſſoria, & principalis, vt l. generaliter. de fideiuſ. ſi ergo obligatio rõne prælationis diſſoluitur per renunciationẽ, ſolutũ eſt monaſte. ab obligatione: nec extincta obligatio, rõne monachatus, reuiuiſcit, vt l. q res. §. areã. de ſol. ad hoc. 7. q. 1. c. ſicut. de ſecũ. nup. c. pen. & vlt. ar. contra. ff. de albo ſcrib. l. 1. vbi ille, qui ex decurionibus creatur: nihilominus depoſita dignitate, remanet decurio. ad idem de ſena. l. ſenatores. vbi dicitur, ꝙ licet ſenatores domicilium habeant in vrbe: nihilominus habere domicilium intelliguntur, vbi originem traxerunt. ad idem. C. de aduo. diuer. iu. l. ſi quis derogatis. reſponde, vt in d. diſputatione dñi Fede. facit l. filij. §. ſenatores. ff. ad muni. &c.

ADDITIONES.

a ¶ Vtrùm Papa poſsit diſpenſare cum monacho, quòd habeat propriũ: vel quòd ducat vxorem. Bal. ſi de feu. contro. fue. inter dominũ, & agna. vaſ. c. aliâs. §. naturales.

b ¶ Diſpenſare. quæ ſint illa, ſuper quibus poteſt diſpenſari: & ſuper quibus non. vide Io. de Turre crema. in c. niſi rigor. 1. q. 7.

*SVMMAE.*

1 *Concilium prouinciale debet fieri de triennio in triennium.*
*Nec per tale concilium diœceſano præiudicatur. nu. 2.*
3 *Papa licèt det fratribus ſpecialem viſitatorem: poteſt tamen epiſcopus viſitare.*
4 *Conuenire, qui debeant in concilio prouinciali. Et quot perſonas, & equitaturas debeant adducere. nu. 5.*

Præferendi



6 *Præferendi ſunt cæteris in concilijs, qui in regula ſunt magis inſtructi.*
7 *Concilio prouinciali monachorum quot debeant præeſſe.*
8 *Viſitatores debent creari in concilio generali: & quod ſit eorum officium.*
9 *Viſitatores licèt viſitent vice Papæ, non habent poteſtatem in epiſcopum: ſed referre debent.*
10 *Præſidentes capitulo ſi diſcordent vnà cum capitulo, quid iuris.*
11 *Præſidentes capitulis habent iuriſdictionem ſuper illos, qui monaſteria in rebus, vel perſonis offendunt.*
12 *Viſitatores vice Papæ an habeant delegatam, vel ordinariam iuriſdictionem.*
13 *Viſitatores ſi volunt viſitare: & epiſcopus dicit, quòd etiam ipſe vult viſitare: quis ipſorum erit præferendus.*

IN ſingulis. Statuit capitula prouincialia religioſorũ fieri ſingulis trienijs. de numero perſonarũ venientiũ: de inſtructoribus adhibendis: de pręſidentibus Capitulo: de tractatibus habendis in Capitulo: de cõi vita ducenda: de viſitatoribus eligendis. & de ipſorum officio hortatur diœceſanos ad monaſteriorum reformationẽ. præcipit patronos, & ſimiles cõpeſci
1 ab offenſis monaſteriorũ. ¶ † No. primò debere fieri conciliũ de triẽnio in triẽniũ. quæ verba ſonãt, vt vnũ concilium ab alio triennio diſtet. per hoc dicit Io. An. ꝙ non ſufficit, ſi in fine trienij fiat vnum: & ſtatim in ingreſſu ſequentis triennij celebretur aliud. quia, ſi ſinẽ vnius concilij cum principio alterius coniungamus, eſſet facere conciliũ de ſexto anno in ſextũ annum: & ſic multo tp̃e poſſet retardari ordinis reformatio. & ſic interpretata eſt conſuetudo. facit quod no. Ioã. And. j. de conſan. & affi. c. quod dilec. ¶ Secundò not. ꝙ di-
2 cit in prin. [ſaluo iure] &c. † ꝙ per tale concilium non præiudicatur diœceſano. qui pluries, quàm de triennio in trienniũ, põt viſitare, & ſynodũ tenere. de accu. c. ſicut olim. creatio igitur nouorũ officialiũ non excludit officiũ aliàs aliorũ, qui aliàs erant ſuper illo negocio deputati, ſed concurrunt. quid iuris eſſet in officijs datis ab homine. puta dedit iudex vnum delegatum: deinde aliũ in eadem cauſa. vel dedit teſtator tutorem in teſtamento: deinde aliũ. vel inſtituit vnũ procuratorem: deinde aliũ, non facta mentione de primo. vtrũ per dationem ſecũdi videatur reuocare primũ. dic, vt l. pluribus. ff. de procura. & l. de tute. l. 3. §. ſi. cum l. ſeq. & collige
3 ex tex. † ꝙ licèt Papa det fratribus ſpecialẽ viſitatorem: tñ poterit epiſcopus viſitare. pro hoc facit c. in Galliarũ. & qđ ibi no. 25. q. 2. & C. de offi. præfec. vig. l. 1. & l. præcepit. C. de cano. lar. lib. 10. ar. contra. c. ſtuduiſti. de offi. leg. tangit Bar. in ſimi. in l. 4. ff. de dam. infe. & Bal. in l. quod in rerum. §. 1.
4 de leg. 1. ¶ † Tertiò no. qui debeant in iſto prouinciali concilio conuenire. quia abbates, & priores, abbates proprios non habentes. & per hoc excipit priores, & abbates, qui habent patres abbates. de quibus. ſ. de reg. c. ſi. Et aduerte, ꝙ a tex. indiſtinctè dicit, ꝙ abbates, & priores conueniant. & ſi iſta conſtitutio intellexerit, ꝙ ad illud capitulum conuenire debeant oẽs abbates, & priores prouinciæ cuiuſcunque ordinis: hoc non ſeruatur. quia Cartuſieñ. ſuum, Ciſtercieñ. ſuum, & ſic de alijs. faciunt capitulum de per ſe. & certè ſic ſentit illud. c. dum ſtatuit vocandos duos vicinos abbates Ciſtercieñ. ordinis. & ſic de alio concilio, quàm ipſorum loquitur. quia in concilio ipſorum oẽs deberent conuenire, non duo: ſed duo hic vocant, vt inſtruant aliorum ordinum concilia. Itẽ dicit Io. An. ꝙ hodie non habet cõſuetudo, ꝙ illud concilium faciant religioſi, non habentes caput vnicũ: licèt cõciliũ Vieñ. j. eo. cle. ne in agro. hoc innouauerit. ſuper quo hodie plenius eſt prouiſum per conſtitutiones Benedicti,
5 peſsimè obſeruatas. ¶ Quartò no. in ver. hoc adhibito. † ꝙ nullus dẽt adducere vltra. 6. equitaturas. & octo perſonas. in equitaturo cõputis equum ſuum: ſed non in numero. 8. perſonarum. cũ eo igitur erũt. 9. perſonæ, & ſex equi. inter duos ergo equitantes ducent vnum famulũ pedeſtrem. & ſic facit ad no. j. de exceſ. pla. c. cum ad quorũdam. in nouella. & j.
6 de cenſi. c. cum apoſtolus. ¶ † Quintò no. ꝙ illi, qui in regula ſunt magis inſtructi, in concilijs ſunt cæteris præferendi. In ſeſsionibus verò non attenditur tp̃s ordinationis eccleſiæ, ſed perſonę: vt ſic in pari dignitate qui prius dignitatẽ receperint, ſint alijs præferendi. 74. diſt. c. epiſcoporum. niſi aliquis receperit illã dignitatem à principe: ille enim alijs ꝑferendus eſt. ff. de albo ſcri. l. 1. & c. per tuas. de maio. & obe. & hoc in illis, vt dixi, qui ſunt ſimilis dignitatis: præditi verò dignitate minori, præferuntur præditis dignitate maiori, ẽt ſi illi maioris dignitatis ſint poſterius ordinati. 17. diſt. §. ve-
7 rũ. ¶ † Quintò no. quot debeant præeſſe cõcilio prouinciali monachorum: quia quatuor tãtũ. collige ergo, ꝙ multi abbates, & priores habentes capitula ſingulariter, & diuiſim, poſſunt facere vnum corpus, & vnam vniuerſitatẽ de per ſe, & conferunt ſuis præſidentibus ordinariam. de quo vide qđ no. ſ. de elec. c. ſcriptum. facit quod no. Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in quæſt. ſeq. ibi: [qui ſint rebelles.] ¶ Sextò no. in verſi. prouiſo. de expẽſis proportionabiliter faciendis. qđ eſt ſemper, vbi de cõi vtilitate tractatur. facit c. recolentes.
4 *Poſſeſsio, ſiue traditio poſſeſsionis videtur incommutabiliter titulum
confirmare.*
5 *Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.*
6 *Conceſsiones eccleſiarum factæ à laicis ſunt nullæ.*
7 *Verba inſtrumenti poſſunt concipi in prima, & in tertia perſona.*
8 *Inſtrumentum ſi facit mentionem de aliquo per verba præteriti tem-
poris: an illud videatur actum, ſiue geſtum tempore inſtrumenti:
an dudum ante ipſum inſtrumentum.*

Q Vod autem. Si patronus laicus
ſucceſsiuè præſen-
tauit duos:& ſecundus eſt ab ep̄o inſtitutus,valet
inſtitutio.ſecundò dicit,ꝙ patronus eccleſiarum clerico,vel
eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi donare non pōt. & diuiditur
1 in duas partes. ſecunda ibi.[de cætero.] ¶ Nota primò † ꝙ
ſola præſentatio patroni non tribuit aliquod ius præſenta-
to,niſi ſequatur admiſsio; ſicut nec nominatio, niſi ſequatur
2 electio.ſ̃.de elec.c.ꝙ ſicut. ¶ Secundò no. † ꝙ ſecundus p̄-
ſentatus,& admiſſus præfertur primo ſolūmodo præſenta-
to,non admiſſo, nec etiā repulſo: vt maior ſit dubitatio. &
ex hoc patet, ꝙ plus firmatur titulus præſentati collatione
prælati, quàm præſentatione patroni. de offic, le.c.dilectus.
3 ¶Tertiò collige,† ꝙ patronus pōt ante admiſsionē epiſco-
pi variare,& recedere à prima præſentatione, aliū p̄ſentādo.
quod intellige in patrono laico;non in clerico, vt j̃.c.cū aūt.
& intelligo,ꝙ præſentare pōt aliū intra 4.menſes: poſtea nō
crederem,ꝙ poſſet variare.ar.l.bonorū.ff.rem ra.ha.epiſco-
pus verò ad conferendū,& inueſtiendū in eccleſia præſenta
tū credo,ꝙ habeat tēpus ſuū.ſ. ſex menſium.ſ̃. de conceſ.p̄-
ben.c.2.& hoc tp̄s vtrū incipiat ante præſentationē patroni,
vel demum poſt:videtur ꝙ poſt. quia ante cōferre non pōt,
ergo tanquàm impedito, vt c. quia diuerſitatem. de conceſ.
præben.contrarium credo.ſ.vt tēpora patronis prefixa cum
ſemeſtri,quod datur epiſcopo, confundantur: niſi ponas,ꝙ
clericus,cui dantur ſex menſes,vltima die termini preſenta-
uerit:vel tam tardè,ꝙ non reſtat tēpus ep̄o ad inquirendum
de idoneitate præſentati:ſi verò reſtat,credo,ꝙ fiat confuſio
temporum,vt prædixi.facit l.2.§.fin.& l.ſeq.de adul.& quod
nota.in cle.1.de magi.& ca.cū in cunctis.de elec. ¶ Quartò
4 no.† ꝙ in beneficijs poſſeſsio, ſiue traditio ipſius poſſeſsio-
nis videtur incommutabiliter titulum cōfirmare:ſicut in re-
bus profanis, in quibus habenti ſolū titulū primo prefertur
ſecundus, licèt poſterior tempore, habens titulū,& traditio
nem,vt l.quoties.C.de rei ven. Sed caue: quia in beneficiali-
bus beneficiorum traditio non auget effectū tituli præcedē-
tis:imò ille eſt in beneficio potior, qui primò titulū conſecu
tus eſt;& ſine traditione transfertur dn̄ium,vt c.ſi tibi abſen
ti.de præbē.lib.6.& c.eū qui.eo.tit.& quod no.Inuo.ſ̃.de p̄-
ben.c.inter cætera.Non ob.iſte tex.qui præfert ſecundū ha-
bentē titulū,& poſſeſſionē primo. quia intelligitur in primo
non habēte titulū efficacem: puta ex ſola patroni præſenta-
tione.ſi aūt talis præſentatio fuiſſet recepta per ep̄m:nō præ
ferrē tūc ſm̄ præſentatū ēt admiſſum,& poſſeſſionē adeptū.
arg.huius.c.ibi[non fuerit ab ep̄o admiſſus.]&c. qa ſi fuerit
admiſſus,ſecus eſſet.& ibi.[qm̄ anteq̃] &c. & de materia, q̄
eſt gn̄alis,vbi.ſ.eſt melior cōditio poſſidētis,dic vt j̃. de reg.
iur.c.in pari.lib.6.p Io.An. ¶ Quintò no.Io.An. ex hoc rn̄.
5 † ꝙ non preſtat impedimentū,quod de iure nōn ſortitur ef-
fectū:vnde ſi quis ſine cauſa in poſſeſsione inductus expella-
tur,expulſor non tenetur ei ex illo edic. ne vis fiat ei. vt l. 1.
6 §.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.¶Sextò not. in §. de cæteris.† ꝙ
cōceſſiones eccleſiarū factæ à laicis ſunt nullæ.& ſi intelligis
de eccleſijs, in quibus non habent ius patronatus, eſt cer-
tum.j̃.c.illud.& rō hic in fi.[quia pro nō dato]&c.eſt recta,
& propria.ſi aūt intelligis de proprijs, in quibus habent ius
patronatus: vtrū tunc per iſta verba videatur eū conceſsiſſe.
Vin.ꝙ ſic. quia ipſum donare intendebat.Phi. dicit,ꝙ etiam
nihil agit,vt hic:quia eccleſiam intēdebat cōferre, & nō ius
patronatus: cuius dictum ſequor, ſi conſtat de tali intentio-
ne.ſi aūt de ea nō cōſtat, ſequor Vin. vt ſic videatur voluiſſe
in dubio transferre ius,quod habet, ſi verbis proprijs vtere-
tur,ar.l.ſi domus.§.fi.de leg.1. & l. qui tabernam.de pigno.
7 ¶Septimò no.ꝙ verba† inſtrumenti qn̄que ſunt cōcepta in
prima perſona:qn̄q; in tertia,vt ſ̃.de conuer. coniuga.c.du-
dum. Item qn̄q; concipiuntur per verba præſentis tempo-
ris:quādoque per verba preteriti temporis. Sed hoc caſu q̄-
8 ro. † an illud,de quo inſtrumentū facit mentionem per ver-
a ba præteriti tp̄is,a videatur geſtū,& actū tp̄e inſtrumenti:an
dudū an̄ inſtrumentū ipſum. & videt̄, ꝙ dudū ante ipsū ver-
ba hoc ſonent, quæ ad p̄teritum referuntur:vt conceſſi, de-
di,& ſimilia,contrariū credo,ſi illud,de quo inſtr̄m facit mē
tionem,tūc,& in illo loco potuit celebrari: aliàs non, vt no.
Bar,in l.ſciendū.de verb.obl.& l.poſt dotem.ff.ſol. mat,per
Bal.& Bar.vbi format iſtam q. pater, qui dat dotē pro filia,
pōt tp̄e dationis ſtipulari ſibi:ſed hoc non pōt ex interuallo,
cum ſit effecta cōis patris,& filiæ,vt l.quoties.§. cæterum.ff.
ſol.mat.pone ergo, ꝙ in inſtrumento dicitur, ꝙ maritus fuit
cōfeſſus ſe habuiſſe,& recepiſſe dotē à p̄re vxoris: & promi
ſit ipſi patri reddere,ſoluto matrimonio.dicit filia,ꝙ iſta p̄-
miſsio de reſtituendo patri dotem non tenet: quia facta eſt
tp̄e inſtr̄i,& dos fuit ante recepta à marito: cū confiteatur in
inſtr̄o ſe habuiſſe,& recepiſſe: & ſic inſtr̄m præceſsit nume-
ratio.ergo pater nō potuit ſtipulari ſibi ex interuallo.ipſi te
nent contrarium in d.l.poſt dotē.& l.ſi ita ſtipula.§. Chryſo
gonus.de verb.obli.per Bar.& vide quod not. in l.minus in-
ſtructus de acqui.poſ.& l.prædia.ff.e.tit.& c. qm̄ contra fal-
ſam.de p̄ba.per Inno. ¶Oppo.& videtur,ꝙ valeat datio fa
cta ab illo, qui dare non pōt, vt j̃.eo.c.circa.ſol.ibi loqui-
tur,cū datur beneficium in proprietatē, donatione,vel alio
titulo habili: quo caſu titulus inualidus pōt qn̄q; p̄ſcriptio-
ne roborari:hic loquitur cum datur in titulum.quo caſu ha-
bens titulum non canonicum vllo tempore non præſcribit,
vt in c.1.de reg.iur.lib.6.ad quod vide quod not. Inno.j̃. de
eo,qui fur.or.ſuſce.c.innotuit.

ADDITIO.

a ¶ Præteriti temporis.Adde l.1.C. de fi.inſtru.& iure haſtæ fiſ.Bal.in c.1.
§.notandum.qui.feu.dare poſſ.Bar. & Alex.in l.prædia.de acqui.poſ. &
per verba perſonæ primæ ſicut & tertiæ.Bal.in §.ſup.alleg.& in l.qui nō
militabat.de teſta.mili.& in Authen.ſi quando.C. de non num.pec.Bar.
all. l. prædia.

*S V M M Æ.*

1 *Pater non poteſt quærere filijs ius patronatus.*
2 *Patronus an poſsit præſentare filium.*
3 *Ius patronatus, quo emptor priuatur, cui applicetur.*
4 *Pœna ſtatuta in altero correlatiuorum, intelligitur repetita in re-
liquo.*

Q Via clerici. Nō indiget ſummario,
nec diuiſiōe: allegatur
tn̄ iſta Decre.ꝙ ius patronatus vendi non poteſt.
ſed non loquitur ſic præcisè tex.ſed cum ius patronatus emi
tur ad hūc finem, vt filij, vel nepotes &c.quod videbatur ſi-
1 moniacū.¶ Not. primò † ꝙ pr̃ non poteſt quærere filijs ius
parronatus. vtrū autē remouere debeat, ſeruato iuris ordi-
ne,vel de facto.videtur,ꝙ ſeruato iuris ordine, quātūcūque
præcisè Papa præcipiat.vt c.ſuper eo.de offi. dele. & c. cām
quæ.de reſcrip.In contrariū facit verbū,ſpoliando.qđ ſonat
in malum,& in actum violentum:priuatio verò in actum iu-
dicialem,ſecūdū Goff.facit quod no.Io.An.de reſtitu.ſpo.c.
conquerente.vel dicit ipſe,ꝙ ideò dicit [ſpoliando] quia ex
quò aliquis contra inhibitionē ep̄i talia facit, non ordinatur
iudicium contra ipſum. ſed ſicut de facto proceſsit: ſic de fa
cto(tn̄ per iudicem) p̄cederet contra eū.& ideò non dicitur
priuari;ſed ſpoliari,vt hic.& ſ̃. de pac. c. cum clerici. & qđ
no.ſ̃.de cle.non reſi.c.ex tuæ. in nouella. alleg. ad hoc quod
no.in l.ſi minor.ff.de euic.& quod no.Io.An.j̃. de ſimo.c.li-
2 cèt Heli. ¶Quærit gl.† an patronus poſsit p̄ntare filium. vi
detur, ꝙ non; quia eadem perſona cenſetur cum filio. vt C.
de inſtit.& ſubſti.l.pe.ſed ſeipſum p̄ntare nō poſſet, vt j̃. eo.
c.per veſtras.ergo nec filiū.& hoc tenent Tan.& Inn. gl.ſen-
tit hic,ꝙ ſic,cū qua cōcor.Vin.Phi.& Hoſt. Nec ob.iſta De-
cre.quia hoc ius patronatus fuerat illicitè acquiſitū.¶Secū-
3 dò quæro.† cui applicabitur iſtud ius patronatus, quo em-
ptor iſte priuatur.arguit gl.ꝙ eccleſiæ, cui ex illicita emptio
ne eſt iniuria irrogata.j̃.de ſimo.c.de hoc.glo. in fi.innuit,ꝙ
iſta pœna ſpoliationis locum habeat ſolūmodo in empto-
re,& non in venditore. & ſic remanet penes ipſum vendito-
rem,poſtq̃ ex tranſlatione non eſt emptori quæſitum.ſed il-
4 la rō non videtur bona: † quia pœna ſtatuta in altero corre
latiuorum,intelligitur repetita in reliquo,vt l.fi.ff. de accep.
& l.fi.de indic.vidu.melius eſt ergo dicere, ꝙ applicetur ec-
cleſiæ,vt predixi.quod tenet Archi.2.q.1.c.qui ſtudet. ſi au-
tem ipſa eccleſia illicitè quærat:cui tunc applicabitur?dic vt
in gl.Io.An.dicit poſſe diſtingui: an deliquerit tota eccleſia,
necne. iuxta no.de ordi.cog.c.cum dilectus. in tertia glo. de
regu.iur.c.delictum.

*S V M M Æ.*

1 *Abbas poteſt locare bona monaſterij ad firmam.*
2 *Villa conceſſa ad firmam ſimpliciter, videntur conceſsi redditus eccle
ſiæ, quæ ſita eſt in villa.*

3 *Præſentatio facta ante litem motam ab eo, qui poßidet ius patrona tus, eſt efficax.*
4 *Præſentatus à non patrono, qui putabatur patronus, non remouetur: ſed debet illi, qui euicerit, in futurum reſpondere: & ipſum recognoſcere in patronum.*
5 *Poſſeſſor non debet priuari commodo poſſeßionis ſuæ, lite pendente.*
6 *Iura merè ſpiritualia an veniant in conceßione villæ.*
7 *Decimæ conceſſæ in feudum an veniant in alienatione villæ. & nume. 8.*
9 *Merè temporalia an transferantur cum vniuerſitate temporalium.*
10 *Vniuerſitas qualiter hic aſſumatur.*
11 *Vendidit aliquis omnia iura, quæ habet in aliqua villa: cum tamen villa non ſit ſua: ſed habet ibi fundos, & alia iura, & ius patronatus. an per verba prædicta veniat in venditione ius patronatus.*
12 *Ius patronatus an veniat ſub iſta generalitate. vendo omnia bona, quæ habeo in villa, vel in caſtro.*
13 *Fundo vendito, an ſit vendita eccleſia, quæ eſt in fundo.*
14 *Palatio vendito, an cenſeatur vendita capella, quæ eſt in palatio: quæ habet magnos redditus, & eſt in ea ius patronatus.*
15 *Ius patronatus an tranſeat, ſi villa, vel caſtrum pignoretur.*

EX literis. Si nõ fuerit exceptum ius pa
tronatus tranſibit cũ vniuer
ſitate in eum, in quem tranſit ipſius vtile dñium.&
diuiditur in duas. in prima ponitur querela epi. in ſecunda
dantur ſibi iudices:& inſtruuntur, quõ debeant cauſam diſ-
1 finire. ſecunda ibi [mãdamus.] ¶ No. primò, † ꝙ abbas po-
teſt locare bona monaſterij ad firmã. quæ vſque ad quantũ
tps hodie fieri poſſit. dic, vt not. ĩ. de reb. ec. non alienan. c.
1. in cle. ¶ Secundò no. ꝙ abbatiſſa appellauit ad archiepm.
& ſic gradatim, vt debuit. 16. q. 7. c. filijs. erat enim iſte me-
tropolitanus huius epi. & ſic eius iudex. de offi. ordi. c. paſto-
2 ralis. ¶ Tertiò no. † ꝙ conceſſa villa ad firmam ſimpliciter
videntur conceſsi redditus eccleſiæ, quæ eſt ſita in villa. &
aſſumo redditum, id eſt præſentationem ex dicto iure patro
natus prouenientẽ, vt dicã. ĩ. eo. c. cõſultationibus. ¶ Quar-
3 tò not. in ver. vel antequàm. † ꝙ ante litẽ motam eſt efficax
pñtatio facta ab eo, qui poſsidet ius patronatus. quia iſtud
ita fundatur, & magis in quaſi poſſeſsione præſentandi, q̃ in
4 proprietate, vt d. c. conſultationibus. ¶ Quintò no. † ꝙ ſi ille,
qui putabatur patronus, cũ nõ eſſet, ſuccubuit in cauſa, præ
ſentatus ab eo non remouebitur: ſed debebit illi, qui euice-
rit, in futurum rñdere, & ipſum recognoſcere in patronum,
vt dicam in d. c. conſultationibus. ¶ Primò quæro. dr̃ hic, ꝙ
ſi iſte miles pręſentauit ante motã litẽ: & ſimiliter præſenta-
5 tus ante admiſſus fuit ab epiſcopo, non remouebitur. † quid
ergo ſi lite pendente inter militem, & abbatiſſam ſuper iure
patronatus, vacauit eccleſia: an lite pendente ille, qui ante li
tem motã patronatũ poſſidebat, poterit præſentare? quidã,
ꝙ ſic. quia lite pendente ſuper aliqua re, non debet poſſeſſor
priuari commodo poſſeſsionis: ſed vti põt, vt prius. 16. q. 4.
c. nolumus. 8. q. 1. c. nonne. Alij dicunt, ꝙ poterit præſenta-
re: ſed præſentatus non debet inſtitui. s̃. de in inte. reſtit. c. 2.
& s̃. de elec. c. Cumana. ſuſpendetur ergo inſtitutio, non præ
ſentatio, lite pendente. & iſtam opi. ſequitur hic Ber. primã
opi. ſequuntur Tan. Vin. & Goff. Inno. Pet. & Abb. Hoſti. re-
mittit ad ſummã. e. tit. §. quod in ius. ver. ſi verò quæſtio. &
ſe. & ĩ. eo. c. conſultationibus. Non obſt. iſte tex. qui innuit à
contrario ſenſu, ꝙ ſi ante litem motã quæſtio emerſiſſet, nõ
debuiſſet pręſentari, nec admitti: quia loquitur, cum de hoc
ipſo mouebatur quæſtio, poſſideret, vel non. & ita intelligit
Io. iſtam Decre. 3. q. 6. c. hoc quippe. in glo. pen. & ſic dicit
6 Io. An. ¶ Secundò quæro. iſte tex. † dicit, ꝙ conceſſa villa ad
firmam, & ius patronatus venit in conceſsione. quid in iuri-
bus merè ſpiritualibus. pone exemplum. alienauit eps villã,
vbi habebat eccleſiam, decimas, & alia iura ſpũalia: an ve-
nient in iſta alienatione. quidam dicunt, ꝙ nõ. & aliud in iu-
re pr̃onatus, q̃ in merè ſpũalibus, ſm̃ eos: qa illa dẽnt venire
in alienatione vniuerſitatis, q̃ pñt per laicũ poſſideri, & poſsi
debant̃ dicto tpe. rõnabile em̃ eſt, ꝙ quæ per alienationem
poſſidebãtur, transferãtur. ſed merè ſpũalia non põt laicus
poſſidere. s̃. de iudi. c. decernimus. nõ mirũ ergo, ſi nõ tran-
ſeant, arg. de arb. c. p tuas. de offi. deleg. c. ſuper quæſtionũ.
§. ſi verò duo. eſt & alia rõ. quia ius patronatus eſt annexũ, &
connexũ tpalibus: non ergo mirũ, ſi tranſit rõne connexi-
tatis. ſed ſpiritualia (vt decimæ, & ſimilia) in nullo cõicant
tẽporalibus: & per conſequens nec eis pñt connecti, nec cũ
ipſorum vniuerſitate tranſire: etiã ſi dicat laicus. vendo tibi
villam cũ omnibus ſuis iuribus. quia ſpiritualia non ſunt iu
ra tẽporalibus annexa. ad hoc adducit Io. An. no. per eum. s̃.
de reſcrip. c. ſignificauit. dixit Inno. ꝙ ſi eps dixit [vendo, vel
dono tibi talem villã meã: & omnia iura, quæ ibi habeo.] nõ
videtur per iſta generalia verba donaſſe decimas, vel alia iu
ra merè ſpiritualia. nã illud [& omnia iura] &c. referri nõ de
bet ad ea, quæ ſunt penitus alterius iuris, & naturę, quàm
ea, quæ principaliter transferuntur: ergo ſi illa dare vult, de-
bet facere rõnem expreſſam. ad hoc. s̃. de reſcrip. c. ſedes. &
de offi. leg. c. quod ad tranſlationẽ. & iſta eſt opi. Inno. quam
dicit Hoſt. verã. cum eps donat, vel aliter alienat villam in lai
cum: vt tunc non tranſeant cũ vniuerſitate decimæ, vel eccle
ſia. ad hoc. s̃. de deci. c. ad hoc. c. quamuis. & c. prohibemus.
ſecus tñ ſi donat eccleſiæ, vel religioſo loco: quia tũc omnia
iura tranſeunt. ad hoc de dona. c. conſultationibus. & c. cum
dilectus. in fi. & c. paſtor. & iſta eſt opi. Hoſt. & vr̃ verior: vt
in habentibus ſymbolũ facilior ſit tranſitus. arg. s̃. de reli.
7 do. c. intra quatuor. & audeo dicere † ex hoc, ꝙ ſi ſint de-
cimę conceſſæ in feudum ab antiquo (quod ſm̃ vnam opi. q̃
in iſtis partibus practicatur, valet) ꝙ laici eas vendunt, &
transferunt in alios laicos, prout placet: quòd vendita vni-
uerſitate villæ, caſtri, vel ciuitatis, tranſibunt iſtæ decimæ in
emptorem: non quòd dicã eccleſiæ accedere, vel annexas eſ
ſe tẽporalibus. ſed qa illa, quæ poſsidẽtur titulo ſpãli, veniũt
in generali conceſsione, niſi excipiantur, arg. iurium, quæ al
legat hic gl. quarta. quæ incipit. argumentu conceſſum vi-
8 deri. &c. facit l. ſi chorus. de leg. 3. † nec eſt alia rõ (cum eps
donat loco religioſo, vel eccleſiæ eccleſiam vniuerſitatis, vil-
lę, vel caſtri) vt veniant ſpũalia: niſi iſta, videlicet quia eſt ſu-
ſceptibilis talis iuris. quæ rõ vendicat ſibi locũ in laicis quò
ad decimas antedictas. ¶ Tertiò quæro, quid econuerſo
9 † nunquid merè temporalia cum vniuerſitate temporalium
transferantur. dicit Hoſt. ꝙ ſic: dummodo iſta tẽporalia ad
transferentem pertineant. ad hoc de rei vendi. l. quæ religio
ſis. & quod legitur, & no. de reſcrip. c. ſedes. & de conſe. ec.
vel alta. c. quod in dubijs. & qui filij ſint legi. c. per venerabi-
lem. Illud autem ſecundũ Inno. & Hoſt. certũ eſt, ꝙ ſi ſit ius
aliquod, habens in ſe pariter ſpũalia, & temporalia (ſicut eſt
præbenda, quæ qñq; habet poſſeſsiones, & decimas) & do-
netur alicui eccleſiæ cũ ſuis pertinentijs: hoc caſu omnia ſpi
ritualia, & temporalia ſimul transferuntur. quia omnia ſunt
ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa, ſm̃ eos. ¶ Quartò quæ-
ro. doctrina omnium gl. & Doct. eſt, ꝙ ius patronatus tran-
10 ſit cum vniuerſitate. † qualiter ergo aſſumatur vniuerſitas:
vtrũ ex generali verborũ prolatione: an verò ex alijs verbis,
ſiue vocabulis, per quæ vniuerſitas deſignetur. Nam in iure
habemus, ꝙ quædam eſt vniuerſitas facti: vt grex, armentũ,
& ſimilia. Quædam eſt vniuerſitas iuris: vt epiſcopatus, paro
chia, & ſimilia. ſub talium. n. ſignificatione multa includun-
tur ex iuriſdictione, vt patet ex his, quę dixi. s̃. de reli. do. c.
cum venerabilem. Rñ. Io. An. poſt Doct. hoc vocabulũ, vni-
uerſitas, qualiter intelligatur in materia, in qua ſumus per
11 aliquas quæſtiones. ¶ Quæro ergo: † ſi quis vendit omnia
iura, quæ habet in aliqua villa: cum tñ villa non ſit ſua: ſed
habet ibi fundos, & alia iura, & ius patronatus: an per verba
prædicta



prædicta veniet in venditione ius patronatus. Inno. ꝙ non.
quia eſt neceſſe, ſecundũ eum, ad hoc vt tranſeat, vt res talis
ſit, quæ etiam ſine expreſsione vniuerſitatis illud contineat:
ſicut villa, & caſtrum: quæ in ſe continent iuriſdictionẽ, ho-
norem, diſtrictum, & ius patronatus. ad hoc. ff. de verb. ſign.
l. pupillus. §. territorium. ſola ergo expreſsio verbi, vniuerſi-
tas, ad denotandũ vniuerſitatem non ſufficit: aliàs ſequere-
tur, ꝙ habens ſolum ius patronatus, illud venderet, hoc mo
do dicendo [vendo omnia mea iura, quæ habeo in ciuitate,
vel in prouincia: vel vendo omnia mea bona.] licèt Roff.
hoc vltimo caſu dicat ius patronatus tranſire hoc c. ver. itẽ
transfertur. ſed non placet Io. An. per ea, quæ dicta ſunt. re
quiritur enim, vt natura verbi ſonet, & ſignificet vniuerſita-
12 tẽ, vt ſic ius patronatus tranſeat. Ex quo etiam infert, † ꝙ ſi
quis habens bona in villa, vel caſtro, & etiam ius patrona-
tus, diceret [vendo omnia bona, quæ habeo in villa, vel ca-
ſtro] ſub iſta generalitate non veniret ius patronatus. reſol-
uitur enim iſta vniuerſalis oratio in ſingularitates: ac ſi dice-
ret [vendo tibi hoc, & illud:] cum autem ius patronatus ven
di non poſsit, ſub tali prolatione non tranſibit. & per hoc (vi
delicet ꝙ vt tranſeat, requiratur verbum aptum, vt plura ſi-
13 gnificet) infert etiam Hoſt. † ꝙ ſi quis habet fundum, in quo
habet eccleſiam: ſi vendit fundum, non tranſibit eccleſia: qa
fundus non ſonat in vniuerſitatẽ iuris, vel facti, ſm̃ Hoſt. li-
14 cèt Bar. Brixi. in Ven. 18. dicat Tan. dixiſſe cõtrariũ. † Quid
dices, ſi quis vendit palatium, in quo habet capellam haben
tem magnos redditus: in qua capella dñs palatij ius patrona
tus habet: an iſtud ius tranſibit cum venditione palatij? po-
ne exemplum Paduæ in palatio de Strofignis, in quo eſt no-
biliſsima, ac diues capella: in qua illi nobiles habẽt ius patro
natus: videtur, ꝙ tranſeat cum venditione palatij: poſtquàm
aliunde, quàm per palatium, non eſt ad eam aditus. ad hoc.
ff. de act. emp. l ſi mercedẽ. §. ſi eum fundũ. de cõtrah. empt.
l. in modicis. Sed dic contra, ſm̃ Inno. & Hoſt. quia ius patro
natus haberi põt, & teneri: & põt quis eo vti, etiam ſi nõ va-
dat ad eccleſiam, præſentando ad eam. qđ per ſe patet. aliud
verò in iure ſepulchri. quod nil valeret, niſi ſit ad eum acceſ-
ſus ad ſepeliendum funus. vt in dictis. ll. Itẽ ex prędictis colli
ge, quid iuris ſi quis vendat hæreditatem. vtrùm tranſibit ius
patronatus in hæreditate repertum. quidam, ꝙ non. Io. An.
contra per illa, quæ dicta ſunt. quia hæreditas eſt ſucceſsio
in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. & quicquid ex hæ-
reditate attingeret, venditori transfunditur in emptorem ip
ſius. vt l. 2. §. perueniſſe. ff. de hæred. vel ac. ven. non minus. n.
imò magis hæreditas eſt verbum vniuerſale, quàm ſit villa,
vel caſtrũ, & plura ſub ſe continens. vt l. item videndum. §.
15 fin. & l. ſeq. ff. de peti. hære. ¶ Quintò quæro † an ſicut con-
ceſſa ad firmam, vel vendita villa, caſtro, hæreditate, vel alia
vniuerſitate, tranſit ius patronatus: ita etiã ſi pignoretur. dic
ꝙ non. quia præſentare prouenit ex iure patronatus, & eſt q
dam fructus, vt ĩ. eo. c. conſultationibus. ſed creditor eſt, qui
percipit fructus, vel computat in ſortem, vel reſtituit. s̃. de iu
reiuran. c. ad noſtram. ſed neutrũ facere poſſet creditor de
præſentatione, quam faceret. computare. n. non poſſet in ſor
tem. quia talis præſentatio, cum ſit ſpiritualis, non recipit
æſtimationem. Inſti. de rerũ diui. c. ſacro. Item reſtituere nõ
poſſet hunc fructũ debitori ſoluenti debitum: ergo ſi exte-
nuatio, vel reſtitutio huius fructus ſit impoſsibilis: meritò
non pñtat, ſed debitor, vt s̃. de re iudi. c. cum Bertoldus. vbi
glo. reddit iſtam rationem, quam nota. &c.

*SVMMAE.*

1 *Conceßio inefficax non impedit inefficacem conceßionem, quæ ſubſequitur.*
2 *Conceßio ſi eſt inutilis, ille, qui conceßit inutiliter, non amittit ius ſuum: ſed remanet apud eum.*
3 *Conceßio eccleſiæ de eccleſia non vacante non tenet.*
4 *Patronus laicus poteſt donare ius ſuum domui religioſæ.*
5 *Ius patronatus eſt quædam ſeruitus in eccleſia.*
6 *Inſtitutio epiſcopi facta ſine præſentatione patroni eſt de rigore iuris irritanda.*
7 *Laicus conferens eccleſiam eſt excommunicatus minori excommunicatione.*
8 *Conceßio eccleſiæ facta à laico quid importet.*
9 *Patronus an poßit donare laico ius patronatus cum conſenſu epiſcopi, vel ſine.*

ILlud. Si laicus clerico, vel religioſo loco con-
cedit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi:
non obſtante tali conceſsione, quæ non valet, ad ipſam
(cum vacauerit) poterit præſentare, & eam cum conſenſu epi
alteri eccleſiæ conferre. diuiditur in duas partes. ſecunda ibi
1 [licet.] ¶ No. primò, † ꝙ inefficax conceſsio a non impedit
2 efficacem conceſsionẽ, quæ ſubſequitur, ẽt ſi illa inutilis nõ
caſſetur. rõ, quia illa conceſsio prior non habebat colorẽ iu-
ris: imò eius nullitas apparebat notoriè. & ſic non obſtat c.
cum noſtris. de conceſ. præben. quod c. loquitur in poſſeſsio
2 ne colorata ¶ Secundò no. † ꝙ ſi conceſsio eſt inutilis: ille,
qui conceſsit inutiliter, non amittit ius ſuum: ſed remanet
apud eum, vt prius. quia ius alicui competens non perditur,
niſi alteri acquiratur, vt l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. ma. & l.
ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſ. arg, contra. de leg. 1.
3 l. planè. in prin. ¶ Tertiò no. † ꝙ conceſsio eccleſiæ de eccle
ſia non vacante nõ tenet. à contrario ergo ſenſu tenuiſſet de
vacante: ſed non eſt verum: ideo ſubaudi, maximè, ſecundũ
4 Io. An. ¶ Quartò no. † ꝙ religioſæ domui põt donare pa-
tronus laicus ius ſuũ: & ille, cui donat, erit patronus. quid er-
go ſi ipſi eccleſiæ donat, in qua patronatum habet: videtur
5 ius patronatus confundi, ſiue extingui. † quia ius patronatus
eſt quædam ſeruitus in eccleſia. ſed res ſua nemini ſeruit. ff.
de vſufru. le. l. 1. imò ſeruitus confunditur, ſi dñs prędij ſer-
uientis acquirit rem, cui ſeruitus debebatur, vt l. 1. alleg. glo.
tñ ſentit, ꝙ non extinguatur: ſed ipſa eccleſia, cui ius patro-
natus remittitur, præſentabit, vt no. ĩ. eo. c. 1. lib. 6. & ſic ca-
dit ſeruitus in re propria, propter augmentũ iuris, qđ ex ta-
li ſeruitute eccleſiæ contingit: quia ibi ad eius præſentatio-
nem non poterit eps aliquẽ ibi inſtituere: vtilitas ergo facit
ſeruitutẽ non confundi. facit in rõne ſui, quod no. in l. hæres
à debitore. ff. de fideiuſ. vbi acceſſoria obligatio non cõfun-
ditur cũ principali, ſi eſt maius, quàm principalis, commodũ
6 allatura. ¶ Quintò no. † ꝙ inſtitutio epi facta ſine pſentatio-
ne patroni, eſt de rigore iuris irritanda. & ideo dicit de rigo-
re iuris. quia de æquitate deberet valere: cum ius patroni pẽ
deat ex gratia, non de iure. ſed poſtquàm toleratur, iuris ri-
gor dictat inſtitutionem factam inualidam, illis contemptis.
& hoc verũ regulariter, vt hic, & s̃. de re iudi. c. cum Bertol-
dus. fallit hæc regula. Primò, qñ ipſi facti fuiſſent negligen-
tes. ĩ. e. c. eam te. vel præſentaſſent indignum. de ſupplẽ. neg.
præla. c. 2. vel niſi collatio facta ſit auctoritate Papæ: vel le-
gati de latere. de offi. leg. c. dilectus. & ĩ. eo. c. cum dilectus. &
hoc vltimũ intellige in patrono clerico. de quo in tex. etiam
ſi habuit titulum à laico. nam poſt tranſlationem in eccleſiã,
iudicandũ eſt vt ius patronatus clerici, non laici, vt ĩ. eo. c.
1. lib. 6. ¶ Oppo. iſte tex. à cõtrario ſenſu innuit, ꝙ de cõſen-
ſu epiſcopi potuiſſet laicus cõcedere eccleſiam religioſæ do
mui. contra quia laicus eccleſiam poſſidere non poteſt, vt s̃.
c. quod autem. ergo nec concedere ius in eo, quod nõ habet,
7 vt ibi dicitur. † Præterea canones dicunt laicum conferentẽ
eccleſiam excõicatũ eſſe minori excõicatione. 16. q. 1. c. vlti.
& q. 7. c. decimas. & c. ſi quis deinceps. & c. conſtitutiones.
ſol. ſm̃ Vin. & Innocen. hoc intelligitur de laicis potentibus,
qui de facto tenent eccleſias. vnde ad hoc, vt ab illis remo-
ueantur, conceditur, ꝙ illas de conſenſu eporum religioſis
donare poſſint, vt d. c. vlti. & c. decimas. & c. cum apoſtolica.

de

de his,qui fi. à præla.& ſic vno incóuenięti præſuppoſito,qđ de facto tolli non pôt,adhibetur iuris prouiſio:vt tollatur eo modo, quo poteſt. ſicut error adhibitus in principali facit ius in acceſſorio,vt l.ex diuerſo.ff.de rei ve n.Non ob.c.ſi qs deinceps.& c.conſtitutiones.loquuntur enim, cum laicus cõ cedit eccleſiam in prælaturam,vel præbendā: hic in proprie
8 tatę. † quid aūt veniet in iſta conceſſione eccleſiæ facta à laico.dic,vt ſ.de dona.c.paſtoralis. & Vin.hic dicit, ꝙ ſi laicus donat eccleſiā præter ius patronatus, ꝙ ſi ibi percipiebat aliqua temporalia:ꝙ illa donaſſe videtur.arg.prædictæ Decre. ¶ Secundò oppo.& vř, ꝙ ſi conceſſio eccleſiæ nõ tenuit,(ſaltem quò ad ius patronatus, quod laicus habebat: ) debebat tenere conceſſio. & ſic in dubio videatur concedere ius, qđ habebat,vt dixi.ſ.c.quod aūt.ſo.dic,vt in glo. 1.& Phi.dicit, ꝙ conceſſio eccleſiæ non tenuit: quia non potuit. conceſſio iuris patronatus non tenuit;quia hoc nõ voluit.& ſic voluntate,& poteſtate ſibi inuicē aduerſantibus, impeditur actus. ſ.de offi.dele.c. cū ſuper.& l.multū.C. ſi quis alteri, vel ſibi. ex quo dicto colligit Vin.ꝙ non valet implicitum: quod valeret explicitum.C.de hære.inſti.l.nec apud.tu dic,vt dixi in
9 d.c.quod autem.¶ Quærit gl. fi. † nunquid patronus poſſit donare laico ius patronatus cum conſenſu epi,vel ſine.refert Vincen.tenuiſſe,ꝙ ſic.& hoc tenet Da. & Inno. qui hic dicit hoc poſſe fieri,etiam ſine conſenſu epi. Phi. hic contra allegat.j.c.præterea. Hoſti. tenet, ꝙ cū conſenſu epi hoc poſſit: ſed ſine conſenſu,nõ.remittit ad no.per eū in ſumma. eo.tit. §.qualiter transferatur. ver.donatio.& ſeq.Io. And.tenet,ꝙ non valeat donatio iuris patronatus facta priuato ſine conſenſu epi,per c.præterea.& c. 1.j.eod.lib.6. quod innuit hoc ſpeciale, ꝙ poſſit donare eccleſiæ, vel religioſo loco ſine cõſenſu epi: à contrario ergo ſenſu ſine cõſenſu epi hoc non poterit donare priuato.Sed dices.ad quid expedit habere hunc cõſenſum? dic,ꝙ ad hoc vt videat,an hęc donatio ſit dãnoſa eccleſiæ:quia forte ille, cui vult donare, eſt perſona potens, & rixoſa.tunc eñ,quia non expedit eccleſiæ habere nouum patronū:non accommodabit eps cõſenſum. quia aggrauaretur ſeruitus ipſius: quod non pôt facere dñs, cui debetur ſeruitus, in præiudiciū ſeruientis,vt l. ſeruitus.§.ſtillicidium.ff. de ſerui.vr.prædi.& poſſet committi fraus,& fictio.& ſic paſſim valeret donatio:ideo obuiandum.j.de diuor.c. quantò. Item vaſallus inuitus non pôt alteri dño delegari, vt l. inuitus.de fideicom.li.& iſta erat dubitatio : an valeret translatio huius iuris in alterū laicum,vel eccleſiam. ſed in eccleſiā transferri poteſt ſine cõſenſu epiſcopi,vt dicto c.1.lib. 6. qa euidens apparet vtilitas eccleſię ſubiectæ, à ſeruitute,qua tenebatur laico, liberari, & teneri eccleſiæ.

ADITIO.

a ¶ Inefficax conceſſio.vide eundem Pet.de Anch.ſup. de his,quæ fiunt à præla.c.continebatur.

SVMMÆ.

1 *Inſtituti in eccleſijs per nouos patronos mutari non poſſunt.*
2 *Succedens in iure non poteſt inſtitutum ad præſentationem præcedentis patroni petere remoueri.*
3 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare contractui prædeceſſoris.*
4 *Ius patronatus ſæpe transfertur de vno in alium: nec pro hoc alteratur.*
5 *Princeps licèt diuidat vnam prouinciam: ſtatus diœceſis non ideò mutatur.*
6 *Iudex poteſt vni adiudicare ius patronatus in portione ſua in diuiſione hæreditatis.*

1 QVerimoniam. † Inſtituti in eccleſijs per nouos patronos mutari non poſſunt: nec viciſſitudines eccleſiarum per eos fieri.& ſunt duo dicta.ſecundū ibi[& vi
2 ciſſitudines.]¶ No.primò,† ꝙ ille,qui ſuccedit in iure,non pôt inſtitutū ad præſentationē præcedentis patroni petere remoueri.quia quod legitimē factum eſt, nõ debet ex ſuperuenienti cauſa irritari,vt c.præcepta. 50. diſt. & l. patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie. iur. videbatur contrariū. quia ſoluto iure auctoris, reſoluitur ius illius , qui ab eo ha
3 bet cām,vt l.lex vectigali.ff.de pigno.† Item ſucceſſor ſingularis non tenetur ſtare cõtractui prædeceſſoris,vt l.emptor. C.loca. Sed non ob.quia inſtitutus non habet cām, & titulū à patrono: ſed ab epo,qui plus tribuit conferendo,quàm patronus præſentãdo,vt c.dilectus.j. eo. Item non ob.l.emptorem.quia loquitur,cū actor non cõtulit ius in re.hic ſecus.facit quod no.ff.ſol. mat.l.diuortio.& l.ſi filio.§.fi.& j.ne præla.vi.ſuas.c.querelā.
4 ¶ Secundò not.† ꝙ ius patronatus ſæpe transfertur de vno in aliū. quod varijs titulis. &modis contingere pôt,vt j.eo.c.cum ſecundū.talis aūt mutatio non alterat,nec mutat ſtatum eccleſiæ, vt hic. & per hoc c. & per
5 iura,quæ allegat glo. dicit Io. An.† ꝙ licèt princeps diuidat vnam prouinciā(quod pôt,vt l.ſi eadē.ff.de offi. aſſeſ.)ſtatus tñ diœceſis non mutatur.de hoc.ſ.de parochi.c. ſuper eo. & multò minus per diuiſionem , quā inter ſe faciunt religioſi: qui,ſecundū Hoſtien. ſæpe mutant quadrata rotūdis.& ecõuerſo.In diuiſione ergo hæreditatis inter cohæredes facienda iudicio fam.erciſ.dicit Io.And. ꝙ ius patronatus non diuidetur,nec adiudicabit: ſed inſolidū permanebit apud eū. ſ.eo.c.1. Alia verò nomina in hęreditate reperta licèt nõ diuidantur dicto iudicio fami.erciſ.vt l.2.§.fin.& l.hæredes.ff. fam.erc.veniunt tñ diſtribuenda, & adiudicanda,vt eo.tit.l.
6 3.ſecundùm Ioan.An.ego credo, † ꝙ in diuiſione hæreditatis iudex pôt vni adiudicare ius patronatus in portione ſua: tum quia tranſit cum vniuerſitate.ſ. cū quota hæreditatis,vt ſ.c.ex literis . tum quia vtilius eſt eccleſiæ habere vnum patronum,quàm plures.qui rem cõmunem plerūq; negligūt, vt C.qui.& qñ quarta pars de l. 1.& ex eorum diſcordia,quā cõio ſæpe parit,eccleſiæ detrimentū patiuntur.vt ſ.c. 1.2. & 3.& l.cum pater. §.dulciſsimis.de leg. 2.Non ob.iſte tex.qui non prohibet tranſlatione iuris patronatus de vno in aliū, ſed permittit:dum tñ ſtatus eccleſiæ non mutetur.& miror, ꝙ cõtrarium ſenſerit tantus pater. ¶ Quæro quid vult dicere tex.[& viciſsitudines] &c.exponit Inno.hoc modo:videlicet,ꝙ patroni conuenire,& paciſci non poſſunt: vt vnus ſit patronus vno anno ; alius alio. quod intellige quò ad ius inſolidum transferendū in alterum ex eis: ſed quò ad exercitium conuenire poſſunt , ꝙ vnus præſentet vna vacatione: alius alia, vt j.eo.cle.ſi.ſimiliter plures tutores poſſunt inter ſe diuidere adminiſtrationem tutelæ quò ad exercitium: nõ ꝙ titulus alterius, quem ceſſare ab adminiſtratione conuenit,extinguatur, vt l.inter tutores.ff.de admi.tuto.& l. Titiū & Mæuium.§.tutores.eo.titu.

SVMMÆ.

1 *Ignorans,& abſens habetur pro diſſentiente.*
2 *Præſentato nullum ius quæritur ex ſola laici præſentatione.*
3 *Secundo præſentatus ab epiſcopo inſtitutus præfertur primo, nitenti ex præſentatione tantummodo.*
4 *Pœnitentia an habeat locum.*

CVm laici. Summā collige in c.illud.ſ. e.dictum ponit: cuius rõnē ſubnectit ibi[non enim.] ¶ Primò no.per diſiun
a ctiuam,aut. a quòd aliud eſt neſcire:aliud contradicere.ali
1 bi habemus, † ꝙ ignorans , & abſens habetur pro diſſentiente.quod dic,vt l.2.§.voluntate.ff.ſolu.matri. ¶ Secundò
2 no.† ꝙ ex ſola laici præſentatione nullum ius quæritur præſentato: aliàs non poſſet patronus variare poſt ius alteri quæſitum,vt c.ab eo.de elec.lib.6.Quid dices,ſi cõe eligit Poteſtatem : & poſt præſentationē ante acceptationē cõe pœnitet:an poſſit. dic plenè per Bar. in l. qui abſenti.ff. de dona. Facit.



3 Facit.c.1.& quod ibi not.de renū.in cle.¶ Tertiò no. † ꝙ ſecundò pñtatus ab epo inſtitutus,præfertur primo,nitenti ex præſentatione tantummodo.rónem aſsignaui.ſ.eo.c. quod aūt.in 2.& 4.no.ꝙ etiā non caſſata præſentatione prima, valet ſecunda: ſed ſecus eſt in electione ſecunda contra primā, vt c.auditis.& c.ſi de terra.ſ.de elect.dic,vt ibi.¶ Glo.ſuper
4 iſto c.aggreditur materiam valde latam. † An habeat locū pœnitentia:hoc eſt poſsit quis in eo,quod geſsit, pœnitere, & variare.verſatur.n.iſta materia in contractibus: in quibus quæritur,an ſit locus pœnitentię. de qua remitto ad no.in l. ſi pecuniam.ff.de condi.ob cau.& l.ſicut.C.de act. & obli.& vtrobique plenè per Doct.& gl.Item verſatur in vltimis voluntatibus,ſi quis abſtinuit:an adire poſsit.& econtrario.de quo in l.ſi.C.de repu.hære.& l.ſerui electione.de leg. 1.& l.ſi quis ſtipulatus fuerit Stichum.& l.eum qui certarum.de verbo. oblig. Item verſatur in pluribus remedijs ad idem cõpetentibus: an vno electo , poſsit per pœnitentiā ad aliud haberi recurſus.de quo in c.vt quis duas. de elec. lib. 6. & l. 1. C.de fur. Item verſatur in electionibus. de quo ſ. de elec. c. publicato. Itē verſatur in maleficijs, ſiue delictis:an in ipſis habeat locū pœnitentia.& Io.An. proſequitur hic quoſdam caſus, in quibus delictum cõmiſſum pœnitentia aboletur:p quos caſus dicit hanc Decre. fuiſſe famoſam ob reuerentiā cuiuſdā ſui beneuoli: qui in punctis ipſam habuit in examine.certè per enumerationem iſtorū caſuum parū puto accedere famæ huius c. & iſti caſus enumerati potiùs in materia relinquunt lectorem dubium, & ſuſpenſum in mente , ꝙ̃ primò. ideò ſi per modū regularū vis plenè inſtrui in materia,diuide eā in duas partes.prima eſt, an in delictis inchoatis,ſed non conſummatis, habeat locum pęnitentia quò ad euitationē pœnæ.in qua materia diſtingue,vt no.Cyn.in l.ſi quis non dicā rapere.C.de epiſ.& cle. Alia materia eſt,an in delictis perfectis,& conſummatis habeat locum pœnitentia quò ad pœnæ euitationem: & in hac diſtingue plenè p Bar. in l.qui ea mente. de fur.per iſtas enim materias reddetur iſtud c.famoſiſsimum:ſed quia nimis remota eſt materia delictorum à materia,in qua ſumus, ſufficit remiſiſſe ad loca, in quibus pleniſsimè potes inſtrui de alia materia , quæ in glo.tangitur.an poſsit quis venire contra factum ſuum. dic, vt in c.diuerſis fallacijs.de cle.coniu.& c.noſtri.de elec. & l. poſt mortem. de adop.

ADDITIO.

a ¶ Diſiunctiuam,aut.Videl.ſi ex toto.§.1.de lega.1.de.1.verſi.quem ět. & ibi glo.& Card.de conceſsio.præben.& in cle.1.de reb. eccl. nõ alien.

SVMMÆ.

1 *Auctoritas, & conſenſus epiſcopi debet accedere in conceſsione eccleſiæ,quam de ipſa facit laicus.*
2 *Contractus inutilis factus ſuper eccleſia,confirmatur per conſenſum epiſcopi poſtea accedentem.*
3 *Titulus inualidus à principio,præbet cauſam præſcribendi.*
4 *Solemnitas præſumitur obſeruata ex tempore.*
5 *Patientia epiſcopi titulum inefficacem confirmat.*
6 *Eccleſia eſt res inanimata, nec dicitur bonam,vel malam fidem habere.*
7 *Fructus non producitur ex infecta radice.*

CVra. Religioſi vendicare , vel retinere non poſſunt eccleſias ſibi conceſſas à laicis ſine diœceſanorum conſenſu : niſi legitimè præſcripſerint:vel poſtea diœceſani conſenſerint. & tria facit.primò ponit dictum . ſecundò exceptionem eius . tertiò eius rõnem.ſecunda ibi[niſi]tertia ibi [cum enim.] & recipit iſtud c.contraria multum fortia,quæ non ſine diuinatio
1 ne ſoluuntur,vt j.patebit. ¶ No.primò,† ꝙ in eccleſiæ conceſsione,quam de ipſa facit laicus, debet accedere auctoritas & cõſenſus epiſcopi: & ſufficiat conſenſus ſolius epi ſine Capitulo hoc caſu,vt no. Vin. ſ.c. illud. vbi dixi poſt Doct. quō hoc poſsit eſſe, ꝙ laicus concedat eccleſiam,quam non pôt poſsidere.dic,vt ibi.& an ſit idem auctoritas,& conſenſus: dic,vt no.j.de rebus ec.non ali.c. 1.lib.6.¶ Secundò no:
2 ꝙ ſufficit, vt conſenſus epi accedat poſtea: † per quem etiā poſtea interuenientem ſolet contractus inutilis confirmari, vt ſ.de his,quę fiunt à præla.c. 1. 2.& 3.facit.C. ad Mace.l. fi.& l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hære.¶ Tertiò
3 no. † ꝙ titulus inualidus à principio præbet cām præſcribēdi: quod quomodo poſsit de iure procedere , laborant glo. & Doct. ¶ Opponitur ergo ſic.hic dř, ꝙ ſi poſt conceſsionē laici ſit completa legitima præſcriptio iſtis,qui receperunt à laicis,erunt tuti. Sed contra. quia aut iſti receperunt à laico mala fide: & præſcriptio non procedit, vt in reg. malæ fidei poſſeſſor. aut receperunt bona fide,credentes laicos eis cõcedere poſſe: & errauerunt in iure.quod hic expreſſè prohibetur:ſed error iuris in vſucapionibus nunquàm prodeſt, vt l.nunquàm.ff.de vſuca. Ille enim, qui mercatur contra iura, &c.vt in reg.qui contra iura.de reg.iur.lib.6.Sol.dicit gl.tribus modis.primò, ꝙ hic toleratur præſcriptio propter ſcandalū : ſicut conceſsio laici à principio iſto caſu.ſ.c. illud. & hanc tenuit Guil.Naſ.qui dicit,ꝙ quantū ad præſcriptionē, quam approbare videtur iſtud c.continet gratiam.nā, vt dicit in curia eo caſu: ꝙ ſi ille,qui tenuit rem , ēt tempore longiſsimo,allegat & producit titulū vitioſum,repellitur : ſileat ergo titulū,& alleget curſum tpis.ſ.de præſcrip.c.de quarta. arguit enim titulus vitioſus illum,qui allegat,de mala fide, vt d.reg.qui contra iura.melius eſt ergo tacere , quàm imprudēter exprimere.concor.quod no.in cle. conſtitutionem. de elec.in glo. videbatur contra. facit ad hoc ſ.de præſcrip.c.veniens.ſecunda ſol.glo.eſt,ꝙ eo ipſo, ꝙ poſt conceſsionem laici iſti poſſederunt legitimo tpe ad præſcriptionem vř epiſcopus habuiſſe ratam iſtā conceſsionē.Sed obſtat huic intellectui tex.qui ſine legitima præſcriptione innuit ſufficere ratihabitionem epi ſubſequentem. Sed glo. rñt,ꝙ intelligitur de expreſſa,quaſi velit, ꝙ expreſſa ratihabitio ſtatim firmet cõceſsionē illā:ſed tacita non ſufficiat,niſi legitimo tpe confirmata. ex tpe enim longo præſumitur interueniſſe conſenſus à principio in actibus,qui conſenſum exigunt,etiā ꝙ præten
4 dant ipſum actū: † quia ex tpe præſumitur ſolēnitas obſeruata,vt no.in l. 5.poſt prin.ver.ſed ſi non adierit.ff. de acqui. hæredi.& l.ſi filius.C.de peti.hære.& ex hoc fortè nõ eſt vera præcedens ſol.ſ. ꝙ exprimere titulū inutilē non ſit tutum: imò videtur tutū, ſubiungendo,ꝙ cū conſenſu epi facta fuit: qui cõſenſus ex tpis diuturnitate præſumitur, vt d.l. ſi filius. ſicut alibi ſufficit titulū allegare,qui ex tpis longinquitate pbatur,iuxtà no.in cap.peruenit.j.de cen.& præſertim patientia epi,& ſui capituli ſufficit ad confirmationem illo caſu.qa de modico,ſue nullo præiudicio ſui , vel eccleſię, in qua hoc ius vendicatur,tractatur,vt j.eo.c.cū ſecūdū. & ex no.ſ.eo.
5 c.illud.† hoc aūt caſu(cum.ſ.de modico præiudicio tractat) patientia titulū inefficacē confirmat. iuxta no. per Bar. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & maximè præſumenda eſt ſcientia conceſsionis in epo,& ſuo capitulo hoc caſu. qa facta diœceſis non præſumitur probabiliter ignorare propter onus viſitationis.ad quod vide no.per Inno.in c.illud.de præſump.& c.innotuit.j.de eo , qui fur. or. ſuſcep.Ex iſtis ergo remanet ſte ſecundus intellectus gl. vtilis,& verus : vt credo ſine ſcrupulo tranſit glo. ad tertiam ſol. ꝙ conceſsio laici nõ pôt præſcriptione firmari:nec habere prin. in perſonā illius, qui talem conceſsionē recipit contra iura:ſed in perſona ſucceſſoris potuit inchoari,ſi habuit bonā fidem,credens bona fide ad ſuā eccleſiam perueniſſe ius iſtud.& pręſumptio iuris eſt,ꝙ habeat bonā fidem qui ſuccedit in locum alterius , vt in reg.qui in alterius.de reg.iur. Sed huic intellectui duo obſtant.primò , ꝙ mala fides auctoris nocet ſucceſſori vniuerſali,iuxtà no.in l.vitia.C.de long.tempo. præſcrip. Sed rñde, ꝙ ibi

ꝙ ibi loquitur in ſucceſſore, qui ſuccedit perſonæ, & eadẽ cũ
ea fingitur. hæres, & defunctus, vt l. mortuo. de fideiuſ. ſed
ſucceſſor in prælatura dicitur ſuccedere, non perſonæ, ſed di
gnitati. nam perſonæ prælati ſuccedunt venientes abinteſta-
to. vt ſ. de ſuc. abinteſt. c. 1. & 2. facit ad hanc ſol. quod not.
Bal. poſt Bar. in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. mat. ſecundò obſtat:
quia ſi mala fides prędeceſſoris non noceat, ratione prælle
gata, obſtat ſibi mala fides eccleſiæ ſuæ: quæ dictam confeſ-
ſionem mala fide recepit. nam eccleſia eſt dña rerum ſuo no
mine quæſitarum: & prælati ſunt tutores, ſiue procuratores,
vt ſ. de dona. c. 2. ſed mala fides dñi impedit præſcriptionẽ:
licèt procurator accipiat bona fide. ff. de contrahen. emp. l.
ſed ſi ſeruo. & l. 2. §. ſi ſeruus meus. ver. ſed ſi eo. pro emp. Itẽ
mala fides adminiſtrationis nocet dño quò ad contractum,
qui ab adminiſtratore deſcendit, vt l. procurator. in prin. ff.
de tribu. ſol. dicit Inno. ꝙ licèt prælatus mala fide quæſiue-
rit: tamen eccleſia non dicitur habere malam fidem: niſi res
quæſita eſſet affecta vitio reali violentiæ, furti, & ſimilium, ſe
cundũ Inn. quod non tenet Io. And. per c. dudum. ſ. de deci.
6 vel dic, † ꝙ eccleſia eſt res inanimata: nec dicitur habere bo
nam, vel malã fidem. ſed hanc fidem bonã, vel malam debe-
mus mẽtiri ex perſona adminiſtratoris: vt ſic vitium perſo-
nale auctoris purgatum intelligatur in perſonam ſucceſſo-
ris: & ſuo tempore incipiat præſcribere. Ex his dico, ꝙ iſta
ſol. gl. cum his, quæ proximè dixi, nõ bene videntur poſſe ſu-
ſtineri de iure. quia hodie vitium auctoris, ſiue perſonale, ſi-
ue reale, nocet ſucceſſori vniuerſali, & ſingulari, vt not. in l.
Pompo. §. 1. ff. de acqui. poſ. vbi etiam habetur, ꝙ poſſeſſio
non vitioſa non põt accedere vitioſæ: nec econuerſo. tranſit
ergo Io. An. ad quartam ſol. videlicet, ꝙ hic non interuenit er
ror iuris, ſed facti. credebant enim iſti religioſi, epiſcopũ cõ-
ſenſiſſe huic conceſſioni factæ à laico. quia fortè falſæ literæ
ſuper hoc eis fuerunt oſtenſæ: vel habuerũt falſam relationẽ
de hoc ab aliquo fide digno. facit. ff. de fur. l. inter omnes. §.
fi. Iuſtus enim error præbet cãm præſcribendi, vt plenè no.
in l. Celſus. ff. de vſur. & l. quod vulgo. pro emp. & licèt hic
poſuerim duo exempla de iuſto errore: tñ plura videas not.
in d. l. Celſus. & l. poteſt. cũ l. ſeq. eo. titu. & hæc quarta ſol. eſt
vera in ſe. eſt & quinta ſol. Gof. & Vin. ꝙ iſta nõ eſt vera præ
ſcriptio: ſed ſic paratur exceptio abbatibus in odium epiſco
porum negligentium, & per taciturnitatẽ quaſi approbãtiũ.
quorum opi. ſatis concordat cũ ſecunda ſol. glo. coniunctis
his, quæ ibi dixi. ſexta ſolu. eſt Phi. qui dixit, ꝙ vbi eccleſia
poſſidetur, vt proprietas, ſufficit conceſſio laici ad præſcri-
ptionem. & hunc dixit verum intellectũ huius c. Eſt & ſepti-
ma ſol. Hoſt. deridentis, quaſi oẽs præcedentes ex eo, ꝙ do-
natio, quæ incępit à laico, non põt aliquo tempore confir-
mari. ſ. de deci. dudum. & ſine titulo conſtat res eccleſiaſti-
cas non præſcribi. ſ. de pręſcrip. c. ſi diligenti. vera ergo ſolu
tio, ſm̃ eum, eſt, ꝙ hæc litera (vt procedat quod in eo dicitur)
debet ſic reuolui. niſi diœceſani epi habuerint poſtea cõſen-
ſum. aut pro, & ſubaudi poſt talem conſenſum legitima fue-
rit præſcriptione, &c. dicit enim, ꝙ ſolus conſenſus epi non
ſufficit ad plenum ius transferendum: imò requiritur etiam
conſenſus Capituli. de dona. c. paſtoralis. licèt ſufficiat quò
ad legitimum titulũ præſcriptioni concedendum, vt hic pa-
tet. & ſ. de reli. do. c. cõſtitutis. & j. tit. 1. c. ſignificauit. vbi de
hoc, ſm̃ eum. ſed non meminit Hoſt. de regula, quæ habetur
in l. eum. ff. de publ. vbi ex titulo non habili ad tranſlationẽ
dominij à principio non paratur vſucapiendi condictio. Itẽ
ille abbas, qui recipit eccleſiam à laico cum conſenſu Capi-
tuli ſolo (cum non ſufficeret) habuit malam fidem; quia erra
7 uit in iure. ergo non præſcribit: † quia ex infecta radice fru-
ctus non producitur. 1. q. 1. c. vulnerato. & in prin. huius glo.
præterea non eſt verũ, ſecundũ Ioan. And. ꝙ in conceſſione,
quam facit laicus de eccleſia, non ſufficiat ſolius epiſcopi cõ
ſenſus à princ. imò ſufficit ſecundũ Vin. & Ioan. And. ſ. c. il-
lud. Inter iſtas[a] ſolutiones mihi videtur ſecunda ſolutio glo.
verior, ſine ſcrupulo procedens: licèt etiam quarta, & quinta
ſo. ſint verę in ſe, &c. ¶ Secundò principaliter opp. & vide-
tur, ꝙ præſcriptione nunquàm quæratur titulus: ſed canoni-
ca inſtitutione. j. de reg. iur. c. 1. lib. 6. hic dicitur, ꝙ præſcri-
ptione quæritur. ergo malè. ſol. hic quæritur eccleſia, vt pro-
prietas. quod poteſt eſſe per præſcriptionem: ſed in titulum
non põt quæri præſcriptione, ſed canonica inſtitutione, vt in
contrario ſecundùm Ioan. And. qui tangit, quid iuris, ſi poſt
præſcriptionem completam ſuperueniat mala fides, & ſcien
tia rei alienæ: an teneatur reſtituere qui pręſcribit, ſaltem in
foro conſcientiæ. no. de præſcrip. c. fi. & de conceſ. præben. c.
1. facit quod no. Inno. de immu. eccl. c. quia plerique.

*S V M M AE.*

1 *Patroni eccleſiæ vacantis ſi infra terminum non præſentant, epiſco-*
*pus ordinabit eccleſiam.*
2 *Ordinatio non eſt differenda, ſiue retardanda vltra tempus debitũ,*
*lite pendente ſuper iure patronatus.*
3 *Inſtitutus per epiſcopum debet recognoſcere in patronum illum, qui*
*obtinuit in cauſa,*
4 *Repræſentatio an ſit tantæ efficaciæ, ſicut præſentatio voluntaria.*

1 SI verò. † Si patroni eccleſiæ vacantis infra
terminũ non pñtant, epiſcopus ordi-
nabit eccleſiam. non indiget diuiſione. ¶ No. primò,
2 † ꝙ lite pendente ſuper iure patronatus, non eſt ordinatio
differenda, ſiue retardanda vltra tempus debitum, vt dicit
Io. An. in ſummario. ante ergo lapſum termini præſentatio-
ni præfixum, non poſſet epiſcopus ordinare. quod intelligo
verum, vbi conſtat ius patronatus in eccleſia conſiſtere: ſed
neſcitur, cui ex litigatoribus. ſi autem non conſtaret eccleſiã
obligari alicui hoc iure propter litem ſuper hoc motam: nõ
deberet prouiſio retardari, ar. no. ſ. eo. c. ex literis. ¶ Secun-
3 dò no. † ꝙ illum, qui obtinuit in cauſa, debet inſtitutus per
epiſcopum recognoſcere in patronum: & ſic eſt præpoſtera-
tio. regula enim eſt, ꝙ primò præſentetur, poſtea inſtituatur.
hic autem econuerſo contingit ex eo, ꝙ erat dubium, cui ex
4 litigatoribus competeret à prin. Sed incidenter quæro. † an
iſta repræſentatio ſit tantæ efficaciæ, ſicut ſi à principio con
tigiſſet, ſcilicet voluntaria quò ad patronum, an verò neceſ-
ſaria: vt alium, quàm iſtum inſtitutum ab epiſcopo, non va-
leat præſentare. dicit Io. And. ꝙ alium præſentare nõ poſſet.
quia non debet retractari ex cauſa ſuperuenienti, quod ge-
ſtum fuit legitimè. vt l. 2. ff. de iti. ac. q̃ priua. & hac etiam ra-
tione dico, ꝙ ſi velit contra inſtitutũ obijcere impedimẽtũ.
qđ potuiſſet ante talem inſtitutionem: mõ non poſſet, poſtq̃
reperit eũ legitimè inſtitutum. qui enim ex poſtfacto ad ali-
quid admittitur, non poteſt infringere retro geſta. c. vbi peri
culum. & c. fi. confirmationem. de elec. lib. 6. Sed tunc dices.
quid ergo conferet iſti, qui obtinuit iſtam repræſentationẽ?
credo, ꝙ quaſi poſſeſſionem iuris patronatus: quam acquirit
per talem actum, vt credo. ad qđ vide no. per Inn. ſ. de in in-
te. reſt. c. 2. in illo dubio: qualiter in beneficio non vacante
poſſit quis quęrere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi.

*S V M M AE.*

1 *Ius patronatus tantùm an poſſit dari in feudum.*
2 *Iura, quæ deueniunt ad exemptos, tranſeunt ad eos cum onere ſuo.*
3 *Ius patronatus quæritur multis modis. An poſſit quæri iure lega-*
*ti. nu. 4.*
5 *Ius patronatus an poſſit legari priuato ſine conſenſu epiſcopi.*
6 *Ius patronatus an tranſeat non ſolùm ad filios, ſed etiam ad hæredes*
*extraneos.*
7 *Ius patronatus an veniat in confiſcatione.*
8 *Filius inſtitutus in re certa, alijs inſtitutis in vniuerſo, an admitte-*
*tur cum eis in iure patronatus.*

Cum



CVm ſeculũ. Si patronatus eccle-
ſię deueniat ad exẽ-
ptos: per hoc ius epale non læditur, nec diuiditur.
¶ Not. primò, ꝙ emptioni feudi accedit ius patronatus. qđ
intelligitur, quãdo caſtrum, vel villa datur in feudum: ſecus
ſi daretur in feudum aliquod pdium, in quo eccleſia eſſet ſi
ta: tũc enĩ ius patronatus ipſius eccleſiæ nõ tranſiret. j. eo. c.
ſuggeſtũ. ſecũdùm Inn. de quo. ſ. eo. c. ex literis. Sed hic inci
1 denter quærit: † an ius patronatus tm̃ poſſet dari in feudũ: ſi
cut aliàs ſimpliciter, & liberaliter dari põt. ſ. eo. c. illud. dicit
Io. An. ꝙ non. quia feudũ requirit homagiũ 22. q. 5. c. de for
ma. qđ pro ſpũalibus fieri nõ põt. de reg. iur. c. fi. ergo nec p
hoc iure, quod ſpiritualibus eſt annexũ. j. c. de iure. & ſ. e. c.
2 querimoniã. ¶ Scđò not. † quòd iura, q̃ deueniunt ad exem-
ptos, tranſeũt ad eos cum onere ſuo, & debebunt epo rñde-
re. qa onera realia tranſeũt in quẽlibet poſſeſſorẽ, quamtũ-
cunq; priuilegiatum, vt hic. & l. Imperatores. ff. de priuil.
3 ¶ Tertiò not. † ꝙ ius patronatus q̃ritur multis modis, vendi
tione cũ vniuerſitate, ſucceſſione, donatione, permutatione,
4 & alijs titulis, vt in gl. 1. ¶ Vltra quã primò quærit: † an titu
lo legati poteſt quæri ius patronatus. videt in hoc titulo di-
cẽdum idem, quod in titulo donationis. qa legatum eſt quæ
dã donatio in teſtõ relicta. vt l. legatum. de leg. 2. ſicut ergo
in donatione iuris pronatus diſtinguit: vt facta eccleſiæ, vel
loco religioſo valeat ſine cõſenſu epi: & facta priuato nõ te-
neat ſine eius cõſenſu, vt ſ. eo. c. illud. ita ſimiliter diſtingua-
mus in legato, hoc addito, ꝙ mortuo teſtatore, legatũ iuris
patronatus priuato factum poſſit eps confirmare: & valeat
cõſenſus ſubſequẽs: ſicut ſi interueniſſet tpe cõditi teſtamẽ-
5 ti. ſimile † ſi teſtator iuſſit eccleſiam cõſtrui, & circa id fecit
legata: cõſtat, ꝙ circa hoc eſt neceſſarius conſenſus, vel au-
ctoritas epi. de conſe. diſt. j. c. nemo. de priuile. c. auctoritate.
li. 6. & tñ tenet legatum. de teſta. c. nos qdẽ. Ita dicit Io. An.
dominus Fede. de Señ. nitit pbare, ꝙ valeat legatũ iuris pa-
tronatus factum priuato, etiã ſi conſenſus epi non accedat,
quia theorica cõmunis traditur hic in glõ. & per Doc. ſ. in
rub. ꝙ ius patronatus quæritur ſucceſſione. nec diſtinguũt,
an ſuccedat vniuerſaliter, an particulariter. nec cauet tex. vel
glo. ꝙ in hoc requiratur auctoritas epi: nec eſt dubiũ, ꝙ ille,
q habet ius patronatus ex teſtõ, dicit ipm habere ex ſucceſ-
ſione: quia illius iuris ſucceſſor eſt. vt l. ſi rem legatã. ff. de ex
cep. nec eſt iſta æqparatio bona per oĩa. donare nõ põt pri-
uato ſine cõſenſu epi: ergo nec legare. qa fauorabilior eſt vlti
ma diſpoſitio, q̃ cõtractus inter viuos, l. 1. C. de ſac. ſan. eccl.
Itẽ ſi eps donationi diſſentit, põt habere recurſum ad ſupio-
rem eius, q donare volebat: ſed defũcto non ſupereſt illud
remediũ querelandi. ergo benignius ſuccurredũ, vt legatũ te
neat: ne ille, quẽ voluit, habeat illud ius vt heres: vel alius vt
legatũ caducũ: & ille, q habet voluntatẽ defuncti, repellat p
pter epi diſſenſũ, non habẽtis contradictorẽ: & alijs rõnibus
hoc pbat, ſubiungẽs ibi opi. Abba. qui pciſè tenet cõtrariũ:
dicit em̃ ſic. credo, ꝙ ius patronatus per nullũ titulũ ſpecia-
lem, ſiue inter viuos, ſiue in vltima volũtate, tranſeat ſine cõ
ſenſu epi in ptiuatã pſonã. ita dicit cõſilio. 220. ¶ Secũdò q̃-
6 ro: † vtrũ ius patronatus trãſeat non ſolũ ad filios: ſed etiam
ad heredes extraneos. qdã dicũt, ꝙ tm̃ ad filios, & heredes
a [a] ſanguinis: nõ ad alios, vt no. 16. q. 1. c. cõſtitutũ. & in tm̃ trã
ſit ad eos, vt etiã ſi repudiauerit hereditatẽ paternã, nihilo-
minus in patronatu ſuccedãt, vt no. eadẽ cã. q. 7. c. cõſiderã-
dũ. ad hoc. ff. de iure pa. l. filij. cõtrariũ tenet hic Io. An. videli
cet, ꝙ ad oẽs heredes trãſeat, qbus defert hereditas, non ad
alios: ſucceſſione em̃ hereditaria dr̃ hoc ius trãsferri, vt hic
no. & ſ. c. 3. Itẽ ſcđùm primã op. ſeqret, ꝙ licèt patrõus do-
naret licito modo alteri ius patrõatus, non valeret donatio,
vel vẽditio cũ vniuerſitate: cũ haberet neceſſe filio relinqre,
q in eo nõ ſuccederet tanq̃ heres: ſed vt filius. ad hoc. l. diui
fratres. de iure pa. & l. iuriſiurã. de oper. lib. & tñ hoc falſũ eſt
qa tranſit cũ vniuerſitate, donari, & legari põt, iuxta illa, q̃
dicta ſunt. & no. ſ. c. ex literis. & c. illud. & ita dicit do. Fe. de
Señ. vt filiæ dotatæ, & excluſæ ab hereditate paterna p renũ
ciationẽ nõ admittãt ad pñtationẽ rectoris ſimul cum maſ-
7 culis. & ita no. cõſilio. 106. ¶ Sed incidenter q̃ro: † vtrũ in
iure patronatus ſuccedat fiſcus, cui bona ſunt applicata per
confiſcationẽ legitimã. videt, ꝙ ſic. qa loco heredis eſt, & in
vniuerſũ ſuccedit, vt l. 3. C. ad leg. Iul. de vi pri. gl. tñ tenet, ꝙ
p talẽ dãnatiõẽ, & cõfiſcatio. iudicis ſecularis nõ perdat ta-
lis ius patronatus, vt no. 16. q. 7. c. filijs. eſt aduertẽdũ, ꝙ illa
opi. videlicet, ꝙ ſoli filij ẽt nõ heredes ſuccedãt in iure patro
natus, habet p ſe rationẽ: qñ illud ius patronatus deſcẽdit à
pgenitoribus, non à patre: vt ipſo iure pater eũ priuare non
poſſit, inſtituẽdo aliũ heredẽ, vel aliter diſponendo, ar. l. 2. ff
de inter. & releg. & d. l. diui fratres. & l. filij. de iure patr. ſed li
cèt deferat à genere: tñ vt heredes in dicto iure ſuccedũt, vt
8 plenè dixi in ſucceſſione regni. ſ. de voto. c. ſup his. † Sed qd
dices tu legiſta de filio inſtituto in re certa, alijs inſtitutis in
vniuerſo: an iſte admittet cũ eis in iure patronatus? Scis em̃,
ꝙ iſta inſtitutio, quò ad quædã redigit ad quotã, & quò ad
q̃dã habet vĩ relicti, ſiue legati ſingularis iuxta theoricã Bar.
in l. ex facto. la grãde. & l. quoties. de he. inſt. & p Cy. in l. fi.
de he. inſt. quò ad ſucceſſiõẽ ĩ iure patrõatus, ã vt hæredẽ, an
vt legatariũ certæ rei. Iudicabis eum ex vno verbo Doc. hic
poſſet argui, ꝙ debet cenſeri vt heres. dicit em̃ Io. An. ꝙ ſui
ſuccedunt, ſi inſtituant heredes: vel alio modo ſuccedãt, &c.
& ſic per iſtud [vel alio modo ſuccedãt.] voluit includere:
vt per omnem ſpeciẽ ſuccedẽdi, ex qua filius ſuccedit patri,
ſuccedat in iure patrõatus. & hoc tenet Fed. cõſ. 219. qđ no.

ADDITIO.

a ¶ Ad filios, & heredes. vide glo in l. ſi operarũ. ff. de ope. liber.

*S V M M AE.*

1 *Succeſſio iuris patronatus inter heredes regulatur ad inſtar ſucceſſio-*
*nis bonorum patrimonialium.*
2 *Satutum ſi dicit, quòd filia dotata, exiſtentibus maſculis, non ſucce*
*dat patri: excludit eam etiam à iure patronatus.*
3 *Conceſſio iuris patronatus debet eſſe gratuita.*
4 *Poſſeſſionem eccleſiæ qui apprehendit ſine conſenſu patroni, dicitur*
*occupator*
5 *Conſenſus epiſcopi an requiratur in conceſſione eccleſiæ, quam facit*
*frater fratri.*
6 *Patronus ſi donauit ius potronatus, an per illum, cui donauit, poſ-*
*ſit ad illam eccleſiam præſentari.*

EX inſinuatione. Sine conſen-
ſu patrõi nõ
debet qs eccleſiã occupare. & duo facit. primò nar-
rat factum. ſcđò dat iudicem. ibi [mandamus.] ¶ Not. pri-
mò, ꝙ erãt duo fratres, & eorũ alteri competebat ius patro
natus: quia fortè erant vterini. i. eadem matre nati, & ex di
uerſis patribus: quorũ alteri vnus ex dictis fratribus ſucceſ-
ſit. vel dicit Io. An. hoc factum erat in Anglia: vbi eſt conſue
tudo, ꝙ primogenitus ſuccedat in totum. ex quo dicto not.
1 † ꝙ ſucceſſio iuris patrõatus inter heredes regulat ad inſtar
2 ſucceſſionis bonorũ patrimonialiũ. † vnde ſi dicit ſtatutum,
vel conſuetudo (vt hic Venetijs) quòd filia dotata, exiſten-
tibus maſculis, non ſuccedat patri, excluderet etiam vigo-
re talis cõſuetudinis, & ſtatuti à iure patronatus: & p conſe-
q̃ns à pñtatiõe rectoris. & p hoc dicto facit. qđ no. Bar. in l.
oẽs populi. ff. de iuſti. & iure. vbi tenet, ꝙ clerici ligentur cõ
ſuetudine loci. p quo allegat. c. cũ veniſſent. ſ. de eo, q mit. in
poſ. cã rei ſer. & qđ no. in l. ex ea. de poſtu. arg. cõt. de cõſti. c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. & no. hũc paſſũ. ¶ Scđò no. † ꝙ cõceſ
ſio iuris patrõatus debet eſſe liberalis. i. gratuita, qa pretio

vendi non pōt,ſicut nec ſpūalia,vt j.c.de iure.¶ Tertiò not.
4 † ꝙ ille,q apprehendit poſſeſſionē eccleſiæ ſine conſenſu patroni, dr̄ occupator.& intellige,ꝙ eā ingredit, vt clerici,vel rectores,ſm̄ Inn.& Ho.pōt ergo patronus inſtitutū in eccleſia ſine eius pñtatione petere remoueri: & non rectores,ſed occupatores vocant.& ꝑ conſequens ſunt remouendi.s̄.e.c,
5 illud.¶ Quærit gl. † vtrū in conceſsione iſta,quā facit frater fratri,requirat conſenſus epi.vr̄,ꝙ ſic.qđ eſt verū, ſm̄ Hoſt.qñ frater iſte clericus recepit eā ꝑ ſe: ſecus ſi noīe eccleſiæ ſuæ, vt j.e.c.1.li.6.gl.tñ hic vr̄ dicere, ꝙ nō exigat cōſenſus epi, ēt ſi ſibi vt priuato donauerit.ꝗ inter fratres non eſt ꝓprie donatio collatoria tituli: ſed exercitiū totalis iuris pp fratrē ꝓpeditū,reddit liberū ꝑ iſtā conceſsionem.ex qua gl.not.ꝙ illud,qđ dr̄ de conſenſu epi adhibendo, cū laicus donat laico,eſt verum, qñ donatio confert in laicum prorſus extraneum:ſecus in cōpatronū, in quē ſine conſenſu epi pōt alius compatronus transferre ius ſuū.qđ no.& licèt hoc dictū ſit ꝓbabile:tñ quō ad tex.hæc rō non ꝓcedit. ꝗ frater iſte clericus,in quem frater trāſtulit ius ſuū, non erat cōpatronus: ſed fratri concedenti ſolūmodo cōpetebat, vt dixi.s̄.in primo no.& ꝓbat tex.dū dicit in ſingulari[habebat.]non dicit
6 [habebant.] ¶ Scđò ꝗrit Io.An. † ſi patronus donat ius patronatus:an ꝑ illum,cui donauit, poſſit ad illā eccleſiā pñtari.dicit hic Vin.ꝙ non, pro quo facit.s̄.de inſti.c.vlti.& qđ ibi no.qđ eſt verum,qñ patronus non transferret ius patronatus in alterum:ſed tantūmodo ꝑtātem pñtandi: ſecus ſi in totum transtuliſſet ius patronatus quocunq; licito titulo.tūc n. ipſe,ſicut quilibet extraneus,poterit præſentari.Idem tenet Guil.hic.eo.c.§.pe.rationem differentiæ per te videas.

SVMMAE.

1 *Patronus non poteſt ſibi eccleſiam retinere: vel eam alteri concedere propria auctoritate.*
2 *Succeſsio hæreditaria prohibetur in eccleſia.*
3 *Patronus non poteſt in teſtamento eccleſiam alicui concedere.*
4 *Patronus an poſsit præſentare filium ſuum clericum.*
5 *Electio ſi ſpectat ad filium, & ipſe compromittit ad patrem fortè legitimum poſt eius natiuitatem ad clericatum promotum: an ab eo poſsit eligi.*
6 *Patroni ſi ſint plures: an vnus ab alio poſsit eligi.*

1 CONſuluit. † Patronus non pōt ſibi eccleſiam retinere, vel eam alteri cōcedere propria auctoritate, & deciſæ cōſultationi rñdens,generalē rōnem præmittit. ¶ Not.primò
2 † ꝙ in eccleſia ſucceſsio hæreditaria prohibetur. concor. in
3 glo. ¶ Secundò no. † ꝙ in teſtō non pōt patronus alicui eccleſiam cōcedere.Ius aūt patronatus tm̄ an poſſet,& quo ti-
4 tulo,dixi.s̄.eo.c.cū ſecundū.¶ Quærit glo. † vtrū patronus poſsit præſentare filium ſuum clericum.tenet glo.ꝙ ſic.Non obſt.iſte tex. quia hic prohibetur propria auctoritate collatio eccleſiæ: ſed non ad ipſum pñtatio. præterea ſuffragium patris prodeſt filio,&c.vt l.illud.ff. quod cuiuſq; vniuer. no. Sed contra iſtā opi.glo.obſtat. quia pater nō poſſet ſeipſum pñtare,vt hic,& j.eo.c.per veſtras.ergo nec filium.quia vna perſona cum eo cenſetur.C.de impu.& ali.ſub.l.fi.35.q.3.c, hac auctoritate.præterea quicquid acquirit filius, quærit patri,vt Inſti.per quas perſo.nobis acqui. ergo emolumentum ex pñtatione facta de filio patri proueniens,vr̄ reddere inefficacē dictā pñtationē.ſol. ad primā dic,ꝙ pater,& filius cēſentur vna pſona iuris fictione,nō in veritate facti. In hmōi aūt ſpiritualibus debemus cōſiderare veritatē, nō fictionē, vt alibi no.quō ad ſecundū dic,ꝙ in hmōi ſpūalibus,& quaſi patri ex facto filij nihil quæritur.ſunt.n.eccleſiæ, & eorū iura,ac ēt clerici publici iuris.vt ff.de iuſti.& iu.l.1.ī ꝗbus qđē patria poteſtas nō curatur,vt l.nā quad ad ius.ff. ad Trebel. cū ergo filius pñtatus à patre ad eccleſiam quò ad ipſam, & eius emolumēta nihil acquirat pr̄i,& per ſeipſum agat,& defendat ſine pr̄is cōſenſu,vt c.fi.de iudi.lib.6.meritò verū eſt, ꝙ ſi pater pronus poſsit filium pñtare, & econuerſo: dūmō adſit idoneitas in pñtato, & non fiat carnalitatis amore.s̄.de præben.c.graue.& hoc tenēt hic Gof.Vin.Hoſtiē.& Inno.& Spec.eo.ti.ad fi. Et pdicta inducit Io.And.ad no.per Hoſt.s̄.
5 de ele.c.quia propter.circa prin.vbi ꝗrit.† an is,ad quē ſolū ſpectat electio, ſi cōpromittit ad patrē, fortè legitimū, poſt eius natiuitatē ad clericatū promotū:an ab eo poſsit eligi.arguit,ꝙ ſic.quia nō reperitur expreſsè prohibitū hoc cōpromiſſum:ergo permiſſum.s̄.de ſpon.c. cū ap.tu.n. qui dicis in patrē nō cadere cōpromiſſum, oſtende ius prohibitiuū: qđ cū non poſsis,ſtari debet regulę l.ab ea parte.ff. de proba.ꝓ hoc facit qđ dictū eſt s̄.ꝙ vbi de idoneitate cōſtet,non curamus in iſtis ſpūalibus patriā poteſtatē. pro hoc ēt facit glo. iſta,ꝙ pater pōt filium pñtare: quare ergo nō in compromiſſarium eligere. quid dicendum?dicit Hoſt.ꝙ non cogebatur hunc caſum diffinire.ꝗ rarus eſt.ff.de legi.l. nā ad ea.inclinat tñ in hoc,ꝙ ſi de fraude,& ambitione cōſtet, non valeat electio:& in dubio adhuc tendit ad caſſationem,concludens tñ,ꝙ eſſet Romanus Pontifex cōſulendus.dñs Io.An.mirat, quare ita fortiter dubitauit Hoſt. in iſta q. quia ſm̄ eum non haberet dubiū,qñ ipſe pater vt compromiſſarius, & vt procurator filij eligit, & ipſius noīe.& in extraneo idem,vt s̄.de inſti.c.fi.& quod ibi per eū,aduertendū ad tres caſus.Primus eſt,qñ filius electus eſt in cōpromiſſarium à debentibus eligere:tunc ſi in patrē,tāquàm in procuratorē, transferat iſtā poteſtatē in caſu,quo poſsit:ꝙ non eſt dubiū,ꝙ non poſsit filium eligere,quia nō de ipſo filio, ſed de alio vident electores cogitaſſe: & nō ſolū à pr̄e,ſed nec ab extraneo,in quē filius cōtuliſſet iſtā poteſtatē,poſſet ab eo eligi.& ſic intelligit Io.An.q.Hoſt.Secundus caſus eſt,qñ ad filiū ſpectat pñtatio ad eccleſiā iure ſuo,quia qſiuit pronatū:tunc ſimiliter,ſi conferret poteſtatē ſimplicē pñtandi in patrē,vel extraneū,non poſſet ipſe poſtea pñtari ꝑ tales,vt d.c.fi.de inſti.& s̄.c. ꝓxi. in ſecūda q.dixi.Tertius caſus eſt, qñ in filiū reſidet tota poteſtas collegij in eligēdo platū.vel quia fortè nō ſunt alij,vel aliter ſunt priuati; tunc ſi trāſferat iſtā poteſtatē eligēdi platū in patrē clericū(qđ pōt,vt dicto c.quia pp.)remanet tunc dubiū,an pr̄ iſte poſsit eligere ipſum filiū. & iſto tertio caſu credo Hoſt.intellexiſſe.& credo,ꝙ ſi de fraude nō cōſtet, ꝙ valeat electio facta de cōſilio.ꝗ iſtud eſt remediū à iure approbatū:vt per viā cōpromiſsi poſsit in platū aſſumi ille, ad quē ſpectabat ius eligēdi iure ſuo,iuxta no.in c.1.de elec. & c.cum in iure.eo.tit.Non ob.c.fi.s̄.de inſti.& qđ dixi.s̄.c ꝓxi. quia ibi iure proprietatis dicta beneficia ſpectabant ad eos.non ergo mirū,ſi collatio, quæ fieri debet in titulū, non pōt cadere in habētē proprietatē: quæ durat etiā poſt acquiſitionē tituli in bñficiū:ſed in caſu nr̄o iſte non eligit rōne ꝓprietatis bñficij:nec poſtquàm electus fuerit,durat amplius illud ius:ſed extinguitur,& reuerti nō pōt ad eū amplius. eligere,n.iſte debet noīe eccleſiæ:non ſuo tantū.arg.65. diſt.c. ſi fortè.& s̄.de poſtu.c.2.& ſic dico Hoſt.probabiliter dubi-
6 taſſe in caſu iſto.¶ Vltimò quærit glo. † an ſi ſunt plures patroni,vnus poſsit præſentare aliū. tenet, ꝙ ſic. nam & decuriones vnum ex ſeipſis dant tutorem.ff.de tuto.& cur. da.ab his.l.vbi abſunt.hoc idem tenent Vin.Goff.& Hoſtien.idem Specu.eo.titu.ad fi.ſecundùm Io.An.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus vendi non poteſt.*
2 *Patronus ſi vendat ius patronatus, & pretium recipiat: quid erit de illo pretio.*

1 DE iure † Ius patronatus per ſe vendi non pōt.rō redditur in tex.ꝗ eſt ſpirituali annexū:ergo gratuitò,nō ꝑtio trāſferēdū, 1.q.1.



1.q.1.c.1.licèt.n.quō ad quędam participet de tēporalitate: tñ à digniori naturā aſſumit.ſ.à ſpiritualitate, de qua magis participat.de quo dic,vt s̄.de iudi.c. quantò. ¶ Quærit glo.
2 † ſi patronus vendidit, & pretium recepit: cum contractus non teneat,per hunc tex. quid erit de illo pretio à venditore recepto?videtur enim, ꝙ non debeat reſtitui emptori malæ fidei.C.de euic.l.ſi fundū.rurſus, ꝙ remaneat venditori,etiā iniquū videtur:quia lucraretur cū aliena iactura,contra l.nā hoc natura.ff.de condi.inde.dicit Io.An.ꝙ fieri debet,vt dicitur in Authen.de ſanctiſsi.epi. §. ſi verò xenodochium. & j.de ſimo.c.de hoc.17.q.4.c.ſi quis in atrio.

SVMMAE.

1 *Patronus eccleſias,vel decimas ſine conſenſu epiſcopi, vel Papæ,et loco religioſo concedere non poteſt.*
2 *Laicus ſine conſenſu ſui epiſcopi decimas eccleſijs, vel aliquid iuris eccleſiaſtici non poteſt concedere.*
3 *Conſenſus alicuius ſi requiritur in tranſlatione iuris alterius: & ille conſentire recuſat,cogi debet per ſuperiorem.& nu.4.*
5 *Metropolitanus eſt iudex ordinarius ſuper querelis propoſitis contra ſuos ſuffraganeos.*

1 NVllus. † Patronus eccleſias, vel decimas ſine conſenſu epi, vel Papæ etiam religioſo loco conferre non pōt.poteſt diuidi in
2 duas partes.ſecunda ibi [& ſi quis.] ¶ No.primò,† ꝙ laicus ſine conſenſu ſui epi decimas eccleſijs, vel aliquid iuris eccleſiaſtici non concedit.à contrario ſenſu ergo cū conſenſu epi hoc poſſet.& ſi intelligas in decimis, quas laici detinēt, hoc dictum rectè procedit,per no.s̄.de his,quę fi. à pręla.c.cum apoſtolica.ſi intelligas in eccleſia quō ad proprietatem,hoc nullo modo poſſet laicus,ēt cū conſenſu epi:niſi in eccleſijs, quas de facto tenent.in quibus dic, vt s̄.c.illud. Si intelligas de iure patronatus: tunc etiā ſine cōſenſu tali poteſt patronus cōcedere pijs locis.j.eo.c.1.lib.6. ¶ Secundò no.in ver.
3 & ſi quis.† quid iuris,ſi ille,cuius conſenſus requiritur in trā
a ſlatione iuris alterius, cōſentire recuſat: a cogitur enim per ſuperiorē talē accommodare cōſenſum: ſicut pr̄ cogi debet conſentire filio in caſibus, in quibus filius cū patris cōſenſu admittitur ad iudicium,vt l.cum nō ſolū.§.neceſsitatis.C.de bo.quæ li.& ſicut filia cogitur cōſentire pr̄i exigenti dotem: niſi habeat iuſtam cām contradicendi,vt l.dotem.ff.ſol.ma. & l.ſi cum dotem.§.ſed ſi latitet.ff.ſol.ma.& hoc vult iſte tex.ibi [improbitatis,aut auaritiæ]&c. quaſi ex cā rationabili conſentire eps nō cogatur.¶ Quærit Io.An. † an eps,qui renuit
4 cōſentire,poſsit ad hoc cogi ꝑ ſuū metropolitanum:vel ſaltē ipſe accōmodet iſtū conſenſum.& vr̄,ꝙ ad iſtū poſſit haberi recurſus,arg.c.ex literis. 16.q.vlt.c.filijs.ſemper enim per ſuperiorem eſt cōpellendus inferior, q recuſat facere id,quod debet,vt hic.& 8.q.3.c. Artaldus.& 9.q.3.c. nunc verò. pro hoc facit.s̄.de offi.ordi.c.ad reprimēdā.& c. duo ſimul.& c. quantò.in fi.& c.irrefragabili. §.exceſſus. in Authen. de ec-
5 cle.ti.§:ſi autem pro redēptione.coll.9. præterea † metropolitanus eſt iudex ordinarius ſuper querelis propoſitis cōtra ſuos ſuffraganeos: niſi in caſibus.s̄.de offi.ord.c.paſtoralis. alij dicunt,ꝙ iſte eſt caſus ſpālis,in quo eſt ad Romanū Pontificē recurrendū:ſicut in caſu in c. aduerſus. de immu.eccl. nā ſi iſta Decre. voluiſſet intelligere de archiepō, expreſsiſſet.ar.j.de deci.c.ad audientiā.Io.An.dicit, ꝙ metropolitanus poteſt compellere.& ſic ſit vera prima opi.ſed non licētiam dare.& ſic ſit vera iſta proximè præcedens opinio.

ADDITIO.

a ¶ Conſentire recuſat.De remedio,quando ille, qui in aliquo actu tenetur conſentire,recuſat.facit quod no. Do. Zaba. Floren. Card. in cle.quāuis rigor.q.fi.de ap.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus ſi eſt patronus in eccleſia alterius diœceſis,debet ab eo præſentatus admitti,ſi fuerit idoneus.*
2 *Epiſcopus poteſt quærere ius patronatus in eccleſijs alienæ diœceſis pro eccleſia ſua.*
3 *Epiſcopus non poteſt quærere iura epiſcopalia in alia diœceſi.*
4 *Epiſcopus patronus an poſsit præſentare clericum, vndecūq; ducat originem.*
5 *Epiſcopus ſi quæſiuit ius patronatus in eccleſia ſuæ diœceſis, pro eccleſia ſua ipſe præſentabit apud ſeipſum.*

1 SIgnificaſti. † Si epiſcopus in eccleſia alterius diœceſis eſt patronus, debet ab eo pſentatus admitti, ſi fuerit idoneus.h.d.
2 ¶ No. primò, † ꝙ epiſcopus poteſt quærere ius patronatus in eccleſijs alienæ diœceſis pro eccleſia ſua. quod pſumitur, ex quò quæſiuit poſt promotionem ſuam.quod dic,vt legit,
3 & no.de teſta.c.1.& c. requiſiſti. licèt † ergo iura epiſcopalia non poſsit quærere vnus epiſcopus in aliena diœceſi ( ne termini confundantur : & ſint duo capita, quaſi monſtrum. s̄.de offi.ord.c.duo ſimul.& c.qm̄.)tñ iura,quæ in vna diœceſi poſſet quis quærere vt priuatus, vel pro monaſterio,& locis religioſis, poterit extraneus epiſcopus quærere pro eccleſia ſua:& tunc quò ad illa iura ſic quæſita debet tanquàm ſuo ſuperiori de dictis iuribus rñdere.s̄. de renun. c. ad ſup-
4 plicationem. ¶ Quærit glo. † vtrū epiſcopus iſte patronus poſsit præſentare clericum, vndecūq; ducat originē: vel neceſſariò teneatur pñtare de illa diœceſi, vbi ſita eſt eccleſia, in qua iſtud ius quæſiuit. arguit glo. ꝙ poſsit pñtare clericū cuiuſcūq; diœceſis.& ſic in epō ſpāle, per illud c.quia ſi cogeretur de eadē diœce.vbi eccleſia eſſet ſita,iſta Decre.eſſet ſuperflua:cū idē eſſet in pronis laicis.& iſtā partē tenēt Ala. Tan.Phil.Pet.Abb.& Vin.Idē Io.An.qñ eccleſia eſt in diœceſi eiuſdē epi:licèt inferior prælatus inſtituat.allegat ꝓ hoc c.vlt.s̄.de cle.peregri.Hoſt. dicit, ꝙ de cōſuetudine quilibet pronus clericum idoneū tm̄ præſentare pōt,vndecūq; originē duxerit.pro qua opi.allegat de inſti.c. ad decorē. de iudi. c.cū deputati.de iure tū, dicit Io.An.vr̄ cōtrariū,arg.huius c.à contrario ſenſu ſumpto.eſt tñ caſus,in quo pronus nō ꝑſentat,niſi de eadē eccleſia, ſm̄ quoſdā. quod dic,vt no.plenè.j.eo.c.pe.¶ Secūdò ꝗrit Io.An.iſtud c.loquit,cū eps qſiuit ius pronatus in eccleſia alterius diœce. qđ patet ex tex. dum dicit[pñtauerunt]quia in ſua non pſentarēt, ſed cōfer-
5 rent. † qđ ergo dices, ſi pro eccleſia ſua qſiuit ius pronatus in eccleſia ſuæ diœce.Goff. dicit, ꝙ pñtabit apud ſe vt pronus:& inſtituet vt eps,ar.ff.de adop.l.ſi conſul.s̄.de elec.c.cū inter vniuerſos.Hoſt. dicit, ꝙ hoc caſu confundit ius pronatus: & eps liberè eccleſiam ordinabit,ſubmoto illo obſtaculo ſeruitutis.ad hoc facit,qđ no.s̄.de offi.archi. c. cū ſatis. & de offi.or.c.irrefragabili.dicit Io. And.ꝙ opi.Goff.eſt vera, cū epiſcopus haberet alios cōpronos: tunc.n.cū nō ſit ſublatū obſtaculū iuris pronatus per acquiſitionē epi certæ partis ipſius, remanebit ius epō vnà cū alijs pñtandi, ſi nō in totū ius pronatus epiſcopus ſucceſsiſſet: tūc.n.confundit,vt dicit Hoſt.qđ intelligo verū,ſi qſiuit epiſcopus pro eccleſia. ſi aūt ex ſucceſsione prna, vel aliter ad eū nō vt epiſcopū perueniſſet:tunc ſto etiam cum Goff.per pręallegata iura.

SVMMAE.

1 *Patronus, qui non eſt propriè patronus: ſed poſsidet ius patronatus, quid obtineat.*
2 *Ius patronatus vendicatur à poſſeſſore.*
3 *Declaratio facta per ſententiam contra poſſeſſorem,non habentem titulum canonicum,non nocet præſentatis ab eo.*
4 *Præſentatio facta ab illo,qui non poſsidet, non firmatur credulitate, ſed veritate.*
5 *Poſſeſſor bonæ fidei iuris patronatus quis dicatur.*
6 *Patronorum vnus poſsidet ius patronatus bona fide, alius malæ fide:& cum iudici non conſtaret,admiſit præſentatum à malæ fidei poſſeſſore: an poſtea hoc liquidato,debeat remoueri.*

COnſultationibus. Inſtitutus ad p̄ntationē eius,qui tunc ius patronatus eccleſiæ poſsi
debat,nō remouebitur:licèt illud ab eo poſtea euincatur: ſe
a cus ſi nō poſsidebat: ſed tm̄ credebatur eſſe p̄ronus. a diuidi
1 tur in duas partes.ſecūda ibi[ſi verò.] ¶No.primò † ꝙ qñ-
que poſsidet quis ius patronatus , qui patronus non eſt , ſed
putatur eſſe. ſimiliter p̄laturā,vt s̄.de ele.c.dudū.ſimiliter p̄-
fecturā, vt l.Barbarius.de offi.p̄to.ſimiliter inter quoſdā pu-
tatur eſſe matrimoniū,& nō eſt,vt c.plerūq.de diuor. ſimili-
ter clericus,cū nō ſit.& breuiter in multis diſcrepat rei veri-
tas à vulgari opinione:de q̄bus aliqua proſecutus fui.s̄.de bi
ga.c.nuper.in materia delictorū.& j̄. de pœn. & remiſ.c. qđ
aūt.vbi q̄d iuris,ſi credo verā indulgentiā, q̄ non eſt:an cōſe
2 quar remiſsionē. ¶Secūdò no. † ꝙ ius patronatus vēdicat̄ à
poſſeſſore.q̄ aūt actio cōpetat,& qñ.dic,vt s̄.de iudi. c.exa-
3 minata.¶Tertiò no. † ꝙ licèt p̄ ſn̄iam declaret̄ poſſeſſorem
nō habere titulū canonicū : tñ hæc declaratio nō nocebit p̄-
ſentatis ab eo.tolerantur enim geſta p̄ illū, q̄ putabat̄ eſſe pa
tronus;licèt non eſſe poſtea detegat̄, vt l. Barbarius.de offi.
p̄to.Ille.n.q̄ habet cām ab alio,nō remouet̄:licèt auctor,eius
remoueat̄,arg.cōtra.ff.de pigno.l.lex vectigali.& s̄.de teſt.c,
licèt ex quadā.& de hæreti.c.fraternitatis. ſed hic ius ſucceſ
ſoris nō fundat̄ ſup̄ iure proprietatis auctoris: ſed ſup̄ poſſeſ
ſione,q̄ ſola cū bona fide cōiuncta,& inſtōne epi,inſtitutum
defendit.¶Quartò no.ꝙ iſti, q̄ obtinuit in iure patronatus,
p̄terita p̄ntatio illius,q̄ ſuccubuit,nihil nocet. ſed dices imò
nocet: quia illa p̄ntatio p̄terita oſtendit poſſeſsionē cōſiſte-
re penes ſuccūbentē.de cā poſ. c. cū eccleſia. & ſic niſi aliter
expellat̄,in ſubſequēti vacatione p̄ntabit,vt ibi dr̄.ſed dic,ꝙ
ſola ſn̄ia priuat poſſeſſorem in dicta quaſi poſſeſsione.qđ an
ſit verū.dic,vt no.Inn.s̄.de reſt.in inte.c.2.& c.q̄relā. đ elec.
4 & c.qualiter,& qñ. 2.de accu.p̄ eundē.¶Quintò no.† ꝙ p̄ſen
tatio facta ab illo,q̄ nō poſsidet,nō firmatur credulitate,ſed
veritate:vt ſi verè p̄ronus appareat ( licèt non poſsideat ius
p̄ronatus) valeat p̄ſentatio , vt innuit tex. hic in fi. de quo tñ
Inno.alibi dubitat:vtrū.ſ.ius eligēdi p̄latū , vel ius p̄ſentandi
pertineat ad aliū,qui nititur ex proprietate dūtaxat ſine poſ
ſione:ita ꝙ ſuperior teneatur admittere,& cōfirmare p̄ſenta
tionē,& electionē talē.quod dic,vt ipſe no.s̄.de reſti. ſpo.c,
in literis. ¶ Oppo. & vr̄ , ꝙ poſtq̄ poſſeſſor iuris patronatus
ſuccubuit,debeat remoueri p̄ntatus ab eo. 16. q.3.c,licèt in
reg.ſol,dicit glo.pen.intellige hunc tex. in poſſeſſore bonæ fi
dei: ſecus ſi erat malæ fidei, quia tunc p̄ſentatus ab eo debe-
ret ēt remoueri.quod tenēt hic Inno,& Hoſt. Sed iterū con-
tra iſtā ſol.oppo.& vr̄,ꝙ ſiue fuerit poſſeſſor bonæ fidei,ſiue
malæ,debeat remoueri p̄ntatus ab eo. quia ſicut eligere eſt
fructus iuris eligendi:ita p̄ntare,& p̄ntatū admittere eſt fru-
ctus iuris præſentandi,vt cōſueuit notari.s̄.de cauſa poſ.c.cū
eccleſia.& de reſti.ſpo.c.in literis,per Inno. ſed iure cauet̄,ꝙ
poſtquàm res à poſſeſſore euincitur,oēs fructus extantes re
ſtituere tenetur,vt no.in l.certū.C.de rei vend.& l.ex aduer-
ſo.ff.eo.tit.ſo. illud verū in fructibus naturalibus:ſed p̄ntare
eſt fructus induſtrialis.quia magna requiritur hoīs induſtria
in p̄ntatione digni:quia aliàs pœnam patitur. de offi. ord.c,
cū vos.& in tempore debito,vt s̄.c.3.cū ſi.vel dic, ꝙ ēt ſi eſ-
ſet fructus naturalis : tñ reſpectu patroni ille fructus eſt iam
cōſumptus:vñ reſtituere non pōt . conſumitur.n.ipſa præſen
tatione,& tranſlatus eſt in aliū iam inſtitutū per ep̄m. p̄ſenta
tio ergo,& inſtitutio(quia iam traxerunt ſecū finalē effectū)
nō p̄nt,nec debēt reſtitui:ſed inquantum viuente rectore p̄-
ſentatori deberet ex iure p̄ronatus fructus produci , ad iſtū,
qui obtinuit,p̄tinebit:puta in reuerētiæ exhibitione, in edu-
catione,in eccleſiæ defenſione,& ſimilibus:q̄ poſſent habere
originē poſt ſententiā.vt j̄.eo.c.nobis.vbi de iſtis iuribus pa
trona.& hoc vult dicere tex.cū ex hoc ei,q̄ de iure &c. & p̄
iſtis effectibus conſequendis vide tex.s̄. eo. Si verò voluit p̄-
ſentatū repræſentari illi,qui obtinuit,hæc credo vera in p̄ſen
tato à poſſeſſore añ litē ſibi motā.nā ſi poſt litē motā præſen
taret(qđ pōt,ſi prius erat bonæ fidei poſſeſſor,vt hic) tenent
Doct.ſi poſtea poſſeſſor iſte ſuccūbat, remouebitur præſen-
tatus ab eo: & q̄a poſt litē motā poſſeſſor tenetur reſtituere
emens fructus ēt conſumptos.quod ſentit hic Iō.An.ibi. Itē
no.quòd bonæ fidei &c.de hoc tñ , an poſt litem motam ſu-
per iure patronatus poſsit ille,qui litē patitur,præſentare ra
tione quaſi poſſeſsionis.dic,vt s̄.eo.c.ex literis.vbi commu-
5 nis opi.eſt,ꝙ ſic.¶Quærit Io.An. poſt Doct. † quis dicatur
poſſeſſor bonæ fidei iuris patronatus.dicit ipſe, ille qui poſ-
ſeſsionem ipſius obtinuit iudicis auctoritate . Ego dico , ꝙ
multis alijs modis acquiritur,bona fide,ſucceſsione,donatio
ne,& alijs ti.de quibus.s̄.e.c.cum ſecundū.nā ſi altero ex di-
ctis ti.quis quæſiuit bona fide: licèt poſtea detegatur ad aliū
pertinere:tñ geſta per illū,qui iuſto ductus errore ſe patronū
credidit,rata erunt,vt hic:ſicut illa,quæ geſsit ille,qui ſe hæ-
redē credidit,cū non eſſet,vt ff.de peti.hære.l. ſi quis poſſeſ-
ſor.& l.ſed ſi lege.& l.item veniunt.cū ſimil.& l.in integ.ff.de
mino.tñ qui iudicis auctoritate apprehendit poſſeſsionē di-
cti iuris,proſequitur Inn.declarando,quid iuris ſi iudex p̄-
peram auctoritatē interpoſuit:vel ritè,& rectè: tñ ille,qui re
cepit, malæ fidei etat. dicit Inno. ꝙ ſi auctoritas iudicis fuit
vitioſè,& inordinatè interpoſita,perinde eſt, acſi interpoſi-
ta non fuiſſet vt C.ſi per vim,vel alio modo.l.fi.& C. vnde vi.
l.meminerint.& l.nulla.de aucto.tu.quandoq; iudex ordina
tè proceſsit: ſed qui eius auctoritate poſſeſsionē apprehen-
dit,erat malæ fidei : tunc dicunt quidam præſentatos ab iſto
prætoris auctoritate defendi: licèt ille poſſeſſor propter ma
lā fidem veniat remouendus,ar.ff.quod fal.tu.au.l. ſi p̄tor.&
ar.no.s̄.de ele.c.nihil.Io.An. dicit poſt Doct. ꝙ aliud in pa-
trono:aliud in p̄lato. rō quia patronus in præſentando nō in
nititur auctoritate ſuperioris:nec publico officio. vñ quàm-
uis pro ipſo ſententietur,ꝙ ſit patronus : ſemper tñ remanet
malæ fidei.& ideò non facit fructus ſuos.ar.ff.de cōdi. inde.
l,Iuli.ait.prælatus verò nititur cōfirmatione ſuperioris,vt pa
tet ex no.in d.c.nihil.& no. bene hoc dictū, ꝙ auctoritate,&
ſn̄ia iudicis nō purgat̄ mala fides illius,pro quo talis ſn̄ia la-
ta eſt,vel auctoritas interpoſita.cōcor.j̄. de matrimo.cōtra,
cōtra interdictū eccleſiæ.c.fi.§.pari mō.ar.cōtra.ff.de noxa.
l.gñaliter. ſed ibi in rebus prophanis:hic in rebus ſpirituali-
6 bus,& quaſi.¶Secundò quæro: † ſi vnus poſsidet ius patro-
natus bona fide,alius mala fide:& cū iudici nō cōſtaret , ad-
miſit p̄ſentatū à malæ fidei poſſeſſore. an poſtea , hoc liqui-
dato,dēat remoueri.dicit,ꝙ ſic:& bñ.Sed ego q̄ro:ſi vnus, q̄
poſsidet bona fide, p̄ſentat vnū añ litē motam: & verus p̄ro-
nus ,nō tñ poſſeſſor, aliū:cuius p̄ſentatio præferetur?dico,ꝙ
poſſeſſoris.qđ dic,vt no.Inno.in d.c.in literis.de reſtitu.ſpo.
poſſeſsio ergo multū cōfert,cū de ea cōſtat.ſed ſi de ea dubi
tatur:tūc p̄ſentatus ab eo,lite pēdente,nō dēt inſtitui, vt no.
3.q.6.c.hoc quippe . ¶ Tertiò q̄ro: vtrū ſicut ius p̄ſentandi
cauſatur à quaſi poſſeſsione iuriſdictionis . ita ius patrona-
tus.dicit,ꝙ ſic,vt no. plenius in d.c.in literis.¶ Vltimò quæ-
ro,an iudiciū agitatū cū quaſi poſſeſſore iuris præſentandi:ſi
feratur ſn̄ia cōtra eū,ꝙ fuerit malè fidei poſſeſſor : an noce-
bit iſta ſententia p̄ntatis ab eo non monitis, nec citatis in il-
lo iudicio.dic,vt no.Doc.& dixi.s̄.de re iudi. c. quāuis &c.

A DITIO.

a ¶ Eſſe patronus.ad probandum antiquiſsimū ius patronatus, quæ multum valeant, vide per Bal.in l.cum ſuper.C.de re iudica.

*S V M M AE.*

1 *Conſenſus patroni requiritur in conceſsione facta in proprietate.*
2 *Vſusfructuarius non poteſt mutare ſtatum rei, in qua habet vſumfructum,inuito proprietario.*
3 *Teſtamentum primum ritè factum non tollitur per ſecundum minus ſolemne.*
4 *Conflictus rationum quando reperitur hincinde: ſtandum eſt illi parti,quæ habet plures rationes pro ſe.*
5 *Conceſsio prima nulla poteſt per conſenſum ratificari.*
6 *Status eccleſiæ an poſsit alterari ſine conſenſu patroni.*



SVggeſtum. Sūmatum eſt s̄.c.illud: & ſūt duæ partes.conſultatio, & re
ſponſio.ſcđa ibi[tantum licèt.] ¶Not.primò , ꝙ ar-
chiepiſcopus conceſsit hic eccleſiam alteri eccleſiæ : & non
dicit tex.ꝙ iſta eccleſia ſic conceſſa vacaret. & pro tāto dic,
ꝙ in hoc non eſt vis,vacet vel nō eccleſia: q̄ alteri in p̄prie-
tatem conceditur:ſecus ſi in titulum. s̄.de conceſ.p̄ben.c. 1.
rōnem differentiæ dixi.s̄.de dona.c.conſultationibus.¶Se-
1 cundò not.† ꝙ in tali conceſsione facta in p̄prietate requirit̄
conſenſus patroni:q̄a res,in qua plures hēnt ius, non poteſt
redigi in alium ſtatum:niſi oēs ius habentes in ea cōſentiāt,
2 vt l.in cōcedendo.& l.ſeq.& ſe.ff.de aqua.plu.ar.hic eſt, † ꝙ
vſusfructuarius non pōt mutare ſtatum rei , in qua hēt vſū-
fructum,inuito proprietario:nec econuerſo.vt l.æquiſsimū.
§.1.& l.ſed & ſi q̄d.§.p̄prietatis.ff.de vſufru.Aduerte tñ,q̄a
licèt talis cōceſsio facta,inſcio vel inuito patrono,nō teneat
in ipſius p̄iudicium : tñ affert p̄iudicium concedenti in iure
ſuo:qđ in dubio conceſsiſſe vr̄ , vt l.q̄ tabernā.ff.de pigno.&
s̄.de dona.c.paſtoralis.& l.per fundum.ff.de ſerui.ruſti.p̄di.
¶Tertiò not.ꝙ in diuerſis conceſsionibus factis diuerſis p̄-
ſonis de eadem re,illa eſt validior,q̄ maiori ſolēnitate fulcit̄:
3 hinc eſt,† ꝙ teſtm̄ prius ritè factum nō tollitur per poſterius
minus ſolemne:nec econuerſo.quod dic, vt l.ſi filius.de lib.
& poſthu.faciunt nō in reg.non p̄ſtat impedimentū. de reg.
iur.li.6.& colligit ex hoc glo.duo ar.ꝙ literę, q̄ poſſunt elidi
p̄ exceptionem,non p̄ſtant impedimentum ſecundis: quāuis
de eis non faciant mentionem.de quo dic , vt s̄.de reſcrip.c.
4 ex tenore.in fi.1.gl.¶Secundò collige argumentum,† ꝙ vbi
hincinde eſt conflictus rōnum,ſtādum eſt illi parti, q̄ habet
plures rōnes pro ſe,q̄a funiculus triplex difficile rūpitur.fa-
cit.l.fi.C.de adop.dicit circa hoc Io. An.ꝙ in æquiualētibus
ſingulariter,& diuiſim ſtatur maiori numero rōnum:vbi ve
rò ſingularium non eſt æqualis auctoritas,qñq; p̄fertur mi-
nor numerus perſonarum.de teſti.c.in noſtra.& rōnum,vt l.
1.C.de iuris & fac.igno.vbi p̄ milite faciebant tria,ꝙ miles,
ꝙ reus,ꝙ certabat de dāno vitando contra eum duo.res iu-
di.& iuris ignorātia:& hæc p̄ualent.ſimile.s̄.de elec.c.inno-
5 tuit.¶Quartò no.† ꝙ prior conceſsio, q̄ fuit nulla(q̄a patro
nus non conſenſit)pōt confirmari ratihabitione ipſius . qđ
eſt verum, ſi ratihabitio ſuperuenit ante accōmodatum cō-
ſenſum ſcđæ conceſsioni per archiepiſcopum factę: quo ca-
ſu ratihabitio quò ad primam nihil operatur in præiudiciū
ſecundæ iuris ſolemnitate vallatæ. vbi ergo tp̄e ratihabitio-
nis non reperitur aliud vinculum,quod obſiſtat, ratihabitio
confirmat actum inualidum : aliàs ſecus. actus.n.q̄ retro ad
aliud tp̄s trahitur, non abſorbet interim innouata ſolēniter.
vt l.integrum.ff.de mi.& quod no.in l.Gallus.§.& q̄d ſi tan-
tum.de lib.& poſthu.& c.quāuis.de reſcrip.li.6.facit l.bono
rum.ff.rem ra.ha.Sed aduerte:ſupra dixiſti,ꝙ quò ad p̄iudi
cium ep̄i valet cōceſsio eius facta eccleſiæ ſine conſenſu pa-
troni,per c.paſtoralis.& ſic non deberet tenere conceſsio fa
cta per ep̄m alteri,ēt cum conſenſu patroni: poſtquā ius ſuū
in alterum eſt tranſlatum,ar.l.inſulam.§.fi. ff.ſolu.ma. ſimi-
liter econuerſo ſi patronus primò conſenſit primæ conceſ-
ſioni minus ſolemniter factæ ; quomō poſtea uariando pōt
eius ſecunda cōceſsio,ēt cum conſenſu ep̄i , rata eſſe.ad hoc
reſpon.ꝙ conceſsio ep̄i bñ tenet in ſui p̄iudiciū: nō patroni,
q̄ non conſenſit. quia ep̄s ius ſuum in alterum pōt transfer-
re.vt d.c.paſtoralis. Sed conceſsio patroni ſine conſenſu ep̄i
eſt nulla : ideò non impedit ſcđam conſenſu ep̄i roboratam.
& ſic loquitur hic.Sed iterum inſtabis,ꝙ valet conceſsio pa-
troni,quam facit loco religioſo, ēt non conſentiente ep̄o.j̄.
e.c.1.li.6.Sed ibi loquitur in conceſsione iuris patronatus,
nō ipſius eccleſiæ,quæ eſt nulla,vt hic.& s̄.c.illud. & c.quod
aūt. hic ergo primam conceſsionem fecit patronus ſine cō-
ſenſu ep̄i: non ep̄s ſine conſenſu patroni. quia tunc ſcđa eius
conceſsio facta alteri non valuiſſet.& ſic intelligo hunc text.
6 & Io.An.qui quærit poſt Doc.† vtrum ſine conſenſu patro-
ni poſsit ſtatus eccleſiæ alterari:puta vt de eccleſiis fiat præ-
bendæ: vel fiat eccleſia collegiata.dicit Inno. ꝙ ſi fiant præ-
bendæ,de ipſa requiritur conſenſus ipſius:quia per hanc mu
tationem perdit ius patronatus.Ho. dicit, ꝙ non amittit:q̄a
ad præbendas vacātes poterit præſentare:& poterit hoc ius
patronatus retinere de conſenſu ſuperioris , ꝙ ad præbēdas
præſentet:vel ꝙ electioni tractandæ interponat partes ſuas.
remittit ad no.j̄.e.c.placet.& c. poſtulaſti. vtrùm aūt reſer-
uato ſibi tali iure,poſsit ep̄s,eo inuito,taliter ſtatum exiſten-
tem eccleſiæ alterare.Doc.videtur, ꝙ ſic , poſtquam ius ſuū
ſeruatur illæſum.ad hoc aūt,vt fiat collegiata , req̄ritur eius
conſenſus,& aliter fieri non pōt: quia ſibi paratur ex hoc p̄-
iudiciū ex eo,ꝙ de cetero in collegiata eccleſia non poterit
præſentare,exigere,& mutare.de quo.j̄.c. nobis.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſiaſticum beneficium nemo debet quærere de manibus ſecularis perſonæ.*
2 *Eccleſiam adeptus non canonicè, nedum effectu rectoris, ſed nec nomine gaudere debet.*
3 *Clericus, qui recognoſcit eccleſiam de manu laici, debet ante moneri, quàm priuetur officio, & beneficio.*

RElatum. Ab officio, & beneficio remo
uetur, qui monitus non dimit
tit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi ſibi à laico
conceſſam.ſcđò dicit,ꝙ laici ſpoliantes eccleſiam excōicā-
1 tur.& ſunt duæ partes.ſecunda ibi[ad hæc. ]¶No. primò †
ꝙ non debet quis quærere eccleſiaſticum beneficium de ma
nibus ſecularis perſonæ: talis.n. titulus vitioſus non præbet
iuſtam poſſeſsionem: ſed ſimilis eſt p̄doni.Io. 10. Nam non
ſolùm titulus, ſed poſſeſſio debēt accipi de manu domini:&
eius conſenſu tacito, vel expreſſo,non violato accipere, vt l.
minus inſtructus.C.de acqui.poſ.ff e.l.ſi ex ſtip. ¶Scđò no.
2 † ꝙ qui nō canonicè eccleſiā eſt adeptus nedum effectu re-
ctoris: ſed nec noīe gaudere debet. & ille qui caret nomine,
caret & priuilegio:vt hic , & inſti.de dona.§.eſt & aliud.ca-
ret ēt fructu. C.de fer. l.3. ſit ergo quandoq; vis in nomine.
C.de defen.ciui.l.5.21.di.c.cleros.de præben.c. cum ſecun-
dùm apoſtolū.vbi de hoc. & hoc verū , quantùm ad hoc , ne
q̄s nomen officij ſui per opera contraria vituperet,ſiue cor-
rumpat : vel quantùm ad iudicialem vacationem. quod dic,
vt s̄.de elec. c.bonæ.1. aliàs non eſt vis in noīe:dūmodo cō-
ſtet de perſona,& procura.tit.Ita dicit Io.And. cui adde,qđ
no.in l.facta.§.ſi in danda.ff.ad Trebel.C.de muta.no.l.1.&
3 12.q.1.c.clericus.& 16.q.1.c.ſi cupis.¶Tertiò no. † ꝙ cle-
ricus,qui recognoſcit eccleſiā de manu laici, debet ante mo-
neri , q̄ priuet̄ officio,& beneficio:olim debebat deponi.qđ
dic,vt in gl.3.¶Quartò no. in verſi.ad hæc. nouam fraudē,
vt actor poſsit debitorem trahere ad forum ſuum, aliquam
iniuriam inferendo ſibi:vt ſit compulſus de ipſo actore con-
queri coram eius iudice,coram eodem eidem per modū re-
conuentionis cogatur poſtea reſpondere. In caſu tñ huius. c.
commentum illud non proderit, vt in tex.patet.& clarius in
glo.Et eſt hic.ar.à contrario ſenſu:ꝙ ſi nō calliditate,& frau
de p̄curata per laicū clericus conueniret eū corā iudice ſuo:
cogeretur clericus reſpondere coram eod.reconuentus : q̄a
ſi in caſu huius. c. nō cōpellitur p̄pter dolū laici:à cōtrario,
vbi ceſſat dolus, cogendus eſſet.de quo dic,vt s̄.de iudi.c.at
ſi clerici. ¶Quærit gl. fi.vtrum iſta verba[mando ſub pœna
excōicationis,aliàs anathematis.]&c. importent effectū la-
tæ ſententiæ, vel ferendæ contra eum non obtemperantem.
dic vt in ea.& 64.di.c.Salonitanæ.& j̄.de ſagi.c.vno.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia non debet vacare vltra ſex menſes propter litem, quæ ver-*
*titur inter patronos.*
2 *Quæſtio ſi vertitur inter laicum, & clericum ſuper iure patronatus:*
*habent ſex menſes ad præſentandum.*

EAm te. Non eget diuiſione, nec ſumma.
1 ¶Nota primò. † ꝙ propter litẽ,
quæ vertitur inter patronos, nõ debet vacare ec-
cleſia vltra ſex menſes: ſex menſibus ergo debet eṗs expe-
ctare. contra quod op. gl. & arguit, ꝙ non debeat expectare,
niſi quatuor mẽſibus. & in ſolutione multum ſe inuoluit. Io.
An. breuiter diſtinguit, ꝙ aut eſt qõ inter perſonas eccleſia-
ſticas; & dẽt expectare ſex menſibus, vt hic, aut inter laicos:
& expectamus quatuor, vt ſ. e. c. qm̃. & c. cũ propter. & idẽ,
quod in laicis, dicẽdũ eſt in clericis patronis ex patrimonio.
2 ar. j. eo. c. cum dilectus. ¶Sed circa hæc quærit ipſe. † qõ ver
titur inter laicũ, & clericum ſuper iure patronatus: an qua-
tuor menſibus, habito reſpectu ad laicum: vel ſex, habito re
ſpectu ad clericum, expectabit eṗs. tenet, ꝙ debet expectari
ſex menſibus; vt ſic ex perſona dignioris tempus illud conſi
deremus. ar. de arbi. c. per tuas. de conſe. ec. vel alta. c. quod
in dubiis. licèt ſit ar. contra. de offi. dele. c. ſuper quæſtionũ.
§. ſi verò duo. Alij hoc tempus ſex, vel quatuor menſium me
tiuntur ex perſona rei: cuius forũ actor ſequitur. ergo ipſius
rei conuenti induciæ attendendę. Sed prima ratio plus pla-
cet Io. And. quia in hac q̃ſtione & iuris patronatus idem eſt
forus actoris, rei, & eccleſiaſtici iudi. de iudi. cap. quanto. &
dic de materia, vt no. 16. q. 7. c. conſiderandum. & per Hoſti.
in ſumma. eo. ti. §. in quibus. verſi. vbi autem.

*S V M M AE.*

1 *Nomina iudicanda ſunt per effectum: nec eſt facienda vis in verbis.*
2 *Patroni non debent extorquere ab eccleſiis, vltra quàm eis à iure*
*debeatur.*
3 *Extorquere ſignificat ab inuito exigere.*
4 *Patroni poſſunt exigere ab eccleſia redditus moderatos ſtatutos in*
*fundatione eccleſiæ.*
5 *Conſtitutio noua poteſt extendi ad præterita etiam quò ad penam.*
6 *Ius patronatus, & aduocatia qualiter differant.*
7 *Patronus, & aduocatus an poſſint vendere ſuos redditus tempora-*
*les: quos percipiunt de iure patronatus, & aduocationis.*
8 *Ius patronatus an tranſeat in emptorem.*

PRæterea. Ius patronatus patronus alie-
nare non poteſt: nec ab eccleſia
aliq̃d exigere: niſi q̃d à fundatione eccleſiæ diœce-
ſanus ſibi conſtituit. & tria facit. primò ponit factum duplex
reprehenſibile. ſecundò contra ſm̃ ſtatuit, & pœnam impo-
nit. tertiò contra primum decernit. ſecũda ibi [præſenti.] ter
1 tia ibi [contractus.] ¶No. primò, † ꝙ non eſt vis in nomine:
a a ſed per effectũ nomina iudicamus. 13. q. 3. c. pleriq;. ¶Secũ
2 dò no. † ꝙ patroni nihil vltra, q̃ eis debeatur, ab eccleſiis ex-
torquere debent. eſt enim eorum ius limitatum. ſic mul-
tis aliis modis in ſeruitutibus adiicitur: & nihil vltra modum
exigitur, vt l. 4 §. modus. ff. de ſerui. & l. in agris. ff. de acqui.
re. do. & 2. q. 7. c. admonẽdi. & aduerte, ꝙ dicit [extorquere]
3 † quia ſignificat ab inuito exigere, & ſonat in uitium. & dicit
Io. An. ꝙ intelligitur extorquere, eoipſo quòd præceſſit pe-
titio laici: licèt clericus poſtea vltro ſoluat. quod verbum no.
ꝙ conſenſus ſubſequens non purgat vitium iniuſtæ petitio-
nis. arg. cõtra C. quod me. cauſa. l. 2. & ſupra de renũ. c. ſuper
4 hoc. ¶Tertiò no. † ꝙ redditus moderatos ſtatutos in funda-
tione eccleſiæ poſſunt patroni exigere ab eadem. & ex hoc
quod dicit [moderatos] arguit Io. And. ꝙ ſi antiqui redditus
b b oneroſi ſunt, debent moderari. arg. contra. ſ. de conſue. c.
1. & de inſti. c. 1. & c. auctoritate. & de cen. l. forma. & de lo-
ca. c. propter. an verò augmentatis redditibus, poſſit augeri
penſio. no. j. de cenſi. c. quanto. & ſ. de cõſti. c. cũ M. ¶Quar
tò not. ꝙ iſta conſtitutio irritat non ſolum futuros, ſed p̃teri-
tos contractus. ratio quare extenditur ad p̃terita: quia iſtud
factum erat iam reprobum, & damnatum. etiam ante iſtam
5 conſtitutionem † meritò noua conſtitutio põt extendi ad p̃-
terita, etiam quò ad pœnam. vt c. cum tu. j. de vſu. ¶Quæ-
6 rit Io. An. poſt Doc. † an ſit differentia inter ius patronatus,
& aduocatiæ. dicit Inno. ꝙ ſic. quia aduocati non ſolum non
poſſunt vendere ius aduocationis: ſed nec donare. ſecus in pa
tronis, qui donare poſſunt ius patronatus. de quo. ſ. c. illud.
rõ differentiæ eſt, quia ius patronatus quaſi ex debito: aduo
catia ex gratia pendet. Idem in guardiis, & ſi. quod dictum,
& rationem reprobat Hoſti. quia differentia inter patrona-
tum, & aduocatiam non eſt bona. quia ipſorum neutrum
nec donari, nec vendi poteſt laico ſine auctoritate. donari ve
rò eccleſiæ bene poſſet. & hoc ſm̃ eum, probat hæc litera: q̃
non intendit facere differentiam inter patronos, & aduoca-
tos: imò eos intendit coæquare quocunq; nomine cenſeã-
tur, vt patet in tex. Item ſimiliter ratio non eſt bona, ſ. ꝙ ius
patronatus ſit quaſi debitum, & aduocatia ſit gratia: imò pa
tronatus pendet à gratia. ſ. e. c. qm̃. ſm̃ Ho. ¶Scd̃ò q̃ro: vtrũ
7 vterq;. ſ. † patronus, & aduocatus poſſint vẽdere ſuos reddi-
tus tpales, quos percipiũt de iure patronatus, & aduocatio-
nis. Inno. in redditibus aduocatiæ dicit, ꝙ non. licèt. n. perci-
pere debeãt iſti aduocati certos redditus: tñ q̃a non ſunt cer
ti, & determinati à iure, non tenet venditio rei, q̃ non eſt, vel
eſt incerta. ff. de contrahen. emp. l. emptio. Iura verò patro-
natus ſunt certa, ſm̃ Inno. hanc rationem differentiæ ẽt reꝓ
bat Hoſt. q̃a incerta ẽt cadunt in venditione, & emptione: vt
hæreditas, iactus rhetis, fructus futuri. ſi. n. p̃tium ſit certum:
licèt res ſit incerta, q̃ ex futuro euẽtu põt in eẽ ꝓduci (vt fru
ctus, iactus piſcium, & ſimilia) valet contractus, vt d. l. hæc
venditio. & ff. de hære. vel ac. ven. per totum. ſolius. n. ſpeciei
eſt emptio, vt in prædictis exẽplis. & l. ſi iacti. ff. de ac. emp.
& ſic Ho. non ſtat cum Inno. in hoc dicto. concludit tamẽ. ꝙ
vterq; redditus ſuos tpales, ſi quos hẽt certos, vel incertos,
poteſt vendere: dum tñ ius patronatus nõ immiſceat ad hoc
ſ. de rerum permu. c. ad q̃ones. ¶Sed tũc incidenter q̃ritur:
8 † an tunc in emptorem ipſa vi tranſeat ius patronatus, cum
redditus dicti iuris ſibi competant. vr̃, ꝙ ſic: aliàs ſm̃ eũ em-
ptio eẽt nulla: & ſequeretur abſurditas, ꝙ emptor non poſ-
ſet exigere fructus, cum patronus non eſſet: ſed nec vẽditor,
cum ipſos vendidiſſet. rõne ergo connexitatis illud tolera-
tur: cum dicta rõne alibi prohibita tolerentur. de ap. c. inqui
ſitioni. & c. vno. & ex hoc ſequitur vnum mirabile, videlicet
ꝙ principale maius & dignius. ſ. ius patronatus ſpũalibus
annexũ accedet acceſſorio viliori. ſ. tpalibus redditibus: ſi-
cut & aliàs, licèt aliter, hoc contingit de offi. dele. c. ſup q̃õ-
nũ. §. ſi verò duo. & de conſe. ec. vel alta. c. q̃d in dubiis. Con-
ſuluit tñ Ho. in p̃dicto caſu, ꝙ redditus vendat ꝑ ſe, & ius pa
tronatus donet ꝑ ſe. & ſi priuato de conſenſu eṗi donatio illa
fiat: & ſic, contractus ſe inuicem nõ contingant, valebunt.
vt c. ad q̃ones. de rerũ permu. multum miror de iſta deciſio
ne Ho. & quare iſtã difficultatem, & dubietatem ingeſſerit
in vẽditione iſtorũ redditũ tpalium, ꝓuenientiũ ex iuribus
antedictis. nã in iure nõ trãſmiſſibili in alterum cadit trãſla
tio exigendi fructus, titulo remanente penes illũ, q̃ hẽt tale
ius exigendi: vnde fructuarius vendit fructus, quos ꝑcipere
põt ex dicto conſenſu, titulo remanente penes eum, vt l. ne
ceſſariò. §. ꝙ ſi pẽdente. ff. de pericu. & cõmo. rei vẽ. nã ſm̃ rõ
nẽ Ho. ſequeretur, ꝙ ſi rector eccleſiæ vẽderet fructus ipſius
(q̃d põt ad modicũ tẽpus, iuxta notata in c. querelam. ne p̃-
la. vi. ſu.) transferret in emptorẽ titulum beneficij: q̃d eſt fal
ſum. q̃a redditus ſpũaliũ licitè diſtrahũtur, titulo remanẽte
penes transferentem, vt no. ſ. de deci. c. q̃uis. nec eſt verũ, ꝙ
ille, in quẽ huiuſmodi redditus transferuntur titulo emptio-
nis,



nis, vel alio, non poſſit agere: quia imò poteſt ex pſona ven-
ditoris agere contra omnes, cum iura quò ad dictam perce-
ptionem ſunt in eum tranſla. vt l. emptorem. in princ. de ac.
emp. nec eſt abſurdum, ꝙ penes vnũ ſit nuda proprietas: pe
nes alterum ius vtendi, fruendi. & ius vſusfru. qui conſtituit
emptione, & alijs titulis. vt Inſti. de vſufruc. per totũ. & hæc
intelligo vera in redditibus, quos percipit patronus, vel ad-
uocatus ex pacto in fundatione appoſito. & ſic credo intelle
xiſſe Hoſt. q̃õnem prædictam. Redditus verò, qui debentur
patrono ex natura iuris patronatus, iure diſponente: puta ali
menta tpe ſuæ neceſſitatis: honor proceſſionis: ius præſen-
tãdi, quę inter redditus cõputãtur, vt ſ. eo. c. cõſultationibus.
per Doc. an hæc iura poſſint in alterum transferri titulo em
ptionis, vel alio titulo nõ gratuito, remanente titulo iuris pa
tronatus penes ipſum patronum, eſt maius dubium: q̃a eſt
miſtura reddituum ſpiritualium, & tẽporalium. nã præſen-
tare eſt fructus ſpiritualis: ali eſt fructus tpalis: honorari eſt
fructus reuerentiæ, & cuiuſdam præeminentiæ. credo ergo
iſta iura non poſſe vendi generaliter. quia ſunt inſeparabilia
à perſona, nec delegabilia: vt ꝙ vnus honoretur pro alio, vel
alatur, ar. ſ. de offi. dele. c. ſi. & l. inter artifices. de ſolu. Iſta er
go ſunt ita annexa iuri patronatus, ꝙ non poſſunt ab eo ſe-
parari, etiam quò ad titulũ: vt. ſ. illa ſpecificè, vel in genere vẽ
dantur, & ius iſtud patronatus donetur. ad hoc. l. ſi non ſor-
tem. §. libertus. ff. de cond. inde. & l. operæ. ff. de ope. li. & eo.
ti. l. medicus. §. ſi libertus. aliàs eſt l.

ADDITIONES.

a ¶ Non eſt vis in nomine. vide Ia. Rebu. in l. 1. vbi bonus tex. in ſ. C. de pri-
uile. ſcholarum. lib. 12.
b ¶ Antiqui redditus. diminutis redditibus, debet diminui penſio debita
ex illis. facit quod no. Ia. Rebu. in l. 1. C. de cap. & diſtrahen. pi. tribu.
lib. 10.

*S V M M AE.*

1 *Interuallum temporis cadit inter præſentationem patroni, & admiſ-*
*ſionem epiſcopi.*
2 *Patronus laicus, vno prius præſentato, poteſt alterum poſtea præ-*
*ſentare. Et poteſt ſucceſſiuè plures præſentare. nu. 3.*
4 *Epiſcopus poteſt eligere alterum ex pluribus præſentatis à diuerſis*
*patronis.*
5 *Impetrantium literas ſuper eodem beneficio ille eſt potior, qui pri-*
*mò literas impetrauit.*
6 *Patronus an teneatur primò præſentato, ſi epiſcopus ſecundum ad-*
*miſit.*
7 *Epiſcopus eligendo aliquem ex pluribus præſentatis, non incurrit*
*aliquam pœnam.*

CVm autem. Laicus patronus, vno
præſentato, põt aliũ
præſentare: clericus hoc non põt. diuiſio patet.
1 ſecunda ibi [verũ.] ¶ No. primò † ꝙ inter præſentationem
patroni, & admiſſionẽ eṗi cadit tẽporis interuallũ: & hoc ꝓ
pter examinationẽ clerici ſibi factã debet epiſcopus facere,
non repẽte admittere. quia velox conſilium ſequitur pœni-
2 tentia. facit 43. diſt. c. ponderet. ¶Secundò no. ꝙ † patronus
laicus, vno prius præſentato, põt poſtea aliũ præſentare: &
ſic poteſt variare. rõ quia effectus rei, ideſt titulus, & dñium
præſentatione eius nõ confertur, admiſſione eṗi non ſecuta.
ante ergo effectũ cõſummatũ habet locum pœnitentia. ar. l.
ſi conuenerit. ff. de iu. om. iu. & l. ſi cum dotem. § eo aũt tem
pore. ff. ſo. ma. ſecus ſi illa voluntas, & electio trahit ſecũ ſuũ
effectũ: quia tunc variatio nõ admittitur, vt in eṗo conferen
te beneficium, vt c. ſi tibi abſenti. de p̃ben. lib. 6. & hinc eſt,
ꝙ ille, qui habet electionem ex contractu, põt variare, poſt-
quàm elegerit: & nõ ille, qui habet electionem in vltima vo-
luntate. quia in hac per electionem ſtatim trãsfertur dñium:
& ſic effectus cõſumitur. non ſic ibi, vt no. in l. eum qui certa
rum. §. 1. de ver. obl. per Bar. vbi dicit, ꝙ ille, qui habet pote-
ſtatẽ declarandi, poſt declarationẽ ſemel factam non pote-
3 rit variare. ¶Tertiò not. † ꝙ põt patronus laicus ſucceſſiuè
plures præſentare: non tñ per præſentationẽ ſecundi remo-
uetur primus: ſed accumulatur ſibi. & ſi poteſt ſucceſſiuè:
multò magis à principio, vt eṗs eligat vnum ex pluribus p̃-
4 ſentatis, ſecundùm Ioan. And. ¶ Quartò no. † ꝙ epiſcopus
põt eligere alterũ ex pluribus, & ſic gratificari. concor. ſunt
in glo. 2. & colligit arg. Io. And. ꝙ ſi duo patroni præſentant
duos, poſſit epiſcopus alteri gratificari. quod non credo: q̃a
ſi patroni ſunt diſcordes, aliter prouidetur, q̃ per gratificatio
nem, vt ſ. e. c. 1. 2. & 3. Non obſt. iſte tex. quia loquitur, cum
vnus patronus præſentat plures. quo caſu ideo eſt locus gra
tificationi: quia cum ea concurrit voluntas patroni, qui ſo-
lus eſt, & non alius. ſed ſi duo à duobus præſentantẽ, neuter
eorundem habet inſolidũ præſentationẽ, ſed partem. ſ. vnius
patroni ſuffragium. quod non ſufficit: ſed requiritur maior
pars. ſ. c. 3. cap. ſicut in electione. c. quia propter. ¶ Quintò
no. ꝙ q̃nque ad collegium: q̃nque ad perſonam eccleſiaſticã
pertinet præſentatio: & quò ad prohibitam varietatem am-
5 bulant pari paſſu. & colligit ar. Io. An. † ꝙ ex duobus impe-
trãtibus ſuper eodẽ beneficio literas, ille eſt potior, qui pri-
mò literas impetrauit. quod dic, vt j. de conceſ. p̃bẽ. c. ſi ſoli.
lib. 6. & c. tibi qui gratiam. de reſcri. Sed q̃ũæ eſt ratio, quare
magis laico, q̃ clerico permittitur variare. tãgit glo. pe. ſuper
qua dicit Io. An. quia dignior eſt cętus clericorum, qui ſpiri-
tualibus innituntur, quæ ſunt ſpiritualibus firmiora, vt ſ. de
tranſla. c. inter corporalia. ſic firmior eſt limitatio eccleſiaſti
ca. de par. c. ſuper eo. & ſ. eo. c. querimoniam. vel ſecundùm
Inno. eſt ideo: quia vim electionis habet præſentatio clerico
rum. ex quo infert Hoſti. ꝙ ſi, priori præſentatione non caſ-
ſata, attentetur ſecunda, reprobanda eſt, vt patet in his, quæ
no. de elec. c. conſiderauimus. & c. auditis. & vide quod not.
Io. An. poſt Compo. ſ. de reſcrip. c. cum in vltima colla. verſ.
quæritur poſt. Sed dices: videtur, ꝙ etiam laicus variare non
poſſit. quia nudus conſenſus de iure canonico eſt efficax ad
obligandum, vt c. 1. ſ. de pac. quæ enim proceſſerunt de la-
bijs meis, nõ faciam irrita. 23. diſt. c. pſalmiſta. ſol. dic, ꝙ in-
ter p̃ſentatum, & præſentantẽ nulla debet interuenire pro-
miſſio: nec p̃ſentatio vim promiſſionis obtinet: nec credo, ꝙ
poſſet ſe patronus obligare alicui, ꝙ p̃ſentabit eum, etiã be
neficio vacante eo tpe, quo promittit, ar. l. inter ſtipu. §. ſa-
cram. ff. de ver. obli. non enim pactis, ſed titulis canonicis be
neficia obtinentur. facit ſ. de tranſac. per totum. ¶Quero. pa
6 tronus laicus † primò præſentat vnũ. ſecundò alium, quem
eṗs admittit: an teneatur primo ad intereſſe, iuxtà formã c.
paſtoralis. j. eo. & loquor, cum primus erat idoneus. Io. An.
ſuper gl. 1. videtur ſentire, ꝙ incurrat dictam pœnam: ſed ſu
per ver. iudicio. ad literam ſic dicit. relinquitur iudicio eṗi,
quãtum ad hoc, quod ius habeat ille, qui ab epiſcopo fuerit
admiſſus. peccat tñ eṗs, qui primum idoneũ recuſauit admit
tere. j. e. c. paſtoralis. ſed ſi non refutauit primum, poteſt eli-
7 gere quem velit ipſorum, ſm̃ Inn. ex cuius mente colligo, † ꝙ
eligendo alterũ ex pluribus præſentatis, non incurrat aliquã
pœnã. ſed ſi primo idoneo recuſato, & repulſo, alium reci-
piat: tunc tenetur, vt dicitur in c. paſtoralis.

*S V M M AE.*

1 *Acquiſitio patronatus ex fundatione proueniens conuenit tam ma-*
*ſculo, quàm fœminæ.*
2 *Infidelis an poſſit poſſidere ius patronatus, quòd non.*
3 *Hæreticus conſtruendo eccleſiam non quærit ius patronatus.*
4 *Excommunicatus an quærat ius patronatus.*
5 *Conſtruens violenter eccleſiam, non acquirit ius patronatus.*
6 *Ius patronatus qualiter in eſſe producatur.*
7 *Faber, qui recepta mercede operarum, fabricat, an acquirat ius pa-*
*tronatus.*

8 *Patronus non admittitur ad electionem prælati in eccleſia conuen-
tuali.*
9 *Princeps non tenetur in terra ſua beneficia inimicis conferre.*
10 *Patronus an poßit ratione contemptus petere caſſationẽ electionis.*
11 *Patronus qualem debeat in capella eligere ſacerdotem.*
12 *Patronus habet pinguius ius in eccleſia non collegiata, quàm in col-
legiata.*
13 *Patronus quare debet epiſcopo præſentare.*
14 *Patronus quod emolumẽtum conſequatur de iure patronatus, quod
obtinet in eccleſia.*
15 *Eccleſia vbi debeat inopi patrono præbere alimenta.*
16 *Vxor defuncti debet percipere alimenta in domo defuncti ab extra-
neis hæredibus: vel à priuignis.*
17 *Eccleſia quæ dicatur conuentualis.*
18 *Eccleſia an ſit in quaſi poſſeßione collegij, nec ne, qualiter cogno-
ſcatur.*
19 *Laicus in quadam capella habet ius patronatus. epiſcopus vult eam
facere collegiatam: an poßit.*

NObis. Ex conſtructione eccleſiæ facta
de diœceſani conſenſu, ius patro
natus acquiritur, hoc primò dicit. ſecundò di-
cit, patronũ non eligere prælatum in eccleſia collegiata: li-
cèt eligat in capella. In tertia dicit, ꝙ patrono debetur pro-
ceſsionis honor: & alimentatur ab eccleſia, ſi vergat ad ino-
piam. ſecunda ibi [cęterùm.] tertia ibi [pro fundatione.]
¶Nota primò, ꝙ dicit tex. ſi quis &c. & ſic, cum ſit maſculi-
1 ni generis, videtur, ꝙ † illa acquiſitio patronatus ex fundatio
ne proueniens cõpetat tm̃ maſculo: ſed dic, ꝙ etiam femi-
næ. quia maſculinum cõprehendit etiam femininum. quod
dic, vt c. generali. de elec. lib. 6. & l. 1. de verb. ſign. per Bar. &
l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Incidenter tangit Ioan. An. an
ſub illa dictione, ſi quis, comprehendatur iudęus, hæreticus,
vel excommunicatus: vel tales conſtruentes eccleſias habe-
2 ant ius patronatus. † de infideli dicit, ꝙ non. 16. q. 7. c. piæ
mentis. in fi. c. quicunque. & c. Frigentius. nam talis infidelis
non quærit cognationem ſpiritualem, vt no. Io. And. de reg.
3 iuris. c. ex eo. lib. 6. † hæreticus ſimiliter conſtruẽdo eccleſiã
non quærit illud ius. quia nõ eſt capax acquiſitionis: cũ ipſo
iure ſint oĩa ei confiſcata. ædificãdo igitur quæreret fiſco. de
hæreti. c. cum ſecundũ leges. fundum. n. dare non poteſt: nec
dotem, vel ædificiũ. & quod ex opera ſua quæreret, quærere-
4 tur fiſco, vt dixi. facit quod no. 1. q. 7. c. maximũ. † de excõi-
cato dicit Io. And. ꝙ malè facit epiſcopus, talem admitten-
do: ſed ſi cum ſuo conſenſu fiat, patronus erit: ſed exercitiũ
non habebit ante abſolutionem. cũ enim religionem profi-
teatur, & matrimoniũ contrahat, & alia faciat, quæ enume-
rat Io. An. in reg. dolo facis. de regu. iur. lib. 6. & hoc poterit:
ſicut etiam facere teſtamẽtũ. vt in c. decernimus. j. de ſentẽ.
excõ. lib. 6. præterea excõicato licet eccleſiam ingredi ad au
diendũ verbũ Dei. de ſen. excõ. c. reſponſo. & ad orãdum, vt
c. nuper. de ſen. excõ. ſuper verbo orando. ergo & eccleſiam
conſtruere poterit. facit de ſen. ex. c. qm̃. lib. 6. ¶ Secũdò no.
5 ꝙ in tali conſtructione requiritur conſenſus epi: † qui ergo
violẽter conſtruit, nõ acquirit ius patronatus. arg. contra. ff.
de condi. inde. l. ſi vrbana. vbi ex contractu inito, etiam à p̃-
done ſuper re aliena, oritur prædoni actio: ſed ibi loquitur
in contractu iuris gẽtium, qui naſcitur ex conſenſu contra-
hentium: nec tangit rem ipſam, ſuper qua contractus cele-
bratur propter aliud. ſ. penſionem, pro qua datur perſonalis
actio, cõcernens contrahentẽ cũ prædone, ſed non rẽ ipſam:
hic verò ius patronatus non naſcitur ex conſenſu laici con-
6 ſtruentis, & inhęret rei, ideſt fundo. ¶ Tertiò no. † ꝙ ius pa-
tronatus in eſſe producitur conſtructione: vt qui eccleſiam
conſtruxerit, ipſum quærat. quæritur ẽt alijs modis de qui-
bus. s̃. eo. c. 1. dixi. Sed circa iſtũ modũ acquiſitionis ꝑ con-
7 ſtructionem quęrit Ioan. An. † an intelligatur de fabro, qui
recepta mercede operarum, fabricat. dicit ꝙ non. dici. n. eis
põt. receperũt mercedẽ ſuã. Lucæ. 16. ff. de acq. re. do. l. adeo.
§. cũ quis. Intelligitur ergo de illo, cuius ſumptibus cõſtrui-
tur: licèt enim qñq; nõ differat, an ſumptib. an labore quid
fiat. de deci. c. ex parte. 1. illud habet locum, cum labor impẽ
ditur in proprio, non in alieno. e. ti. c. dilecti. dicit tñ Io. And.
ꝙ ſi inter dñm fundi, in quo debet eccleſia fabricari, & fa-
brũ conueniret, vt faber operaretur gratis, & dñs fundũ po
neret auctoritate diœceſani: ꝙ dicto caſu quæreret patro-
natũ pro virili. ſic qñq; contrahitur ſocietas, vt vnus pecu-
niam, alter operã ponat in ſocietate. quo caſu quæſtus inde
proueniens, eſt cõis, vt no. in l. 1. C. pro ſocio. & ff. eo. tit. l. 5.
quæ incipit. ſocietas. §. 1. & idem puto eadẽ rõne de his, quo
rum vnus ponit pretiũ tignorum, & alter pretium operarũ.
& eadẽ rõne, qui dat p̃tium dotis emendæ, eſt p̃ronus. ff. de
vſufru. l. quia qui p̃tio Aduerte tñ, ꝙ ſi plures concurrunt, q
velint eccleſiam conſtruere, & dotare inſolidum: tunc epiſco
pus potius vnũ, quàm plures debet ad iſtã acquiſitionẽ iuris
pat. admittere: vt vitetur diſſenſio, quã cõio ſolet excitare. ff.
8 de le. 2. l. cum pater. §. dulciſsimis. ¶ Quartò no. † ꝙ patro
nus non admittitur ad electionẽ prælati in eccleſia conuen-
tuali: ſed, vt electioni iam celebratæ conſentiat, eſt requi-
rendus: & de cautela eſt, facta electione, requirere talẽ aſ-
ſenſum. de elec. c. ſacroſan. ſi enim non requireretur, poſſet
ante conſecrationem excipere contra ipſum: ꝙ eſt inimicus
9 ſuus capitalis: † & in terra propria nõ confidit de eo. iſta eſt
enim iuſta cauſa, maximè cũ patronus eſt princeps, qui ha-
bet defendere eccleſiã. 23. q. 5. c. princeps. & ſuſpectus, & q
non diligitur, non eſt dandus in epm̃. 63. diſt. c. ſi fortè. ſi-
cut nec promoueri debet in principẽ, qui ſuſpectus eſt Ec-
cleſiæ. de elec. c. venerabilem. Item poteſt patronus ſibi obij
cere, ꝙ eſt prodigus, inhoneſtus, & malus diſpenſator. nam
etiam poſt conſecrationem põt patronus talia denunciare.
16. q. 7. c. filijs. multò ergo fortius ante. quia turpius &c. s̃.
de iureiur. c. quemadmodum. Si aũt patronus nihil rõnabile
obijceret: non eſſet propter eius contradictionẽ non iuſtifi-
catã per cãm electionis confirmatio retardanda. s̃. de elec.
c. quod ſicut. & c. cum terra. & vide ad hoc, quod no. 62. diſt.
10 c. 1. in prima glo. ¶ Sed incidenter quæritur. † an patronus,
ſi non fuit eius requiſitus aſſenſus, poſsit rõne huius cõtem-
ptus petere caſſationẽ electionis. videtur, ꝙ ſic. quia vnus de
collegio hoc põt. s̃. de elec. c. quod ſicut. contrariũ tenet hic
Io. An. quia ad requiſitionẽ huius cõſenſus non habemus tẽ
pus determinatũ: ſed ille, qui debet cum alijs eligere, habet
tẽpus certũ: ſcilicet antequàm electio celebretur, debet re-
quiri. ſi ergo non requiritur, ineſt vitiũ electioni, quæ ſit ca-
nonico cõtempto: ſed licèt poſt electionẽ fuerit contẽptus
patronus, non ex hoc p̃cedens electio redditur vitioſa, ſm̃
11 Io. An. ſuper glo. imò neceſſe. ¶ Quintò no. † ꝙ in capella pa
tronus debet eligere ſacerdotem: ſufficit tñ, ꝙ talis ſit, qui
poſsit in presbyterum ordinari. j. de inſti. c. 2. lib. 6. & hoc
verum, ſi eſt eccleſia parochialis non collegiata. quod dic,
vt j. de elec. c. licèt canon. & c. ſtatutũ. lib. 6. & aduerte, quia
tex. dicit [à patrono eligere] quod exponę. ideſt præſenta-
re: ideò aut dicitur, eligere: quia præſentat quem vult s̃. eo.
c. ſignificaſti. ſm̃ Hoſti. & vide ad hoc quod no. j. e. c. fi. & col
12 lige, † ꝙ patronus habet pinguius ius in eccleſia non colle-
giata, quàm in collegiata. non immeritò ergo glo. dubitat,
an eo inuito poſsit mutari, & alterari ſtatus eccleſiæ de non
collegiata in collegiatã. dic, vt in glo. & dicam ſtatim. ¶ Se-
13 xtò no. † quare debet patronus epiſcopo præſentare a. ſ. ꝓ
a inſtitutione habẽda: & vocatur inſtitutio auctorizabilis: quã
quidẽ an alius, quàm ep̃s, poſsit facere, no. Ioan. An. de offi.
14 archi. c. cum ſatis. ¶ Septimò no. in §. pro fundatione. † quòd
emolumentũ conſequitur patronus de iure patrona. quod
obtinet in eccleſia. obtinet enim primò honorem proceſ-
ſionis: vt ſi proceſsionaliter occurratur ei. ſi ſit talis, & tan-
tus



tus: puta Rex, vel magnus princeps: vt eſt illuſtris dñs noſter
Dux Venetiarũ, patronus venerabilis eccleſiæ ſancti Mar-
ci. primum. n. locũ in eccleſia obtinet in proceſsione: & ob-
uiam ſibi venit dñs primicerius cũ canonicis ſuis ſemper in
proceſsionibus. ex talibus. n. tribuitur honor. ff. de albo ſcri.
l. fi. & de priuileg. c. ex ore. ſecundũ emolumentum conſequi
tur: quia debet ali, ſi ſit inops. & ponitur, in, pro ſine, ideſt ſi
ne opibus: alibi aliter ponitur, in, vt no. Spec. de diſpu. & al-
15 leg. §. poſt hæc. verſi. vel vbi ponitur. † vbi aũt eccleſia debet
patrono inopi alimenta præbere. dic, ꝙ in domo ſua: quia
16 non põt honeſtè in eccleſia cũ clericis conuerſari. † qua rõ-
ne vxor defuncti, quæ debet ab extraneis hæredibus, vel pri
uignis alimenta percipere, non cogitur propter honeſtatem
percipere in eorũ domo. facit l. 3. §. fi. ff. de ali. & cib. le. & no.
Spe. in ti. qui fi. ſint legi. ver. ſed pone. & ver. ſe. & aduerte, q a
pauca ſunt iura loquentia de alimentis, quæ debentur patro
no ab eccleſia: ſed in patrono liberti, cui ẽt alimenta deben-
tur in caſu inopiæ multa iura loquuntur. de quibus habes. ff.
de li. agno. l. ſi quis à liberis. & l. fi. & de iure pa. l. diuus. vnde
iura, quæ loquuntur de alimentis illi præſtandis, poſſent ad
iſtos patronos eccleſiarum adaptari. quid de vaſallo: an te-
neatur alere dñm inopẽ? no. Spec. in d. tit. qui fi. ſint legi. &
an ille, qui percipit alimenta, teneatur operari. dic, vt l. ſicut.
de bo. li. ¶ Antequàm deſcendã ad q. glo. formo tres op. di-
citur hic [nobis fuit] &c. iſtud eſt ſuperfluum, cõtra illud, qđ
nobis pollicetur in procemio. ſ. reſecare ſuperflua. Sol. dicit
Io. An. ꝙ illud, & ſimilia principia reſeruantur propter con-
tẽporaneos huius compilationis: qui has Decretales ſtudue-
rant: variare aũt eis principia, generaſſet in eorum mẽtibus
cõfuſionẽ; & fuiſſet etiã confuſio gloſſarum illius temporis,
quæ allegant principia Decretalium, quæ ſublata fuiſſent: ſi-
cut dicit Io. An. hodie contingeret, ſi (quod abſit) variaretur
iſta cõpilatio, ſublatis principijs Decre. magna eſſet noſtra
confuſio, vbi eas requirere deberemus. ¶ Secundò op. dici-
tur hic, ꝙ conſtructione eccleſiæ quæritur ius patronatus.
contra quia ſi quis ædificat in alieno, ædificium cedit ſolo. ff.
de acqui. re. do. l. adeo. §. cum in ſuo. & Inſti. de rerũ diui. §.
cũ in ſuo. ergo dño fundi tm̃ competit iſtud ius: hic aũt dici-
tur, ꝙ illi, qui conſtruxerit: ergo malè. ſol. hæc bona fide, &
de conſenſu dñi fundi conſtruxit: quo caſu ædificium nõ ce-
dit ſolo de iure ciuili: ſed ædificatori, qui dicitur ſuperficia-
rius, quęritur talis ſuperficies, vt ff. de ſuperfi. per totũ. Item
dño fundi non quæritur ius patronatus ex dñio retento: ſed
ex dñio tranſlato. quod etiã patet in fundo, & dote. 10. q. 3.
c. 2. ſicut & patronatus liberti competit ex dñio ſerui perdi-
to per manumiſsionem. ff. de iure pat. per totũ. de re. ec. non
alie. c. 3. ¶ Tertiò op. dicitur hic, ꝙ patronus in caſu inopiæ
debet ali ab eccleſia: & iſtud eſt emolumentũ, quod percipit
ab eccleſia, rõne patronatus. Sed contra hoc op. & videtur,
ꝙ etiã nõ patronũ teneatur eccleſia alere: quia debet omni-
bus pauperibus ſubuenire. 16. q. 1. c. qm̃. ſo. ſm̃ Phi. verũ eſt,
ꝙ omnibus pauperibus ſubuenire tenetur: ſed patronis abũ
dantius, quàm alijs. s̃. de teſta. c. cũ in officijs. & melius pro-
uidebit ei, qui prius fuerat diues. 41. diſt. c. non cogantur. &
no. Io. 16. q. 7. c. piæ mentis. & c. quicunq;. licèt ergo tenea-
tur prouidere pauperi, ne fame pereat: huic prouidebit ho-
norificè, ſi abundat. Item ſi non ſufficit omnibus, præponet
patronũ: & ſibi continuè: alijs non ſic. Item pauperi non eſt
prodita actio, licèt eccleſia teneatur. de quo. 1. q. 7. c. exigũt.
ſed patronus ad hoc actionem habet, per hæc iura. ſm̃ Ioan.
An. ¶ Quartò op. innuit iſte tex. ꝙ patrono põt competere
ius eligendi in eccleſia collegiata. Sed contra de c. ſacroſan.
& c. Maſſana. s̃. de elec. ſo. glo. quæ incipit. non videtur &c.
ſoluit duobus modis. primò, ꝙ iſte ver. niſi. &c. debet intelli-
gi de patrono clerico, non laico. puta erat abbas, vel alius p̃-
latus eccleſiæ, qui fundauit eccleſiam, appoſito pacto in fun-
datione, ꝙ poſſet electioni intereſſe. Et circa hoc dicit Inno.
ꝙ epi, & alij clerici poſſunt habere electiones, & collationes
præbendarum in eccleſijs collegiatis, ſi ſic ab initio inſtitu
ti ſunt, vel ex priuilegio, vel conſuetudine ſpeciali. s̃. de con-
ſue. c. cũ dilectus. de ver. ſig. c. abbate. & c. accedentibus. de
exceſ. præla. & s̃. de his, quæ fiunt à præla. c. ea noſcitur. de
elec. c. conſiderauimus. & c. bonæ. & idem eſt dicendum de
laicis ſecundũ eum. ſed tñ per collationem laicalem nullum
ius habebunt per eos inueſtiti, vel fraternitatem in collegio:
donec per ep̃m, vel clericum iura ſpiritualia, & canonicalia
acquirantur. arg. 63. diſt. c. in ſinodo. remittit ad not. per eũ.
s̃. de elec. c. quod ſicut. in glo. ſi voluerit. Hoſt. dicit, ꝙ laicus
ex vigore iuris patronatus non habet conferre beneficium:
ſed tm̃ ius pręſentandi ad illud. vt j. c. fin. ſiue de parochiali-
bus eccleſijs. s̃. & j. per totum. Si verò quæratur de prælato
conuentualis eccleſiæ de iure cõi: collegium eligit ſine per-
miſsione laicorum, vt d. c. Maſſana. niſi in fundatione laicus
conueniſſet ex pacto velle intereſſe, & Papa conceſsiſſet: q a
inferior non poſſet, vt tenet illa glo. & idem Hoſti. Nec obſt.
Authen. de ec. ti. §. ſi quis ædificatis. quia illi iuri non eſt ſtan
dum in talibus. 10. diſt. c. 1. ad hunc tex. qui videtur illi Au-
then. concor. in verſi. niſi aliter. dicas poſt Io. And. ſuper ver.
tractandæ. ꝙ in tractatu electionis requiretur, ſi hoc habet
de priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto. ſua tñ vox non affe-
ret ſuffragium, vt in contrarijs, ſm̃ Inno. & Hoſt. Sed op. & di
co; imò videtur, ꝙ laicus poſsit cum clericis eligere: ſicut de
re ſpirituali poſſet ſimul cũ clericis arbitrari. s̃. de arbi. c. p
tuas. ſo. arbitrari non eſt ita actus ſpiritualis, ſicut eligere, ẽt
ſi ſuper ſpiritualibus feratur arbitrium: cũ non per arbitriũ,
ſed per illos, inter quos fertur, exerceatur poſtea ille ſpiritua
lis actus. præterea auctoritas ſuperioris videtur tunc neceſ-
ſaria, vt ibi. Item adhuc vr̃, ꝙ de iure cõi laicus patronus de
beat admitti ad eligendũ cum alijs. 18. q. 2. c. abbatem. 2. ibi
innuit hoc tex. vbi dicit [monachorum electio, & poſſeſsio-
nis dñs popoſcerit. ſed hic non dicit, ꝙ eligat: ſed ꝙ electum
confirmari poſtulat: vnde non poſuit patronum inter eligen
17 tes. ¶ Venio ad quæſtiones. primò † quæro, quæ dicatur ec-
b cleſia conuentualis. [b] glo. 3. hic tangit minus perfectè, ſecũ-
dũ Inno. j. c. poſtulaſti. dicit conuentualem probari per pri-
uilegium, ꝑ quod cõſtituitur collegium, & datur ius colle-
gij. ff. de co. le. illi. l. 3. de priuile. c. porro. ꝙ ſi priuilegiũ non
apparet, ꝙ in fundatiõe ſui fuerit ordinatũ, ꝙ ibi eſſent tres
clerici, vel plures, & pro tot fuit dotata: tunc ſimiliter colle-
giata cenſebitur, ar. s̃. de elec. c. 1. vbi de hoc. & expreſsius
de conſue. c. cum dilectus. Si verò conſtat fuiſſe ordinatũ, ꝙ
non habeat ius collegij, ſed patronus habeat præſentationẽ:
vel ꝙ eſſet ibi vnus rector tm̃ cũ vno clerico: tunc non cenſe
tur iure collegiata. & ſic põt intelligi. s̃. de vi. & hon. cle. c. vt
quiſque. & d. c. piæ mentis. & c. ſe. & in hoc titu. per totum. &
hoc caſu licèt plures ibi morentur: non tñ dicuntur ibi eſſe
vt collegium. Si verò non apparet, qualiter eccleſia fuerit in
ſtituta: tũc ſi clerici, ſint in poſſeſsione collegij, defendẽt in
ea. & econuerſo ſi alius ſit in poſſeſsione ſubiectionis, & p̃-
ſentationis quaſi rei non collegiatæ, defendetur in illa. de in-
ſti. c. cum veniſſent. s̃. e. c. conſultationibus. de li. cã. l. ordina-
ta. facit l. 1. C. ſi ſeruus ab exte. Sed hic incidenter quæritur.
18 † qualiter cognoſcatur, vtrũ eccleſia ſit in quaſi poſſeſsione
collegij, necne. dicit Hoſt. ꝙ per actus extrinſecos, per quos
colligitur talis quaſi poſſeſsio: puta ſigillũ, & vſus ſigilli, vt j.
de exceſ. p̃la. c. dilecta. Itẽ tractatus cõis in cõi. de ꝓba. c. ter
tio. loco. archa cõis. ff. qđ cuiuſ. vni. no. l. 1. refectoriũ, & dor-
mitorium cõe. de ſtatu mo. c. cum ad monaſterium. & de vi.
& hon. cle. c. quoniam communis fraternitas. & ſimilia. per
actus enim extrinſecos cognoſcitur effectus rei demonſtra-
tæ, vt s̃. de elec. c. quod ſicut. & de regu. c. viduam. vbi cõcor.
de deci. & vide quod dixi poſt Io. An. s̃. de offi. archi. c. vt no
19 ſtrum. ¶ Secundò quæro. † in quadam capella laicus habet
ius patronatus: epiſcopus vult eam facere collegiatã. quæri-
tur

tur an poſsit,inuito patrono.glo.magna arguit pro, & con-
tra.& tandem concludit,ꝙ non poſsit.idem hic Vin.& Ho.
ſ̃.e.c.ſuggeſtũ.Io.An.pro hoc allegat de exceſ.præla.c.dile-
ℭa.de hac etiam q.no.16.q.7.c.monaſterium.

ADDITIONES.

a ¶ Epiſcopo præſentare. Et quid ſi epiſcopus non ſit, cui patronus præ-
ſentabit? vide Io.de Tur.crema.in c.decernimus.16.q.7.
b ¶ Conuentualis.Adde Feli.in c.in noſtra.ver. item ſcias, quòd non ſe-
quitur.de reſcrip.eundem in cap.accedentes.verſi. dicit etiam Oldr. de
præſcrip.& conſi.281.

*SVMMAE.*

1 *Patronus eccleſiæ vacantis ad eam ſe præſentare non poteſt: ratio
redditur.nu.3.*
2 *Statutum dans præmium indicanti furem:non videtur ſenſiſſe de fu-
re,ſeipſum indicante.*
4 *Epiſcopus ſi conferat eccleſiam patrono proprio motu, & ex ſuo of
ficio: an valebit talis collatio.*

1 PEr noſtras. † Patronus eccleſiæ vacã
tis ad eã ſe præſentare nõ
poteſt.& ſunt duæ partes. prima cõſultatio. in ſecũ
da reſponſio ibi[cum igitur.] ¶Nota primò,ꝙ conſtitutio,
quæ ex gratia conceſsit patronis beneficium præſentandi re
ctorem, non videtur ſenſiſſe, ꝙ poſſent præſentare ſeipſos.
2 † vnde ſi ſtatutum dat præmiũ indicanti furẽ,non vr̃ ſenſiſſe
de fure indicante ſeipſum,ar.l.3.§. ſi tibi iudicium.ff. de cõ-
di. ob tur. cauſam. q̃nque tñ indicanti ſeipſum, & participi
parcitur, vt in crimine lęſæ maieſtatis.l. quiſquis.C.ad leg.
3 Iul.ma.† rõ aũt,quare in noſtra materia nõ põt patronus p̃-
ſentare ſeipſum, redditur in tex. quia qui ſe ingerit eſt ſuſpe
ctus.& eoipſo,ꝙ reputat ſe idoneũ,ambitioſus cenſetur.& p
conſequens eſt repellẽdus,maximè ab officijs: vt à tutela, p
curatione,à iudicãdo in cauſa propria, ſiue in ea auctoritatẽ
præſtando,vel ſibi in teſtamento aliquid aſcribendo, vt ff.de
fal.l.vxori.§.qui ſe.ff.de procu.l. quæ omnia. ad Treb. l.1.§.
fuit quæſitũ.eſt & alia rõ.quia patronus debet examinare re
cto iudicio,vt præſentet per idoneũ.j̃.c.paſtoralis.ſed ſuper
idoneitate ſuijpſius non põt quis ferre ſanum iudicium. vn-
de ait Apoſtolus. Nihil mihi conſcius ſum:ſed non in hoc iu
ſtificatus ſum.Et Bernar.Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſci
unt:alios deſpiciũt,& ſeipſos deſerunt. melior tñ rõ eſt pri-
ma,ꝙ iſte debeat eoipſo repelli,ꝙ ſe idoneum arbitratur.fa
cit quod no.ſ̃.de elec.c.cum in iure.aliam collige ex glo.fin.
quæ ponit exemplum in materia electionis: in qua vox ele-
cti non auget numerum:nec ſibi dat ſuffragium.quod intelli
git Io.An.verũ in forma ſcrutinij: ſecus in forma cõpromiſ-
ſi,ſecundũ no.per eum de elec.c.cum in iure. Nam ſecundũ
Hoſt.in ſcrutinio,cũ ſecretè fiat,habet originem à ſeipſo.qđ
eſſe nõ põt: ſed in cõpromiſſo poſſunt alij ipſum audientem
nominare.& ſic põt cõſentire ab alijs nominatus. & ſic non
habet originẽ à ſeipſo.& hoc ſentit hic glo.fin. dum dicit, ꝙ
in electione à ſe oriri non debet:& intus ortus occidit.1.q.1.
c.quibuſdam. ¶Oppo.Io.An.& videtur,ꝙ quis in facto p-
prio poteſt auctoritatẽ accõmodare:vt patet in tutore,q fun
dum emptũ à patre ſui pupilli poteſt ſibi tradere,vt l. ſi fiſtu
las.§.fi.de contrahẽ.emp. Item põt ſibijpſi ſoluere,quod pu
pillus ſibi debet,vt l.quoties.§.ſicut.ff.de admini.tu.ſo.vt hic
per Hoſt.qui dicit, ꝙ hic in ſpiritualibus: quæ non quærunt
ſine iudicis auctoritate: nec hæreditaria ſucceſſio locum ha-
bet. ibi in temporalibus. quæ ſo. non eſt ſufficiens: quia nec
etiam in temporalibus põt quis eſſe auctor in facto ſuo pro-
prio,vt l.pupillus.§.item ipſe.de aucto.tu. ¶ Quęrit Io. An.
4 † pone, ꝙ eps̃ confert eccleſiam patrono proprio motu, &
ex ſuo offcio:an valebit collatio,& poterit cõſentire? vide-
tur,ꝙ non:quia ipſam patroni pręſentatio non præceſsit. qđ
debet eſſe.ſ̃.e.c.ex inſinuatione. Itẽ ſi dicas,ꝙ poſt collatio-
nẽ poteſt conſentire, obſtat ſibi iſte tex.quia videtur ſe inge
rere.Io.An.tenet,ꝙ poterit conſentire: & iſte non dicitur ſe
ingerere: ſed vocatur à Deo, tanquàm Aaron. ſ̃. de elec.c.
qualiter. Itẽ conditio patroni,ex eo ꝙ patronus eſt,non de-
bet eſſe deterior,quàm vnius extranei: imò melior, vt ſ̃.c.p
xi.in fi.& c.cum in officijs.de teſt.Non ob.ꝙ non p̃ceſſit præ
ſentatio:quia ſufficit,ꝙ patronus conſentiat ex poſtfacto,vt
patet.ſ̃.c.ſi verò.Non ob.ꝙ cõſenſus ſubſequẽs reddat eum
ambitioſum,tanquàm ſe ingerat,vt hic.quia hoc verũ,ꝙ di-
citur ſe ingerere, cũ ſeipſum præſentat. & ſic ineſt vitium in
radice.ſ.ambitio: ſecus, ſi collationi cõſenſit. quia tunc non
trahit originẽ à ſeipſo,ſed ab epiſcopo.pro quo debet pręſu
mere,vt rectè agat. facit quod dixi.ſ̃. ſecundùm Hoſtien.de
differentia conſenſus inter formam ſcrutinij,& compromiſ-
ſi.tangit etiam Io. An. an pater patronus poſſit præſentare fi
lium.dic, vt dixi.ſ̃.c.conſuluit.1.

*SVMMAE.*

1 *Tempora præfixa actui celebrando currunt, pendente lite.*
2 *Statuto Paduæ præfigitur terminus, infra quem cauſa appellatio-
nis terminatur:quo elapſo ſententia ſit rata, & firma. quidam
appellauit ad iudicem,qui competens credebatur: oppoſitũ fuit,
quòd erat incompetens: pendente appellatione lapſus eſt termi-
nus,tandem iudicatus eſt incompetens:an non obſtante lapſu fa-
talium, poſsit appellationem proſequi.*
3 *Impedimentum legitimum cenſetur, quod excuſat appellantem à
lapſu fatalium.*
4 *Patronus laicus,& patronus clericus qualiter, & in quibus diffe-
rant.*

CVm propter. Patroni ad eccle-
ſiã vacãtẽ ſi intra
quatuor menſes non præſentãt,epiſcopus ordina
bit eccleſiam. Vel aliter.ſi quęſtio iuris p̃ronatus non diffini
tur intra quatuor menſes, eps̃ ordinabit eccleſiam ſine præ-
iudicio euincẽtis.dictum & proteſtationẽ ſubdit,ibi [itaq;.]
1 ¶ Nota primò † ꝙ tempora præfixa actui celebrando cur-
runt pendẽte lite inter aliquos, ad quos exercitiũ talis actus
2 pertineat.facit ad q.in qua his diebus conſului. † Statuto Pa
duæ præfigitur terminus,infra quem cauſa appellationis ter
minet̃:quo elapſo,ſententia ſit rata,& firma. modò quidam
appellauit ad iudicẽ, qui competẽs credebatur: oppoſitum
fuit, ꝙ erat incompetens: & tanto tp̃e ſuper iſta exceptione
diſceptatum fuit, ꝙ lapſus fuit terminus præfixus ad cãm de
cidendam: & tandem pronunciatum, ꝙ ille,qui aditus fuit,
non erat iudex competens. quærebatur ergo,an non obſtã-
te lapſu fatalium, poſsit appel. proſequi coram iudice com-
petente,ad quẽ conditionaliter appellatũ extitit. ſi ille pri-
mò aditus apparet non competens,dixi,ꝙ poterat: quia tp̃a
non debent currere probabiliter dubitanti, vt in ſimili di-
cit tex.in l.q̃diu.C.qui admit.ad bo.poſ.& l. contra maiorẽ.
& l.eum qui.C. de inoffi. teſta. cenſetur enim illud legitimũ
3 impedimentũ,† quod excuſat appellantẽ à lapſu fataliũ,vt c.
ex rõne.maximè quãdo per excep.aduerſæ partis cauſa pro
telatur,vt l.ſi cum ipſe.de excu.tu.facit ad hoc optimè,quod
no.in c.ſi electio.de elec.lib.6.Non ob. ꝙ ſententia declara-
uit illũ malè appellaſſe. quia dico, ꝙ probabilis error circa
ſpeciem iuriſdictionis illorũ,ad quos appellauit, habet eum
excuſare:ſicut excuſat iudicem malè iudicantem, vt Inſti.de
obli.quę ex quaſi delic.in prin.& l.cum prolatis.ff.de re iud.
facit ad hoc quod no.Cy.in l.1.C. qui accu.non poſ. & qđ di
xi in c.tuã.de ordi. co. Nõ obſt.illud.c.vbi lite pendẽte,cur-
runt patronis tp̃a. quia loquitur, cum tractatur de modico
pręiudicio: cum ius ſaluũ remaneat euincẽti in futurũ: ſicut
currunt inſtantiæ etiã impeditis.quia non perit cauſa, ſed in
ſtantia tantũ,vt l.properandũ.C. de iudi. Sed in caſu noſtræ
q.peribat ius,& inſtantia:ideò benignius ſuccurrendũ.Non
ob.l.1.ff.de ap.vbi nocet error,ſi vnus pro alio aditus ſit: &
currunt



currunt tempora.quia ibi non probabiliter alium adiuit:ſed
errauit in iure.hoc aũt erat de iure dubiũ, vtrũ illi, ad quos
appellauit,eſſent ordinarij, vel delegati,& hincinde emana-
uerant conſilia contraria. ergo error poterat dici probabi-
lis,cum hincinde concluderent rõnes,vt l.non ſine.C.de bo.
quæ li.vel dic, ꝙ in caſu huius c. tempus non eſt limitatũ in
fauorẽ litigatoris:ſed tertij.ſ.eccleſiæ, ne diu vacet. currere
ergo faciliùs debent tp̃a litigantibus,ar.l.genera. de his, qui
no.infa.& c.ſtatutum.de p̃ben.lib. 6. & ideò abſurdè poſſet
dici,ꝙ tẽpus illud currit patronis ignorantibus, & etiã impe
ditis.quia impedimentũ eſt, ſi quis patrono ſe oppoſuit: &
tñ ſibi currunt tempora, vt hic patet. ſecus in ordinario col-
latore impedito,vt c.quia diuerſitatem.de cõceſ.p̃bẽ.¶ Op-
po.& videtur,ꝙ pendente lite inter patronos,epiſcopus de-
beat expectare ſex menſibus, vt ſ̃.c.eã te.hic aũt dicitur, ꝙ
quatuor:ergo malè.ſo.ibi in patrono clerico: hic in patrono
4 laico. † nam in hoc differunt patronus laicus, & patronus
clericus in multis, quæ iſtis verſibus colliguntur.

*Clericus, & laicus diſtant per plura patroni.*
*Pœnitet & tempus, ſubiectio, pœnaq; forſan.*
*Et ratio, titulus domini coniungitur iſtis.*

Expone ſingula verba ſic[pœnitet.]de hoc dic, vt ſ̃.e.c.cum
autẽ.Itẽ ſequitur [tẽpus.]de iſto habes hic. & j̃.e.c.vno.lib.
6.[ſubiectio] quia magis aſtrictus eſt poteſtati eccleſiæ pa
tronus clericus,quàm patronus laicus.quod dic,vt j̃.c. pro-
xi.& de offi.le.c.dilectus.[pœnaq; forſan.]quia ſecũdũ quoſ
dam clericus priuatur poteſtate præſentandi ea vice, ſi mi-
nus idoneum p̃ſentat: ſed laicus non priuaretur.ſed ſecundũ
Hoſtien. idem in laico, vt probatur in Authen. vt hi, qui. §.
fi.col.5.& in Authen.de ec.ti.§ ſi quis ædificatis. in fi. col.9.
& in Authen.de ſan.epi.§.ſi quis oratorij.col. 9. & ideo dixi
[forſan] quia ſunt opi. quod dic, vt ſ̃. de ſup. ne.præ.c.2.de
offi.ordi.c.cum nos.& quod ibi per Io.And.ſuper 2.glo põt
notari quinta differentia, quò ad rõnem reddendã. de quo
ſ̃.c.ex literis.ſexta quantũ ad aſsignationem tituli ordinan-
di:& ideò dixi,titulus.de quo.ſ̃.eo.c.paſtoralis.& c. poſtula
ſti ſeptima quia clericus fit patronus ex donatione ſine auct.
epiſcopi: ſed non laicus.de quo.ſ̃.eo.c.ſignificaſti. & c.ex in
ſinuatione.de his differentijs, quantũ ad expoſitionem iſto-
rum verſuum,plenius vide per Hoſt.in ſumma.eo.c. §. in q-
bus differant.& ita dicit Io. An.quid aũt ſi contingat miſtu-
ra: quia concurrant clericus, & laicus in patronatu eiuſdem
eccleſiæ: quia fortè habenti ius patronatus ſucceſsit pro par
te certa eccleſia,pro alia priuatus: in iſtis differentijs, quem
ſequemur. & ſecundũ quem ex ipſis tales differentias deci-
demus.videtur,ꝙ debeat tale ius cõe duobus variam condi-
tionem habentibus iudicari,ſecundũ quod vtilius eſt eccle-
ſiæ:ſicut dicimus in materia vnionis.ſ̃.ne ſe. va.c.1.vel debe
mus ſequi naturã in iſto cõpoſito ſimplicis dignioris,vt ple-
nè dixi ſ̃.de iudi.c.quantò. vel debemus iudicare ſecundùm
hunc, vel illum reſpectu portionũ, vt habens maiorem par-
tem in dicto iure,& ius potẽtius præferatur: ſicut cũ minor,
& maior habent cauſam cõem, & indiuiſibilẽ. nam minorũ
beneficium proderit & maiori.vt C.ſi vnus ex plu.l. vna.fa-
cit ad p̃dicta l.Imperator.de ſtatu ho.& l.prægnantis.Dom.
Fede.de Sen.conſuluit,ꝙ ſi talẽ cõionem habet laicus cũ cle
rico,laicus gaudebit priuilegio clericorũ.& dicit,ꝙ ſic tenẽt
Io.An.& Archi.eo.tit.c.vno.lib.6.in glo.fin. per l.ſi cõem.ff.
quemadmodum ſer.& ita no.conſi.63.

*SVMMAE.*

1 *Legatus poteſt reſeruare ſuæ collationi eccleſiam primò vacaturam
in vno Archi. ſuæ collationi.*
2 *Inhibitio iudicis impedit tranſlationem dominij.*
3 *Legatus non poteſt conferre beneficia vacatura.*
4 *Beneficium poteſt permutari alterius auctoritate, quàm collatoris.*
5 *Diſparitas beneficiorum non impedit permutationem.*
6 *Patroni præſentatio, & conſenſus requirenda ſunt in permuta-
tione.*
7 *Inhibitio facta ei, ad quem pertinet præſentatio, vitiat collationem,
quæ fieret de eodem beneficio ab ordinario.*
8 *Legatus eccleſiam ſpectantem ad præſentationem laici non poteſt re
ſeruare ſuæ collationi.*
9 *Beneficium minus canonicè adeptus non facit fructus ſuos.*
10 *Petitiones duæ contrariæ ſuper eadem re admittuntur.*
11 *Delegatus datus ad prouidendum alicui, an poterit reſeruare colla-
tioni ſuæ eccleſiam vacaturam.*
12 *Plures ſi obtinẽt ſuper prouiſione ſua in prouincia ſuper beneficijs,
quæ duxerint acceptanda, datis executoribus: qui inhibent ordi
narijs cum decreto: an ſemper ſcribatur inter eos: dato, vt qui
prior eſt in tempore, ſit potior in iure.*
13 *Papa mandat in literis prouideri de beneficio, quod primò vacabit
in eccleſia, vel diœceſi: executor non contulit primum: an poterit
conferre ſecundum, tertium, vel vlterius.
Et quid ſi mandauit alicui prouideri in beneficijs eccleſiaſticis vſq;
ad certam ſummam (puta centum marcarum) an executor taliũ
literarum poterit reſeruare plura beneficia concurrentia ad di-
ctam ſummam.nu.14.*
15 *Papa dedit executorem ad prouidendum: qui inſinuatis, & factis
proceſſibus cum inſinuatione deceſsit: an expiret gratia: & ad
quem redibit poteſtas.*
16 *Papa ſi moritur, an expiret poteſtas executoris.*
17 *Legatus an poſsit dare eccleſiam, inuito patrono laico.*

CVm dilectus. Legatus de latere
eccleſiam, cuius
alia eccleſia eſt patrona,ſuæ collationi reſeruare
poteſt,licèt non vacet:& eam conferre põt, cũ vacauerit. &
ſunt duæ partes. in prima ponitur petitio.ſecundò reſpõſio,
1 ibi[nos igitur.] ¶No. † primò,ꝙ legatus põt reſeruare ſuæ
collationi eccleſiã primò vacaturã in vno Archi. ſuæ colla-
tioni.qđ de quibus eccleſijs intelligatur: & an in vna eccle-
ſia poſsit plures reſeruationes facere: vel hoc poſsit.ſ.pluries
reſeruare beneficia ſpectantia ad vnius collationẽ.dic,vt no.
in c.deliberatione.& c.præſenti.de offi.le.vbi etiam quid iu-
ris,ſi ante vacationẽ expirat officium legati: an expiret talis
reſeruatio.dic,vt ibi. ¶Secundò no. ꝙ legatus caſſauit præ-
2 ſentationem Archi.factam contra ſuã inhibitionem. † Inhi-
a bitio enim iudicis a impedit tranſlationẽ dñij,vt dixi.ſ̃.de te
ſta.c.Raynaldus.& l.is,cui bonis.de verb.ob.per Bar.& col-
3 lige, † ꝙ licèt legatus non poſsit conferre beneficia vacatu-
ra,vt ſ̃.de præben.c.dilectus. põt tñ vacatura ſuæ collationi
reſeruare: ꝙ hic non inducitur votum captandæ mortis: cũ
per talẽ reſeruationẽ beneficium in titulũ nulli conferat: ſed
facultatẽ iuris conferendi ſibi à iure conceſſam generaliter
in prouincia ſibi decreta corroborat, ſic reſeruando:ne poſ-
ſit ab ordinario p̃ueniri,vt c.1.in fi.j̃.de offi. le. nunquid er-
go poterit legatus reſeruare beneficium certũ: puta, qđ Ti-
tius obtinet,cum vacabit,collationi ſuæ.iſte enim tex.& ſimi
les,qui concedunt legatis iſtas reſeruationes, loquuntur,cũ
reſeruat in genere in vna eccleſia collegiata in vna diœceſi,
vel prouincia. quo caſu non põt deprehendi votũ captandæ
mortis certæ perſonæ: ſed cum beneficium certi loci reſerua
ret, maximè conferendũ certo clerico, vt hic expreſsit lega-
tus:vr̃ indirectè induci votũ captandę mortis:& ſic reſerua-
tio nulla,vt c.deteſtanda.& c.ne captandæ. de præben.lib.6.
in ſimili habemus,ꝙ valet cõuentio ſuper hæreditate incer-
ta hominis,quæ obuenire contigerit cõicanda: non aũt ho-
minis certi, iuxta no.in l.fi.C.de pac.& ſic quædam q̃uq; li-
cent in genere,quæ non in ſpecie.ſ̃.de offi.ord.c.ſi ſacerdos.
¶Tertiò no.in ver.vacante.Iſte.V.eccleſiã obtentã collatio
ne legati auctoritate ordinarij permutauit cum præbenda:
4 † & ſic alterius aucto.quàm collatoris,poteſt beneficium p-
mutari:vnde beneficiũ, quod quis obtinet ex literis Papæ,
auct.

auct.ordinarij permutare poterit.quia Papa,vel legatus,be-
neficium cōferendo,præiudicat ordinario in illo actu colla-
tionis: ſed curā talis beneficij pro futuro tpe non intelligun
tur ordinario ademiſſe.facit c.per tuas. de maio. & obe. &
5 collige etiā,† ꝙ diſparitas beneficiorū non impedit permu-
tationē.quod patet:quia hic eccleſiā permutauit cū p̄benda.
de quo dic,vt dixi.ſ̄.de rerum permu.c.fi. in materia permu
tationū.¶ Quartò no.ꝙ iſte.H. permutauit præbendam : &
recepit vigore permutationis eccleſiā auctoritate ordinarij:
& in iſto actu ꝑmutationis archidiaconus p̄ſentauit. ex quo
6 collige,† ꝙ ſi permutatur beneficium,in quo quis habet ius
patronatus,debet ille, qui ex permutatione recepit,per pa-
tronū p̄ſentari.& ſic in permutatione requiritur p̄ſentatio,&
patroni conſenſus.& hoc ideo: quia in ipſa permutatione cē
ſetur vacare eccleſia:niſi quò ad caſum c.1.de re.permu.lib.
6.& vide ad hoc quod no.in c.ſi propter.de reſcrip.lib. 6. in
7 glo.morte.¶ Quintò collige,† ꝙ inhibitio facta ei,ad quem
pertinet præſentàtio, vitiat collationem,quæ fieret de eodē
beneficio ab ordinario:quæ ſine præſentatione non teneret.
ſ̄.e.c.ex inſinuatione. & p̄ſentatio eſt præciſa, & inhibita ꝑ
habentem poteſtatē.deſtructo ergo antecedente, deſtructū
vr̃ & conſequens,per quod peruenitur ad illud,vt l.tria præ-
dia.ff.de ſer.vrb.præ. ¶ Sextò no.ꝙ præſentatus ſecundo lo
co,& admiſſus ab ep̄o,præfertur primo, ēt ſi media collatio
inutilis interceſsit: vt fuit iſta legati facta.V.ſi Archi.vt lai-
cus præſentauit dictum.G. dicta enim collatione facta di-
cto.V.non caſſata,ordinarius eā contulit dicto.H.ad ſecun-
dam p̄ſentationē Archi.quod no. pro intellectu c. quod aūt.
& c.illud.ſ̄.eo.¶ Septimò no.modū argumentādi in iure : vt
ſcilicet colligere mēbra,& ex quolibet intentionē aduerſarij
excludere.ſimiliter arguit Iuriſcon.à ſufficienti partium enu
meratione,vt l.obligationū fere.de ac.& obli.& l.patre furio
ſo.de his,qui ſunt ſui,vel ali.iu. & multos modos argumen-
tandi in iure enumerat Doct. meus in l. conuenticula.C. de
8 epiſco.& cleri.¶ Octauò no. † ꝙ legatus eccleſiam ſpectan-
tem ad p̄ſentationem laici non pōt reſeruare ſuæ collationi.
quod ex eo patet:quia ſi primam præſentationē factā de G.
ab Archi.vt à laico ep̄s admiſiſſet,fuiſſet valida : & non illa
facta de H.poſtea,ēt non obſtante inhibitione legati.de hoc
tn̄ an legatus poſsit conferre beneficia, in quibus laici habēt
9 ius patronatus,remittā poſt glo.¶ Nonò no. † ꝙ ille, q mi-
nus canonicè beneficium eſt adeptus, nō facit fructus ſuos:
imò tenetur ipſos reſtituere.ar.contra.quia titulus minus iu
ſtus excuſat à perceptione fructuum: licèt malæ fidei cenſea
tur,vt l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de pet.hære. & l. nunquàm.ff.de
vſuca.dic,vt ſ̄.de appel.c.bonæ.& de pręben.c.dilecto. in fi.
¶ Decimò no. formā ſententiæ. pronunciauit.n.Papa præ-
ſentationē.G.non fuiſſe canonicā : & conceſsionem eiuſdē.
H.canonicā extitiſſe.& ſic intellige petitionem vtriuſq; for-
matā:vt ſua inſtitutio pronunciaretur canonica.ex quo col-
10 lige, † ꝙ duæ petitiones contrariæ admittantur ſuper eadē
re.de quo per Inno.& Hoſt.ſ̄.de reſti.ſpo.c. ex conqueſtio-
ne.& c.1.de mu.pe.vbi de hoc tetigi.& aduerte, quia ex tex.
non apparet, ꝙ iſte.H.petierit fructus, & tamē ſibi adiudi-
cantur,& fertur hic ſn̄ia incerta ſuper eis.de quo dic,vt dixi.
ſ̄.de reſti.ſpo.c.grauis.& de ſepul.c.certificaſti. ¶ Venio ad
appatatū Inn.& Io.An.recitando per quæſt.primò quæro.di
citur hic,ꝙ legatus de latere Papæ poteſt reſeruare collatio-
11 ni ſuæ eccleſiam vacaturam in tali archidiaconatu.† Sed nū-
quid idē delegatus datus ad prouidēdum alicui? dicit Inno.
aduertēdum ad formam cōmiſsionis. nā quandoq; mandať
alicui ꝓuideri de primo beneficio : qđ vacabit in tali eccle-
ſia.qn̄q; de beneficio : quod vacabit in ciuitate, vel diœceſi.
quādoq; ꝙ prouideatur alicui de beneficio:qđ in tali prouin
cia duxerit acceptandū.quādoq; quòd ſibi ꝓuideat de bene
ficio competenti. Super omnibus.n.iſtis formis pōt dubita-
ri,an executor poſſit ſibi reſeruare,ita ꝙ poſt talē reſeruatio
nē non teneat collatio ordinarij collatoris.quidam dicunt,ꝙ
ſic.quia aliàs inutile eſſet mādatū de prouiſione.& quia prin
cipali cōmiſſo, videnť cōmiſſa & acceſſoria,ſine quibus &c.
vt l.2.ff.de iu.om.iu.& l.ad rē mobilē.& l.ad legatū.de pro-
cura.vbi illa,quę ſunt conſecutiua mādati,veniūt in mādato
ēt non expreſſa. facit c.præterea.ſ̄.de offi.dele. Item legatus
de latere pōt,vt hic:ergo & delegatus ſuper ſpeciali prouiſio
ne fienda alicui deputato:cuius nō eſt minor auctoritas quò
ad ſpecialē illā cōmiſsionem, q̃ legati quò ad generalē,ar.c.
ſtuduiſti.de offi.le.de admi.tu.l.ſi duo.§.fin.Itē ſi non poſſet
reſeruare. iā teneret collatio ordinarij de beneficio poſt va-
cante.ar.c.dilectus.2.de præben.& ſic eſſet mandatū inutile.
alij dicunt, ꝙ in quacūq; dictarū formarū ſcribatur,nō pōt
executor aliquod beneficiū reſeruare : nec impetrans acce-
ptare ſic gn̄aliter. quia huic impetranti vnicū beneficiū debe
tur:& ſic vnū ſibi eſſet ſeruandū,non aūt totā diœce. vel pro
uinciam onerare:ne ante prouiſionē ſuā aliquod beneficium
conferatur.grauis enim,ambitioſus, & nimis vagus eſſet iſte
intellectus:ideo non ſequēdus.arg.de tranſla.c.fi.& de iniur.
l.prætor.quid dicendū.Io.An. poſt Inno. & alios prolixè hic
proſequitur.q.iſtā,quæ hodie eſt deciſa in c. ne captandæ. &
c.executor.de conceſ.prabē.lib.6.& an ſemp iſtæ inhibitio-
nes, ſeu reſeruationes executorū ligent manus ordinariorū.
dic,vt in cle.1.de conceſ.p̄bē.& ibi tradiť noua forma litera-
12 rū Papæ. ¶ Secūdò quæro † ſi plures obtinēt ſup prouiſione
ſua in prouincia ſuper beneficijs, quæ duxerint acceptanda,
datis executoribus,q inhibēt ordinarijs cū decreto:an ſem-
per ſcribatur inter eos, dato vt q potior eſt in tpe,potior ſit
in iure.dicunt quidā, ꝙ in omni caſu ꝓuidendum eſt primo
impetranti.ar.ſ̄.e.c.cū aūt. in fine. adeo ꝙ donec ei prouiſū
fuerit,nō valet ꝓuiſio à ſecūdo executore facta, etiā ſi igno-
rat primas literas:niſi de ipſis in ſecundo habeatur expreſſa
mētio.ſ̄.de reſcrip.c.capitulū.& c.cæterū. Sed huic opi. ob-
ſtat c.dilectus.ſ̄.de p̄ben.ſol. ibi loquitur in collatione ordi
narij,quæ nō impediť per literas Papæ ēt præcedentes tēpo-
re.per quas mādat ſimpliciter prouideri.q̄ſtio noſtra loquiť
in diuerſis,quæ iure ordinario innitūtur ambo. fauorabilius
ergo eſt ius ordinarium, q̃ extraordinariū,vt patet ex no.de
ap.c.vt debitus. alij dicunt in vtroq; caſu idē. tu quid diçes?
dic, ꝙ ſi ſunt plures habētes literas generales in ciuitate,vel
diœceſi,licèt ſub diuerſa data : hic eſt locus prioritati in da-
ta ſaltē, ex quò ante p̄ſentationē primarū collatio ſecundo,
vel vlteriori facta non eſſet, vt c. tibi qui.de reſcrip.lib.6. &
hoc verū,cū plures habēt ſimpliciter literas generales. Si ve
rò iuxta ſtylū curiæ habent ipſas cū beneficio acceptādi:hic
propriè eſt generalitas.quia licet vagari,& admittere ita cē-
teſimam,ſicut primā:& tūc aut litera hēt ſpatiū mēſis : & cū
de certo iuxta nouā formā cle. 1.de conceſ. præben.& infra
mēſis ſpaciū præferť primus,vt in verſi.ſecus.aut impetrātes
habent beneficiū acceptandi: & maximè primus ſine ſpacio
mēſis:ita ꝙ eſt locus.c.1.de cōceſ.p̄bē.lib.6. & tūc ſicut vale
ret collatio ordinarij facta ante acceptationē primi: ſic & fa
cta ꝑ alium executorem ſecundi ipſi ſecundo. hoc probať in
d.cle.1.primo reſponſo.in fi.& hoc no.Io.An. in d.c.execu-
tor.in nouella.& vide de iſta prioritate primi,vel ſecundi.qđ
no.in dicta cle.1.& ibi quid iuris de illo,q habet gratiā de be
neficio,qđ infra mēſem duxerit acceptandū:an poſsit acce-
ptare poſt mēſem.de quo in gl.iſte terminus.& ibi etiā vide,
ꝑ quē actū videať acceptare : & an in acceptatione requirať
13 p̄ſentia executoris.¶ Tertiò quæro.† Papa mandat in literis
prouideri de bn̄ficio, qđ primò vacabit in eccleſia,vel diœ-
b ceſi:executor nō contulit [b] primum:an poterit cōferre ſecū-
dum, tertiū,vel vlterius?quidā,ꝙ ſic.ar.ſ̄.de præben.c.dile-
ctus filius.G.eſt tn̄ neceſſe ſecūdū quoſdam, ꝙ executor no-
tificet hoc mādatū oībus eccleſijs,in quibus hēt poteſtatē ꝓ
uidendi.ar.de ap.c. ſup eo. ex p̄ſentatione.n.literarū contra
eccleſias iuriſdictionē hēt : vn̄ ſm̄ eos, beneficium vacans in
vna



vna eccleſia non poſſet cōferre,quouſq; oībus & ſingulis de
illa prouincia literæ fuerint p̄ſentatæ.alii dicūt, & melius,ſm̄
Inn.ꝙ ex quò recipit literas,ſtatim cōferre pōt bn̄ficiū pri-
mò vacans:ēt ſi non ſcribat eccleſiis,in qbus hēt ptātem ꝓ-
uidendi.qa litera non dicit,ꝙ eis ſcribat: ſed qđ in eis. ad qō
nē ꝓpoſitam redeundo dicas,ꝙ ſi bn̄ficium,qđ vacauit,non
pōt conferre(qa præuentus eſt ab aliis) poterit ꝓuidere de
ſcđo,tertio,vel vlteriori.qa bn̄ficia ſunt latiſsimè interpretā
da.de verb.ſig.c. olim. & ſunt verba intelligenda cū effectu.
de cle.non reſi.c.relatū.litera ergo, q̃ dicit,ꝙ ꝓuideatur de
bn̄ficio primo vacaturo,non eſt tm̄ ad primam vacationē re
ſtringenda:quantū ad ptātem ꝓuiſoris, & ꝓuiſionem bn̄fi-
cii extendenda : dēt ergo exponi. ꝓuideas de primo bn̄ficio
vacaturo.i.de illo bn̄ficio vacaturo,de quo ei primò cū effe-
ctu poteris ꝓuidere.Id.n.ſolū poſſumus, qđ cōmodè poſſu-
mus. qa ſic in dubiis benigna, & non maligna interpretatio
fieri dēt.& vt impetrans cōmodum inde ſentiat. & vt res po
tius valeat,q̃ pereat.de priuile.c.in his.de ver.ſig.c. abbate.
& hæc maximè ſunt vera,ſm̄ Inn. qn̄ mandauit ſibi ꝓuideri,
cum ſe facultas obtulerit: qa non intelligiť ſibi auferri facul
tas,ſi ab alio p̄uenit,ſm̄ Io. An. poſt Inno.Ex p̄dictis collige
ar.ꝙ ſi ꝑ negligentiam executoris, & impetrantis contigiſ-
ſet iſta p̄uentio:non poſſet ſibi ꝓuideri de ſcđo,vel vlteriori:
qa de talibus non eſt ſcriptū ꝓ eo.de quo dic vt ĩ. de p̄ben.
14 c.ſi clericus.li.6. ¶ Quartò q̄ro. † mandauit Papa alicui ꝓui
deri in bn̄ficiis eccleſiaſticis vſq; ad certam ſummā (puta cē
tum marcarum) an executor talium literarum poterit reſer
uare plura bn̄ficia cōcurrentia ad dictam ſummā? vr̃, ꝙ ſic:
qa non de facili inueniret bn̄ficium valens tāntum. dic poſt
Doc. ꝙ qn̄q; mandat ꝓuideri ſimpliciter vſq; ad certā ſum
mam:qn̄q; adiicit [ vſq; ad certā ſummam ꝓuideas de bene-
ficio. ] qn̄q; apponiť de vno, vel pluribus bn̄ficiis vſq; ad cer
tam ſummam.primo caſu dicit Ho.ꝙ nō poterit ſibi, niſi in
vno bn̄ficio ꝓuideri. qđ dictum hodie reprobať ꝑ c.quāuis.
de p̄bē.li.6.ſcđo caſu ĩ vno tm̄ bn̄ficio:qa ita ſcribiť in ſingu
lari.In tertio caſu nō ē dubiū,poſtquā in verbis ſimpliciter,
eſt expreſſū vſq; ad tantam ſummā,vel de p̄benda certi va-
loris:an iſtis caſibus poterit ꝓuideri ĩ maiori ſūma.dic vt d.
15 c. quāuis. ¶ Quintò q̄ro. † Papa dedit executorē ad ꝓuidē-
dū.q inſinuatis,& factis ꝓceſsibus cū reſeruatione deceſsit:
an expiret gratia:& ad quem redibit poteſtas: an ad ordina
rium collatorem,vel Papā.dicit Inn.ꝙ ad Papā,cuius aucto
ritate facta fuit reſeruatio.& vide ad iſtā. q.no.ꝑ Inno.& Io.
An.ĩ.de exceſ.p̄la.c.inter dilectos.& c.ſi de bn̄ficio. de p̄bē.
16 in cle.¶ † Quid ſi moriť Papa:an expiret ptās executoris.vr̃,
ꝙ ſic:ſicut ptās executoris data à legato, vt c.p̄ſenti.de offi.
leg.li.6.Dicit ēt hic Io. An.ꝙ ex quo reſeruauit in vna eccle
ſia:in alia prouidere,vel mutare non pōt:dummodo ſit talis
eccleſia, quam poſsit habere. de reſcrip.c. cum in multis.de
op.le.l.2.¶ Sextò q̄ro.ſi expectans malè acceptauit:an pote
rit aliud acceptare,vel etiā illud idem, ſi tpe non debito,vel
aliàs indebitè acceptauerit,puta ante vacationem.vr̃,ꝙ poſ
ſit,cum illa acceptatio non tenuerit. ad hoc de op. le. l.2.de
qua.q.vide per Archi.in c.cum in multis.de reſcrip.lib.6.de
iſta q.& an ille,q bene acceptauit,poſsit variare, vide quod
no.Io.An.in c.ne captandæ. de conceſ.p̄b.li.6.ſup verbo ꝓ-
17 uideri.& ſuper gl.licèt.¶ Septimò q̄rit gl.† nunquid legatus
poſsit dare eccleſiam, inuito patrono laico.glo. pe.tenet,ꝙ
non poſsit.nec eēt ęquum auferre patrono p̄ſentationem. &
ſic retrahere laicos à fundatione eccleſiarum.& hanc opi.te
net hic Da.Go.Phi.& Ho. licèt Spe. placeat prima huius gl.
in ſpec.ti.de lega.§.nunc tractemus.verſi.ſed nunquid lega-
tus.quā ēt tenet Gui.Na.in Decre.dilectus.ſ̄. de offi.le.opi.
Da.Gof.Ho.& Phi.magis placet,qa ius patronatus à iure pa
tronis conceſſum non vr̃ legatum de latere poſſe minuere.
ſicut.n.gratiam Papæ non poſſet legatus irritare,ſiue extin-
guere,vt ĩ.de p̄ben.c.ſi motu.li.6.ita nec gratiam, quā à iu-
re ſcripto patronus conſequitur. qa legatus contra iura di-
ſpenſare non pōt,iuxta no.in c.1.de ſciſma.li.6.ſicut.n. non
poſſet legitimè inſtitutū in bn̄ficio remouere ſine cauſa : ita
nec patronū priuare ſuo iure præſentandi: nec generali mā-
dato iura ſpecialiter alicui conceſſa poteſt legatus auferre.
nec video, quare poteſtas conferendi beneficia conceſſa le-
gatis de latere abſorbeat iura laicorum,qui iure ſuo veniūt
ad præſentationem. & hoc veriſsimum credo multis rationi
bus confirmandum omiſsis pro nunc.

ADDITIONES.

a ¶ Inhibitio iudicis. Nec etiam talis inhibitio caſſatur:licèt ipſe iudex nō vocauerit partes.Inno.in c.1.de ope.no.nun.

b ¶ Executor non contulit. Et executoris negligentia an præiudicet impe trāti,vide Car.in cle.pe.4.q.de p̄ben.& ibi gl.no.& in c.2.de cōceſ.p̄bē.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus non admittens præſentatum à patrono: ſi ſit idoneus, videtur ei facere iniuriam. Et ei tenetur de æquiualenti beneficio prouidere.nu.4.*

2 *Præſentati ſi ſunt plures:conditio illius, quem admiſit epiſcopus,cē-ſetur melior.*

*Præſentato nullum ius quæritur in beneficio ex ſola præſentatione laici patroni.*

3 *Patronus laicus poteſt variare in præſentatione.*

5 *Idoneitatem præſentati quis probare debeat, an præſentatus ſe eſſe idoneum:an verò epiſcopus non fuiſſe idoneum.*

6 *Ordo iuris an ſit ſeruandus in lite,quam mouet clericus præſentatus à patrono,& repulſus ab epiſcopo contra ipſum epiſcopum.*

7 *Duo litigant in curia ſuper beneficio:patronus infra tempus ſuū præſentat vnū diœceſano, qui ipſum admiſit:an ille,pro quo eſt lata ſententia,poſsit propter iſtam inſtitutionem agere contra epiſcopum,& patronum.*

8 *Legatus de latere an poſsit conferre beneficium, cuius præſentatio pertinet ad vnum præpoſitum,& homines certæ villæ.*

9 *Et poſito quòd poſsit:an poſsit conferre dictam eccleſiam, cū vacabit.numero 10.*

*Legatus de latere beneficia,in quibus laici habēnt ius patronatus,nō poteſt conferre.*

11 *Homines villæ habentes ius patronatus, an debeant præſentare in forma vniuerſitatis.*

PAſtoralis. Si laicus patronus duos ſuc-
factum: vel ad id, quod neceſſariò infertur ex illo. vnde ſi vo
lo probare ſeruitutem mihi deberi ex eo, ꝙ te patiente, ſum
vſus vſque ad medium: licèt non probẽ ſeruitutem ſuper to-
to ſimpliciter in vſu iuriſdictionis, non extenditur vltra illud
quo ſum vſus, vt l. 1. §. ſed ſi hoc interdicto. ff. de iti. ac. que
priua. ibi [vt eo vſque] &c. & l. ſi publicanus. ff. de publi. & l.
1. C. de emā. li. & ibi per Cy. & idem in l. cū de in rem verſo,
ff. de vſu. ibi p̃ſumit ſtipulõ vſurarū reſpectu illius ſortis de-
bitæ, & non vltra. & quod no. Bar. in l. Iul. circa primā lect. ff.
de condi. inde. ¶ Ad propoſitum ergo ſi ruſticus ſoluit omni
anno vnum par caponum: ſi quidẽ ſoluit ſimpliciter, (aliqua
cauſa non adiecta; tunc bene præſumitur titulus donationis
eius, quod ſolutum eſt: ſed ꝙ præſtetur in futurū, hoc ex nul
lo actu præcedenti infertur. ſed ſi nõ ſoluiſſet ſimpliciter: ſed
reſpectu certæ cauſæ, verbi gratia, ꝓ laborerio, quod teneo
à te dño, ſolui vnum par caponum: tunc præſumetur titulus.
& pro futuro tpe, quatenus teneat laborerium, cogeretur ad
ſoluendū. ſicut in l. cū de in rem verſo. donec tenet ſortẽ, co-
gitur vſuras ſoluere. ad idem l. litibus. de agri. & cen. lib. 11.
& ex hoc apparet, ꝙ iſte ruſticus ex iſta ſolutione annua nõ
præſumitur vaſallus, vel titulus vaſalli. niſi illa contemplatio-
ne ſoluiſſet. ſic intelligitur. l. ſolẽt. in fi. de offi. procõ. & ita ẽt
tenet Cy. in d. l. ſi certis annis. in 3. q. Sed aduerte, quia nullo
caſu vr̃, ꝙ ex præſtatione diuturna debitum præſumatur. cer
tum eſt. n. ꝙ ſi ſemel ſolui indebitū, poſſum repetere. idem ſi
ſecundò, tertiò, quartò, & pluries. ſi ergo quælibet ſolutio ꝓ-
ducit mihi condictionẽ indebiti, vt ff. de condi. inde. per to-
tū. quomodo illa, & eadẽ ſolutio me obligat ad ſoluendum
in futurū? ſm̃ hoc. n. vna & eadem ſolutio pareret obligatio-
nẽ, & liberationẽ, & produceret contrarios effectus, cõtra l.
qui hominẽ. §. vltimo. de ſolu. Item ſequeretur, ꝙ ti. de con-
dic. inde. nõ haberet locū in indebito decẽ annis ſoluto: cū
tamen duret repetitio vſque ad 30. annos, vt Inſti. de ac. §. cõ
dictio. Item ſolutio ſine tpe non producit illum effectum: ſed
parit condictionem inde. ſimiliter nec tẽpus de ſui natura nõ
producit, nec tollit obligationẽ, vt d. §. placet. Si ergo ſola ſo
lutio hoc non producit, nec ſimiliter ſolum tẽpus: ergo nec ſi
mul iuncta, vt l. ſpadonem. §. qui iura multa. de excu. tu. & C.
qui nu. tu. l. 1. bene ergo habet originem illa obligatio ad p̃-
ſtationem pro futuro tẽpore. ſo. Io. An. in effectu illa contra-
ria, quæ ſunt Cyn. in dicta l. ſi certis annis. in 10. q. refert hic,
& dicit, quòd non ex ſola ſolutione, ſed ex aliquo adiuncto
cum ipſa ſolutione, eſt pro futuro tempore obligatio præſu-
menda: vt patet ex prędictis, & vide quod not. ibi Cyn. in
5. quæſt. an iſta præſumptio, quæ reſultat ex diuturna prę-
ſtatione, habeat locū in perſonis, in quibus præſumitur, ꝙ
ſoluerint indebitū: niſi probetur debitum: vt in muliere, mili
te, ruſtico, & minore. vt l. cū de indebito. de proba. inclinat
ibi, ꝙ talis præſumptio l. cū de in rẽ verſo. ceſſet in talibus. &
adde circa præſumptionem ſolutionis quod not. in l. cū q̃d.
ff. ſi cer. pe. & l. quæ dotis. ſo. ma. per Bal. ¶ Ad prædicta ap-
6 plico quæſtionẽ diſputatā per Bar. quę eſt talis. † quædā mu
lier habens ſuum patrimoniū nupſit cuidam viro, nulla do-
tis habita mentione. qui vir dicti patrimonij ingreſſus eſt poſ
ſeſsionẽ, & ex eo fructus recollegit, & in oneribus dicti ma-
trimonij conuertit, vxore ſciente, & patiente per plura tem
pora: quę vxor mortua eſt in matrimonio ſine liberis: ex cu
ius morte maritus vult lucrari de iſtis bonis, tanquam dota-
libus, tertiam, vel dimidiam vigore ſtatuti, vel conſuetudinis
deferentis in dote tale lucrum marito. vxore ſic præmortua,
quęritur, vtrū poſsit. videtur, ꝙ non. quia nulla l. cauetur, ꝙ
ex illa patientia mulier videatur eius patrimoniū dediſſe in
dotẽ. ergo nec nos debemus dicere, quòd lex nõ dicit. in Au
then. de trien. & ſe. §. conſideremus. Item actus adminiſtra-
tionis mariti de rebus vxoris non infert conſtitutionẽ dotis
neceſſariò, quia maritus poteſt adminiſtrare bona vxoris, ẽt
non in dotẽ, vt C. de pac. con. l. fi. & l. ſi ego. §. fi. ff. de iure do.
7 † Ad poſitionẽ ergo vnius non ſequitur poſitio alterius ſepa
rati, & diuerſi. vt l. pro hęrede. §. 1. & §. Pap. ff. de acq. hęre. &
iſtam partem. ſ. ꝙ in dubio non videatur mulier in dotẽ de-
diſſe. tenet Bar. per l. fi. C. de diuor. & in Authen. de nup. §. ſi
quis enim. ver. ſi mulier. vbi patet, ꝙ mulier accepta ſimplici
ter fuit, non cõfectis dotalibus inſtrumentis: & habebat ꝓ-
pria bona, quæ nõ cenſentur dotalia. ſed quia propter patien
tiam mulieris, quę paſſa eſt virum adminiſtrare dicta bona
ſua, poſſet argui, ꝙ ex hoc fuerit conſtituta dos, per ea, quæ
8 dicta ſunt, s̃. † Ideo ſic dicit, ꝓ quædam eſt patientia formis:
q̃dam informis. formis eſt, qñ circa rem meā, vel circa illud,
quod me tãgit, tertius facit aliquid, quod tangit certā ſpẽm
contractus, vel quaſi: tũc vtrū ſcientia mea, vel patientia ali-
a quid operetur in mei pręiudicium. a dic, vt l. Gaius. ff. de pig.
ac. & per Cy. in l. inuitus. C. de procura. & iſta non eſt noſtra
materia. quædam eſt patientia informis. vt qñ circa rẽ meā
fit aliquis actus, qui non cadit in ſpeciem, ſeu formā alicuius
contractus, vel quaſi: puta incipis poſsidere, & tenere rem
meam, & cõuertere fructus in tuas neceſsitates, vt in quęſtio
ne prædicta: & tunc aut pręcedit contractus, de cuius mate-
ria ad hoc tenebatur: & patientia habetur pro cõſenſu. C. de
acqui. poſ. l. 2. aut non præcedit contractus: & tunc aut tra-
ctamus de his, in quibus vertitur modicum pręiudicium; &
patientia habetur pro conſenſu, vt ff. de pecu. l. quam Tube-
ronis. §. ſunt quædam. & l. non ſolum. in prin. eo. ti. vbi eoip-
ſo, ꝙ dñs patitur ſeruum habere, videtur cõſtituere peculiū.
aut loquimur in caſibus, in quibus tractatur de magno præ
iudicio: & tunc patientia non habet pro conſenſu, vt d. l. quā
Tuberonis. §. ſunt quædā. 2. reſponſo. vbi ex patientia nõ vr̃
concedi libera adminiſtratio. Idem tangit glo. in l. 2. C. de ac
quir. poſ. in glo. quæ incipit. quod præſumitur. In caſu ergo.
q. prędictæ (quia non p̃ceſsit cõtractus, ex cuius natura mu
lier neceſſariò teneretur ad conſtitutionẽ dotis, ſeu bona in
dotem dare: & tractetur de magno præiudicio, ſcilicet amiſ-
ſione dominij, & priuatione adminiſtrationis rei ſuę) cõclu
dit, ꝙ patientia non habetur pro conſenſu: nec vr̃ dicta mu-
lier dicta bona dediſſe in dotẽ. & ita concludit in dicta diſpu
tatione: per quam, & per ea, quæ dicta ſunt. s̃. clarius intelli
gis materiā huius c. quibus adde c. dilecto. s̃. de præben. vbi
patet, ꝙ eius patientia nõ confirmat titulum minus ſolemni



ter inſtitutum. & c. ex ore. de his, quæ fi. à ma. par. ca. & quod
no. Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. ſu. vbi quid iuris de
illo, qui patiente epiſcopo in ſacerdotio miniſtrauit longo tẽ
pore. & s̃. de præſump. c. illud. vbi de his, qui ſe habuerunt vt
maritus, & vxor, an matrimoniū præſumatur. vide ibi in no-
uella. applica his illud argumentū. an epiſcopus, promouen-
do (ſcienter inhabilem, videatur cū eo diſpenſare. de quo in
c. veniẽs. de fil. præſ. & c. 1. de æta. & qua. lib. 6. vide ẽt, quod
no. Bar. in l. gerit. de acqui. hære. & in illa diſputatione, ſiue
conſilio, quod incipit. debitor in diẽ. vbi no. an debitor inſti-
tutus à creditore, ſi nil de bonis attingit, videatur hoc ipſo
hæreditatem adiuiſſe, ꝙ debitum in termino nõ reſtituit. po-
ne exemplū in marito debitore ad reſtitutionem dotis inſti-
tuto ab vxore: an hoc ipſo, ꝙ dotẽ penes ſe retinuit, aditio p̃
6 ſumatur. dic, vt ibi. ¶ † Quæro vltimò: aliquis tenetur mihi
dare aliquid annum: ceſſat mihi ſoluere vno anno, vel pluri-
bus: an poſsim intentare poſſeſſorium, ita quod antequàm
de ſubſtantia debiti perquiratur, tanquam ſpoliatus debeam
reſtitui, per l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi pu. vr̃, ꝙ
ſic, per c. querelam. s̃. de elec. & hoc tenent quidam, vt refert
Cy. in d. l. ſi certis annis. C. de pac. videlicet ꝙ in perſonali-
bus nõ ſit reperire aliquod poſſeſſoriū: & hoc ideo, quia nec
petitoriū locū habet in eis. Ad Decre. querelā. reſpondent,
ꝙ opus eſt querela: quaſi dicat, ꝙ de iure illud, quod ibi dici
tur, nõ procedit: ſed malè intelligunt; quia ſcire debent, ꝙ
qñq; annua præſtatio eſt realis: puta cū debetur cenſus: & in
tali eſt reperire quaſi poſſeſsionẽ, & iudiciū poſſeſſoriū: quia
adhæret rei, & eius cõtemplatione percipitur, ſicut in ſerui-
tutibus, & iuribus incorporalibus, in quibus poſſeſſoria ſunt
prodita, vt l. 1. §. q̃d autẽ ait. & de aqua quo. & æſti. & de iti.
ac. que priua. per totum. quædam eſt annua præſtatio nõ re-
lata ad aliquam rem: ſed ſimpliciter per ſe ſtans. quia ſic ꝓ-
miſit dare annua. 10. vel ex vltima voluntate debentur: & ha
bet locum opi. prædictorum: vt ſi debitor ſe à ſoluendo ſub-
trahat, poſſeſſorio cõueniri non poſsit. & hoc no. Bar. in l. fi.
§. vlt. ff. quo. bo. per quod idem alibi dicit, ꝙ c. malæfidei poſ
ſeſſor. de reg. iur. lib. 6. non habet locum in actionibus perſo
nalibus præſcribendis. quia ibi non eſt vera poſſeſsio, nec
quaſi. & ita no. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. & per illa
ſit expedita materia huius c. plenius, quam Doct. examinent
ipſam hic.

ADDITIO.

a ¶ In mei præiudicium. Vide glo. in l. Gaius. de pigno. act. Cy. in l. mari-
tus. C. de procur. Dy. in l. qui tacet. in 6. Bar. in q. mulier habens magnū
patrimonium.

*SVMMAE.*

1 *Paulus apoſtolus quærebat ſibi victum proprijs manibus.*
2 *Ornamenta eccleſiaſtica prohibita ſunt pignorari pro victu.*
3 *Sumptus exquiſiti non ſunt procurandi.*
4 *Prælatus poteſt petere à ſubditis ex cauſa rationabili charitatiuum ſubſidium.*
5 *Filij non debent theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs.*
6 *Iura, quæ prouident circa diminutionem, & mitigationem onerum habent locum in illis, qui ad maiora onera tenebantur: non quò ad illos, qui minoribus fungebantur.*
7 *Petitio vltra debitum concepta, eſt ad debitum redigenda: non in totum deneganda.*
8 *Epiſcopus ſi excommunicat ſubditum, iuſtè recuſantem ſoluere procurationem vltra numerum hic taxatum, an tenebit.*
9 *Viſitator quanto tempore debet ſtare in loco.*
10 *Subditi denegantes charitatiuum ſubſidium, an ſint ad illud cogendi. Et per quem ſint cogendi nu. 11.*

CVm apoſtolus. Conſilium eſt, & propter mul
ta dicta non recipit breuẽ ſummā. præmittit au-
tem cõſtitutionis cām: ſecundò cõſtitutionẽ ponit, ibi [quo
circa.] in qua determinat conciliū numerum equorum: quẽ
ſecū ducere poſſunt prælati viſitantes. prohibet eis tunc vti
venationibus, & ſumptuoſas epulas quærere. præcepit, ne p̃-
lati ſubditos tallient. permittit tñ ex iuſta cauſa ab eis peti
1 moderatū auxilium in fi. ibi [ſanè] determinat primū dictū
de numero equorum. ¶ No. primò, † ꝙ Apoſtolus quærebat
ſibi victum proprijs manibus. Actuum. c. 20. & hoc ideo: q̄a
Corinthij auari libentius audiebant eius prædicationẽ gra-
tis factam: quàm illorū, qui munera exigebant. de hoc 1. q.
2. c. ſacerdos. non tñ eſt reprehenſibile accipere victū: vt ſic
qui ſeminat ſpiritualia, metat carnalia. 13. q. 1. c. 1. & expo-
nit hic Io. An. pſeudo. i. falſus. & eſt indeclinabile. ¶ Secundò
2 no. † ꝙ eſt prohibitum pro victu pignorare ornamenta ec-
cleſiaſtica. quod intellige verū: niſi pro euidenti neceſsitate.
s̃. de pigno. c. 2. & cle. ſi beneficiorū. de deci. ¶ Tertiò no. ca
uendum eſſe, ne longi temporis victum breuis hora conſu-
mat. quod no. contra ſcholares, qui anni viaticum vno die cõ
ſumunt. quod fieri non debet. ſed iuxta quãtitatem reddituū
metiaris expenſas: ita vt aliquid ſuperſit, vt ff. vbi pu. edu. de.
l. ius alimentorū. & in Authen. vt deter. ſit numerus clerico.
3 §. 1. col. 1. ¶ Quartò no. in ver. nec ſumptuoſas. † de ſumpti-
bus non exquiſitis procurandis. vnde Seneca epiſt. 5. ad Lu-
cillum. Sicut deſiderare res delicatas luxuriæ eſt: ita vſitatas,
& non magnopere parabiles fugere, dementiæ eſt. ¶ Quin-
tò no. numerum equorum limitatū pręlatis: vt cum viſitant,
non plures ducant. de numero perſonarum cum equis dic,
vt ĩ. de exceſ. præla. c. cum ad quorundam. per Io. An. ¶ Se-
4 xtò no. in §. ſuſtinemus. † ꝙ ex cauſa rationabili poteſt præ-
latus petere à ſubditis charitatiuū ſubſidiū. & intellige hoc,
quomodocunq; egeat epiſcopus ſine culpa ſua. vel pone, cū
habet guerrā, vel cām: nec ſufficit ad expenſas, vt s̃. de offi.
or. c. conquerẽte. per Io. An. & circa iſtas iuſtas cauſas quæ-
rit Ioan. an itineratio ad Papam ſit iuſta cauſa. dicit, ꝙ non.
10. q. 3. c. vnio. contrariū no. Io. An. de ſta. mo. c. 1. poſt Inno.
5 ¶ Septimò no. † ꝙ filij non debent theſaurizare parentibus:
ſed parentes filijs. & illud eſt votū parentum: licèt qñq;, tur
bato ordine naturæ, econuerſo contingat, vt l. nam & ſi pa-
rentibus. ff. de inoffi. teſt. & hæreditas patris dicitur filijs qua
ſi debita, etiam in eorū vita. vt l. in ſuis. de li. & po. ¶ Octauò
no. ꝙ licèt conſtitutio moderetur expenſas, & onera ſubdi-
tis imponenda: tñ talis conſtitutio non includit illos, q alìàs
non erant ad talia onera obligati: vt impotentes, qui ad one-
ra ante iſtam cõſtitutionẽ non tenebantur, nõ ſoleat conſti-
tutio ad impoſsibile obligare, etiam ſi obligatio ex contra-
ctu deſcendat. s̃. de ſolu. c. Odoardus. & l. fina. ff. quę ſen. ſine
app. re. & c. nemo ad impoſsibile. de reg. iur. lib. 6. iſta enim
grauamina non ſunt vltra facultates immergenda. facit l. for
ma. ff. de cen. facit l. & proculo. ff. de verb. ſigni. ¶ Nonò no.
6 in ver. nec ſub tali. † ꝙ iura, quæ prouident circa diminutio-
nem, & mitigationẽ onerū, habent locū in illis, qui ad maio-
ra onera tenebantur: non quò ad illos, qui minoribus funge
bantur. quia diſpoſitio, quæ tendit ad diminutionem, nõ de-
bet eius oppoſitū operari. facit l. legata inutiliter. de leg. 1. &
quod no. in cle. 1. de deci. ¶ Quærit glo. hic eſt taxatus nume
rus euectionum iſtis viſitatoribus. quid ergo ſi plures ducũt.
7 dicit glo. ꝙ poterit in ſuperfluis denegare. † quia petitio vl-
tra debitum concepta, eſt ad debitum redigenda: non in to-
tum neganda, vt l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. 2. Si aũt ſu-
perflui non pñt ab alijs ſeparari (puta quia ep̃s hoc recuſat)
tunc poterit omnibus denegari, vt ſic vtile per inutile vitiet,
vt ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. item quæritur. allego ad hoc l.
in fideicom. ff. de vſu. vbi reproba petitio, rõne incertæ par-
tis, põt negari in totū. facit ad illa, quæ dixi. s̃. de litis conte.
c. 1. & c. ſacris. de ſepul. vbi de difficili ſeparatione. ¶ Secũdò
8 quæro. † ſi ep̃s excõicat ſubditum iuſte recuſantem ſoluere
procurationẽ vltra numerū hic taxatū: an tenebit. dicit glo.
ꝙ ſic

ꝙ ſic. Nō obſtat c.quorundam. quia continet ſpecialē indul
gentiā.de hoc dic,vt in c.accedentibus.de priuil. & vide, qđ
no.s̃.de reli.do.c.fi.Inno.dicit,ꝙ opi.huius gl.eſt tutior. Sed
de iure tenet contrarium Pe. & dicit,ꝙ ad tollendum omne
ambiguum,eſt appellandum primò,vt d.c.cū ad quorūdam.
9 ¶Tertiò quæro.† quanto tp̄e debet ſtare ep̄s,vel alius viſita
tor in loco.dicit canon,ꝙ non amplius,quàm vna die poteſt
manere in parochia. 10.q.3.c.inter cętera.ad hoc j̃.c.felicis.
ver.adijcientes.lib.6.vbi dicit Io.An.ſuper ver.viſitatis. ꝙ ſi
neceſsitas exigit,plus quàm vno die manebit,& procurabit.
nam ibi conceditur archiepiſcopo redire poſt primam pro-
curationem,& iterū procurabitur. fortius,ſm̄ eum,pōt plus
manere: quia nec circa iura malignandū eſt. Intelligitur er-
go c.inter cætera.vel aliter,vt ibi no.vel dic,ꝙ bene eſt duo-
bus diebus in eccleſia: quia de mane prædicat ad populum,
& vadit ad eccleſiā vicinam ad prandium.Alij dicunt,ꝙ pro
curatio incipit in cœna , & finitur in prandio diei ſequentis:
& pro tanto ſunt duo dies.ita dicit Io.An. vnde ſumpta frau
de nuncij apoſtolici,qui debent habere tm̄ in die in diœceſi,
ad quā accedunt, veniūt in veſperis,& recedunt in die ſequē
ti:& inde recepta ſolutione pro duobus diebus,illo die ſequē
ti ingrediuntur aliam diœceſim : & ſimiliter pro illo die ſibi
ſolui faciunt.& ſic rectè computando , pro vno die duas ꝓ-
curationes extorquent : vnā à diœceſi , vnde diſcedūt:aliam
à diœce.ad quam vadunt.¶Quartò quæro.dicitur hic,ꝙ epi
ſcopus pōt,cū neceſsitas exigit,poſtulare charitatiuum ſub-
10 ſidium.† nūquid ergo ſi denegent, poterūt ad hoc cogi, a &
per quem?vr̃,ꝙ ad hoc cogi nō poſsint. quia tex.dicit , ꝙ cū
charitate petat.quod verbum non ſonat coactionem, ſed in
ſpontaneam ſolutionē.contrariū tenet hic Io.An.quia ſi,ne-
ceſsitate ſuadente,ſubditus iniuſtè denegat,eſt cogēdus. vbi
enim non prodeſt charitas,eſt adhibenda poteſtas. 45. diſt.
11 c.licèt.& c.qui emendat.& 10.q.3.c.cauēdum. ¶ † Sed quæ
ritur: an per epiſcopū,qui hoc petit:vel per ſuperiorem epi-
ſcopi erunt ſubditi cogendi.quidam,ꝙ per ſuperiorem: qui
debet ſe facilem reddere ad cogendum: & ſuperior dici pōt
metropolitanus.dicit Inno.ꝙ Papa.de offi.ordi.c.paſtoralis.
de immu.ec.c.aduerſus.& s̃.titu.1.c. nullus. vbi de hoc in fi.
Alij dicunt,& probabiliter ſm̄ eum,ꝙ per ipſum epiſcopum
cogi poſſunt: ſi neceſsitate oſtenſa,precibus,& monitis no-
lunt obſequi:cum & pro ſuis neceſsitatibus fructus eccleſia
rum habere,& percipere poſsint . vt eccle. bene.c.vno.in fi.
vbi de hoc.facit cle.c.frequens.de exceſ.præla.hoc tn̄ nō eſt
ſine Capituli ſui, & etiam ipſorum clericorum conſilio fa-
ciendum.de his,quæ fi.à præ.per totum.& de dona.c.paſto-
ralis.ſm̄ Inno.& hoc approbat Hoſt.& hoc verum, cum ne-
ceſsitas eſt euidens. nec in contributione grauantur ſubditi:
ne inde referant quæſtionem : aliàs per ſuperiorem , ſi ſub-
diti vt actores de epiſcopo conqueruntur:vel per arbitros,ſi
epiſcopus contra ſubditos ad hoc agit,quæſtio dirimetur, vt
s̃.tit.1.c.nullus.& s̃.de regul.c.licèt.facit quod no.Ioan.An.
j̃.eo.c.procurationes.

ADDITIO.

a ¶ Ad hoc cogi. Adde Card.in cle.1.§.1.in fi.de ſupplen.negli. præla.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſiæ non ſunt nouis cenſibus onerandæ.*
2 *Cenſus antiquus prohibetur augeri.*
3 *Epiſcopus,vel ſuperior non poteſt partem redditūum eccleſiæ ſibi ap plicare: niſi de iure,vel conſuetudine certa portio debeatur.*
4 *Maiores minoribus debent ſeruare ſua iura.*
5 *Cenſus non augetur propter augmentum facultatum. procuratio ve rò ſic.*

PRohibemus. Nouus cēſus eccleſijs imponi non pōt : nec antiquus augeri . ponit duplicem prohibitionem,
quam iuſtificat.ſecundò ponit decretūm,ibi[ſi quis.] ¶No.
1 primò † ꝙ eccleſiæ non ſunt nouis cenſibus onerandæ.& ſic
loquitur de cenſibus realibus,perpetuis,& ſine cauſa impo-
ſitis.perſonæ verò eccleſiaſticæ ex cauſa bene poſſunt nouis
oneribus aſtringi.de quo.j̃.eo.c.ſignificauit.facit l.placet.C.
2 de ſacroſanc.eccle.¶ Secundò not.† ꝙ ſicut nouus cenſus ꝓ
hibetur:ita antiquus augeri prohibetur.aliud eſt ergo de no
uo aliquid imponere:aliud augere antiquum. facit ad not.in
l.1.ff.de dā.infec.& quod no.in l.ſed ſi manente.ff. de preca.
3 & c.hi qui auct. de præbē.lib.6.¶Tertiò no.† ꝙ non pōt epi
ſcopus.vel ſuperior partem redditūū eccleſiæ ſibi applicare.
quod eſt verum,niſi de iure,vel cōſuetudine certa portio de
beatur.de decu.c. quoniā. & s̃. vt eccle.bene.c. 1.& c.ſi vna.
de re.eccle.non ali.& aduertendū,ꝙ contra iſtā vſurpationē
partis redditūū , vel oneris prohibiti dant iura iuriſdictionē
ordinarijs contra exemptos ſuas eccleſias onerantes . vt in
4 cle.quia regulares.eo.ti. ¶ Quartò no. † ꝙ maiores mino-
ribus debent ſua iura integra conſeruare: ſicut ſibi à ſuis ſu-
perioribus conſeruari deſiderant.concor.in glo.pe.& 80.di.
c.fin.93.di.c.nulla ratione.de offi.or.c. cum ab eccleſiarum.
in Authen.vt cum de ap.cog.§.hoc autem diſpoſuimus.& de
5 hære.& fal.§.his omnibus. ¶ Vltimò not. glo.† an propter
augmentum facultatū augeri debeat cenſus, vel procuratio.
& dicit,ꝙ cenſus non augetur: procuratio verò ſic.quod no.

*S V M M AE.*

1 *Clericus non poteſt eccleſiam ſibi collatam conſtituere cenſualem.*
2 *Obligatio ad ſoluendum penſionem , vel cenſum cenſetur realis : & conſtituit ius in re. Et an talis obligatio obliget contrahentem in vita ſua.nu.3.*

PRæterea. Prælatus auctoritate ſua non poteſt,præſertim poſt mortē , eccleſiam ſuā cōſtituere cenſualē. ſoluit caſum ge-
neralem,rationē ſubdens,ibi[non enim] &c.¶Not. primò,
1 † ꝙ clericus nō pōt eccleſiā ſibi collatā cōſtituere cēſualem.
nam ſiue dicat rectorē eccleſiæ procuratorē,ſiue fructuariū:
non pōt eccleſiā priuare poſſeſſione,& dn̄io rei ſuæ. vt l. fin.
C.de acqui.poſ.& aduerte,quia iſte tex. videtur recitare fa-
ctum ſacerdotis , ſi de colluſione conſtiterit.tu dic, ꝙ ēt ſine
colluſione non tenet talis cenſus conſtitutio,niſi quò ad dā-
nū ipſius:non quò ad præiudiciū eccleſiæ, vt s̃.de tranſac.c.
de cætero.& de præben.c.niſi eſſent.& s̃.de reli.do.c. fin.vbi
de hoc.& s̃.de reſti.in inte.c.2. ¶Secundò no. ꝙ auctoritate
Pontificis videtur,ꝙ rector eccleſiæ poſſit ipſam obligare ad
ſolutionem penſionis.quod dic,vt in præal.iuribus.& c.cum
2 veniſſent. de inſti. † talis.n.obligatio ad ſoluendū penſionē,
vel cenſum cenſetur realis , & conſtituit ius in re. & ſic tanq̃
alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſolemnitate debita eſt nulla .
arg.ff.de rebus eorū.l.magis puto. & s̃.de re.eccle. non alie.
c.nulli.¶Tertiò innuit iſte tex.ꝙ in contractu celebrato ſup
re eccleſiæ per prælatū præſumitur interueniſſe auctoritas
ſuperioris,dum tex.dicit[ non interueniſſe conſtiterit]quaſi
interueniſſe præſumatur.qđ non eſt verū:quia cū auctoritas
ſit ſolēnitas extrinſeca,non præſumitur,iuxta not.in l.ſcien-
dū.ff.de verb.obli.& s̃.de proba.c.qm̄ contra. & quod no.s̃.
de his, q̃ fi. à præla.c. ea noſcit. ¶ Quartò no. ꝙ dicit, præ-
3 ſertim.Innuit enim, † ꝙ talis obligatio ad ſoluendū cenſum
non obligat ipſum ſic contrahentem in vita ſua: poſſet tamē
expreſsè ſe in vita obligare ad annuā ſolutionē ſoluēdam de
fructibus ſui beneficij.de fideiuſ.c.2.& de pecu.cle.c.fi.& ple
nè dic,vt no.j̃.ne præla.vi.ſu.c.querelam .

*S V M M AE.*

1 *Laici poſſunt habere ius patronatus in eccleſijs.*
2 *Epiſcopus poteſt imponere cenſum eccleſiæ tempore fundationis: & tempore,quo priuilegium libertatis concedit.*

Eccleſijs.



ECcleſijs. No. primò,ꝙ quādoq; ep̄s eri pit eccleſias de manibus lai- corum,& intellige illud eripere pluribus modis:vel
1 reſpectu iuris patronatus,† qđ in eis habent laici, quod mo
dò ep̄o eſt donatū:vel laici de facto vſufructuabant,& tene-
bant eccleſias.quod tolerādū non eſt.de deci.c. quāuis. & c.
prohibemus.vel ſm̄ Pet.& Ab.laicus cenſum ſibi debitum,ꝓ
curāte ep̄o,remiſit eccleſiæ.¶ Quæro.quæ fuit ratio dubitā-
2 di.dic ꝙ fuit illa. † quia tp̄e fundationis , & tp̄e , quo priui-
legiū libertatis concedit ep̄s , pōt imponere ſibi cenſum.de
reli.do.c.cōſtitutus. ſimiliter videbatur poſſe,quando ipſam
liberabat de manibus laicorū : quaſi cēſeatur vel noua eccle
ſia.vt c.ferrū.50.diſt.vel liberata iure poſtliminij: qui poteſt
à redemptore tanquā ſeruus retineri, vt l.qui teſtamento.de
teſta.rō decidendi in cōtrarium fuit neceſſitas officij epiſco
palis:quæ conſiſtit principaliter , intēdendo eccleſias ipſas li
berare à ſeruitute.quod ſi facit,non eſt cenſenda liberalitas,
ſed executio debiti officij:ergo præmiū non meretur, vt l.rē
legatam.de adul.& l.ſi ſeruo.ff.de hære.inſti.nam ſecundùm
Val.lib.2.c.3.Tantū intereſt,adijcias aliquid, an detractum
reſtituas:quātū diſtat beneficij initium ab ipſo fine . & illud
dicit,cōmēdando legē:quæ habebat, pro aucto Imperio,nō
pro recuperatis deperditis decerni triūphū . Alibi etiam di-
cunt legiſtæ, ꝙ ſi decernitur præmiū capienti exbannitū : &
familia Poteſtatis capiat,non habebit dictū præmium . quia
ex neceſsitate officij ad hoc tenetur.ſ.purgare prouinciā ma
lis hominibus. vt l.congruit.de offi.præſi.

*S V M M AE.*

1 *Conſtitutio licèt innouetur:actus ſumit vires à conſtitutione veteri, non à conſtitutione nouante.*
2 *Vectigalia noua non ſunt inſtituenda ſine conſenſu, & auctoritate principum,& regum.*
3 *Exigens pedagium non inſtitutum,qua pœna puniatur.*
4 *Pedagium dicitur quædam præſtatio,quæ ab itinerantibus pro his, quæ vehunt,vel ducunt,exigitur.*
5 *Pedagium,& vectigal idem ſunt.*
6 *Tributum eſt,quod præſtatur fiſco:& idem importat , quod cenſus, vel penſio.*
7 *Vectigalia,pedagia,& ſimilia an ſint munera perſonalia,vel realia.*
8 *Dominus habens caſtrum, an acquirat per conſuetudinē ius recipien di pedagia.*
9 *Pedagium cum eſt legitimè inſtitutum:an de omnibus rebus ſolui de beat,& omnes ſoluere teneantur.*
10 *Immunitas priuilegiatorum non tranſit ad ementes pedagium .*
11 *Fraudantes gabellam an peccent:ita quòd, ſaltem in foro conſcien- tiæ,teneantur .*
12 *Pœna quæ ſit pedagium non ſoluentis .*

1 INnouamus. Innouat prohibitionē anti- quā , ſubdens pœnā, ibi [ ſi quis aūt.] ¶No. primò † ꝙ qn̄q; antiqua cōſtitutio in-
nouat:& tunc vr̃,ꝙ actus ſumat vires à conſtitutione veteri,
non cōſtitutione innouante.de quo j̃.c.ſignificauit.vbi quid
iuris de cenſu ſuppreſſo ab antiquo poſtmodū renouato , ad
idē vide,quod no.s̃.de conſti.c.cum acceſsiſſent. & cle,lite-
ras. de reſcrip.& c.præceptis. 12.di.& 24.q. 1. c. acutius. &
2 quod no.in l.ſi quis à priore.ad Trebel. ¶Secundò no.† ꝙ ſi
ne conſenſu, & auctorita.principū,ac regū nō ſunt noua pe-
dagia,vel nouæ exactiones inſtituendę.cū prædictorū igitur
auctoritate inſtitui poſſe videntur: lex tamen vult, ꝙ nullus,
niſi princeps,poſsit in hoc auctoritatē impartiri , vt C. noua
vec.inſti.non poſ.ꝑ totū.¶Tertiò no. caſum,quo denegatur
ſepultura eccl.ſunt & alij,de quibus de ſepul.c.ex parte. Itē
ſunt tales ēt excōicandi.24.q.3.c.ſi quis.& c.paternarū.imò
ſm̄ Hoſti.in curia Romana ab ipſo ſummo Pontifice excom-
municantur ter in anno, diebus no. de iudi.c.dudū. in cle.in
glo.ſolēt.de iure aūt ciuili cōtra tales alia pœna imponit.de
qua in glo.nec pœna iuris canonici tollit pœnam ciuilē:nec
econuerſo.de quo dic in ſi.vt l.1.§.dixerit aliquis.ff.de publ.
& l.1.C.de ſepul.vio.per Cy.¶Quartò no.ꝙ tex.iſte impo-
3 nit pœnā inſtituēti nouū pedagiū.† quid de exigente,qui nō
inſtituit.dicit Io.An.ꝙ tenetur ex mente.arg.j̃.de ſen. excō.
c.nuper.niſi ſe excuſet ex indulgentia.eo.tit.c.quia periculo
ſum.lib.6.vel iuſta igno.de cleri.excō. mi. c.apoſtolicæ. pro
hoc allego l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om. iudi. & ad pœnas
ꝑdictas in tertio no.adde pœnam c.quamquàm.eo.tit.lib.6.
& in cle.præſenti.eo.ti.per quā determinatur qđ hic no.Ho-
ſtien. de clericis , qui non tenentur ad pedagia, vt j̃. dicam.
4 ¶Quæro primò,quid eſt pedagiū.dicit Io.An. † ꝙ pedagiū
dicit quædā præſtatio,quæ ab itinerātibus pro his , quæ ve-
hunt,vel ducūt,exigitur.& qn̄q; etiā capitur pro trāſitu per-
ſonarū tantū:lex(vt credo)quod hic appellat pedagiū,vocat
vectigal.& aduerte,quia habemus diuerſa nomina: vt vecti-
5 gal,pedagiū,tributū,cenſus, penſio. † pedagium & vectigal
6 idem ſignificant.† tributū verò eſt, quod prę̨ſtatur fiſco : &
idem importat,quod cenſus,vel penſio.quod eſt verū,quan-
do præſtatur fiſco. ſi debetur eccleſiæ , priuato , vel ciuitati:
tunc eſt differentia.quia ille,qui debet penſionē:vel eſt con-
ductor,vel emphyteuta. & ſi non ſoluit,cadit à iure ſuo. vt c.
potuit.de loca.& l.vectigalia.§.non ſolutis.ff.de publ.& iſte,
qui ſic concedit, habet directum dominium . Ille verò , qui
recipit , habet vtile . quandoque ille , qui transfert rem in
alium , transfert omne ius , quod habet : vult tamen ali-
quid ſibi ſolui.& iſte vocatur contractus cenſualis:& per ceſ
ſationem ſolutionis,ēt longiſsimo tp̄e, non cadit quis à iure
ſuo.& iſte eſt caſus no.in c.conſtitutus. & ibi dixi poſt glo.s̃.
7 de reli.do.& hoc no.Bar.in l.1.ff.de publica.vbi quærit,† an
vectigalia,pedagia,& ſimilia ſint munera perſonalia, vel rea
lia.dicit,ꝙ perſonalia : ideo clerici non tenentur ad ea. vt C.
de vecti.l.fi.& c.quamquàm.j̃.eo.lib.6.Et ſubiungit ibi Bar.
ꝙ pro mulo ſoluet mulio. pro ſalina ſoluet dominus ſalinæ.
vt ff.loca.l.cum in plures §.pen.quid ergo,ſi pro mulo nullū
debet ſolui ſm̄ legem vectigal : nec pro ſalina , niſi portetur
ſuper animali:quis ergo ſoluet pedagium?dicit ipſe,ꝙ domi
nus ſalinæ:quia illa principaliter vehitur. vadit enim animal
propter ſalinā:non ſalina propter animal,arg.ff.de ſeru.vrb.
prædio.l.cum Seia.in prin. ¶ Secundò principaliter quæro.
dicitur hic,ꝙ ſine permiſſu principum , ſiue regum non ſunt
8 inſtituenda noua pedagia. † nunquid ergo dominus habens
a caſtrum a acquirat per conſuetudinē ius recipiendi?videtur,
ꝙ non.quia exactio eſt contra ius: ergo &c. vt in Authen. vt
nul.iudi.§.1.In contrarium videtur, ꝙ ſic,vt l. ſi publicanus.
§.vecti.ff.de publi.& l.licitatio.§.earum. eo. titu. & ita tenet
Cy.per c. ſuper.de ver.ſigni.& l.Imperator.§. idem reſpon-
dit.de polli.In contrariū facit l.2.C.noua vecti. vbi videtur,
ꝙ requirantur duo,ſcilicet vetuſta conſuetudo, & conceſsio
principis.Ideo altero deficiēte de copulatis,ius nō quæritur,
vt c.2.s̃.de reſcrip.& l.ſi hæredi plures.de condi.inſti. & hoc
videtur tenere glo. ſcilicet ꝙ vtrūq; requiratur. ff. de verbo.
ſigni.l.minus propriè. ſed malè loquitur , per dictum cap. ſi
ſuper.de verb. ſign.& hoc tenet Cyn.in l.2.C.noua vecti. &
intellige conſuetudinē ita vetuſtam,ꝙ non ſit memoria in cō
trariū: vt hic dicit glo.quod eſt verū,quando volo præſcribe
re,ſiue per talem præſcriptionem quę̨rere pedagium nouū,
ab alio non perceptū.Sed ſi contra nobilem,qui habebat ius
ex priuilegio,vel aliter exigendi : tunc ſufficit legitimū tem-
pus:quaſi faciliùs ius cauſatū,& in eſſe productum de vno in
aliū transferatur : quā de nouo naſcatur.& hoc tenet Bar.in
9 d.§.vectigalia.¶ † Tertiò quę̨ro:cū pedagiū eſt legitimè in-
ſtitutū: an de omnibus rebus ſolui debeat, & omnes ſoluere
teneantur.dic,ꝙ de quibuſdā ſolui non debet: vt de his, quæ
vſus cauſa deferuntur:& de certis alijs rebus, de quibus per
glo. in l.ſi publicanus.§.de rebus.ff.de publi.& l. licitatio.§.
earum

earum rerũ.eo.tit.Similiter à quibuſdam nõ exigitur:vt à fi-
ſco,à clericis,& alijs,vt d.c.quamquàm.eo.tit.lib.6.l. licita-
10 tio.§.fiſcus.prealleg.† Aduerte tñ,ꝙ ſi quis emit ab iſtis per
ſonis priuilegiatis(vt ab eccleſia, vel à fiſco) immunitas iſto
rum ad emptores non tranſit.ſm̃ Dy.vt d.l. licitatio.§. mer-
catores.vbi Bar.in prædicta q.diſtinguit : ꝙ aut eſt vectigal
ordinarium : & verũ dicit Dy.aut eſt vectigal extraordina-
rium,quod non imponit lex,vel ſenatuſconſul. vel conſtitu-
tio principis. iſta.n.ſunt ordinaria.vt C.de vaca.mune.l.1.li.
10.& ff.de vaca.mu.l.in oneribus.§.qui muneris. & quò ad
iſta immunitas tranſit ad emptores.vt C.de priuile.do.Aug.
lib.11.Ad vnum aduerte,ꝙ clerici habent iſtam immunita-
tẽ:ne ſoluere teneantur pedagia , ſi non negotiationis cauſa
ipſa deferunt,vt dicto.c.quãquam.& qñ dicantur negotiari,
ibi vide in no.& quod dixi.s̃.de vi.& ho.cle.c.fi. vbi omnino
11 vide.¶†Incidẽter quæritur:an fraudantes gabellã peccent,
ita ꝙ ſaltem in foro conſcientiæ teneantur.dicit Bar. ꝙ ſi ci-
ues pro ſuis neceſsitatibus hoc ſtatuunt, nõ ſoluentes ipſam
peccant : ſecus in forenſibus. ita not.de publi.l.vectigalia.in
prin.pro quo vide Inno.in c.quia pleriq;.de immu.ec. & Ia.
12 Bu.in l.fi.C.de vecti.& cõmiſ.¶†Quartò quæro: quæ pœna
imminet non ſoluẽti pedagiũ. dico, ꝙ videtur pœna amiſsio
nis rerũ ipſo iure.quod patet:quia res tales ab hæredibus vẽ
dicantur,vt l. commiſſa.ff. de publi. & l. cotem.§.dñs.eod.
tit.vbi Bart.quærit:ſi aliquis portabat merces licitas,& illici
tas: an omnia publicentur.videtur,ꝙ ſic,vt dicto §. dñs. vbi
nauis publicatur,in qua merces illicitæ deferuntur.Bar. con
tra in l.ſi publicanus.§.1.eo.tit.Non ob.§.dominus.quia ibi
ratione partis publicatur totum,nõ in conſequentiã rerum:
ſed in conſequentiã delicti . quia qui illicitas merces defert
in nauibus,capite punitur,& omnia bona publicantur . vt l.
1.C.quæ res expor. non poſ.& ita intelligit Cyn. in l.1.C.de
na u.fœn.vbi eius pulchra dicta alibi retuli.j̃.de iudi. ¶Vlti
mò vnum no.ꝙ non debentes ſoluere pedagium, debent ſal
tem profiteri,& petere appodiſiam de rebus, de quibus ſol-
uere non tenentur.quod quando verum ſit , dic , vt l.1.§.di-
uus quoque.ff. de publicanis.

ADDITIO.

a ¶ Habens caſtrum . vide Floria. de ſancto Pet.in l. ſi quis duas.C. com-
munia prædio.

*SVMMAE.*

1 *Intitulati in eccleſiis non poſſunt ipſas conſtituere cenſuales.*
2 *Epiſcopus poteſt ex cauſa eccleſiam facere cenſualem.*
3 *Clerici,qui conſtituunt eccleſias cenſuales, priuandi ſunt ipſis eccle-
ſiis,& etiam deponendi.*

CVm clerici. Qui per colluſionẽ cõ
ſtituit ſuã eccleſiam cẽ
1 ſualem,illa priuabitur.h.d. ¶No.primò,† ꝙ inti
tulati in eccleſijs non pñt ipſas conſtituere cenſuales . eſt.n.
iſta alienatio certi iuris ipſius corporis eccleſiæ , quæ magis
eſt prohibita, quàm alienatio rerum eccleſiæ . vt in Authen.
multò magis.C.de ſacroſan.eccle. ¶Secundò no. ꝙ colluſio
ſine auctoritate epiſcopi videtur hic fuiſſe cauſa nullitatis cõ
tractus . Sed ſecũdũ glo. auctoritas epi non purgaret vitium
huius colluſionis: ſicut etiã permutantium in fraudẽ auctori
tas epiſcopi non excuſat.arg.c. cum inhibitio.§.pari modo.
j̃.de clã.deſpon.Non ob.iſte tex.quia de auctoritate epi ad-
hibenda non expreſsit hic,vt excuſet vitiũ colluſionis: ſed vt
denotet,† ꝙ epiſcopus poteſt ex cauſa eccleſiam facere cen-
ſualẽ,ſm̃ Io.An. ¶Tertiò not.ꝙ clerici iſti colluſione quadã
cõcedebant eccleſias:vt eorũ filij , vel nepotes præſentarent
ad eas.qd̃ eſſe nõ poterat,ẽt ſi fuiſſent legitimi illi filij,vt im-
mediatè miniſtrarent in eccleſia paterna,vt s̃. de filijs pſb.c.
2 ex tranſmiſſa.¶Quartò no.† ꝙ clerici,qui conſtituunt eccle
ſias cenſuales , priuandi ſunt ipſis eccleſijs . ſimiliter & reli-
gioſi, qui accipiunt iure patronatus: quãquàm hoc c. nõ vi-
deatur loqui,niſi de eccleſijs.quinimo non ſolum tales cleri-
ci priuantur eccleſijs, ſed etiã deponuntur , & ſunt ſimonia-
ci.de quo.s̃.de pac.c.cum clerici.& 1.q.2.c.quam pio.

*SVMMAE.*

1 *Collectores ſi grauant eccleſias,illo officio priuabuntur.*
2 *Publicani de extortis indebitè tenentur inſolidum.*
3 *Onus deficientium poſſe ſoluere , non debet alijs accreſcere : ſed ille,
cui debetur cenſus, ſibi debet imputare.*

1 EA que. † Si collectores grauãt eccleſias,
illo officio priuabuntur: & reſti-
tuent quæ illicitè extorſerunt. iſtud, quod dixi de
reſtitutione illicitæ extorſionis,non dicunt Doct.ſed intelli-
gunt.c.quòd auferat ab eis remiſsio peccatorũ, vel archidia
conatus,vel officium colligendi.ſed põt intelligi etiam (vt di
xi) vt illicitè exacta , & duplum reddere compellant , nulla
remiſsione,liberalitate, vel gratia valitura . vt in c. felicis.j̃.
eo.lib.6. Iſti autem collectores videntur ſimiles publicanis,
2 † qui de extortis indebitè tenentur inſolidũ,& acriter puniũ
tur,vt l.1.§.dixerit aliquis.& l.ſi multi.ff.de publica.Itẽ tenẽ
tur de delictis ſuorum familiarium.vt d.l.1.§.familiæ. & l. ſi
cum exhibuiſſet.eo.ti.& facit iſte tex.ſm̃ Hoſt. contra dictos
collectores,qui leuant centũ quinquaginta pro centum,præ
tendentes,ꝙ plus imponunt:quia non pñt oẽs ſoluere.† nã
3 onus deficientium non vr̃ ꝙ debeat alijs accreſcere:ſed ille,
cui debetur cẽſus,vel procuratio,imputare ſibi. de quo dic,
vt in Spe.§. nunc dicendum. verſi. quid ſi vniuerſitas. & ver.
ſeq.& ff.de leg.1.l.ab omnibus.§.1.vbi tex.no.

*SVMMAE.*

1 *Iuramentum præſtitum ſuper cenſu indebito, an aſtringat præſtantẽ,*
2 *Debitor propter præceptum iudicis excuſatur,ne ſoluat debitum cre
ditori.*
3 *Conductor cõtra petentem cenſum,ſiue penſionem, poteſt opponere,
quòd obligatio eſt nulla.*
4 *Cenſus nouus non poteſt imponi eccleſiæ ſine cauſa,vel conſenſu Ca-
pituli,etiam de auctoritate epiſcopi.*
5 *Obligatio quando eſt illicitè contracta cum iuramento,poteſt peti re-
laxatio iuramenti.*
6 *Solutio ſola cenſus,vel promiſſio de ſoluendo facta per rectorem non
valet ad conſtituendum eccleſiam cenſualem, ſi auctoritas epiſco
pi non acceſsit.*
7 *Actio quæ competat, ſi aliquis eſt in quaſi poſſeſsione exigendi cen-
ſum,quem debitor ſoluere detractat.*
8 *Epiſcopus ſi petit à clerico obedientiam, vel aliud, ad quod ille tene-
tur de iure cõmuni : & ſubditus dicit ſe liberũ priuilegio,vel præ
ſcriptione,vel alio modo:ſi excommunicat eum, tenet excõicatio.*
9 *Abbas excõicat ſacerdotem, ſi non ſoluat ſibi cenſum: epiſcopus eũ
excõmunicat, ſi ſoluit:cui potius obtemperabit.*
10 *Debitor iurauit ſoluere creditori debitum infra menſem: infra quem
creditor condemnatus eſt,vel accuſatus de graui crimine,propter
quod bona veniant publicanda : iudex præcepit debitori , ne illi
ſoluat:an ſi obtẽperet præcepto iudicis, non ſoluendo in termino,
euitet pœnam periurij.*
11 *Cenſus ſi fuit ab antiquo impoſitus,& ex cauſa legitima:tamen erat
extincta obligatio per præſcriptionem : nunc verò de nouo reno-
uatus eſt auctoritate epiſcopi:an ſolui debeat.*
12 *Eccleſia vt efficiatur cenſualis,quæ requirantur,*

SIgnificauit, Is, qui recepit iuramẽtum
de nouo cẽſu eccleſiæ pſol
uendo,compellitur iurantẽ abſoluere.primò ponit ca
ſum pplexũ. ſecundò prouidet diſtinguendo. ſm̃ mẽbrũ ibi.
[ſi verò.]¶No.primò, ꝙ iſte electus pſtare pmiſit illã ſum-
mã,quã pmiſerat pdeceſſor ipſius.& intellige,ꝙ pmiſit poſt
confirma-



confirmationem de eo factam : alià s contra.8.q.3.c.Artal-
1 dus.& intellige , †ꝙ iuramentum ab eo pſtitum non aſtrin-
gebat eũ,ſi cenſus erat indebitus.s̃.de iureiur.c.q̃relam.& c.
tua. ¶Scd̃ò not.qd iuris, ſi eps̃ phibet ſubdito, ne ſoluat il-
lud,qd̃ pmiſit ſoluere cũ iuramento. vtrũ iuramẽto:vel iudi
cis mãdato dẽat potius ſatisfacere.Nã qñq; vni: qñq; alteri
obedire tenet̃.ſimile,cũ diuerſi iudices ſubdito mandant cõ
traria: cui potius eſt parendũ?de quo dic, vt s̃.de reſcri.c.cũ
contingat.& qd̃ no.Inno.de pben.c.cum iam dudũ.& de ap.
2 c.cũ parati. ¶Tertiò no.†ꝙ qñq; pp pceptũ iudicis excuſat̃
debitor , ſi nõ ſoluat debitum creditori : puta qñ obligatio
eſt ex cã minus iuſta,& tendit in piudicium eccleſiæ, non p-
ſonæ : ideò habuit eps̃ ius phibendi:alià s denunciatio tertii
non vr̃ iuſta,quominus debitor debitum creditori ſoluat.de
quo in l. non ſolum.§.fi.de oper.no.nũ.p Bar.facit quod no.
Inn.s̃.de offi.dele.c.ſanè.& l.ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſ.p Bar.
¶Quartò no. ꝙ poſt obligationẽ contractam contra ſolu-
tionem,quæ petitur eiuſdem prætextu, iuſtè obiicitur ineffi
3 cacia obligationis.põt ergo†conductor contra petentem cẽ
ſum, ſiue penſionem opponere,ꝙ obligatio eſt nulla.arg.cõ
tra.C.loca.l.ſi quis conductionis.& l.nec creditores.C.de pi
gno.ac. ſed ibi loquit̃ de exceptione excluſiua dñij rei loca-
tæ:quæ contra locatorem nõ admittitur. exce.aũt excluſiua
obligationis contractæ ad penſionem, vel cenſum admittit̃,
4 vt hic.¶Quintò no.†ꝙ nouus cenſus non poteſt imponi ec-
cleſiæ,etiam de auctoritate epi. quod intellige ſine cã:vel ſi-
5 ne conſenſu Capituli.vt j̃.dicam.¶Sextò no.ꝙ qñ obligatio
eſt illicitè contracta cum iuramento,poteſt peti relaxatio iu
ramenti.Illud ergo,quod dicit̃ in c.debitores. de relaxatio-
ne iuramenti ſuper vſuris, hẽt locum, quotieſcunq; contra-
ctus aliqua ratione eſt iniuſtus: vt per relaxationem iuramẽ
ti promiſſor ab eius obſeruantia liberetur.facit quòd not.&
dixi in c.cum contingat.de iureiuran.¶Oppo. prædeceſſor
iſtius cenſum ſoluerat , & ille eius ſucceſſor ſe ſoluturum cũ
iuramento promiſerat: ſi ergo ſe ſubtrahit à ſoluendo,videt̃
dñm.i. monachos ſua quaſi poſſeſsione ſpoliare . qa per illã
ſolutionem auctoris , & recognitionem ſucceſſoris (ſ.huius
rectoris) monachi erãt in quaſi poſſeſsione : quæ in iſtis in-
corporalibus, & annuis præſtationibus conſtituit̃ per ſolam
patientiã aduerſarij,vt l.quotiẽs.de ſerui.ſi ergo talis ſubtra
ctio habet vim ſpoliationis,malè facere vr̃ Papa,dũ mandat
inquiri de titulo monachorum.quia ſine tituli pbatione dẽt
ſpoliatus reſtitui , reſeruata probatione ti.in iudicio petito-
rio,vt in c.querelam.s̃.de elec.& c.in literis. de reſti.ſpo.vbi
ſine probatione ti.dẽt reſtitui ſpoliatus. hic aũt dicitur con-
6 trarium:ergò malè.ſo.†ſola ſolutio cenſus,vel promiſsio de
ſoluendo facta p rectorem eccleſiæ non valet ad conſtituen
dum eccleſiam cenſualem, ſi auctoritas epi non acceſsit.vt
s̃.c.præterea.& c.ſcientes.& c.auaritię. de pben.ex tali ergo
contractu inutili à iure reprobato non fuit quaſi poſſeſsio
acquiſita monachis.quia ex tali contractu inito contra iura
non quæretur vera poſſeſsio.caſus eſt in l.iubemus.C.de ſa-
croſan.eccle.ad fi.vel dic,ꝙ per ſolutionem cenſus fuit mo-
nachis quaſi poſſeſsio acqſita:ſed quò ad epm̃ erat iſta qua-
ſi poſſeſsio clandeſtina.ſibi ergo,cum ſciuit, fuit licitum ſpo
liare monachos auctoritate propria:quæ ſpoliatio in iſtis in
corporalibus reſultat per prohibitionem: de qua in text.Ad
hoc facit l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff. de acq.poſ.
& in ſimili dicit lex.ꝙ ſi ille,qui tenet à me poſſeſsionem,al-
teri tradat,me ignorãte:cum hoc ſciuero , poſſum illum ex-
pellere,vt l.peregre.§.quibus.de acqui.poſ.& s̃.de reſti.ſpo.
c.olim.1.& de acqui.poſ.l.ſi de eo.§.1.vel dic, ꝙ qñ notoriè
alicuius poſſeſsio eſt iniuſta,quia ius ſibi reſiſtit,põt inde ex
pelli propria auctoritate,vt c.ad decimas.de reſti.ſpo. ſi aũt
tali poſſeſſori non reſiſtit ius cõe : licèt ſibi de iuſtitia tituli
quæſtio moueatur. lite pendente non debet ſubtrahi poſſeſ-
ſionis cõmodum, vt s̃.de elec. c.querelam. vnde in caſu hu-
ius c. ſi monachi fuiſſent in quaſi poſſeſsione cenſus bona
fide , debebit eis de cenſu , lite pendente , reſponderi.facit
c.ex literis.& c.conſultationibus.de iur.pa. ¶Venio ad q.&
7 primò quero.†aliquis eſt in quaſi poſſeſsione exigendi cen-
ſum,quem debitor ſoluere detractat.quæ actio cõpetet con
tra eum per bonæ fidei poſſeſſorem? dicit Io.And.ꝙ aut iſte
ſe ſubtrahit à ſoluendo : quia dicit ſe ad cenſum non teneri.
aut dicit ſe teneri:ſed ſoluere non poſſe.primo caſu vr̃ illum
ſpoliare:ideò aget interdicto vnde vi,vel cõdictione ex De-
cre.querelam. de elec. ſcd̃o caſu dicit ipſe agendum vti poſ.
quia vr̃ dominum in ſua quaſi poſſeſsione turbare, arg.ff.vti
poſ.l.ſi duo.§.fi.& eodem mõ dicit agendũ contra eligentẽ,
vel inſtituentem in eccleſia , in qua habeo quaſi poſſeſsionẽ
prædictorum:& ẽt contra electum,& inſtitutũ conſentientẽ
illius electioni,& inſtitutioni,ſm̃ eum.tu de hoc dic latiùs,vt
no.in l.1.§.huius aũt interdicti.ff.vti poſ.& tangit Inno.s̃.de
reſti.in inte.c.2.& de ſepul.c.certificari.in 9.q.ver.& eſt idẽ.
¶Scd̃ò q̃ro:iſte tex.loquitur,cum eps̃ tertio petenti cenſum
8 ab eccleſia ſe opponit.†quid ergo ſi epiſcopus petit à cleri-
co obediẽtiam: vel aliud, ad quod ille tenetur de iure cõmu
ni: tñ ſubditus dicit ſe liberũ priuilegio , vel præſcriptione,
vel alio modo.dicit Inno.ꝙ ẽt ſi clericus denegat, & appel-
let:tamen ſequens excõicatio ligat eum, ſi verum eſt ipſum
nõ eſſe exẽptũ ab eo,qd̃ petit eps̃ altero ex prędictis modis:
nã quod petit eps̃, notoriũ iuris eſt.à notorio ergo iuris ap-
pel.non defendit appellãtem,vt c.cum Romana.de app.nec
in notorio reqritur ordo iuris,vt c.ad noſtram.de iureiu.ſe-
cus eſt ſm̃ Inn.ſi à clerico alterius diœceſis exigat obedien-
tiã:vel qd aliud debitum ſibi de conſuetudine,vel aliter: nõ
de iure cõi. nam tunc nõ teneret excõicatio poſt appellatio
nẽ lata,ẽt ſi in rei veritate petita p epm̃ deberent̃.Alij dicũt,
ꝙ per excõicationẽ ẽt illo caſu põt eps̃ defendere ſuã quaſi
poſſeſsionẽ,ar.de app.c.cum ſpãli.§.porro. ego hoc nõ cre-
do. quia licèt clericus vnius diœceſis vni epo teneat̃ ad cen
ſum,vel ad aliud:non tñ ex hoc efficit̃ ſubditus ſuus.p iuri-
bus ergo ſibi denegatis corã ordinario ipſius clerici eſt agẽ
dũ.facit qd̃ not.Inno.s̃.de fo.compe. c.poſtulaſti.& vide ad
pdicta.c.cũ pſonæ.de priuile.li.6. & p Ho.in sũma. qualiter
ſit appellatio facienda.ſub.§.ego abbas.& §.ſe. vbi qd̃ dicit
s̃.Inn.ꝙ app. non defendit clericũ denegantẽ epo obedien-
9 tiã,non pcisè approbat. ¶Tertiò q̃ro. †Abbas excõicat ſa-
cerdotem,ſi non ſoluat ſibi cenſum: eps̃ eum excõicat,ſi ſol
uit:cui potius obtemperabit?gl.2.tenet, ꝙ epo.dicit Goff.&
idẽ Ho.ſi certũ ſit deberi, dẽt ſoluere. ſi dicat cõtrariũ , non
ſoluat:ĩ dubio obediat epo. 11.q.3.c.qd ergo. vel ad cautelã
poterit ab iſtis mandatis cõtrariis appellare,& tutus erit.fa
10 cit.s̃.de reſcri.c.cũ contingat.¶Quartò quæro.†iurauit de-
bitor ſoluere creditori debitum infra menſem:infra quẽ cre
ditor condẽnatus eſt:vel accuſatus de graui crimine: pp qd̃
bona veniunt publicanda. Iudex pcipit debitori, ne illi ſol-
uat:an ſi obtẽperet pcepto iudicis, nõ ſoluendo in termino,
euitet pœnã periurij?vr̃,ꝙ diſtinguat.qa aut tale pceptũ iudi
cis fuit iniuſtum.qa nondum erat lata ſnĩa ſuper crimine:&
ſoluere tenet̃,non obſtante pcepto iudicis iniuſto,p qd̃ obli
gationis executio non ſuſpendit:& imputet ſibi debitor , ſi
ab eo non appellauit.ff.de mi.l.ait ptor.1.rñſo. pendente.n.
accuſatione ſup crimine,non videtur,ꝙ bonorũ adminiſtra
tio dẽat auferri debitori,niſi ipſorum alienatio.vt plenè no.
Bar.ff.de dona.l.poſt contractũ.& l.reo ff.de ſolu. ſi aũt lata
fuit ſnĩa,& p eam bona confiſcata:tunc talis debitor tenetur
ſoluere fiſco,vt hæredi.ff.ad leg.Iu.ma.l.fi.& C.de bo.dam.l.
fi.& vide in Spec.de ſolu.§. nunc aliqua.verſi.illud autem.&
quod dixi.s̃.quod metus cauſa.c.1.vbi videas. ¶Quintò q̃-
11 ro.† pone, ꝙ ab antiquo cenſus fuit impoſitus,& ex cauſa le
gitima : erat tamen extincta obligatio per præſcriptionem:
nunc verò de nouo renouatus eſt auctoritate epiſcopi: nun
quid ſolui debeat?videtur , quòd non.quia obſtat præſcri-
 ptio.

ptio.arg.ĩ.c.olim.& c.cum canonicis. cõtrariũ tenet Ho.tũ
qa contra cenſum non pſcribitur. C.de præſcri.30.an.l.ma-
lè agitur.de relig.domi.c.conſtitutus.tum qa aliud eſt de no
uo imponere:aliud renouare. de iudi.c. conſuluit. cũ cõcor.
tñ quia non vr̃ facta deterior cõditio eccleſiæ,ſi ad id, quod
ab initio impoſitum fuerat,reuertitur. ff.de pact.l.ſi vnus.§.
petens.tum quia caſus vr̃ in c.cum venerabilis.& ſ̃.eo.c.ſcié
12 tes.¶Sextò quæro.†an ad conſtituendum eccleſiam cenſua
lem ſufficiant iſta duo.ſ.auctoritas epiſcopi, & iuſta cã.dicit
Ho.ꝙ ẽt requiruntur alia duo, ſcilicet auctoritas, ſiue con-
ſenſus ſui Capituli.de his,q̃ fi.à præ.c.tua.& c.paſtoralis.Itẽ
requiritur conſenſus eccleſiæ:cui cenſus imponitur, ſi ſit cõ
uentualis.de rebus eccle.non ali.c.1.de tranſ.c. de cetero.ĩ.
c.quanto. fatetur tamen,ꝙ ſola auctoritas epi ſufficit ad trã
ſferendum iuſtum titulum præſcribendi. quod dictum re-
probaui in c.cura.ſ̃.de iure patro.dic vt ibi.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus viſitans prouinciam etiam à monaſterijs prouinciæ procurari debebit.*
2 *Abbas poteſt ab alijs abbatibus eiuſdem litis conſortibus procurator conſtitui.*
3 *Literæ abbatis faciunt fidem de procuratione.*
4 *Conſuetudo totius prouinciæ ligat illos,qui in vna ciuitate prouinciæ moram trahunt.*
5 *Obſeruantia legis non mutat ſpeciem iuris.*
6 *Archiepiſcopus poteſt viſitare prouinciam ſuam, & procurationẽ exigere à locis viſitatis de iure communi.*
7 *Epiſcopus an poſsit viſitare hoſpitalia inferiorum, de quibus neſcitur,fuerint conſtructa auctoritate epiſcopi,necne.*
8 *Hoſpitalia ſunt loca pia. Et cenſentur eccleſiaſtica,vel quaſi.nu.9.*

1 SOpitę. †Archiepiſcopus viſitans prouinciam
etiam à monaſterijs prouinciæ procu-
rari debebit.prima pars factum narrat.ſecunda dif-
finit,ibi[inde eſt.]¶No.primò. ꝙ quando ſuper procuratio
ne præſtanda oritur cõtentio inter ſuperiorem,& ſubditos,
eſt adeundus ſuperior.nec debet ille cognoſcere,qui vendi-
cat ſibi dictam procurationem.de quo.ĩ.eo.c. venerabili.&
2 quod dixi.ſ̃.c.proxi. ¶Secundò not. †ꝙ vnus abbas poteſt
ab aliis abbatibus eiuſdem litis conſortibus procurator cõ-
ſtitui.facit ſupra de confirma. vti,vel inuti. c. cum dilecta.de
tranſactio.c.contingit. de monacho an poſsit conſtitui pro-
curator monaſterij, epiſcopi , vel alterius.dic vt ſ̃.de poſtu.
c.2. & plenius. ſ̃. de re iudica.c.cum.I.& A. vide cle.ſi reli-
gioſus.de procura.in cle. ¶Tertiò not. ꝙ iſte abbas porta-
3 uit literas aliorum abbatum.& ſic no. †ꝙ literæ abbatis fa-
ciunt fidem de procuratione . de quo plenè dic,vt not. ſ̃.de
proba.c.poſt ceſsionẽ.¶Quartò no. in ver.ſed tu.ꝙ iſte ar-
chiepiſcopus allegauit conſuetudinem præſtationis in aliis,
4 & quaſi poſſeſsionem in mona.Bonon.& ſic vr̃. †ꝙ conſuetu
do totius prouinciæ liget illos,qui in vna ciuitate prouinciæ
morã trahunt.licèt.n. pſcriptio non extendatur ad alias res,
vel pſonas, q̃ præſcriptum fuerit : tñ conſuetudo bene vltra
protenditur.de quo dic,vt no.Inn.ſ̃.de offi. archi.c. dilecto,
& ſ̃.de præſcri.c.auditis.& l.1.§. ſi quis hoc interdicto.ff.de
itine.actuq; priua.¶Quintò no.ꝙ qñq; ius cõe conſuetudi-
ne adiuuatur. & tunc nihil oportet firmius permanere . non
5 tñ conſuetudo appellabitur:ſed ius ſcriptum. †qa obſeruan
tia legis non mutat ſpeciem iuris : ſicut nec ſtatutum diſpo-
nens illud idem. quod ius cõe,iuxtà no.in c.1.de conſti.lib.
6.Iſti ergo archiepo ſufficiebat ius cõe, vel gñalis conſuetu-
do.qa cum non eſſet contra ius,erat extẽdenda ad eccleſias
6 ſimilis conditionis,ſm̃ Io An.¶Sextò no.†ꝙ de iure cõi po
teſt archieps viſitare prouinciam ſuam , & procurationẽ exi
gere à locis viſitatis:videbatur contrarium,niſi in caſu,quo
eps neglexiſſet : cum de iure cõi non habeat archieps potę-
ſtatem in diœceſibus ſuffraganeorũ : niſi quatenus canones
ſibi concedunt.& hoc(ſ.ꝙ viſitare poſſet) non erat in cano-
nibus expreſſum. ꝓ quo dicto.ſ̃. de offi. ordi. c. paſtoralis.
xenodochiis. nam quamuis tale oratorium ſit grangia;
tamen



tñ miniſter eius erit epo præſentandus,ar.16.q.1.c.in paro-
chia.Subdit Io.An.ꝙ aliqui contradicunt, & fortè bene. qa
iſta intitulatio non videtur cadere in ſimplici oratorio.& qa
per hoc præiudicatur rectori eccleſiæ parochialis, vbi orato
rium ſitum eſt:in cuius quidẽ parochia nõ videtur,ꝙ alij poſ
ſit cura cõmitti:niſi fortè conſtruatur eccleſia,vt dicit tex.j̃.
de ec.ædi.c.2.¶Ex prædictis habes,ꝙ ſunt loca orationibus
deputata,tñ non gaudent immunitatibus eccleſiarum.ſimi-
liter ſunt perſonæ deuotæ,in quibus eſt reperire accidẽtia re
ligioſorum ſine ſubiecto,vel ſubſtantia: vt ſunt eremitæ, &
alij vitam religioſam eligentes: qui tñ non renunciant pro-
prio,vel vxoribus.& iſti ſimiliter non gaudent priuilegio cle
6 ricorũ.† nam & illi,qui ſunt in collegio alicuius artis: ſi ipſã
non exercent, non debent gaudere priuilegio illius artis.ff.
de iure immu.l.ſemper.§.quibuſdã.& l.ſub pretextu.C.de ſa
croſ.eccl.& d.l.ſemper.§.negotiatores.& circa hoc vide, qđ
no.Bar.in d.§.quibuſdã.de iſtis fratribus tertij ordinis de pę-
nitentia,& tertij ordinis ſancti Franciſci, an gaudeant priui-
legio clericorum.facit j̃.de priuile.c. vt priuilegia &c.

## De conſecratione eccle. vel altaris.

DICTVM eſt ſupra de cen.ſed quia in con-
ſecratione eccleſiarũ conſueuerunt immu-
nitates concedi.& cenſus etiã retineri:ideo
&c.Vel aliter, ſm̃ Hoſt.continuando ad in-
feriora. Quia Miſſę, de quibus dicturi ſu-
mus,non ſunt celebrandæ, niſi in eccleſijs,
vel altaribus conſecratis:ideò &c. habetur de materia de cõ
ſe.di.1.& 58.diſt.c.eccleſijs.& 1.q.2.c.1.& repetitur in 6.
cui conuenit de reli.do.c.1.de ſimo.c.cum ſit.de adul.c.ſigni
ficaſti.de priuile.c.tuarum. in prin.

SVMMAE.

1 *Sigillum in altari quid dicatur.*
2 *Altare quomodo conſecretur, & erigatur. Et motum qualiter recon
ſacretur. nu.4.*
3 *Reliquiæ qualiter ponendæ ſint in ſigillo altaris: & quid ſi haberi nõ
poßunt, an ſufficiat corpus Chriſti.*

AD hęc. Moto altari, vel lapide continẽ
te ſigillum,cõſecrabitur altare:
ſed non eccleſia.¶Not.primò,ꝙ inter altare,&
lapidẽ ponitur alternatiua. ex quo patet diuerſum eſſe vnũ
ab altero,vt no.in fi.ff.de iuris,& fac. igno.in rub. ¶Secũdò
1 not.†ꝙ eſt lapis in altari,qui continet ſigillum:& dicitur ſi-
gillum forma, quod aliter dicitur ſepulchrũ: & hanc formã
qñq; ponit in ſuperiori parte.ſ.in medio tabulę ſuperioris,
& clauditur paruo lapide quadrato,vel rotundo: qñq; poni-
tur ſub tabula,& clauditur cum ipſa tabula:& tunc ſi mouea
tur ipſa tabula,non eſt dubium, quin conſecrandũ ſit altare.
2 & ſic põt loqui de conſe.di.1.c.ſi motum. † Interdum poni-
tur retro altare,vel ante,vel à dextro latere altaris:& claudi
tur tm̃ paruo lapide,& non magna tabula.& appellatur ideo
ſigillũ,quaſi illud ſignans.demonſtrat enim, & ſignat,cuius
eſt:& ſolent in illo ſigillo,ſiue ſepulchro poni reliquiæ,& no
mẽ epi conſecrantis,& nomen ſancti,in cuius conſecrat ho-
norẽ.& eſt iſte lapis,de quo dicitur in ordinario pontificali,
ꝙ epĩs ipſum confirmet ſubter chriſmate,ſic dicendo.Sancti-
ficetur hoc ſepulchrũ in noĩe patris &c. & poſtea ponat ta-
bulam ſuper reliquias:& dẽt tabulã ibi firmare cum calce,ſi
ue malta confecta ex aqua ſolẽniter bñdicta. & ſic oportet
epm̃ eſſe cementariũ.credit tñ Hoſt.ſufficere,ꝙ epĩs liniat lo
cũ circũquaq;, & ſuperponat lapidẽ, ſicut ſciuerit,& poterit:
& poſtea melius firmet,& aptetur per ſacerdotem,ſi talis p̃-
ſens eſt, qui ſciat hoc facere: alias ꝑ clericum. & ſi hoc ne-
ſciũt facere,fiat per laicũ cementariũ. quia neceſſitas legem
nõ habet. de cõſe.di.1.c.ſicut.& ſic debet intelligi,quod in
eodẽ libro ſequitur. quia miniſtri liniant mẽſam, & optimè
firmẽt.& hoc eſt,qđ habet Gen.28.& 80.di.c.epi.Iacob tu-
lit lapidẽ,& erexit in titulũ fundens oleũ deſuper. ex his er-
go intellectis patet,qualiter conſecrẽt, & erigat altare. Sed
quia dixi.s̃.ꝙ in illo ſigillo,ſiue ſepulchro ſunt ponendæ reli
3 quiæ. † quomõ intelligi debeat:& quid ſi reliquiæ haberi nõ
pñt,dixit Ioan. ꝙ ſufficit pro reliquijs corpus Chriſti,vt ipſe
no.de conſe.di.1.c.placuit.in prima glo.Hug.dixit reliquias
non eſſe de ſubſtantia,ſed de honeſtate.100.di. c.nullus.di-
cit Io.And.vidiſſe epos,qui quærunt reliquias triũ ſanctorũ,
putantes id eſſe de ſubſtantia.quod non placet ſibi: licèt ſa-
ctũ ſit cõmendabile,& deuotum.Hoſt.in ſumma. eo. tit. di-
cit ſe cõſuluiſſe, ꝙ corpus Chriſti ſufficiat pro reliquijs. qđ
etiam liber pontificalis videtur velle dicit tñ,ꝙ Inno.de cõ-
ſilio aſsiſtentium rñdit contrariũ.pro quo facit. quia corpus
Chriſti eſt cibus animę.de conſe.diſt.2.c.panis. & calix.& c.
nõ iſte panis.& c.in illo. nec ſeruari debet:ſed totũ poſt con
ſecrationem ſumi.e.di.c.cõperimus.j̃.ti.1.c.ex parte. niſi id
fiat ad opus infirmorum.e.di.c.tribus.de cuſto.eu.c.1.& no.
de offic.archipreſ.c.3.& vtendũ non eſt rebus, niſi ad id, ad
quod inſtitutæ ſunt.de app.c.3.in prima gl.fertur tñ de Leo-
ne Papa,ꝙ deficientibus reliquijs,dedit partem corporalis,
& euchariſtiæ pro reliquijs pro dedicatione eccleſiæ.¶Vlte
4 rius q̃ro.dictũ eſt s̃.qualiter erigat,& cõſecretur altare.†vi-
dendum eſt,qualiter motũ debeat denuo cõſecrari. & circa
hoc primò dicit de altari viatico,ꝙ per mutationem,& dela
tionẽ nõ execratur.& hac rõne dr̃ viaticum: quia moueri, &
deferri põt.j̃.de priuile.c.in his.& e.tit.c.ſi.lib.6.& quod no.
Io.An.j̃.de priule.c.ligneis.& de conſecra.di.1.c.Miſſarum.
& ſi in iſto viatico altari moueatur lapis ſigilli, cõſecrãdum
eſſet. Itẽ (vt dictũ eſt s̃.) qñq; foramen ponitur in ſuperiori
parte.ſ.in medio tabulæ ſuperioris, & clauditur paruo lapi-
de quadrato,vel rotundo. qñq; ponitur ſub tabula, & claudi
tur cum ipſa tabula:& tunc ſi moueatur ipſa tabula, non eſt
dubiũ,quin conſecrãdũ ſit altare.de conſe. diſt.1.c. ſi motũ.
Idem ſm̃ Pe.ſi concuſſa ſit,ita ꝙ moueat, licèt remota nõ ſit.
idem ſi ponitur retro,vel ante, vel à dextro latere altaris, &
clauditur tm̃ paruo lapide, & nõ magna tabula. in quo caſu
ſi moueatur ille paruus lapis, ipſum altare eſt reconſecran-
dũ.Ille.n.eſt lapis, de quo hic loquitur. in hoc ẽt caſu ſi mo-
ueat,vel rumpat tabula ſuperior, reconſecrandũ eſt altare.
j̃.e.c.qđ in dubijs.ſm̃ Inno.¶Vltimò hic videtis,ꝙ licèt alta
re ſit recõſecrãdũ:nõ tñ eccleſia iterare conſueuit conſecra-
tionẽ.econuerſo autem dic,vt j̃.c.propoſuiſti.

SVMMAE.

1 *Eccleſiæ poſſunt conſecrari diebus etiam non feſtis.*
2 *Epiſcopus ſi conſecrat in aliena diœceſi: licèt valeat conſecratio, pu
nitur tamen.*
3 *Conſecrationes virginum an poßint fieri.*

1 TVa. †Diebus etiã non feſtis pñt eccleſiæ conſe
crari.¶No.primò, ꝙ iſtã conceſsionẽ fa-
2 cit Papa epo in ſua diœceſi tm̃.† In aliena ergo nõ
debet:licèt valeat conſecratio, ſi hoc faciat: tñ punit.qđ dic,
3 vt 7.q.1.c.in diœceſi.¶Quærit glo.† qd de alijs cõſecratio-
nibus(puta virginũ)an poſsint fieri diebus priuatis. dicit, ꝙ
ſic,ꝑꝑ neceſsitatẽ. ordines autẽ ſunt certis tẽporibus cõferẽ
di,& in hoc differunt: & meritò quia inter conſecrationẽ rei
animatæ,& inanimatæ diſtingui debuit. ſicut & alias no. de
reli.do.c.ad hoc. Itẽ nõ ita reiteratur conſecratio perſonæ,
ſicut altaris,ſiue rei inanimatæ.nã licèt pſona mutet ſtatum:
tñ character impreſſus animę nõ aboletur.& ruſus ſi ad ſta
tum bonum reuertitur,non reiteratur,vt not.in c. degrada-
tio.de pœnis.lib.6.& C.de ſacra.non reite.

*S V M M AE.*

1 *Fractum aliquid eſſe, vel enormiter eliſum, paria ſunt.*
2 *Statutum ſi imponit certam pœnam pro vulnere: ſi non ſit vulnus, ſed tumor, pro vulnere reputatur.*
3 *Miſtura quando fit duorum, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, & naturæ, iudicamus illud compoſitum ſecundùm naturã ſimplicis dignioris.*
4 *Oleum non ſacrum quando commiſcetur ſacro, quare nõ indiget cõſecratione.*

QVod in dubijs. Not. primò hic de forma conſecrationis. debet enim tabula benedici. dixi. s̃.e.
1 c. 1. ¶ Secundò not. † ꝙ paria ſunt aliquid eſſe fractum, vel
2 enormiter eliſum. & per hoc in fi. dicit Bart. † ꝙ ſi ſtatutum
imponit pro vulnere certam pœnam: ſi nõ ſit vulnus. i. ſciſſura, ſed tumor, pro vulnere reputatur. ¶ Tertiò not. in ver.
3 nec negamus. † ꝙ qñ contingit miſtura duorum, quæ ſunt
diuerſæ ſpeciei, & naturæ, iudicamus illud compoſitum ſecũdùm naturam ſimplicis dignioris. dixi. s̃. de iudi. c. quãto. pone exẽplum hic, & vide l. quæritur. de ſtatu ho. & vide exemplum de rerum diui. qñ de vino, & melle fit mulſum: vel de tuo frumento, & meo fit farina: vel de cõi lana veſtimentum. qñ. n. eſt difficilis ſeparatio commiſtorum. quid iuris ſit, ibi videas. Sed dices quò ad caſum c. ſi tabula frangitur, vel mo
4 uetur, denuo fit conſecratio, vt hic. † quare ergo nõ ita, cum
non ſacrum oleum cõmiſcetur ſacro, cum ex hoc quædam commotio per talem miſturam contingat? dicit Ioa. An. ꝙ iſta fuit rõ dubitandi. Rurſus quare ſi vinum cõmiſcetur ſanguini, non fit ſanguis: ſicut hic non ſacrum oleum fit ſacrum. gl. tangit, ſed nõ reddit rõnem diuerſitatis. Io. An. poſt Pet. & Ab. reddit rõnem differentiæ talem. quia oleum conſecratum remanet oleum. & ideo non eſt mirum, ſi liquorem olei ſibi commiſcet, ẽt per minuta: ſed vinum tranſit in ſanguinẽ. & ſic aliud vinum admiſtum non eſt eiuſdem liquoris. Item ſicut ſanguis ille eſt incommutabilis, ita & incommiſtibilis: vel faciat hoc virtus ſacramenti. in iure ẽt ciuili pp difficilẽ, & duram ſeparationem reperitur à iure receſſum. pone exẽplum in l. prægnantes. ff. de pœn. & l. Imperator. de ſtatu ho. & s̃. de ſepul. c. ſacris. vbi tetigi de iſta difficili ſeparatione. facit l. ita vulneratus. ad leg. aqui. ¶ Vltimò gl. arguit econuerſo ad tex. quòd minus dignum trahat ad ſe magis dignũ, d. c. ex literis. de iure patro. dicit Io. An. ꝙ primum eſt regulare, videlicet ꝙ magis dignum trahat ad ſe minus dignum. ad hoc. j̃. e. c. vno. lib. 6. vel dic, ꝙ ĩ c. ex literis. vniuerſitas, cũ qua tranſit ius patronatus, reputatur dignior. quia ẽt ius patronatus eſt temporale, licèt miſtum: ſecus ergo ſi eſſet merè ſpirituale, puta eccleſia. quia non tranſiret tunc cum iure patronatus, vt no. in d. c. ex literis. dic vt ibi.

*S V M M AE.*

1 *Reconciliatur eccleſia, quæ per homicidia, vel vulnera hominum eſt polluta. & nu. 3.*
2 *Iudex debet rixis occurrere, & occaſiones auferre.*
4 *Epiſcopus cuius expenſis debeat accedere ad eccleſiam, quæ indiget reconciliatione.*
5 *Eccleſia quando debeat conſecrari.*
6 *Altaria ſi non ſint mota, an debeant reconſecrari, exuſta eccleſia.*
7 *Aqua, vinum, & cinis benedictus, quæ requiruntur in reconciliatione eccleſiæ, quid ſignificent.*

1 PRopoſuiſti. † Reconciliatur eccleſia, quæ per homicidia, vel vulnera hoĩm eſt polluta. & ſunt duæ partes. cõſultatio, & reſponſio, ibi [fraternitati.] ¶ Not. 1. ꝙ qñq; ex leui cauſa hoĩes veniunt ad rixas. & arma. fatua. n. erat iſtorum
2 contentio: licèt bono zelo mouerentur. † Iudex tñ dẽt rixis
occurrere, & occaſiones auferre, qñq; poſſeſsionem, de qua eſt contentio, ſequeſtrando, vt no. Inno. s̃. de ꝓba. c. in pñtia. & l. æquiſsimum. de vſufru. facit 46. di. §. 1. & §. ecce. & c. ſe.
3 ¶ Secundò no. † ꝙ ꝓpter homicidia, & vulnera, q̃ fiunt intus
eccleſiam, dẽt eccleſia reconciliari. & aduertẽdum, ſm̃ Ioa. An. ꝙ vulnera non fiunt ſine ſanguine: homicidia verò ſic, puta ſi ſtrangulatur, vel laqueo ſuſpendatur. qũocunq; ergo iſta intra eccleſiam cõmittuntur, fit recõciliatio. de quo dic, vt j̃. e. c. 1. li. 6. vbi quid iuris de homicidio contingente caſu: vel de ſanguine ibi caſu ſparſo, fortè de naribus. & quid iuris, ſi alibi vulnus infligitur, & ſanguis intra eccleſiam funditur, vel ecõuerſo. dic. vt ibi. quid iuris de ſanguine animaliũ ibi effuſo, vel hominum ſuper tecto. ibi videas. ¶ Quærit
4 Io. An. † cuius expenſis dẽt eps̃ accedere ad eccleſiam, q̃ in-
diget reconciliatione ex cauſis ꝑdictis octo. s̃. de offi. or. c. conquerentẽ. dicit, ꝙ eps̃ non ꝓcurabitur hoc caſu: cum nõ ſit expreſſum in iure. & propter illud onus, & alia ſint ibi eccleſiaſtici redditus deputati. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni. Non ob. c. cum ſicut. de ſimo. quod loq̃tur in cõſecratione, non in reconciliatione. & hoc placet Archi. de cen. c. 1. li. 6. aliquibus vr̃, ꝙ eps̃ procurabitur ab eo, qui violauit eccleſiã. j̃. e. de iniur. c. ſi. cum concor. Si verò non apparet, quis fuerit: vel non ſit ſoluendo, recurretur ad ſtatutum, vel conſuetudinem loci: & his deficientibus, parochiani cum rectore cõtribuant. facit quod no. de ec. ædi. c. 1. ſi ſoluendo nõ ſunt, eps̃ gratis faciat. 1. q. 2. c. placuit. & 10. q. 3. c. cauendum.
5 ¶ Quærit ſecundò † quãdo eccleſia debet conſecrari. a dicit
a gl. in multis caſibus: ſi dubitatur: ſi comburatur: ſi deſtrua-
tur, &c. vt in iſtis verſibus.

*Templa, cruor, ſemenq; piant dubium, rogus, atq;*
*Dirutio reſecant: ſed menſam fractio motus.*

Quò ad primum, qñ dubitatur, quærit Io. An. qñ hoc contingat. dicit, ꝙ qñ non apparet ſcriptura in libro eccleſiæ, columna, vel tabula marmorea: vel vnus teſtis deponat de viſu, vel ſm̃ quoſdam de auditu. allegat de conſe. di. 4. c. paruulos. 24. q. 2. c. ſanè. Ideò aũt hæ ſemiplenæ ꝓbationes ſufficiũt: quia aliis non fit pīudicium. arg. l. theſaurus. ff. ad exhi. & s̃. de re iudi. c. cum Bertoldus. de cruore, & ſemine dic, vt j̃. e.
6 c. vno. li. 6. & s̃. tetigi de cruore de reg. † quæritur, an exuſta
eccleſia, debeant reconſecrari altaria, ſi non ſint mota. vr̃, ꝙ non. qa tunc altaria reconciliari debent, qñ menſa, vel tabula alterius diſſoluitur à iunctura. vt s̃. c. 1. Io. An. dicit cõtrarium. qa conſecratio eccleſię conſiſtit in exteriori linitione parietum ab interiori parte eccleſiæ: ſed conſecratio altaris conſiſtit intra parietes, & iuncturas: vnde exuſtio operatur reconſecrationem vtriuſq;, ſi eccleſia deſtruatur. qd ſi corruat tectum, vel parietes, altaribus nõ motis, nec fractis: an debeant eccleſia, & altaria conſecrari? dic, vt in gl. facit l. pacta conuenta. §. ædem ſacram. ff. de contrahen. emp. ſubdit Io. An. vnum verbum, ꝙ eccleſia qñq; indiget recõſecratione, & non altaria. qñq; econuerſo: ſed in reconciliatione
7 ſecus propter cõnexitatem. ¶ Quæro † quid ſignificetur per
aquam, vinum, & cinerem benedictum: quæ tria req̃runtur in reconciliatione. dicit Io. An. ꝙ per aquam ſignificatur populus. j̃. ti. 1. c. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. per vinum commiſtũm aquæ ſignificatur vnio deitatis, & humanitatis. per cinerem deſignatur memoria Paſsionis, ſecundùm Io. An.

ADDITIO.

a ¶ Conſecrari. Vide Io. de Tur. cremata in ca. eccleſiæ. de conſe. diſt. 1. Et an miſſæ celebratio ſit de eſſentia conſecrationis. vide eundem in c. 1. de conſe. diſt. 1. Ratio dubitandi in iſto cap.

*S V M M AE.*

1 *Simul fieri dicitur non ſolum, quod fit in eodem momento temporis: ſed etiam quod diuerſo, dum tamen continuato tempore.*
2 *Conſecrari poſſunt ſimul plures eccleſiæ, plura altaria, & etiam plures epiſcopi.*





CVm ſis. Quærit Io. An. quæ fuit ratio dubitandi in 1. c. dicit, ꝙ fuit iſta: quia ſicut vna die non poſſunt plures ſacri ordines conferri: ita fortè putabat nõ poſſe in vna eccleſia ſimul plura altaria conſecrari. vel ſecundùm Hoſt. ſicut non dẽt in die dici niſi vna Miſſa. j̃. ti. 1. c. conſuluiſti. ſic putabat, ꝙ non deberent conſecrari plura altaria, vel plures ep̃i, maximè cũ conſecrationes illæ requirant Miſſam. de quo. s̃. de ele. c. qd̃ ſicut. vel ſm̃ eum. ſicut vno momento tp̃is non põt ſimul niſi vna eccleſia conſecrari. j̃. ti. 1. c. cũ ſicut. ſic videbatur de altaribus, & ep̃is ſentiendum. ſed, vt ipſe dicit. non poſſunt ſic plures eccleſiæ intra vnam eccleſiam: ſicut plura altaria, & plures ep̃i conſecrari. ſed certè, poſtquam ſimul fiunt, non eſt curandum de pluralitate, ar. l. pluribus. de verbo. ob. & l. duo rei. de duo. re. Sed dices. cum conſecratio cuiuſlibet altaris, & ep̃i requirat verba: non videtur poſsibile, ꝙ ſimul & vno contextu plures eccleſiæ, vel ep̃i conſecrentur, pp interuallum temporis, qd̃ denotat rem diuerſam non ſimul fie
1 ri: vt patet in teſtibus in l. teſtium. C. de teſti. ſo. dicas, † ꝙ ſi-
mul fieri dicitur non ſolum quod fit in eodem momento tẽporis: ſed ẽt quod diuerſo, dum tamen continuato tempore. ad hoc optimè l. quod ait §. ſi. de adul. & qd̃ not. in l. ob cau-
2 ſam. ff. de teſti. & ibi gl. quæ allegat. c. de parentela. † Conclu
de ergo, quòd ſicut in vna Miſſa poſſunt multæ euchariſtiæ conſecrati: ita plures eccleſiæ, & plura altaria, & ẽt plures epiſcopi conſecrari, & plures clerici ordinari. & hoc in eodẽ loco, in quo Miſſa dicitur: vbi facta conſecratione, vel ordinatione, non credo, ꝙ in alio loco vigore eiuſdem Miſſæ cõſecratio, vel ordinatio fieri poſſet.

*S V M M AE.*

1 *Corruente tecto parietibus illæſis, menſa tantùm altaris modicũ fracta, nec altare, nec eccleſia conſecratur.*
2 *Altare viaticum nõ execratur: quamuis remoueatur lapis à ligno.*

1 LIgneis. † Corruente tecto parietibus illæſis: menſa tantùm altaris modicum fracta, nec altare, nec eccleſia conſecratur. duo dicit.
2 ſecunda ibi [Inquiſitioni.] per hanc Decre. dicit Ab. † ꝙ al-
tare viaticum eſt. & ſi remoueatur lapis à ligno: nõ per hoc ſit execratum. quia non in ligno: ſed in lapide conſiſtit conſecratio. & hoc verum eſt, ſm̃ Ioã. And. quando lapis extractus eſt à ligno per ſe, altare habens, ſigillum, & ſepulcrum: ſecus eſt, ſi in formam ligni erat ipſum ſepulcrum. Item pondera, quod dicit tex. [caſu combuſtum.] nam ſi violẽtia. dic, vt j̃. eo. ca. fina.

*S V M M AE.*

1 *Cemiterium dicitur pollui, ſi in eo ſepelitur excommunicatus.*
2 *Sepelire præſumens corpora excommunicatorum, eſt ipſo iure excommunicatus.*
3 *Eccleſia vel cemiterium ſi conſecrantur, vel benedicuntur ab epiſcopo publicè excommunicato, an ſint conſecrata.*

1 COnſuluiſti. Not. primò, † ꝙ polluĩt cemiteriũ, in quo ſepelitur excõicatus. & ille qui ſcienter corpora taliũ ſepelire præſumpſerit, excõicatus eſt ipſo iure. j̃. de ſepul. c. 1. in cle. & j̃. de priuile. c. ad hoc. in prima gl. & nõ ſolũ polluitur, ſi excõicatus ſepelitur: ſed ẽt ſi pollutum ſit ſangui-
2 ne, vel ſemine. j̃. e. c. vno. li. 6. † ex quibus ergo cauſis reconci
liaĩ eccleſia, ex eiſdem dẽt reconciliari cemiterium. & pp hoc cõis rubrica ponitur in pontificali de recõciliatione eccleſiæ, & cemiterij ſimul, & cõnexè tractando: vt doceat vno polluto, reliquũ pollutam. qd̃ dic, vt j̃. e. c. vno. li. 6. & iſtã ſimilitudinem vult notare hic tex. dũ dicit [ſicut in debitoribus] &c. quaſi dicat. ſicut aqua, cum qua conſecraĩ eccleſia, eſt ſolẽniter bñdicenda p ep̃m: ſic & illa aqua, cũ qua reconciliaĩ cemiteriũ. & ſicut eccleſia cõſecraĩ cũ aqua ſic ſolẽniter p ep̃m bñdicta: ſic & cum tali aqua reconciliandũ eſt ce
3 miterium, & aſpergendum, ſm̃ Inn. ¶ Quærit Ioã. An. † qd ſi
eccleſia, cemiterium, vel aliud ſacrum conſecraĩ, vel bñdicitur ab ep̃o publicè excõicato. dicunt q̃dam, ꝙ indigẽt reconciliatione: antequam fideles vtantur eis vt ſacris. de quo s̃. de ſacra. non rei. c. 2. nam ſi corpus excõicati mortui eccleſia execrat, vt hic. & de conſe. di. 1. c. eccleſiã. fortiùs vbi cõſecratio tranſit, & ꝑficitur per manus excõicati. & ſicut de ſimoniaco ſimoniacè promoto dr̃ intus ortus occidit: ſic dici põt de tali conſecratione. quod intellige verũ, quò ad reconciliationẽ: aliàs vera ſunt ſacramenta, dũmodo ſint exhibita in forma Eccleſiæ. de ſacra. non rei. c. 1. & 2. vel dic, ꝙ iſta iura, quæ dicunt, quòd ſint vera ſacramenta, debent intelligi quò ad corpus Chriſti: quod perfectũ eſt, à quocunq; presbytero perficiatur in forma Eccleſiæ. nec eget reconciliatione. Idem in baptiſmo, & aliis ſacramẽtis. s̃. de ſumma Trini. c. 1. & 1. q. 1. c. multi. ante fi. In aliis verò exterioribus benedicendis, & conſecrandis obtinet, quod dictum eſt de reconciliatione.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſiam qui fecit conſecrari, debet eam dotare.*
2 *Dos eccceſiæ quanta eſſe debeat.*
3 *Epiſcopus ſi fundat eccleſiam ſine dote, an cogetur eam dotare.*

1 CVm ſicut. † Qui fecit eccleſiam conſecrari, eã dotare teneĩ in prima narratio. in ſcd̃a exhortatio, ibi [cũ non.] ¶ Quærit glo. quia ſine dote non debet eccleſia conſecrari.
2 1. q. 2. c. placuit. † quanta debebit eſſe iſta dos. diſtinguit gl.
vtrùm eccleſia, quæ fundatur, fundetur ad finem, vt ſit conuentualis: vel ſimplex ſine collegio, vt in ea patet. Ho. dicit, ꝙ ſi tãnta deberet eſſe dos, vt dicit gl. pauci inuenirẽtur fundatores, qui ad hoc vellent aſtringi. dicit ergo, ꝙ cõiter ſufficit vnus manſus. s̃. ti. 1. c. 1. nec tenetur talis ad hoſpitalitatem, vel ad hoſpitalia: ad q̃ non ſufficit. vñ nec talis eccleſia procurabit ep̃m. 10. q. 3. c. cauendum. niſi ad pinguiorẽ fortunam ꝑuenerit. ar. s̃. de conſue. c. cum dilectus. fuerũt enim multæ eccleſiæ in paupertate fundatæ, & poſtea ſunt ditatæ. de deci. c. ſuggeſtum. exemplum pone in venerabili hoſpitali ciuitatis Senarum: quo in chriſtianitate magnificẽtius vllum dr̃ nõ reperiri per omnes, qui viderũt, pp eleemoſynas, & opa pietatis, quæ quottidie ibi fiunt: vt vidi. fuit. n. in paupertate fundatum: nũc aũt opulentum valde. ¶ Scd̃ò quærit
3 gl. † ſi eps̃ fundat eccleſiam ſine dote: an cogetur eam dota-
te. vr̃ ꝙ ſic: ſicut cum ordinat clericos ſine titulo, cogitur eis prouidere. s̃. de præben. c. 1. & c. eps̃. & c. cum ſcd̃m. & tenet Baſia. de conſe. diſt. 1. c. nemo. ibi tñ no. Io. An. primò dandam actionem in patronum, vel eius hæredem. & demum in epiſcopũ. idem hic Ho. Non. ob. ꝙ epiſcopus cogitur prouidere ordinato ſine titulo. quia illud habet locum, cũ nullus fuit præſentatus. nam ſi fuit, primò in ipſum datur actio, vt d. c. cum ſecundum. & ꝙ prius contra patronum, q̃ contra epiſcopum detur actio, probat iſta Decre. quæ non dirigitur epiſcopo, ſed reginæ patronæ: vt det intelligere prius cõtra eam competere actionem, ſecundùm Hoſt.

*S V M M AE.*

1 *Aqua, qua eccleſia debet reconciliari, an ſit benedicenda per proprium epiſcopum.*
2 *Reconciliatio eccleſiæ non poteſt fieri per ſimplicem ſacerdotem.*
*Quid de reconciliatione pœnitentium, & infirmorum.*
3 *Epiſcopatus eſt ordo.*
4 *Geſta prætextu conſuetudinis minus rationabilis tolerantur reſpectu præteriti temporis.*
5 *Conſuetudo licèt ſit praua, reſpectu præteriti temporis, non meretur pœnam, dum toleratur.*

AQua. Eccleſia polluta per ſacerdotem re
conciliari non pōt,etiam aqua per
ep̄m benedicta.& tria facit.ponit dictū.damnat
contrariā conſuetudinē,cām reddens:& ſubdit præteriti tē-
poris tolerantiā.ſecunda ibi[nō obſtañ.[tertia ibi [ꝙ autē.]
1 ¶No.primò,ꝙ innuit tex.† vt expediat aquā per ep̄m pro-
prium benedici:vt cū ea poſsit eccleſia recōciliari. ſed dicit,
ꝙ ſicut pōt mandari alteri ep̄o reconciliatio:ita & aquæ be-
nedictio.pōt ergo demandari alteri ep̄o reconciliatio:ſimili
ter ordinatio clericorum,& cōſecratio ep̄orum.ŝ. de elec.c.
ſuffraganeis.& c.quod ſicut.ſine mādato verò nō debet epi
ſcopus non ſuis prædicta ſacramenta miniſtrare in diœceſi
aliena.7.q.1.c.pontifices.niſi ad requiſitionē Capituli,vacā
2 te ſede.de hæreti.c.ad abolendā. ¶Secundò no.† ꝙ ſimpli-
ci ſacerdoti non pōt mandari reconciliatio.quod qñq; facie
bant epiſcopi,vt vitarent laborē: vel putabant per id vileſce
re eorum auctoritatē.Papa tñ pluribus epiſcopis indulſit, ꝙ
per ſacerdotes poſſent reconciliare eccleſias, aqua prius p
ep̄os benedicta.quod Clemens.4. non de facili concedebat,
3 niſi de eccleſijs non conſecratis.¶† Quid dices de reconci-
liatione pęnitentium, & infirmorum. dixerunt Goff. & Phi.
ꝙ pōt mandari ſimplici ſacerdoti.16.q.6.c.presbyteri. & c.
Aurelius. vel loquitur de reconciliatione priuata.publicam
verò,& ſolemnē ſolus ep̄s facere pōt.e.q.c. 1. vide quod no.
4 ŝ.de conſue.c.quanto.¶†Tertiò no.ꝙ aliqua cōpetūt epiſco
po rōne iuriſdi. aliqua rōne ordinis ep̄alis. & ſic ep̄atus eſt
ordo,de quo in procœmio.6.lib. vnde, colligite, quòd faci-
lius transfertur in alterius exercitium iuriſdict.quàm exerci
tium illorū,quæ ſunt ordinis ep̄alis: rōnem differētiæ reddit
glo.quæ enumerat, quæ ſint ordinis ep̄alis. ad quod vide ĵ.
de exceſ.pręla.c.accedentibus. & collige hic, ꝙ in habenti-
bus ſymbolū facilior eſt tranſitus.ad hoc vide, qđ no.in l.1.
5 ff.de iuriſ.omn.iudi.¶Quartò no.in ver.ꝙ autē.†ꝙ geſta p̄-
textu conſuetudinis minus rōnabilis tolerantur reſpectu p̄-
teriti tēporis. conſuetudo enim licèt praua ſit reſpectu præ
teriti temporis, non meretur pœnā, dum toleratur vt hic. &
no.ŝ.de conſue.c.cum veñ.ar.contra.ŝ.de exceſ.præla.c. in-
ter dilectos.facit quod no.in l.1.in fi.ff.de abigeis. & de ſup.
ne.præla.c.pe.& quod ibi no.Io.An.

S V M M AE.

1 *Eccleſia non conſecrata eodem iure regitur, ſicut ſi eſſet conſecrata.*
2 *Eccleſia polluta, an ſit interdicta.*
3 *Eccleſia cuiuſcūque ſanguinis, vel ſeminis aſperſione ſit polluta, re-
conciliari debet.*
4 *Pollutio nocturna dormientium licèt quandoq; ſit peccatum: tamen
propter eam non reconciliatur eccleſia.*
5 *Violatores eccleſiæ non conſecratæ an ſint cenſendi ſacrilegi.quòd ſic.*
6 *Eccleſia per quem ſit lauanda.*

1 SI eccleſia, No.primò, † ꝙ eccleſia nō cō
ſecrata eodem iure regitur, ſi
cut ſi eſſet conſecrata: & eiſdem priuilegijs gaudere
debet.eſt enim conſecrata,vt citò conſecretur. deſtinatione
igitur conſecrata cenſet̄:ſicut in ſimili habetur pro cincto,q
de proximo eſt cingendus,vt l.ſi eo tempore.ff.de teſta.mil.
ſimiliter in nouitijs proximis profeſsioni. quod dic, vt in c.
beneficium.ĵ.de regu.lib.6.facit quod no.Bar.in l.admonē-
di.de iureiur. & l.ſenatus.ad fi.de leg.1.vbi de iſta deſtinatio
ne.¶ Secūdò no. ꝙ dicit tex. [ſuſpendantur.] colligit enim
2 ex hoc Hoſt.† ꝙ eccleſia polluta eſt interdicta: vnde cauere
debet ibi celebrans à pœna, de qua.ĵ.de cleri.excom.mi.c.
cleriei.tu dic melius,vt no.in c.is qui.de ſenten.excom.lib.6.
3 ¶Tertiò no.† ꝙ cuiuſcūq; ſeminis vel ſanguinis aſperſione
ſit eccleſia polluta,debet reconciliari. non tñ per illā genera
litatē cuiuſcūq; intelligas de brutis,quæ ſenſu carēt.ff.ſi qua.
paup.fe.di.l.2.ſed vt omnes homines polluentes includit cle-
ricos,laicos,hæreticos,& paganos,ſm̄ Hoſt. quid de occulta
pollutione:quid de vxoria:quid de ſanguinis effuſione caſua
li, no.hic Ho.quæ videas.ĵ.e.c.vno.lib.6. & dicit hic Io. An.
4 † ꝙ nocturna dormientiū pollutio licèt qñq; ſit peccatum.
6.di.c.teſta.habet tñ generalis conſuetudo, ꝙ propter illam
non fiat reconciliatio.vel ſm̄ Hoſtiē. conſulendus eſſet Papa.
5 ¶Quærit glo. † nunquid violatores eccleſiæ non conſecra-
tæ ſint cenſendi ſacrilegi.tenet ꝙ ſic. probatur. 17.q. 4. c.ſi
quis domum.aliàs eſt ver.ſub.c.quiſquis.& dic,vt ea.q.§.ſa-
crilegium.& refert hic Hoſt.ꝙ Clemens.4.effractores eccle-
ſię ſancti Clementis Treceñ. mandauit denunciari excōica-
tos.licèt.n.eccleſia conſecrata nondū eſſet:diuina tñ ibi cele
6 brabantur.¶Secundò quæro.hic dicitur, † ꝙ eccleſia debet
lauari: ſed per quem? quidam,ꝙ per ep̄m. quod tenet Hoſt.
& Io.vt refert Bona.gl. tenet, ꝙ per ſimplicem ſacerdotem.
quod tenet Egi. per rōnem,quæ ſequitur [ne diuinæ laudis]
&c.quod contingeret in expectatione ep̄i.Sed nunquid ſolē-
niter reconciliabitur.Hoſt.ꝙ ſic.Io.An.contra. quia non ſe-
quitur.ſi gaudet immunitate:ergo eadem forma reconcilia-
tionis debet ſeruari. cum enim plus peccauerit violans con-
ſecratam,ad eius terrorem,& aliorum maior ſolēnitas req-
ritur facit de ſen.ex.c.cū illorum. de æta. & qua. c.cū bonæ.
reconcilians aūt ep̄s debet eſſe indutus pontificalibus, ſecū
dū Hoſt.qui tamen fatetur hoc non ſeruari.ŝ.c.aqua.

# De celebratione Miſſarum.

S V M M AE.

1 *Presbyter ſi perpendit, quòd corpus Chriſti conuerſum eſt in car-
nem: vel vinum in ſanguinem, non debet ipſum ſumere: ſed pro
reliquijs conſeruare.*

QVIA in conſecratione eccleſiæ debet & ſo
let Miſſa celebrari.ideò &c. vel aliter. quia
in eccleſia cōſecrata celebratur Miſſa, cōfi
citur euchariſtia, & diuina officia celebran
tur:ideò &c.de iſta prima,& tertia parte ru
bricæ de conſe.di.1.per totum.& eadem q.
c.peruenit.& duobus c.ſe.91.di.per totum.de ſecunda par-
te.ſ.ſacramento euchariſtiæ habetur de conſe.di.2.per totū.
& repetitur in Cle.primæ partis rubricæ.ſ.de cele.miſ.habe-
tur.ŝ.de offi.archi.c.2.de offi.archiep̄.c.2.& 3.item de præ-
ben.c.ſignificatum.de cleri.ægro.c.2.de accu.c. ſi conſtite-
rit. de ſimo.c.accuſatum.& c.ſeq.& c. tanta. de cleri. percu.
c.2.& 3.& de ſen.excō.c.pmittimus.de priuile.c. qm̄.lib. 6.
ad ſecundam partem facit de ſumma Trini.c.firmiter.§.vna.
de cor.viti. c.fi.de his,quæ fi.à ma.par.ca.c.1. in fi. de pœni.
c.quod in te.c.Deus qui.& c.omnis.lib.6. de hæreti. c. ſuper
eo.& cle.de reli.& ve.ſan.c.vno.de hære. c. ad noſtrum.§. 8.
de priuile.c.1.in prin.ad tertiam partem facit de ſer.non or.
c.nullus.de immu.ec.c.pe.de ſen.ex.c.veniens.& c.cum volū
tate.§.fi.ad primam,& tertiā de immu. ec. c. decet. lib.6. de
ſen.excom.c.vlt.§.adijcimus.& cle.2.de priuile.de ſen.excō.
c.grauis.Tangit hic Io.And.duo miracula de corpore Chri-
ſti.primum eſt de quadam muliere: quæ, vt diligeretur à vi-
ro,retinuit corpus Chriſti in ore: dum deoſcularetur eum,
1 conuerſum eſt in carnē:nec extrahi potuit de ore eius.†Sub
iungit quid iuris,ſi presbyter perpēdit,ꝙ corpus, & ſanguis
Chriſti, vel alterū conuerſum eſt euidenter in carnem, ſiue
ſanguinem.dicit,ꝙ non debet ſumere: ſed pro reliquijs de-
bet conſeruari.vel caro comburi,& conuerti in cinerē cōſer
uandū pro reliquijs reuerenter. Adnectit de primo miracu-
lo: propter quod magnæ oblationes, & eleemoſynæ fiebant
eccleſiæ parochiali, in cuius parochia hoc contigit. an per-
tineant ad ep̄m, vel rectorē eccleſiæ: non ſoluit. & eſt ſimilis
quæſtio,



quæſtio, ſi imago Virginis glorioſæ,quā in camera retineo,
faciat multa miracula: cuius erunt dona, & oblationes ibi
factæ.an meæ,epiſcopi,vel rectoris parochiæ? vide l. ſtatuas.
ff.de acqui.re.do.

S V M M AE.

1 *Matutinum officium debet compleri in mane: & quando debeat in-
choari.*
2 *Clerici debent impendere debitum ſeruitutis quantùm ad officium ce
lebrandum.*
3 *Presbyter non poteſt in dicendo officium anticipare tempus, vel poſt
ponere.*
4 *Dilatio quando appoſita eſt gratia creditoris, non poteſt debitor prę
uenire tempus in ſolutione.*
5 *Sacerdos propter neceſsitatem poteſt per alium officium complere.*
6 *Doctor impeditus legere, poteſt legere per alium.*
7 *Sacerdos expleto officio, debet viſitare infirmos.*
8 *Celebrare poteſt presbyter bis in die propter neceſſitatem.*
9 *Sacerdotes quare debent Deo referre laudes.*
10 *Doctores ſeptem requiruntur in examinando, & approbando.*
11 *Chorum an ſit licitum omnibus intrare, quando in eccleſia publicè
dicitur officium.*
12 *Laici licèt poſſint dicere in ſilentio orationes, & pſalterium: non de-
bent tamen dicere. Dominus vobiſcum. Nec cū alijs clericis offi-
ciare.nu.13.*
13 *Excommunicatus non debet horas dicere per modum officij.*
14 *Moniales literatæ etiam cantando, & ſolemniter dicunt officium.*
15 *Monachi, & alij religioſi poſſunt cum clericis diuina officia ſolemni-
ter celebrare.*
16 *Clerici inferioris ordinis (puta acolyti, diaconi, & ſimiles) an teneā-
tur dicere horas.*
17 *Clerici impediti an teneantur dicere officium.*
18 *Neceſſitas non ſubiacet legi.*
19 *Clericus poſt conualeſcentiam an teneatur dicere horas, quas omi-
ſit.*
20 *Obligatus caſu ad aliquid faciendum, ſi impediatur, an liberetur à
tali obligatione.*

1 PResbyter. † No.primò, ꝙ in mane de
bet compleri officiū Matu
tini:debet tamē in media nocte inchoari,vt ſequit̄,
2 ſecundū Hoſt. ¶Secundò no.†ꝙ quātū ad officium celebrā
dum clerici debent impendere debitū ſeruitutis. ſicut enim
ſerui tenētur dño ad tributum: ita clerici ad officium Domi
no Ieſu Chriſto.¶Tertiò no.ꝙ horis cōpetentibus debet ſol
3 ui illud debitum.† non ergo pōt in dicendo presbyter antici
pare tp̄s,nec poſtponere. quia iſta diuiſio per momēta die-
rum eſt facta ad honorē Dei,cui officium impenditur,nō ip
4 ſius ſacerdotis.† qñ ergo dilatio eſt appoſita gratia credito-
ris,non pōt debitor præuenire tempus in ſolutione.vt l.eum
qui.aliàs Labeo.ff.de an.lega.& l.qui Romæ.de verbo. obli.
5 ¶Quartò no.† ꝙ propter neceſsitatem pōt ſacerdos p aliū
complere officium. ſi ergo nō ſubeſſet neceſsitas, non poſ-
ſet dicere officium p alium. quia alia eſt opera vnius, quàm
alterius.quinimo propter diuerſitatē temporis operæ eiuſdē
hominis non ſunt æedem,vt l.ſi non ſortē.§.libertus.ff.de cō
6 di.inde.& eſt ar. † quòd doctor impeditus legere, pōt lege-
re per aliū.de quo dic,vt l.nemo eſt qui neſciat.ff.de duo.re.
& l.inter artifices.de ſolu.contra iſtos, qui nō dicunt officiū
horis deputatis,refert Io.An. miraculum eremitæ: cui cibū
angelus Domini deferebat,qñq; vuas acerbas, qñq; matu-
ras,qñq; marcidas. Interrogatus angelus ab eo, quare fie-
bat iſta varietas. reſpondit,ꝙ acerbas deferebat: quia præ-
uenerat horam in dicendo officium, maturas,quia debito tē
pore.marcidas,qñ nimis tardabat.debebat.n.eremita à cu-
ris ſeculi liber debitis horis impendere laudes altiſsimo ſup
7 iudicia &c.vt in fi.c.¶Quintò no.† ꝙ expleto officio, debet
ſacerdos viſitare infirmos. & ſic ire ad hoſpitale:hodie autē
vadunt ad tabernam in certis partibus. & vt plurimum poſt
Miſſam cogitant de cibo,& potu. ¶ Sextò no. in ver.ſepties.
8 †ꝙ pōt propter neceſsitatem celebrare presbyter bis in die.
quod intellige,nō ſumpto vino perfuſionis.de quo dic, vt ĵ.
eo.c.ex parte. Item intellige, ſi non ſit ibi alius, qui non di-
xerit Miſſam. nam ſi eſſet,ille deberet pro infirmis, & pere-
grinis dicere: non iſte, qui vnam dixit, quaſi alio exiſtente
ceſſet neceſsitas. quod dic,vt ĵ.eo.c.conſuluiſti.ſecundū Ho
ſtien. ¶Septimò no.in ver. nā de nocturnis.&c. ꝙ quibuſdā
horis de nocte tenemur Deo referre laudes.& dicit Io.And.
ꝙ horę nocturnæ ſunt tres,ſcilicet Matutinum, Prima,& Cō
pletorium.Matutinum dicitur media nocte.Prima dicitur in
diluculo: licèt aliqui dicant eam ſtatim poſt Matutinum.Cō
pletorium dici debet in crepuſculo: licèt eccleſia Gallicana
dicat ipſum ſtatim poſt Veſperas. Ita dicit Io. An. cuius in-
tellectus videtur contrariari huic c.in eo, ꝙ dicit, Matutinū
dici in media nocte.nam ſi tali hora diceret̄,non finiret̄ ma-
ne,vt vult illud c. in prin.Item Prima, & Completorium, &
etiam Matutinū non videntur horæ noctis. quia propheta di
cit[ſepties in die]&c.præterea iſte tex.in ver.nam de noctur
nis.videt̄ ponere horas nocturnas vt diuerſas ab horis diei,
cum ŝ.in ver.quia ſeptenarius. enumerauit.7. horas. & ſub-
dit[nam de nocturnis.]&c. non enim tres ex ſeptem prædi-
ctis(quas auctoritate prophetæ appellauit horas diei) vide-
tur hic reaſſumere, appellando horas noctis: de alijs ergo
vigilijs noctis intellexiſſe videtur, quàm de ſeptem ſupradi-
ctis. quas ergo intelliges vigilias noctis, vellem doceri. de
quattuor tamen partibus noctis vide 1.q.1. c. ſuperueniēte.
9 ¶ Octauò no. † cām, quare Deo debent ſacerdotes laudes
referre.ſ.propter iudicia iuſtitiæ ſuæ. quare aūt ſic ad literā
obſeruat ipſas Eccleſia, vt ſtatutæ ſunt in veteri teſtamento.
dicit Io.An.propter hoc,quod iſtis verſibus continetur.

*In Matutino damnatur tempore Chriſtus.*
*Quando ſurrexit, Prima canit ordo fidelis.*
*Tertia tunc canitur, quando eſt cruciamina paſſus.*
*Sexta ſunt tenebræ per mundi climata facta.*
*Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora.*

¶Nonò no.propter id,quod dicit tex. quòd ſeptem ſunt ho
ræ diei.colligit glo.fi.multa ſimilia,quæ taxantur ſeptenario
10 numero.& addit Ioan.An. † ꝙ ſeptem Doctores requirunt
in examinando,& approbando.C.de profeſ.& medi. l.ſi qs,
11 lib.10.& no.ŝ.c.magiſtros.¶Quęrit Io.An. † qñ in eccleſia
publicè dicitur officium,ſiue hora: an omnibus ſit licitū in-
trare chorū,& officiare cū alijs. iſtam q. proſequitur in cleri
cis,laicis,excōmunicatis,monialibus,templarijs,& conuer-
ſis.dicit ergo quò ad clericos,ꝙ omnibus clericis ēt ſimpli-
citer tonſuratis hoc licet: niſi ſpecialis conſuetudo eccleſiæ
habeat extraneos non admitti.ar.23.diſt.c.pſalmiſta. & re-
putantur extranei etiā de eadem terra oriundi, ſi non rece-
pti in illa eccleſia.ad hoc de ſup.ne.prælato. c. 2. de rei vxo.
12 act.l.1.§.videamus. Quò ad laicos dicit,†ꝙ licèt poſſint di-
cere in ſilentio orationes, & pſalmos: non tñ debent dicere.
13 Dominus vobiſcum.†ſimiliter nec excommunicatus,qui nō
debet horas dicere per modū officij.ar.11.q.3.c.ſi quis epi-
ſcopus.& c.ſe.& quod no.Spec.tit.2.§ iuxta. verſi.quid ſi ex
cōmunicatus celebrat.ſimiliter & laici non per modū officij
debent dicere,nec cum alijs clericis officiare. quia non ſunt
vocati in ſortem Domini: vnde non debent ſacra miniſteria
contingere.2.q.7.§.de his.& patet de vi.& ho.cle.c.1. & per
laicos intellige, ſecūdū Hoſt.etiā templarios,hoſpitalarios:
necnon Ciſtercienſes, fratres minores, & alios cōuerſos, q
clerici nō ſunt,ar.in eo,quod legitur,& no.de deci.c.ad hæc.
14 & c.quamuis,†.Moniales autem literatæ etiā cantando,& ſo
lemniter dicunt officium.quia poſſunt in benedictione, vel
conſecratione ſua accipere aliquem ordinem: non tñ de il-
lis ſeptē ordinibus eccleſię.vnde & aliquæ ex eis rōne qualis

ordinis appellãtur diaconiſſæ.27.quæſt.1.c.diaconiſſa.quæ
tñ non põt dicere.Dominus vobiſcum.nec Euangeliũ ſolem
niter legit in Miſſa: nec miniſtrat altari.de coha. cle. & mul.
c.1.in fi.quàmuis in Matutino legat Homeliam. qđ ex cau-
ſa donationis religionis, & in conſolationẽ fragilitatis ſexus
concedit Eccleſia: ſicut diſpenſat cum depoſitis,& irregula-
ribus qñque, vt lectiones legant, & reſponſoria in choro ſe-
paratim cantent.quod de rigore prohibetur.ĩ.de homi.c. ſi
15 cut.& c. clericis. † De monachis, & alijs religioſis clericis
dubium non eſt:quin poſsint in eceleſia cũ alijs clericis diui
na ſolemniter celebrare. magni etiã principes qñq; ſtant in
ſuis capellis cum clericis ad cantandũ.quod eſt tolerabile,ſe
cundũ Hoſt. ¶Secundò quæro. quia tex.iſte loquitur de pſ-
16 byteris, qui ad iſtud officium tenentur.† quid dices de alijs
clericis inferioris ordinis(puta acolytis,ſubdiaconis,diaco-
nis, & alijs) an teneantur dicere horas.dicit Hoſt.ꝙ oẽs præ
dicti,& quicunq; beneficiati tenentur dicere iſtas horas: vt
ſic largè nomen presbyteri hic ſumatur:vt in ſimili.ſ.de co-
habi.cle.& muli.c.2.Si enim conſtitutus in ſacris non benefi
ciatus ad hoc tenetur,in quo nullus diſcordat: multò magis
clericus, quantũcunq; ſimplex beneficium habens. de cleri.
coniu.c.quod ad te.& c.diuerſis.dicebant tñ Pet.& Ab.ꝙ cle
ricus in minoribus beneficiatus abſens ex cauſa probabili
(puta ſtudiorũ)excuſetur ab horis dicendis:ſiue eccleſia fa-
ciat eas dici per ſubſtitutum.Non ob.iſta Decre. quæ loquit
de ſacerdote,qui tenetur rõne ordinis,& rõne beneficij. In-
no.dixit,ꝙ quilibet clericus,etiã non in ſacris, debebat ſin-
gulis diebus officium dicere,vel audire.& ſi beneficiatus eſ-
ſet,officiare debebat in eccleſia cum alijs.92.diſt.c.fin. dicit
tñ Ioan.An. ꝙ libenter cuperet,ꝙ Eccleſia faceret conſtitu-
tionem fauore ſtudij:ꝙ clerici,ſaltẽ in minoribus tñ benefi-
ciati,ſaltẽ non curati occupati bono zelo ad ſtudium tenen-
tes vicarium excuſarentur ab horis dicendis,dicendo officiũ
17 Beatæ Virginis ¶ Tertiò quærit Io.An † vtrũ clerici impe-
diti teneantur dicere officium. dic, quòd quoddam eſt impe
dimentam propter adminiſtrationẽ temporaliũ. quoddam
propter infirmitatem.quoddã propter ſtudium.primo caſu,
(ſcilicet propter adminiſtrationẽ tẽporalium) dicit,ꝙ excu-
ſari poterunt ab eccleſia officianda: dummodo equitando,
vel alio modo dicant horas. Nam & tales pro præſentibus
ſunt habendi.c.ex parte.de cleri.non reſi. & ideo officium p̃
ſentium prodeſt eis.eod.titu.c.dilectus.in magnis verò feſti-
uitatibus ſemper debẽt clerici eſſe præſentes in eccleſia: niſi
ex magna cauſa excuſentur.7.q.1.c. ſi quis in clero.de con-
ſe.diſt.1.c.ſi quis exemplũ. ſecundo caſu,qñ abeſt ab eccle-
ſia propter infirmitatẽ.dic,ꝙ aut eſt talis infirmitas, q̃ pro-
pter dicendo, vel audiendo officium poſſet creſcere veroſi-
18 militer,& noceret ſibi:& excuſatur.† quia neceſsitas nõ ſub
a iacet legi.[a] de obſer.ieiu.c.cõſilium.§.fi.aut non eſt talis infir
mitas, propter quam dimittat facere facta ſua (puta febris
quartana,vel alia debilis infirmitas.) & iſta nõ excuſat.ff.de
19 re iudi.l.quæſitũ. ¶ Quartò quæro † nunquid clericus poſt
conualeſcentiã teneatur dicere horas,quas omiſit.dicunt q-
dam,ꝙ ſiue omiſit ex neceſsitate, ſiue ex negligentia, nõ te-
netur reaſſumere. quia aliæ ſunt operæ vnius diei, quàm al-
terius,vt no.Bar.in l.ſi vſusfru.mihi in biennium.de vſufruc.
le.vnde ſi poſtea diuerſo tpe reaſſumerent,non videtur dice
re illud officiũ.quod dimiſerunt,ſed aliud. & per hoc cõclu-
dũt iſti,ꝙ talibus eſt pœnitentia iniungẽda de peccato omiſ
ſionis. quę pœnitentia ſatis erit conformis delicto,ſi in reaſ-
ſumendo officium iniungat, vel cõmutat in aliam, ſi magis
credit proficere.idem dicit Hoſt. ſi eſt tanta diuerſarũ hora-
rũ multitudo,ꝙ quaſi impoſſibile eſſet eas reducere.ad hoc.
ff.de reg.iur.l.impoſsibilium. Si verò tanta eſſet infirmitas:
vt ex toto impediat laborantẽ ad horas dicendas:tunc, ſecũ
dũ Hoſt.non tenentur reaſſumere,nec pœnitentiã agere. ad
hoc de cleri.non reſiden.c. ad audientiam. ſi tñ velit reaſſu-
mere,laudandus eſt.ſed vbi fingit: vel neglexit reaſſumere,
vel agere pœnitentiam:tenetur, vt eſt dictũ. volunt ergo Io.
20 An. Hoſt. & alij, † ꝙ ſi caſu obligatus ad aliquid faciendum
impediatur,liberetur à tali obligatione. adeo ꝙ poſtea face
re non tenetur. ſed contra de dolo & contu. c. cum dilecti.
vbi ſi obligatus ad factum non põt implere tpe ſtatuto.tene
tur implere poſtea.ad idem l.& ideo.de verb.ob.vbi obliga-
tio ad inſulam fabricandam:ſi pars fabricata perijt, tenetur
iterùm fabricare, termino ſibi prorogato. ad hoc etiam.l.
Celſus.ff.de arbi.ſo. in illis iuribus ex implemento poſt ter-
minũ nõ cõtingit diuerſitas ſolutionis iure deducta in obli-
gatione. quia eadem eſt domus,quæ fiet intra terminũ, & q̃
fiet poſtea: & idem eſt iudicis p̃ceptum, ſiue impleatur ho-
die, ſiue cras per reſpectum ad cãm, propter quam præce-
ptum emanauit: ſed non ita in ſolutione horarum.quia cum
habeant terminum præfixum:vt in illo c.elapſo termino, &
his non dictis propter caſum fortuitum, perit obligatio pro
illa hora: ſic periret per interitum ſpeciei in obligatione de-
ductum.vt l.quod te.ſi cer.pe.& l. ſi ex legati cauſa. de verb.
obli.& vide quod no.Bar.de dam.infec.l.1.

ADDITIO.

a ¶ Neceſsitas non ſubiacet legi. Adde l.1.C.de ope. li. Doc.in l.2.ff.ſi cer.
pet.Bar.in l.1.præalle.de conſue.c.quantò.de reg.iu.c.quod nõ eſt.de ob
ſer.ieiu.c.conſilium.Card.in cle.1.19.q.de re.eccle.non alie.

*SVMMAE.*

1 *Miſſa de feria non eſt dimittenda propter miſſam ſpecialem.*
2 *Miſſæ peculiares,quæ dicantur.*
3 *Miſſæ ſuis temporibus ſunt cantandæ.*
4 *Presbyter ſi dicit miſſam,vt Deus aliquos perdat,conficit:debet tamen deponi.*

1 QVidam. † Propter Miſſam ſpecialẽ Miſ
ſa de feria dimittenda non eſt.
¶Nota primò,ꝙ reprehendit laicos in hoc errã-
tes.idem intelligas in clericis,& prælatis,qui deuotionẽ ſuã
adeo conferunt in aliquem ſanctũ:vt aliã Miſſam, quàm ip-
ſius Sãcti, audire negligant.quod faciendum nõ eſt:nec trãſ
grediendi per hoc ſunt termini, quos poſuerunt patres no-
ſtri.de ſepul.c.1.ad hoc c.ne innitaris.ſ.de conſti. ¶Secun-
2 dò no.† ꝙ appellantur miſſæ peculiares, quæ ob reuerentiã
Trinitatis,ſancti Michaelis, vel alterius Sancti dicuntur iſto
tempore,non ſuo,ob deuotionẽ illius ſancti: vt pro meliore
fortè ſegete Deum interpellent.& dicit hic Io.An.ꝙ tota re-
uerentia,quam habemus ad Sanctos,eſt principaliter referẽ
da ad Deum,& Trinitatẽ, ſine qua Sãcti nihil poſſent. Deus
enim ſe pro nobis hoſtiam obtulit:ipſe igitur adorandus, &
orandus, qui per ſe põt exaudire. quod alij Sancti non poſ-
ſent: ſed inuocati pro nobis apud Deum interpellant. & de
modo orandi vide per Io.An.in cle.1.de reli.& ven.Sancto-
3 rum.in glo.magna.in quarto mẽbro.¶Tertiò no.† ꝙ Miſſæ
ſuis tẽporibus ſunt cantandæ: non vna vnius temporis alio
tpe.propter deuotionem.n.& pondera decantetut. quia per
hoc innuit,ꝙ non erat ibi vnus ſacerdos tñ:aliàs peculiarem
poſſent in ſecreto,& etiã aliam audire. de conſe. di. 1.c.hoc
quoque.¶Quartò no.ꝙ miſſæ deputatæ ſunt ſingulis diebus
4 &c. pro ſalute viuorum,& mortuorũ. † quid ergo ſi presby
ter dicit Miſſam,vt Deus aliquos perdat.dicit Io.An. ꝙ con
ficit,vt no.1.q.1.c.dictum.deponi tñ debet. 26. q. 5. c. qui-
cũque. ¶Vltimò no.glo.ꝙ interdũ aliqua prohibentur,non
ꝙ ſint in ſe mala:ſed qa malũ ſequi poſſet, & in ea b ñ cõcor.

*SVMMAE.*

1 ***Celebrare vnam Miſſam in die ſufficit,regulariter.***
2 ***Miſſæ quare celebrentur tres in feſto natiuitatis: & quare diuerſis horis.***
3 ***Neceſſitas,quæ dicatur ad hoc vt quis poſſit celebrare bis in die.***

Con-



1 COnſuluiſti. Not.primò.† ꝙ regula
riter ſufficit celebrare
vnam Miſſam in die. Auguſtinus aũt non cõmen
dat omni die celebrare. de conſecra.di.2.c.quotidie.¶Quæ
2 rit glo.† quare in feſto Natiuitatis celebrantur tres Miſſæ: &
quare horis diuerſis.quia vna in nocte,alia in aurora,alia in
die.dic,vt in glo.Io.And.dicit,ꝙ prima Miſſa deſignat gene-
rationẽ æternam,quæ occulta eſt. & ideo prima Miſſa cele-
bratur in nocte. ſecunda ſignificat natiuitatem naturalẽ.ſ.ex
muliere.& quia ex virgine (& ideò partim naturalis,partim
occulta)ideò celebratur in mane.tertia ſignificat generatio-
nem ſpiritualẽ,quæ fit per gratiam.& iſta in Tertia; quia cla
reſcit.& ex ſtudijs eorum recognoſcetis eos. oritur enim ſol
iuſtitiæ,cum conuertitur malus, & quicunq; facit voluntatẽ
patris &c.¶Secundò quæro.tex.iſte permittit plures Miſſas
in die celebrari propter neceſsitatẽ.† quæro ergo,quam di-
cis neceſsitatẽ.dic,vt in glo.exemplificat Io. And. cum poſt
Miſſam ſuperuenit epiſcopus: quẽ abſque Miſſa celebrãda,
vel audienda non decet diem præterire.de priuileg.c.vltimo.
lib.6.Hoſt.addit alios caſus neceſsitatis:puta propter defun
ctos, propter peregrinos, propter hoſpites, propter com-
meantes,propter infirmos, propter carentiam presbytero-
rum,cũ vnus duabus præeſt eccleſijs,& propter duas miſſas
proprias,quæ qñq; cõcurrunt,vt ĩ.eo. c. cum creatura. per
Io.An. oẽs enim iſtos appellant caſus neceſsitatis. quod in-
tellige,ſi non ſit alius ibi paratus ad celebrandũ,& ille ſit ie-
iunus.ĩ.eo.c.ex parte.& c.1.ſ.e. ponit etiã exẽplum Io. An.
qñ deeſt euchariſtia ad opus infirmorũ. quod perpendit pſ-
byter ante perfuſionẽ, & nouiter eſt ſibi intimata infirmi-
tas. Item ponderat Io.And.quod dicit glo.ꝙ ſi poſt Miſſam
de die aliquis moriatur, põt celebrare Miſſam pro defun-
ctis.nam ex hoc ordine dicit,ꝙ cõſuetudo eccleſię eſt,ꝙ qui
dixit Miſſam de die, celebrare poteſt poſtea pro defunctis:
ſed non econuerſo.ratio eſt, quia à defunctis nullus regredi
tur:& ideò celebrata Miſſa defunctorum, non celebratur il-
la de die: ſed omnes tendunt ad mortem.vñ celebrata Miſſa
diei, celebrari poteſt pro defunctis. & facit pro hac conſue-
tudine Eccleſiæ. 11.diſt.c.eccleſiaſticarum.

*SVMMAE.*

1 *Hymnus non dicitur,nec ſymbolum in Miſſa commemorationis: licèt dicatur propria præfatio.*
2 *Feſtiuitates quæ ſunt,quæ habent proprias præfationes.*
3 *Te Deum laudamus.an debeat dici in Laudibus.*

1 COnſilium. † In Miſſa commemora
tionis licèt dicatur pro-
pria præfatio:non tamẽ dicitur hymnus,nec ſym
bolum,& cãm reddit.ſecunda ibi [inquiſitioni] ¶Not.pri-
mò.ꝙ ad honorem Beatę Virginis, Sancti ſpiritus. & ſanctæ
Crucis diebus non deputatis eiſdem dicuntur Miſſæ etiã de
cantando: & dñr Miſſæ pro feſtis.i.pro feſto ſumuntur, & fe
ſtiuantur,acſi eſſet feſtum.hoc faciũt multi,videlicet in feria
ſecunda pro defunctis.In tertia de angelis,vel Trinitate. In
quarta de ſancto Nicolao.In quinta de Spiritu ſancto.In ſe-
xta de Cruce.in ſabbato de Dña noſtra Virgine glorioſa Ma
ria.& hæ poſſunt dici peculiares.de quibus.ſ.c.2. ¶ Secũdò
2 no.† quòd certæ feſtiuitates habent proprias præfationes:vt
ſunt feſtiuitates beatæ Virginis,& alię,quæ habentur de cõ-
ſe.di.1.c.inuenimus.& ſi plures inueneris,eas deleas.cum il-
3 læ ſint tñ per Eccleſiam approbatæ. ¶ Quærit glo.† vtrùm.
Te Deum laudamus. debeat dici in Laudibus. tex. ſentit, ꝙ
ſic qñq;, dum dicit [regularius dimittitur.] &c. glo. exponit
regularius pro regulare: & ſic electiuè.ſicut minus.i.non.vel
dic ſm Hoſtiẽ. ꝙ illud [regularius] ponitur propriè propter
Laudes Matutini de Dña noſtra: in quibus dè commẽdabili
deuotione dicimus. Te Deum. & meritò, vt aliquid habeat
propriũ.quod enim ſibi fit,Deo fit.hinc beatus Bernar. Ma-
nifeſtum eſt,indiuiduã matris, & filij gloriam: & ab eodem
vtriuſque eſſe præconium.cuius diffinitionem ſuperat intel-
lectum.i.reuerentia,quæ matri debetur, etiam illi, qui eam
talem fecit:vt virgo,& mater eſſe exhibetur.

*SVMMAE.*

1 ***Vinum,qui non poteſt bibere,an poſſit promoueri.***
2 *Sacerdos, poſtquàm receperit vinum perfuſionis,* ***non poteſt illo die*** *celebrare.*
3 ***Vinum perfuſionis admiſtum ſanguini an efficiatur ſanguis.***
4 *Medicina non computatur inter alimenta.*
5 ***Presbyter quantum debet quieſcere poſt cibum,vt celebret.***

1 EX parte. No. primò † ꝙ debet ſacer-
dos perfundere vino: & vinũ
perfuſionis bibere. an verò is, qui vinum non põt
bibere,promoueri poſsit.no.2.q.7.c.ipſi apoſtoli. ¶Secun-
2 dò no. † ꝙ, poſtq̃ vinum perfuſionis accepit,non põt illa die
aliam celebrare.& dicit Hoſtien. ꝙ hoc habet locum etiam
in Miſsis Natiuitatis.de quibus.ſ.eod.c.conſuluiſti.vt ſcili-
cet ſi perfundat,& bibat: poſt primam non celebrare ſecũ-
dam,nec tertiam.& dicit Ioan.And. ꝙ aliquos magnos vidit
3 hic errare &c.¶Quærit glo.† nunquid vinũ perfuſionis ad-
miſtum ſanguini efficiatur ſanguis.quidam, ꝙ ſic, vt c. ꝙ in
dubijs. glo.contra.ad c.quod in dubijs.reſponde, vt ibi dixi
poſt Io.An. & colligit hic Ioan.And.ꝙ ſolus potus facit fran
gere ieiunium.quod eſt verum quò ad celebrationem aliam:
quam impediret receptio modicæ aquæ calidæ,vel frigidæ.
& hęc procedunt propter reuerentiam ſacramenti: vnde &
aſſumens medicinam nõ poteſt poſtea ſumere corpus Chri-
ſti.cum tñ ieiunium abſtinentiæ non frangatur per medici-
4 nam,vt not. Doct.de obſer.ieiu. ſuper rub. † medicina enim
(vt dicit glo.) non cõputatur inter alimenta. Caue. innuit ex
hoc,ꝙ ille,qui tenetur ad alimenta, non teneatur ad medici
a nas[a] ęgroto.de quo in Spec.qui filij ſint.le.§.ſed nunquid.&
alibi dixi.ſacramentum igitur ſumi debet ieiuno ſtomacho.
5 vnde ſecundùm gl. ante cibũ digeſtũ ſumi nõ debet.† quan-
tũ ergo debet presbyter quieuiſſe poſt cibum. dicunt quidã
à Prima vſque ad Sextam: vel à Tertia vſque ad Veſperam.
Hoſti.remittit ad e.titu.§.& qualiter. dicunt quidam, ꝙ ab-
ſtinuiſſe debet poſt mediam noctem. de offi. dele. c. conſu-
luit.facit de eccleſia.c.ſi conſtiterit.

ADDITIO.

a ¶ Ad medicinas.an qui tenetur ad alimenta, teneatur ad medicinas. vi-
de in l.verbo victus.cum l.ſeq.ff.de verb.ſigni.

*SVMMAE.*

1 *Forma certa verborum præfixa eſt in tranſubſtantiatione corporis, & ſanguinis Chriſti.*
2 *Nec pars corporis tranſſubſtantiatur per partem ſyllabarum, vel dictionum: ſed in vltima prolatione verborum ipſius formæ. nume.2.*
3 *Canon Miſſæ quid propriè dicatur. Quare in ſecreto dicatur.nu. 4.*
5 *Diuerſitas, & varietas inter euangeliſtas non curatur, nec vitiat.*
6 *Dare beatius eſt, quàm accipere.*
7 *Eccleſia licèt faciat aliqua vltra euangeliſtarum ſcripta: debemus ea defendere per ſcripta,& veriſimilia.*
8 *Teſtamentum hominis morte confirmatur.*
9 *Antiqua facta,quorum non eſt memoria,à quo emanauerunt, debemus credere.*
10 *Forma ſacramenti altaris,quæ ſit.*
11 *Aqua an conuertatur in ſanguinem cum vino.& nu. 22.*
12 ***Coniunctio vini, & aquæ ſignificat vnionem Chriſti, & Eccleſiæ.***
13 ***Natura cedit miraculo in ſacramento altaris.***
14 ***Aquam cum vino:vel aquam,& vinum: an ſit idem dicere.***

Et.

15 *Et. & cum.non differunt,quantū ad verbalem coniunctionem.*
16 *Papa ſcripſit pro aliquo , vt ſibi prouideretur de dignitate eccleſiæ*
*cum canonicatu, & præbenda : an canonicatum,& præbendam*
*habere poſſit .*
17 *Sanguis Chriſti an poſſit fieri de agreſta,vel vino ſpiſſato per deco-*
*ctionem & facto nectare , & de aceto : vel de vino extorto de*
*vuis .*
18 *Aqua ſi ſit tantùm in calice ſine vino : an ſit ibi ſacramentum ca-*
*licis .*
19 *Sacerdos ſi poſtquàm ſumpſit corpus , ex guſtu,vel aſpectu depre-*
*hendit in calice non eſſe vinum , ſed aquam tantùm : quid agere*
*debeat .*
*Quid ſi habebat iam aquam in ore : & tunc ſenſit , quòd aqua eſt.*
*nume. 20.*
21 *Myſteria quæ ſunt in corporis Chriſti ſacramento.*
23 *Suffragia an proſint damnatis .*

CVm Marthę Scripta hic prolixè per
Io.An. de corpore , &
ſanguine Chriſti leuiter pertranſibo , recitando.
ſunt quædam inter ſacræ theologiæ perfectos viros, non in-
ter iuuenes ſcholares pertractanda. & hoc dicit . Si qua ver-
ba ſunt in canone Miſſæ,q̃ ab euangeliſtis dicta non fuerint:
credere debemus,ꝙ à Chriſto apoſtoli, & ab ipſis eorũ ſuc-
ceſſores:acceperint.hoc primò.Secũdò, ꝙ in ſacramento eu
chariſtiæ aqua cum vino tranſſubſtãtiatur in ſanguinem.Ter
tiò ꝙ oratio,quæ dicitur in ſecreto in feſto ſancti Leonis,im
mutata eſt.quia Sancti & perfectè beati orationibus noſtris
non indigẽt.ſecunda ibi[q̃ſiuiſti.]tertia ibi [tertio.] ¶ Not.
1 primò.† ꝙ in transſubſtãtiatione corporis,& ſanguinis Chri
ſti eſt præfixa certa forma verborum.& dicit Io.An.ꝙ in tali
ſacramento altaris,ſicut in alijs ſacramentis, eſt elementum
ſenſibile:ſiue materia, de qua conficitur ſacramentum.ſ.pa-
nis,& vinum.eſt verborum forma: qua accedente ad elemẽ-
tum, & ſacerdote ritè ſecundũ claues Eccleſiæ ordinato hoc
proferẽte , & intẽtionem ſuã ſecundũ formã Eccleſiæ dirigẽ
2 te,fit ſacramentũ in ipſa verborum prolatione finali. † ita ꝙ
non tranſſubſtantiatur pars corporis per partem ſyllabarũ,
vel dictionum:ſed in vltima verborum ipſius formæ prola-
tione,ad quam ordinatur omnium pręcedentiũ verborũ ꝓ-
latio,fit trãſſubſtãtiatio corporis.idem de vino.& ſic hoc mi
raculosè remanentibus accidentibus prioris: ſed non ſubſtã
3 tia,ſm̃ Hoſt.¶ Secundò no. Io.An. † de iſto canone Miſſę in
quo licèt multa inſerantur verba, quæ ad ſacramentũ corpo
ris referuntur:ſicut illa [panẽ ſanctũ vitæ æternæ]& illa[ſan
ctum filij tui corpus]&c.tamen iſta non ſunt illa verba,per q̃
conficitur corpus Chriſti:ſed illa tantùm [hoc enim eſt cor-
pus meum.]ſm̃ Hoſti.licèt quidam ſimplices ſacerdotes cre
dant canone Miſſæ eſſe q̃dquid eſt in ſecreta: ſed malè. quia
canon Miſſæ ſumitur pro verbis illis tm̃,quibus fit tranſſub-
4 ſtantiatio † Quare aũt canon dicitur in ſecreto.dicit, ꝙ plu
ribus de cauſis.prima quia Chiſtus cordis,non vocis clamo-
rem attẽdit. ſecunda, ne ſacerdos lõgo clamore deficiat. ter
tia,ne impediatur populus orare. quarta,ne verba tã venera
bilis miſterij quotidiano vſu vileſcant.quinta quia hoc perti
net ad ſolum ſacerdotem.ſexta, ne verba canonis ſępius au-
dita diſcantur à laicis,& in locis incõgruis recitentur.¶ Ter
tiò not. ꝙ multa dicta, & facta Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti
ſunt ab euangeliſtis prætermiſſa,quę apoſtoli ſuppleuerunt.
5 ¶Quartò not.† ꝙ diuerſitas , & varietas inter euangeliſtas
non curatur, nec vitiat. & hoc ideò quia de diuerſis factis,&
dictis Saluatoris noſtri teſtimonium ferunt,& ad vnum effe-
ctum tendunt,ꝙ fuerit verus Deus:& in eo verificata ſint om
nia,quæ prophetæ de eo prædixerant.facit quod not.in l.ob
carmen.ff.de teſti.vbi glo.alle.c.de parentela.& quod no. In
no.in c. qualiter & qñ. de accuſa. facit c.cum tu fili. de teſti.
6 ¶Quintò no.† ꝙ beatius eſt dare,q̃ accipere. vñ dicit Hoſt.
ꝙ nobilitas eſt in dando etiam vltra promiſſa. c. 1. de dona.
pauca verò debẽt recipi.de ſimo.c.& ſi q̃ſtiones. & dicit ve-
tus prouerbium.Nec omnia,nec ſemper,nec ab omnibus in
humanũ eſt enĩ à nemine accipere : ſed paſsim omnia ſemp,.
& à quolibet,viliſsimũ,& auariſsimum eſt. ff. de offi. procõ.
l.ſoient.§. 1.nil verò debemus quærere: imò nec concupiſce
re.s̃.de conſti.c.nã cõcupiſcẽtiã.¶ Sextò no.in §. cæterum.
7 † ꝙ illa,quæ vltra euangeliſtarũ ſcripta, Eccleſia cõſueuit fa
cere, debemus defendere per eorum ſcripta,& veroſimilia.
leuauit.n.Chriſtus oculos ad cœlum in reſuſcitatione Laza-
ri:in fractione quinque panum,& duorũ piſcium.Lu.9.mul-
tò magis præſumẽdum eſt leuaſſe in iſto venerabili ſacramẽ
to.& ſic ex cõſuetudine patris factũ in minoribus p̃ſumere
debemus in maioribus non omiſſum.de quo in gl.no. ar.&c.
8 ¶ Septimò no.† ꝙ teſtamẽtũ hominis morte cõfirmatur.an
te mortem ergo ambulatoria eſt voluntas,vt in iuribus alle-
gatis in glo.quid ſi iuraſſet teſtm̃ non mutare.dic,vt not. 13.
q.2.c.vltima voluntas.& pleniùs in Spec.de inſtru.edi.§.cõ-
pẽdiosè.ver.quid ſi quis iurauerit.& in reg.qđ ſemel.de reg.
iur.lib.6.in mercu.& per Bar.in l.ſi quis in prin. teſtamenti.
de leg.3.& in ſumma de teſta.§.qualiter cõfirmetur.¶Octa
9 uò no.in ver.credimus igitur, † ꝙ facta antiqua,quorum nõ
eſt memoria , à quo emanauerunt , debemus credere . & in
multis, de quibus non põt reddi ratio , ſufficiat iſta creduli-
tas.quia nõ omniũ,quæ à maioribus dicta ſunt,rõ reddi po-
teſt,vt l.non omniũ.ff.de legi.& vide quod no.68.diſt.c. cor
10 epi. ¶ Nonò no.† formã ſacramenti altaris.ſ.panis.& quo-
modo panis debeat eſſe de puro frumẽto.& quid ſi aliud gra
num,vel piper miſceatur.& quid de muſto, vel agreſto,ace
to,vel nectare.no.de conſe.di.2.c.2.& 5.& Inno.hic ponit,&
Abb.poſt eum,dicens,panẽ eſſe debere de puris granis fru-
menti,& vinũ de vuis.de conſe.di.2.c.in ſacramento. cũ ve-
rò contingit cõmiſtio cũ prædictis: an illud admixtum trãſ-
11 ſubſtantietur,dicã.j̃.¶ Decimò no.in §.quæſiuiſti. † vtrùm
aqua cũ vino in ſanguinẽ cõuertat.hic in tex.ſunt opi. Inno,
dicit,ꝙ panis tranſſubſtantiat in corpus.& vinum, & aqua ſi
mul in ſanguinem,ſm̃ Inno.quod dictum Hoſt.intelligit hoc
modo:videlicet. ꝙ aqua non tranſſubſtantiatur per ſe:ſed tã
tũ,in quantũ eſt miſta vino.& ideò verius dicit, vinũ & aquã
mixtũ tranſſubſtantiari.& niſi dictũ Inno.ſic exponas,error
eſſet:vt patet in eo,quod no.j̃.eo.§ præterea.ad tranſſubſtã
tiationẽ ergo requiritur vtrũq; . quia ſi eſſet ibi vnũ.tm̃,eſſet
Chriſtus ſine nobis . ſi verò eſt aqua tm̃ , eſt ibi Eccleſia ſine
12 Chriſto. debet ergo ſimul vtrũq; offerri.† cõiunctio enim vi
ni,& aquę ſignificat vnionem Chriſti,& Eccleſiæ . verũ ſi ex
negligẽtia prætermittatur aqua:nihilominus vr̃, ꝙ ibi ſit ve-
rum ſacrm̃:ſed non perfectum,quantũ ad ſignificatum.quia
non eſt ibi repræſentatio vnionis Chriſti,& Eccleſiæ.quantũ
aũt ad ſubſtantiam ſacramenti verum eſt , & perfectum : vt
patet in eo,quod legitur,& not.j̃.eod.verùm ſm̃ Hoſt.debet
tam parum poni de aqua,ꝙ vinũ illam abſorbeat.quia Chri
ſtus non mutatur in Eccleſiã:ſed Eccleſia in Chriſtum . Ad-
uerte tñ,ꝙ licèt panis tranſſubſtantietur in corpus , & vinũ,
& aqua in ſanguinẽ:tñ ſub vtroque ipſe Chriſtus integer eſt.
non enim eſt corpus hominis viui ſine ſanguine , & anima:
nec ſanguis ſine corpore,& anima . ¶ Vndecimò no.in ver.
contingit igitur,ꝙ qñq; accidentia mutant ſubiectum mira-
culose.qñq; naturaliter mutatur forma,non materia.qñque
vna materia cum alia permiſcetur.de quo dic,vt no.Inſti.de
re.di.§.cum ex aliena materia.cum §.ſeq.& ſubtiliter, vt no,
in l.quæſitum.§.illud fortaſſe. de lega.3. ¶ Duodecimò no.
13 † ꝙ natura cedit miraculo, & virtus &c.de iſtis aũt, quæ ve-
niunt miraculosè (puta reſuſcitatio Lazari) dic, vt l.nam ad
ea.ff.de legi.¶ Decimotertiò no.in ver.verũ.Io.An. qđ dicit
14 tex.[aquam cum vino.]† ꝙ quantũ ad verbalem coniunctio
nẽ inter,et,& cum,non eſt differentia.ff.de vſufru. le.l. illi cũ
a illo.& ff.de le.1.l.Titiæ textores.§.nihil diſtat.ª Bart.dicit,ꝙ
aut



aut cadit inter eos,quorũ nõ eſt:vt alij non accedat.vt eſt in
ter homines,quorũ vnus alteri accedere nõ põt, ſeu ſolet. vt
l.iuſtiſsimè.de ædil. edic. vel inter res prorſus diſtinctas : &
tunc eodẽ mõ coniungit,vt Inſti.de le.§.ſi quis ancilla. & l.ſi
ancilla.cũ liberis.de le. 1.aut cadit inter eas res,quarum vna
ſolet alteri accedere:vt inſtrm̃ fundo,peculium ſeruo:tũc eſt
differẽtia.quia,&,coniungit principaliter,cum coniungit ac
ceſſoriè,vt l.2.de peculio.de hoc per Cy.in l.2.de verb.ſign.
& Bar.ita diſtinguit in l.ſi cui fundũ. de fun. inſtr. & inducit
16 illã Io.An.ad q.† illius,pro quo Papa ſcripſit:vt ſibi prouide
ret̃ de dignitate eccleſię cũ canonicatu,& p̃benda:an canoni
catũ, & præbendã habere poſsit,dato quòd non vacet digni
tas.aliquibus vr̃,ꝙ non.quia dictio,cũ, vr̃ facere conditionẽ:
& ſic ceſſat gratia,niſi vacent vtraque.ar.ff. de cõdi. & dem.
l.Iulius Paulus.& potiſsimè in mandatis.de præben.c.cui de
non.lib.6.ſed contrarium tene:niſi de intellectu.Papæ aliter
appareret.bene facit de leg. 1.l. ſi ancilla cum liberis.& l. ſi
cui ſerui.& l.ſi quis inquilinos.§.fi.& quod ibi no.& vide qđ
no.Io.An.j̃.de reg.iur.c.nullus ex cõſilio.Si aũt in litera gra
tiæ non eſſet appoſita dictio,cum,ſed dictio,&,non eſſet quę
ſtio,vt c.quia ſæpe.de præben.lib.6. ¶Decimoquartò no.in
ver.tertio loco.ꝙ debemus accedere ad formã orandi:& q̃d
in orationibus petere debeamus.de quo per Io.An.de reli.&
ven.ſan.c. 1.in cle.Valerius dicit ita. Socrates humanæ ſapiẽ
tiæ quaſi quoddam terreſtre oraculũ , nil vltra petendum à
dijs immortalibus arbitrabat̃, q̃ vt bona tribuerent . quia hi
demũ ſcirent,quid vnicuique eſſet vtile . Nos aũt plerũq; id
votis expetimus:quod nõ impetraſſe,melius foret.&c. vt ibi
pulchrè proſequitur.¶Tangit hic Io.An.plura de iſto mira-
bili ſacramento.ex quibus aliqua ſuccinctè per qõnes expe
diã.primò ergo quæro ſi aliqua grana ſiliginis, vel alterius
bladi ſint ſupermiſta cũ granis frumenti , de quibus factus
eſt panis:nunquid illa grana à frumento tranſſubſtantiãtur.
dicit,ꝙ non,ſed ſolum frumentum.quia & ipſe fuit granum
frumenti,vt ipſe dicit Io.12. Niſi granũ frumenti cadens in
17 terram &c.¶Secundò quærit.† Vtrùm de aggreſta,vel vino
ſpiſſato per decoctionem,& facto nectare,& de aceto, & de
vino extorto de vuis.dicunt quidam,ꝙ de talibus non fit ſan
guis.Io.An.dicit,ꝙ de talibus non eſt facilè iudicandum , &
melius eſt non celebrare,q̃ de talibus conficere. Alij dicunt,
ꝙ de nectare(dummodo ſpeciem vini non mutauerit)confi-
ci põt.nã ſi coletur per ſpecies,nihilominus vinũ remanet:&
quamuis mutentur accidentia (ſicut color , ſapor , & odor)
ſpẽs tñ non mutatur ; ſicut aqua colata per cineres aqua re-
manet.vnde ſm̃ eos,poſſet in ea baptizari.Idem dicunt de vi
nò,quod aliquãtulũ acuit. ſecus ſi omnino ſit factum acetũ:
ita ꝙ vini ſpẽs ſit mutata: de talibus enim non conficeretur.
probatur de contrahen.emp.c.in venditionibus. de vino ve-
ro extorto de vuis nulla dubitatio eſt,quin confici poſsit, ſm̃
18 Io. An. ¶ Tertiò quærit. † quid ſi in calice eſt tm̃ aqua ſine
vino.dicit,ꝙ ibi non eſt calicis ſacramentũ : vnde qñcunque
hoc deprehendat ſacerdos:antequàm ſumat, debet reincipe
re verba,per quæ fit conſecratio calicis, illa videlicet [Simili
modo poſtquàm cœnatum eſt] &c.cum omnibus orationi-
bus,quæ in canone Miſſæ ſequuntur. Ita tñ,ſi nondum ſum-
pſit corpus Chriſti,qñ reiterat, non debet ſuper hoſtiam cõ
19 ſecratã ſigna facere,quæ iamfacta ſunt.† quid ergo dices, ſi
poſtq̃ ſacerdos ſumpſit corpus,ex guſtu , vel aſpectu depre-
hendit in calice non eſſe vinum, ſed aquã tm̃ ? dicunt aliqui,
ꝙ non debet à capite reincipere:ſed dimittat , & de negligẽ
tia pœniteat.Alijs verò videtur melius,ꝙ debet ponere vinũ
in calice, & repetere totã conſecrationem ſanguinis ab illo
loco:[Simili modo.] &c.vſque in finem. & ſi timet ſcandalũ
in prorogatione Miſſæ, ſufficit,ꝙ dicat illa tm̃ verba, p quæ
conſecratur ſanguis.ſ.illa[Simili modo]&c. vſque[in mei cõ
memorationẽ faciatis. ] nec eſt neceſſe, ꝙ repetat orationes
ſequentes.& hoc verũ,qñ guſtauit.i.in ore poſuit:ſed nõ de-
20 glutiuit.† Quid ergo ſi iam habebat aquam in ore:& tũc ſen
ſit,ꝙ aqua eſt.dicas,ꝙ ſi ſine ſcandalo fieri põt,cautè poteſt
ipſam reponere in calice,& facere poni in ſacramentario cũ
reuerentia.quia propter particulã corporis Chriſti,quæ in ip
ſa aqua fuit poſita,non eſt in terrã ſpargenda:nec viliter tra
ctanda : ſed nec eſt tranſglutienda . alioquin tanquàm non
ieiunus vlterius non debebit conficere illa die.7. qõ. 1.c. ni-
21 hil.¶ Quartò quæro circa iſtã cõmiſtionẽ vini, & aquæ† qñ
verum ſit,ꝙ aqua tranſſubſtantietur in ſanguinẽ , vel vinum
appoſitum ſanguini.ex dictis Io.An.ſuper ver.remanet.col-
ligi poteſt bimembris diſtinctio. vtrũ aqua ponatur in tan-
ta quãtitate,ꝙ abſorbeat ſpẽm vini,& ſaporẽ ſuum, aut nõ.
& rurſus vtrũ ante conſecrationem ponatur,vel poſtea . Sed
clarius loquitur ſuper verbo circunfuſum.dicit enĩ, ꝙ qñ ali
quæ reliquiæ remanent de ſanguine , & apponitur multũ de
vino,cenſet̃ totũ vinum,qđ remanet de ſanguine: quare ſi ſu
ſcipiatur, hæc ſuperfuſio celebrationẽ impedit illa die.s̃.eo.
c.ex parte . & ideò ſacerdos in receptione ſanguinis debet
decenter ſine ſonitu euacuare, & ſuggere calicẽ quantò põt:
vt nihil ibi remaneat.& poſtea vinũ ſuperfundere:& laudabi
lius eſt facere duas,q̃ vnã ſuperfuſionẽ: licèt quidam vnã fa-
ciant. Quid ergo dices econuerſo. puta parũ vini apponitur
cũ ſanguine:ſicut ſeruãt Ciſtercieñ.fratres,cũ cõicant in cõ-
uentu.ſacerdos,qui tenet calicẽ cũ ſanguine, vidẽs,ꝙ quanti
tas ſanguinis non ſufficeret omnibus fratribus,ponit ibi ali-
quantulũ de vino : ſed ſi quãtitas ſanguinis maior eſt in ma-
gna parte vino appoſito : nunquid cenſebitur totũ ſanguis.
dicit Io.An.ꝙ non.quia nunq̃ pars vini,quæ apponitur, trãſ
ſubſtãtiabatur.quia non fit tranſſubſtantiatio , niſi per ver-
ba canonis.j̃.eo.c.de homine . tñ quia totum miſtũ videtur:
nec põt diſcerni ſub illis accidentibus , quæ in ſanguine re-
manſerant, ſuſcipit̃ Chriſtus: nõ tñ madidat̃ ſanguis à vino.
quia non eſt ibi per effuſionẽ : ſed per corporis glorificatio-
nẽ totũ corpus Chriſti integrum,& glorificatũ. vnde ſicut vi
num proiectum ſuper hominẽ non madidaret ſanguinẽ ve-
narũ:ſic nec vinũ appoſitum ſanguini Chriſti. quantùm ad
celebrationem aliam illud ſumens non intelligeretur ieiu-
nus propter vinũ illud modicũ poſtea admiſtũ.s̃.c. ex parte.
& hoc intellige,qñ tam parũ liquoris admiſcetur ſanguini:ꝙ
ſpecies ipſa, ſiue accidentia (puta color, ſapor, & odor vini)
non corrumpuntur: ſed manent.nam ipſis manentibus,ma-
net ſub illo ſacramento verũ corpus,& ſanguis Chriſti.quid
ergo ſi tanta pars alterius liquoris admiſceat̃ , ſiue ponat̃ cũ
ſanguine,quanta eſt quantitas ſpecierum, vel maior . refert
Ariſtotelẽ dicere, ꝙ nullũ miſtibilium ſuum eſſe retinet . qđ
intelligit̃,qñ æqualis eſt miſtio.nam ſi inæqualis(puta nouẽ
lagenæ vini miſceantur cum quinque lagenis aquæ) non eſt
miſtio:ſed augmentũ dominantis vini. q.d. hoc caſu totum
vinum cenſebitur,& nominabit̃, & non aqua.& his rõnibus
dicunt quidam,ꝙ in iſtis duobus caſibus videntur ſpẽs non
manere: ſed videtur fieri tertiũ:ſicut vides in farina , & aqua
ſimul miſta tertiũ fieri. ſ.paſtã,prioribus ſpeciebus(.ſ.aqua,
& farina ) nõ manentibus,ſed mutatis.ſic etiã dicũt in prædi
cto caſu,qñ non manent priores ſpẽs vini:quibus nõ manẽ-
tibus,deſinit eſſe ſacramentũ. Sed Io. And.dicit,ꝙ quicquid
Phil. dicat, rõnes ſuas naturales in hac materia nõ admitti-
mus:ſicut nec debemus, vt patet in ver.contingit igitur.dicit
ergo,ꝙ qñ tanta quantitas alterius liquoris admiſcetur ſan-
guini:ꝙ veriſimiliter,& ſenſibiliter apparet omnino priores
ſpecies non manere. quod põt magis ſenſu percipi,quàm ali
qua locutione exprimi:ſicut aliàs dicũt iura, de ſolu. c. ratũ.
de dona.c.apoſtolicæ.§.pe. poteſt.n.vinum adeo rubeũ eſſe,
adeo forte,adeo odoriferũ:ꝙ non ſolũ,ſi tm̃dem aquæ(ne di
cam alterius vini:)ſed etiam ſi duplũ cũ ipſo admiſceatur de
aqua,adhuc retinebit in parte colorẽ,ſaporẽ, & odorem vi-
ni,ergo manet ſpẽs.ergo & ſacrm̃,vt probat ille tex. hoc igi
tur teneas,ꝙ quãtũcũq; alterius liquoris apponat̃ cũ ſangui
ne,ſemper

ne,ſemper remanentibus ſpeciebus,manet & ſacr̃m.ipſis au
tem non manẽtibus, deficit & ſacramentũ.Aliud in oleo nõ
conſecrato.ibi enim quia nulla tranſſubſtantiatio,niſi par-
tes miſcentur.& per contrariũ olei cũ oleo.& ideò ſine peri
culo fidei dicere poſſumus, ꝙ conſecratum trahit ad ſe non
conſecratũ.ſ.ti.1.c.quod in dubijs.& tñ quod ibi dicitur, ſe
cundũ Io. An. videtur intelligendũ, qñ pars olei conſecrati
ſatis maior eſt parte olei non conſecrati. ¶ Quintò quæro.
22 dicitur in ver.cedit quippe natura miraculo,&c. † quæ ſunt
miracula in corpore Chriſti. dicit Io.An.ꝙ ſunt multa,in q-
bus rõnes deficiunt:ſed ſimilitudines ſeruiunt.primò tranſ-
ſubſtantiatio panis, & vini in corpus & ſanguinem Chriſti.
ſimilitudo in cibo & potu: quod mediante natura fit huma-
na caro.ſecũdò, ꝙ tota die tranſſubſtantiatur,& nullũ aug-
mentũ fit in Chriſto.ſimilitudo in ſecreto manifeſtato. ter-
tiò,ꝙ tota die ſumitur,nec diminuitur. ſimilitudo in lumine
accẽdente alia lumina.quartò ꝙ indiuiſibile diuiditur in qua
libet parte,totum remanens.ſimilitudo in ſpeculo.quintò &
à malis ſumptũ non coinquinatur.ſimilitudo in Sole, qui p
fœtida loca tranſit. ſextò ꝙ debilius eſt mortale.ſimilitudo
in ſanis cibarijs,quę infirmis,& debilibus ſunt nociua. ſepti
mò,ꝙ ſumptum ſtatim rapitur in cœlum.incontaminatus.n.
exiuit de Virginis corpore, & incorruptus de monumento
clauſo.octauò,ꝙ immenſum in parua ſtat hoſtia. ſimilitudo
in oculo paruo,magnũ montẽ cõprehendente. nonò, ꝙ idẽ
corpus in diuerſis locis à diuerſis percipitur.ſimilitudo in ſo
no cãpanæ. decimò ꝙ remanẽt accidentia tranſſubſtantia-
to ſubiecto:& in hoc cedit natura miraculo, vt hic. ¶ Sextò
23 circa vltimam partẽ quęro. † an ſuffragia proſint damna-
tis.Do.Io.Cal.recitat hic multorũ opi. & tandẽ cõcludit ſuf
fragia damnatis in nullo prodeſſe, vt dicit Aug. & magiſter
ſententiarum ponit lib.4.diſt. 45. & apertè principaliter de
pœni.diſt.7.c.fi.& 26.diſt.§.alleg.ea demum.ibi[ſed æterna
illum flamma ſine vllo remedio trucidabit.]Non obſt.13.q.
2.c.tempus.quia,vt ibi põt colligi, de exiſtentibus in Purga
torio loquitur Auguſtinus.quorum pœna qñq; per ſuffragia
expiatur totaliter.qñq; diminuitur.& ita intelligit iſtũ finẽ.
poſſet tñ ex priuilegio ſpeciali fauore alicuius Sancti aliquẽ
de inferno redimere, & ad vitam reducere & ſeruare. & ſic
intelligunt aliqui quod legitur de beato Machario, & beato
Gregorio, & Traiano Imperatore. de hoc per beatũ Tho-
mã tertio ſententiarum.45.diſt. q. 2. arti. 2. Reliqua magis
theologica, quàm canonica quæ hic tangit Io.An. per te vi
deas.& prędicta,quę dixi,per eum dicta intelligas: quę ap-
probo bene dicta,& ſancta mater Eccleſia approbat: ac ſen
tit de prædictis.

ADDITIO.

a ¶ Nihil diſtat. Adde eundem Bar.in l.1.ff. de pac.

*S V M M AE.*

1 *Circunſtantiæ dicuntur omnia, quæ dicuntur in Miſſa, præter verba canonis.*
2 *Actus,qui ſimulatè concipitur,non producit effectum.*
3 *Falſa remedia quòd veris periculis ſint grauiora, quomodo intelligatur.*
4 *Simulare, eſt magnum peccatum.*
5 *Sacerdos, qui vult celebrare, ſi non habet cui confiteatur, quid iuris.*

DE homine. Grauius peccat,qui ſi-
mulat ſe conficere, &
non conficit: quàm is,qui conficit in mortali. &
ſunt duæ partes.quæſtio,& eius ſolutio ibi[cũ ergo.] ¶No-
1 ta primò† ꝙ in Miſſa omnia, quæ dicuntur,præter verba ca-
nonis,quibus conficitur, dicuntur eſſe circunſtantiæ. ſimili-
ter in alijs,quæ gerimus, quædam dicuntur eſſe ſubſtantia-
lia.quædam naturalia. quædam accidentalia actuũ gerendo
rum,vt l.pacta conuenta.ff.de contrahen. emp. ¶ Secundò
2 no. ꝙ† actus,qui ſimulatè concipitur,non producit effectũ.
quod patet: quia non ſatisfit populo, ſic fictè gerendo. hinc
dicitur[vmbra quædã videtur in opere] &c. vt ſ. de conſue.
c.quanto.& facit quod no.ſ.de elec.c.dudum. ipſum aũt ſi-
mulantẽ grauat talis fictio: vnde qñq; obligatur. quod dic,
vt ſ.de regu.c.vidua.facit quod no.in l.1.ff.de dolo. ¶ Ter-
3 tiò no.in ver.cum ergo.† ꝙ falſa remedia veris ſunt periculis
grauiora.quod dictum glo.exponit.ꝙ magis peccat,qui oc-
cultè malũ agit,quàm ille,qui palam. de quo dic, vt in ea. &
32.q.4.c.nemo.& 81.diſt.c.clericus ſolus. ¶Quartò no.Io.
4 An.† ꝙ ſimulare eſt magnum peccatũ.vnde Greg.Simulata
æquitas duplex eſt iniquitas.& Tullius lib.1.de offi.c.8. To-
tius aũt iniuſtitiæ nulla capitalior,quàm eorum,qui,cũ ma-
ximè fallunt, id agunt, vt boni viri eſſe videantur. & in vitis
patrũ legitur.In nullo ſic gaudet inimicus: vt in illo, qui co-
5 gitationes ſuas manifeſtare non vult.¶Quærit glo.fi.† quid
iuris,ſi ſacerdos,q vult celebrare,nõ habet, cui confiteatur.
dic,vt in ea.& 7.q.1.c.nihil.& 50.diſt.c.de his.2.in fi. vlt. gl.

*S V M M AE.*

1 *Teſtimonium verum vniuſcuiuſque rei ſumitur ex ſignis.*
2 *Minima particula falſitatis in teſte vitiat dictum eius in totum.*
3 *Compoſitum poteſt reſolui in ſua componentia.*
4 *Curpus humanum compoſitum eſt ex quatuor elementis.*

IN quadam. Improbat opi.quæ habet,ꝙ
in ſacramento altaris aqua
conuertitur in phlegma. & probat Chriſtum fuiſſe ve-
rum Deum,& verũ hominem. & ꝙ de ipſius latere exiuit ve
1 ra aqua.¶No.in ver.ſed aduerſus.† ꝙ ex ſignis ſumitur ve-
rum teſtimonium vniuſcuiuſq; rei.dixi in c.vidua. ſ. de reg.
2 ¶ Secundò† ꝙ à veritate omnis fallacia debet eſſe remota.
hinc eſt, ꝙ minima particula falſitatis in teſte vitiat dictum
eius in totum.de quo dic,vt in c.fraternitatis. de hære.& c.ſi
3 ad ſacras.9.diſt.¶Tertiò no. † ꝙ compoſitum poteſt reſol-
ui in ſua componentia. de quo dic ſubtiliter,vt no. in l.quæ-
4 ſitum.§.illud fortaſſe.de leg.3.¶Quartò no.† ꝙ corpus hu-
manum compoſitum eſt ex quatuor elementis. cætera dic,
vt in nouella.

*S V M M AE.*

1 *Rector debet dolere de exceſsibus ſubditorum.*
2 *Dormientes nimium reprehenduntur.*
3 *Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt.*
4 *Clerici in dicendo diuinum officium non debent ſincopare: ſed ſtudioſè, & deuotè dicere nu.7.*
5 *Pſallentes in choro debent tenere aures, & cor ad diuina.*
6 *Clericis omnibus indicta eſt neceſsitas dicendi diuinum officium, diurnum, & nocturnum ſub pœna ſuſpenſionis.*
8 *Clericus dum intendit diuino officio, licèt non debeat aliud cogitare: tamen ſi cogitat, non peccat mortaliter, ſed venialiter.*
9 *Clericus debet cum alijs conuenire in choro ad diuinum officium, & inde non diſcedere.*
10 *Clericus ſi omittit aliquem verſum pſalmi ex negligentia: an peccet. & an teneatur pſalmum inchoare à capite.*
11 *Laici, qui interſunt officio diuino: nec intelligunt quæ leguntur, debent eſſe in ſilentio, & rogare Deum, vt orationes, & lectiones, & pſalmi, & cantus, qui fiunt in eccleſia, proſint ſibi, & alijs ad ſalutem.*

VOlentes. Tolle pro ſumma fi.c.& duo
facit.ponit duplicem clerico
rum exceſſum.ſecundus ibi[ſunt & alij.] ſecũdò
1 iſtud prohibet,ibi[hoc igitur.] ¶ No. primò † ꝙ rector dẽt
dolere de exceſsibus ſubditorum: & potius in odore bonæ
famę,quàm malæ,ſe delectare debet. ¶ Secundò not. ꝙ iſti
clerici peſsimè diſpenſabant tẽpus vitæ ſuæ,partẽ in comeſ-
ſationibus,



ſationibus, partem in dormiendo:tranſeunt.n.tales vitã ve-
luti pecora:quæ natura prona,atq; ventri obedientia finxit.
hos reprehendit Salluſtius in prin.belli Catilinarii,ita dicẽs.
Multi mortales dediti ventri, atq; ſomno indocti, incultiq;
vitam ſicuti pecudes tranſiere. quibus profecto contra natu
ram corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam
mortem iuſtè exiſtimo. qm̃ de vtraq; ſiletur. Non ergo dẽt
breue vitę tempus inaniter diſpenſari. Nihil.n. charius tem-
pore:nihil tñ vilius reputatur, vt ait Bernardus.& vide Sene
2 cam epiſtola prima ad Lucillum. ¶Tertiò no.†cõtra nimiũ
dormientes:quos ẽt reprehendit Ouidius ſine titulo.

*Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.*
*Longa quieſcendi tempora facta dabunt.*

Prodeſt tñ qñq; requies animo nimium fatigato.vñ Sene
ca in proœmio Declama. Excitatur.n.otio, vigore, & triſti-
tia,quæ continuatione pertinacis ſtudii adducitur:feriarum
hylaritate diſcutit. tñ plus vigila: ſemp ne ſomno deditus
3 eſto.†qa vigilantibus,& nõ dormientibus iura ſubueniũt,vt
l.ſi pupillus.de priuile.cre.& c.vigilanti.ſ.de pſcri.¶Quar-
4 tò no. †ꝙ non dẽnt clerici in dicendo officium ſincopare.q̃
tñ omiſsio non vitiat actum, vt l.Mæuia.ff.de ma.te.facit l.ſi
quis rõnes.ff.de condi. & demon.paria.n.ſunt nõ agere, vel
5 perfunctoriè agere,vt ibi.¶Quintò no.in ver. sũt & alij.†ꝙ
pſallentes in choro debent tenere aures, & cor ad diuina.cã
tus.n.non conſiſtit in modulatione verborũ,& multitudine:
ſed in corde.92. diſt.c. 1.& 2. cum deuotione ergo eſt ma-
nendum,& Deo plus corde,q̃ voce pſallendũ.vt d.c.2.¶Sex
6 tò no.†ꝙ in oĩbus clericis eſt indicta neceſsitas dicendi di-
uinum officium,diurnum,& nocturnum ſub pœna ſuſpenſio
nis.quod vr̃ verum poſt monitionem. quia qui venit contra
canonem,monetur,antequam per iudicem puniatur.arg.de
cle.excom.mi.c.ſi cele.de elec.c. cum in cũctis.niſi certa pœ
na à canone ſit inflicta.de hoc ſ.de præben. c.extirpandæ.q
contra iudicem ſtatim puniri poſſet,ſm̃ Io.And.ſuper glo.fi.
qui etiam remittit ad no.j.de electio.c.generali.lib.9.in gl.
7 contra faciens.& de treu.& pa.c.1.¶Septimò not.†ꝙ cleri-
ci ſtudioſè, & deuotè dicere debent officium, quantum eis
Deus dederit:an verò peccet mortaliter, qui hoc non facit.
dicit Io.An. ꝙ dicere eſt in præcepto:ſed alia, quæ in deuo-
tione conſiſtunt,ſuadendo dicuntur.quod placet, ibi[quan-
tum eis Deus dederit.] &c.durum.n. eſſet ponere in vi præ-
cepti:& mitteret Eccleſia laqueum, & alligaret onus impor
8 tabile contra c.de viduis.27.q.1.& per hoc dicit Io.An.†ꝙ
licèt clericus,dum intendit diuino officio, non debeat aliud
cogitare:tñ ſi cogitat,non peccat mortaliter: ſed venialiter.
quia ſm̃ Boet. cor hominis vagum eſt, & mobilius ſit omni
mobili:vnde non eſt homo adeò fortis, ꝙ tales cogitationes
9 euitet.¶Octauò no. †ꝙ clericus debet cum aliis conuenire
in choro ad diuinum officium, & inde non diſcedere. dicit
tamen Inn.ꝙ ſi qñ nimis fatigatus eſt ſpũs, exiret cã recrea
tionis (qđ põt fieri ſine ſcandalo)nõ vr̃ peccare.caueant tñ,
ne in his excedant nimium,& frequenter, ſm̃ Inn.¶Quærit
10 Io.An. †ſi clericus omittit aliquem verſum pſalmi ex negli-
gentia, an peccet: & an teneatur pſalmũ inchoare à capite.
dicit Inno.ꝙ non peccat.quod intelligit Ho. mortaliter: ſed
venialiter bene peccat.nec debet reincipere pſalmum: quia
ſi fieret,aliquibus fortè ſcandalũ generaret. & hac rõne pſal
mum omiſſum non dẽt reaſſumere:ſi tñ totus chorus omiſiſ
ſet pſalmum,dẽnt illum reaſſumere: niſi ſcandalum immi-
neret.& intellige pdicta,qñ ex leui negligẽtia, vel nimia me
ditatione contingit talis omiſsio:ſecus ſi negligẽtia eſſet ac-
curata, & malicioſa. quia maledictus homo, qui facit opus
Dei deſidioſè.Hier.54. ſubdit ẽt, ꝙ ſi quis nimis fortè dor-
miens tardius ſurgat,qđ reperit de officio dictũ ab aliis,dẽt
dicere in ſilentio,dum alii cãtãt:ſi tñ,ſiue malicia,ſiue culpa
nõ interfuit in principio officii:vel fini nequeat intereſſe, nõ
oportet,ꝙ à capite incipiat: vel finẽ ſuppleat.ſi tñ magnam
partẽ nocturnorũ,vel Laudis omitteret, bñ faceret, ſi illud
diceret,ſm̃ Inn. & hoc vltimũ dicit Io.An. fore tutũ.& vide,
qđ de iſta reaſſumptione dictum eſt ſ. c.1. ¶Vlterius q̃rit.
11 †qd de laicis,q interſunt officio,nec intelligunt q̃ leguntur.
Rñdeo,dẽnt eſſe in ſilentio,& rogare Deũ,vt orationes, le-
ctiones,& pſalmi,& cantus, q fiunt in eccleſia, pſint ſibi,&
aliis ad ſalutẽ,ſm̃ Inn.de clericis,ſi quod cantant,non intel-
ligunt.dicit ipſe,ꝙ non peccant: dummodo cor ſuũ ad Deũ
habeant.& ei pſallant.

*S V M M AE.*

1 *Deus propter peccata ſacerdotum, & incuriam iraſcitur.*
2 *Eucharistiæ ſacramentum teneri debet in loco ſingulari, mundo, & ſignato.*
3 *Sacerdos monere debet plebem, vt reuerentiam exhibeat hoſtiæ, & ſanguinis Chriſti ſacramento.*
4 *Presbyter cum defert hoſtiam ad infirmum, debet reuerenter incedere: & ipſam deferre ante pectus in decenti habitu.*
5 *Fugiens ad corpus Chriſti, an gaudeat immunitate eccleſiarum, ſicut fugiendo ad eccleſiam.*

SAnè. Dicit,ꝙ euchariſtia dẽt cõſeruari; qũo in
eius eleuatione, & portatione populus de
beat ſe inclinare:qũo debeat ad infirmum deferri.trã
ſgreſſores pcipit grauiter puniri. ſcđa ibi [ſacerdos.] tertia
1 ibi[quam]quarta ibi[pręlati.]¶No.primò,†ꝙ Deus pp ſa
cerdotum peccata,& incuriam iraſcitur. facit in Auth.vt nõ
2 luxu.16.q.1.c.reuertimini.¶Scđò no.†ꝙ in loco ſingulari,
mundo, & ſignato dẽt teneri euchariſtiæ ſacramẽtum. & dr̃
euchariſtia ab eu,qđ eſt bonum, & charis,quod eſt gr̃ia:nec
dẽt ſcribi p H.in principio: qa tunc eſſet interiectio dolẽtis.
facit quod no.Io.An.ſ.de teſta.c.nos qdẽ. ſuper gl.1.¶Ter
3 tiò no.†ꝙ ſacerdos dẽt monere plebem,vt reuerentiã exhi-
beat hoſtiæ,& ſanguinis Chriſti ſacramento, inclinando ſe.
ſic debent incuruari,cum legitur Euangelium, ſtando tñ.de
4 conſe.diſt.apoſtolica. ¶Quartò not. †ꝙ presbyter,cũ de-
fert hoſtiam ad infirmum, dẽt reuerenter incedere,& ipſam
deferre ante pectus in decẽti habitu:& ſimiliter deferre dẽt.
& per conſequens non dẽt vacuus redire: ſed tot deferre: vt
non vacuus reuertãt.quod ſi contingeret (pp multitudinem
fortè infirmorum) ceſſare dẽt lumen,& ſonitus campanellę,
5 ſm̃ Ho. ¶Quærit Io. An.†vtrùm fugiens ad corpus Chriſti,
gaudeat immunitate eccleſiarum: ſicut fugiendo ad eccle-
ſiam.Ho.& Vin.dicunt, ꝙ fugiẽs ad corpus Chriſti gaudeat
immunitate:licèt non recipiens.& eſt rõ,ſm̃ eum:qa corpus
Chriſti recipientem ipſum reperit captiuũ.& ſic captiuũ di-
mittit:ne videatur oĩno damnare iuſtitiam, iuxta pſalmum.
Iuſtus eſt Dñs, & ſummum bonũ &c. 12.q.2.c.cũ deuotiſsi
mam.fugientem verò,quem liberum inuenit,in libertate cõ
ſeruat.& hoc pbat Hoſ.multis rõnibus.& primò.quia pro-
pter honorem Dei Eccleſia habet illud priuilegiũ: ergo for-
tius ipſe Deus.quia propter quod vnũquodq;, & ipſum ma-
gis.in cle.1.de reli. ſecundò qa ſi ſtatua præfecti ſaluat homi
nem.Inſti.de his qui ſunt ſui,vel alie.iuris.§.ſed hoc tempo-
re.multò fortius corpus Chriſti, quo nihil maius.95.diſt.c.
ecce.ad hoc fides mulieris patientis fluxũ: vt legitur Matth.
9.c.Item longè grauius eſt æternam q̃ temporalẽ,&c.de hæ
re.c.vergentis.& dicit Ho.ſe non videre,quare magiſtri con
trarium notauerunt. ¶Vltimò no.gl. qualiter ſit orandum:
& quid dicendum in eleuatione corporis Chriſti. & hic per
Ioan.And.

*S V M M AE.*

1 *Iura prouident contra pigros & deſides, excitando eos.*
2 *Anniuerſarium ſi cadit in die feſto, quid iuris.*
3 *Orandum eſt pro defunctis.*

CVm creatura. In conuentualibus eccleſiis conuentualiter celearandæ ſunt Miſſæ de feſto: vel feria pro anni verſariis defunctorum. ponit mandatum, cuius p̄-
1 mittit cām gn̄alem, ibi[mādamus.]¶No.†cōtra pigros,& deſides iura ꝓuident, excitando eos. concor.l.fi. C.de edic.
2 diui Adri.tol.& c vigilanti.de præſcri. ¶Scd̄ò no.†q̄d iuris, cum anniuerſariū incidit in die feſto:an primò debeat ſatiſfacere obligatus ad ambo. dic, ꝙ ſatisfaciendū eſt anniuerſario in priuato. & diei feſto ſolēniter in conuentu. ſi aūt nō incurrat feſtum in die,fiet econuerſo.ſ.anniuerſariū in conuentu ſolēniter,& miſſa ferialis in priuato.& hēt hoc locum in conuentualibus. & poſſet habere locum in capellis: quaſi ſit hic iuſta cā bis celebrandi.s̃.eo.c. conſuluiſti.cū.n.ꝑ anniuerſariis annuatim aliquid eccleſia recipere cōſueuerit ſine vitio ſimoniæ.s̃.de præbē.c.ſignificatum.illi, quibus tale q̄d relinquitur,quaſi ex debito ad hoc tenētur.de deci.c.parochianus In concurſu ergo duarum obligationū debemus ſatisfacere grauiori:nihilominus & alteri, ſi hoc poſſumus. facit l.in operis.ff.loca.& q̄d no.in c.breui.de iureiu,& c.fin,
3 de dila.in rōne ſui.¶Tertio not.†ꝙ pro defunctis eſt orandum.& ſic eis proſunt ſuffragia viuentium,vt in gl. & in ſingulis Miſsis eſt orandum pro eis.de conſe.diſt. 1.c.pe.& ſic poteſt quis per alium ſaluari: licèt non dānari.de hoc. 1.q. 4.c.iam itaq;. & in ſimili in l.ſoluendo.de neg.geſt.& l.ſolu. vel iudicium.de ſolu.quid ergo ſi illi,qui orant pro mortuis, ſunt mali:an eorum preces proſint,vel noceant.no.49.di.§. 1.& 3.q.7.c.in grauibus.

*S V M M Æ.*

1 *Epiſcopus in eccleſia ſua debet tantùm celebrare Miſſam in die cænæ Domini,& chriſma conficere.*
2 *Epiſcopus quilibet die Dominico debet eſſe præſens in eccleſia cathedrali:niſi iuſtum impedimentum occurrat,*

1 TE referente. †In die cænæ Dn̄i ep̄s in eccleſia ſua tantū Miſſam celebrare dēt, & chriſma conficere.ponit mādatum:cuius p̄mittit cām ſp̄alē, ibi[fraternitati.] ¶Oppo. dr̄ hic,ꝙ vna tm̄ Miſſa in die dici dēt. contra imò vr̄, ꝙ duæ propter neceſsitatem,puta aduentum peregrinorum. s̃.e.c. conſuluiſti.So.chriſma non dēt confici, niſi certo die.de cōſe.diſt.3.c.literis.& diſt.3.c.oī tempore.vnde,ne poſsit impediri,præcipitur, vt hic habetur.vel pōt dici ſp̄ale propter honorem chriſmatis, vt dicto die non poſsit dicere niſi vnā
2 miſſam. Not. etiam hic Io.An. †ꝙ ep̄s quolibet die Dominico dēt eſſe præſens in eccleſia cathedrali:niſi iuſtum impedimētum occurrat.de conſe.diſt.3.c.ep̄s.& 7.q. 1.c.& tp̄ris. & argumen.ꝙ tunc debeat celebrare,quaſi reddat debitum ſponſæ ſuæ:contra quod ſaluo impedimento canonico, nulla eſt excep.admittenda.de coniug.le.c. 2.

*S V M M Æ.*

1 *Vini plus ponendum eſt in ſacramento altaris,quàm aquæ.ratio redditur.nu.4.*
2 *Archiepiſcopus habet correctionem eorum, quæ prauè geruntur in prouincia.*
3 *Eccleſiæ omnes tenentur ſequi conſuetudinem Romanæ Eccleſię.*

1 PErnicioſus. †In ſacrificio altaris plus eſt de vino, q̄ de aqua ponendum.& primò ponit abuſum: quem ſecūdò im
2 probat. ¶Not.primò†ꝙ archiep̄s habet correctionem eorum,quæ prauè geruntur in prouincia. & nō ſolum propter diuina:ſed etiam,qn̄ vitium eſt cōe, vt hic.& s̃.de inſti.c.3, & de reſcri.c.ad hæc.& de offi.ord.c.paſtoralis.¶Scd̄ò not. ꝙ oēs eccleſię tenentur ſequi conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ.de quo in gl.& quod not.s̃.de offi.archid.c.fi.& de cā conſuetudinis non eſt aliter inquirendum; ſed credendum, ꝙ fuerit à maioribus ex cā rōnabili introducta, vt s̃.c.cum Marthæ.§.credimus igitur.de quo ēt in gl. quam no.quæ ēt
3 quærit,ſi ratio huius conſuetudinis reddi pōt.†ſcilicet quare ponitur plus de vino,q̄ de aqua. & dicit, ꝙ ſic.quia delectabilius. lætificat enim cor hominis.aqua verò humores generat,& corrumpit ſtomachum.vel eſt ratio. quia aqua ponitur vt acceſſoria, & magis in vino eluceſcat iſtud ſacramētum.s̃.eo.c. cum Marthæ. Item quia non legimus Chriſtum poſuiſſe aquam in calice.

*S V M M Æ.*

1 *Presbyter,qui ſine igne,& aqua.vel in pane fermentato,vel in ligneo ſcypho ſacrificat,deponendus eſt.*
2 *Corpus Chriſti an poſsit confici in pane fermentato.*
3 *Eccleſia quare magis vult ſacramentū euchariſtiæ fieri in pane azimo,quàm fermentato.*
4 *Sacramentum ſanguinis ex ſolo vino ſine aqua confici poteſt; licèt ſacerdos grauiter peccet.*
5 *Deſipientia nimia ſimilis eſt dolo.*

1 LIteras. †Ab officio,& beneficio deponendus eſt presbyter: q ſine igne,& aqua,vel in pane fermentato, vel in ligneo ſcypho ſacrificat. cōis diuiſio. ſcd̄a ibi [cū igitur.] prima ponit duos exceſſus presbyteri.ſecunda ibi [intellecto]ponit alios duos.¶Not. primò,quid iuris,cum examinatus ſuper inquiſitione generali confitetur crimen.ad hoc vide no.per Io.An.in c.qualiter.2.ſup ver.redde.¶Secundò no. ꝙ primus exceſſus iſtius presbyteri fuit duplex. primò quia in pane fermentato: q̄d non licuit,vt in prima gl.quæ allegat illud Pauli. Non in fer
2 mento veteri &c.quod habetur primo ad Corin. 5.† vtrùm aūt in pane fermentato conficiendo aliquid agatur.gl.dicit, ꝙ non in eccleſia Occidentali.de quo no.de conſe.diſ.2.c.2. Cōiter theologi tenent contra gl.vt Tho.3. parte ſummæ.q. 74.art. 4.& Ho. licèt grauiter puniri debeat latius id faciēs.
3 ad hoc.de tempo.ord.c.2.¶Sed incidenter hic quær.†quare magis ſacrificium Eccleſia vult fieri in pane azimo, q̄ fermentato.Tho. vbi.s̃. reddit plures cauſas.prima quia Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit prima die azimorum. Matthe.26.& Mar.14.qua die nil fermentatum in domibus Iudæorum eſſe debebat. Exod. 12. ſecundò q̄a hoc ſacr̄m eſt propriè corporis Chriſti.q̄d ſine corruptione conceptū eſt, magis q̄ deitatis. tertiò quia hoc plus competit ſinceritati fidelium: quæ requiritur ad vſum huius ſacramenti.vnde 1. ad Corin. 5. Non in fermento &c. & ibi [itaq; epulemur in azimis ſinceritatis,& veritatis.]¶Vlteriùs p id, quod dicit
4 tex.[ſine igne ſacrificabat,& aqua]colligit,ſm̄ Hoſt.†ꝙ ſine aqua fit verum ſacr̄m; licèt grauiter peccet, & puniendus ſit hoc faciens.aliàs dixiſſet hic,ꝙ ſacrificare ſimulabat: ſicut dixit.s̃.c.de homine.& fuit opi.Hug.vt no.de conſe.diſt. 2.c.2.& magiſtri ſententiarum lib.4.diſt.11.c.fi.in eo tn̄ loquitur, qui nō intendit errorem inducere:ſed obliuione,vel
5 ignorantia hoc facit.¶Vltimò collige, †ꝙ nimia deſipiētia eſt ſimilis dolo: & appellatur iſta ſuprema ignorantia, quæ æquiparatur dolo,vt hic.& ff.de verbo.ſigni.l.latæ.facit.l.regula.& quod ibi no.ff.de iur. & fac.ignoran.

# De Baptiſmo, & eius effec.

*S V M M Æ.*

1 *Baptiſmi ſacramentum,in quo conſiſtat.*
2 *Aqua tota,quæ eſt in fontibus baptiſmi,vel in flumine, in quo aliquis eſt baptizatus,an ſit baptiſmus.*



VISO de corpore Chriſti:quo nihil maius in ſacrificijs: videndum eſt de baptiſmo, quod eſt magis neceſſariū: & eſt reliquorum ſacramentorū ianua.j̃.ti.1. c.veniēs. Vel aliter. Sicut in Miſſa euchariſtia à ſacerdote debet celebrari, & confici: vt s̃. proxi.rub.ſic baptiſmus debet à ſacerdote conferri: licèt valeat collatus ab alio.s̃.de ſum.Trini.c.1.§.ſacramentū. habetur de materia.de conſe.diſt.3.per totū.67.diſt.c.1.& §.q̄d ergo.cū c.ſeq.1.q.1.c.dedit.& c.ſeq.repetitur in cle. & multa iura conueniunt huic titulo: de quibus hic in nouella. vbi
1 quæritur poſt Doct. † in quo conſiſtat ſacramentum baptiſmi.ſuper quo triplex opi.reperitur.prima,ꝙ ipſa aqua eſt baptiſmus,vel ſacramentū baptiſmi. Alia, ꝙ in ablutione ſiue tinctione baptizati duo reperiuntur, paſsio ex parte baptizati,& actio ex parte baptizantis. & dicunt, ꝙ ablutio, ſiue tinctio,quæ dicitur paſsio,eſt baptiſmus,ſiue ſacramentū.& huic opi.videtur aſſentire magiſter in ſentētijs. Tertij dicūt, ꝙ character,qui in baptiſmo cōfertur,eſt baptiſmus, ſiue ſacramentum. de conſe.di.4.c.tunc valere. non ipſa aqua, vel tinctio:quæ velociter tranſeunt. Inno. dicit, ꝙ ſicut ſunt tria in ſacramēto altaris:de quibus.s̃.tit.1.c.cum Marthæ. ſic & tria ſunt in baptiſmo. vnum eſt, quod eſt tm̄ ſacramentum, & non res.ſ.aqua abluens:quæ ablutio & tinctio.ſecundū eſt tm̄ res ſacramenti, & non ſacramentum.ſ.peccati remiſsio, & gratiæ infuſio. tertiū eſt, quod eſt res, & ſacramentum.ſ. character animæ impreſſus in baptiſmo. aqua igitur verbo Dn̄i ſanctificata propriè eſt ſacramentū: ſicut & ſp̄es panis, & character ſecundariò ſicut & verū corpus Chriſti. & de charactere vide quod no.Io. An. de ſacra.non ite.ſuper rub.
2 ¶Quærit Io.An.† vtrū tota aqua, quę eſt in fontibus baptiſmi,vel in flumine,in quo eſt aliq̄s baptizatus, ſit baptiſmus. ponit opi. & tandē concludit, ꝙ non ſolum in flumine: ſed ēt in fontibus illa ſola aqua ſit ſacramētum, quę tangit corpus:& nō tota aqua fontium.quinimo & quantūcūq; conſecretur aqua fontium: tn̄ nunquàm fit ſacramentum per ſola verba conſecratoria,quæ ibi dicuntur. niſi & puer ibi baptizet cū verbis ad hoc ordinatis. nam priora verba ſunt tantū de ſolēnitate.& ideò non faciunt ſacr̄m.Item cui rei eſſet ſacamentum:cum nulla ſit anima in aqua, ſignificans infuſionē gratiæ factam.vel characterē infuſum,ſm̄ Inno.

*S V M M Æ.*

1 *Baptizare an quilibet poſsit.*
2 *Pagani,& alij in forma Eccleſiæ baptizare poſſunt: dumtamen ſemper accedat intentio baptizati.*
3 *Baptizandus ſi malè ſentiat de virtute baptiſmi (quia non credit baptiſmum aliquid operari) an ſi in forma Eccleſiæ baptizetur, erit baptizatus.*
4 *Baptizandus, & baptizans ſi intendant baptizari: non tamen credunt,quòd baptiſmus conferat niſi corporis ſanitatem:vel ad hoc tantùm intendant, vt infirmus baptizandus ab infirmitate liberetur: an valeat talis baptiſmus.*
5 *Baptizandi modus quis ſit. Et quæ ſit forma verborum.nu.6.*
*Et quid ſi verba proferantur præpoſterè.nu. 12.*
7 *Pronominis,ego,expreſſio an ſit de ſubſtantia in ſacramento baptiſmi.Quid item de pronomine,& nu. 8.*
9 *Baptizare plures an poſſit ſimul vnus: & an plures vnum.*
10 *Baptizans ſi non vtatur verbo, baptizo: ſed balneo, lauo, tingo:an ſit baptiſmus.*
11 *Baptizari an poſſit in omni lingua. quòd ſic.*
13 *Prouincia vna,vel ciuitas ſi vtatur alia forma, quàm noſtra in baptizando:baptizati in illa prouincia an ſint iterum baptizandi.*
14 *Papa poteſt contra conſtitutionē Eccleſiæ ſponſæ Chriſti diſpenſare.*

SI quis. Dn̄s Io.And. poſt Inno. & alios ponit hic plura,quæ recitat per hūc modum.quia primò in tex.tinctio de baptizante, dū dicit[ſi quis.]ſecundò de baptizando,dū dicit [puerū.] tertiò de modo baptizandi,dum dicit[ter in aqua.]quartò de formula verborū,quæ requiritur in baptiſmo.dum dicit[ego te baptizo]&c. Ideo de prædictis quatuor videamus per quatuor principales q.& acceſſorias. ¶ Primò igitur quæro de
1 baptizante: † an quilibet baptizare poſsit. a non tangit hic
a Ioan.An.eſſet enim dubium in iudæo,pagano,hæretico,excommunicato,laico, femina, & alijs nō habentibus poteſtatem clauium. an conferant baptiſmum,ſi baptizant. dicit ipſe hic,ꝙ ſi quis vadat ad Sarracenū,& dicat ei [baptiza me] & doceat eum formā:& ille eum ſic baptizet. licèt nihil credat agere, vel conferre per immerſionē, niſi madefactionē: baptizandus autē verè credat conferri ſibi baptiſmum, erit baptizatus: dumtn̄ baptizans ſic in genere velit. & in mente gerat ſic baptizando conferre virtutem: ſi qua eſt, oritur ex illo actu: ſed ſi hoc non intenderet, non baptizaretur. patet
2 ergo,† ꝙ pagani,& alij in forma Eccleſiæ baptizare pn̄t: dū tn̄ ſemper accedat intentio baptizati.ſacr̄m enim baptiſmi à quocūq; collatum,etiā ab hæretico,valet.32.diſt. c. verū. & purus fluuius per lapideos, &c. 1.q.1.c. ſi quis.non eſt ergo curandū in conferente baptiſmum, ꝙ malè de eo ſentiat, & truſam,& deceptionem arbitretur:dummodo in forma cōſueta conferat: & intendat dare, quod dant alij baptizantes.
3 ¶Secundò principaliter quæro econuerſo.†quid iuris ſi baptizandus malè ſentiat de virtute baptiſmi (quia non credit baptiſmum aliquid operari) nūquid ſi in forma eccleſiæ baptizetur,erit chriſtianus. videtur,ꝙ non.quia ex quo non cōſentit: nec baptizatur,quamuis forma ſeruetur: ſicut ſine cōſenſu non cōtrahitur mr̄imonium:licèt verba conſenſus exprimantur.j̃.de ſpon.c.tua nos.Sed contra. quia nedū fraudulentus: ſed coactus baptizatur.45.diſt.c. de iudæis. & furioſus dormiens,ſi prius erat in voluntate baptizandi. j̃. eo. c.maiores.§.item quæritur.dicit Ioan.An.ꝙ ille,qui ſic fictè accipit baptiſmū,non eſt baptizatus:quamuis eccleſia, quæ fictionem ignorat, propter ipſam ignorantiā talē cogat ſeruare legē baptizatorū.quia eccleſia non iudicat de occultis. j̃.de ſimo.c.tua nos. Non ob. contrariū de coacto,quē dicimus recepiſſe baptiſmum:quia ibi eſt voluntas, licèt coacta. 16.q.1.c.meritò.ſecus ergo ſi fuiſſet coactio abſoluta: ita ꝙ nō fuiſſet ibi cōſenſus:tunc.n. idem dicas, quod in illo, qui fallens baptizatur:vt nihil receperit.ad hoc vide quod no.in ſimili in l.5.§.Celſus.ff.de acqui.hære.Hoſt. dicit fictè baptizatū recipere characterem.Idē ſi per iocum,vel deriſum.remittit ad ſummā eo.ti.§.quæ ſit eius forma.& §.quis ſit eius effectus.vbi dicit hanc q.& multas alias expeditas. Ex p̄dictis patet,ꝙ debet concurrere vtriuſq; animus,baptizātis,& baptizati.& licèt virtutē ſacramēti baptizans ignoret,vel nō credat,non impedit baptiſmus. de iſto cōi cōſenſu requirēdo dicimus,ſicut in alijs cōtractibus, & obligationibus,vt l.
4 in vēditionibus.cum l.ſeq.ff.de cōtrahē.emp.† quid dices ſi baptizandus, & baptizans intendant baptizari: non tn̄ credunt,ꝙ baptiſmus cōferat niſi corporis ſanitatē: vel ad hoc tm̄ intendant, vt infirmus baptizandus ab infirmitate liberetur.dicit Io.An.j̃.eo.c.fi.ꝙ valet baptiſmus: dūmodo ipſum conferri,& conferre intendant. ſi verò non intēderent cōferri baptiſmum:ſed tantū quandam medicinā contra infirmitatem: quantūcūq; verba plenæ formę exprimerētur,non tn̄
5 eſt credendū baptiſmum cōferri.¶Tertiò principaliter† q̄ro de modo baptizandi.tex. dicit [ſubmerſerit ter in aqua.] an iſta ſubmerſio,& ꝙ ter, ſit de ſubſtantia formæ. vr̄,ꝙ ſic: poſtquàm hic ita traditur.dicit Inn.ꝙ hic traditur forma, q̄ cōſiſtit in facto,vt ter ſubmergere: & forma,quæ conſiſtit in verbis vt[ego te baptizo]&c.prima.ſ. forma facti nō eſt de ſubſtantia:ſed ipſa tinctio aquæ, etiā ſine immerſione verborum, formula accedente, & intentione, ſufficit.& ideò ſatis eſt,ꝙ ſuper puerū proijciatur aqua.vnde Ezech.36.Effundā ſuper vos aquam mundam, & mundabimini. debilitas mi-

niſtri non valentis ſuſtinere baptizandum.Item debilitas ba
btizandi, cui poſſet ex immerſione imminere ꝑiculum. iſta
ergo immerſio vna, vel trina ad ſolẽnitatẽ ꝑtinet:& earum
omiſsio baptiſmũ nõ vitiat, de cõſe.diſ.4.c.1.& 2.& c.de tri
na.ſubdit tñ, ꝙ quicq̄d dicat:tñ nihil eſt omittendũ de eo,
q̄d pôt fieri,& generaliter conſuetũ eſt.q̄a regulariter & ſẽ-
per in verbis, & factis forma, & exacta diligentia obſeruan
da eſt. de reſcri.c.cum dilecta. Et q̄a dicit tex.[ter in aqua.]
6 † Sed dices, quare magis alijs, quàm iſtis confugientibus, eſt conceſſa immunitas? dicit Io. An. ꝙ de alijs præſumendũ eſt, ꝙ inſidioſè hoc fecerint: niſi aliud probet. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & de iuſti. & iure. l. vt vim. de his non præſumitur, ꝙ inſidioſè hoc fecerint: niſi contrarium probetur. ar. ff. de vſur. l. qui ſemiſſes. & ſ. de præſump. c. 1. ita dicit ipſe: de quo dicto miror. quia ſi inſidias accipimus pro dolo, ſemper dolus præſumitur, poſtquàm conſtat delictum fore commiſſum: vt l. ſi non conu. cij. C. de iniur. & d. c. 1. de præſump. Si ergo inſidiæ, ſiue dolus priuat delinquentem beneficio huius c. nullus, de quo cõſtiterit deliquiſſe, potietur iſto priuilegio contra mentem iſtorũ iuriũ. & ideò vt iura iuribus concordẽtur, dici poſſet, ꝙ delinquẽtes (de quibus hic in d. §. quod ſi delinquẽtes.) non habeant iſtã immunitatem. nec eſt bona conſequentia. conſtitutiones canonicæ enumerant aliquos: ſed non oẽs, de quibus facit mentionem: ergo in non enumeratis videtur legem corrigere. quia vna lex per aliam declaratur. facit l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Et vt circa prædicta habeas clariorẽ doctrinam, diſtingue poſt Cyn. cũ quæritur: nunquid eccleſia confugientibus ad ipſam præſtet immunitatem. refert aut ille, qui fugit ad eccleſiam, non eſt catholicus: aut eſt catholicus. primo caſu non iuuabitur. vt l. 1. de his, qui ad ec. confu. & hic in gl. 3. Secundo caſu aut deliquit in eccleſia: aut extra. ſi in eccleſia deliquit, ad quam nunc confugit, non iuuabitur per eam. quia fruſtra &c. vt l. auxilium. §. in delictis. de mino. & ĩ. e. c. fi. Aut deliquit extra eccleſiam. & tunc refert, aut eſt liber, aut ſeruus. ſi eſt ſeruus, aut fugit propter magnam atrocitatẽ dñi, qui mortem eius ſatagit: & tunc habet locũ Inſti. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iuris. Aut fugit propter modicam ſæuitiam. & tunc habet locum dicta l. pñti. §. ſanè. aut fugit alias ſine aliqua ſæuitia domini. & tunc aut ſine delicto: & idem. aut propter delictũ: & tunc ſi modicũ erga dñm (quia forte ſubripuit vnam menſurã vini, vt potaret, & ſimilia.) & tũc ſimiliter habet locũ ille. §. aut fugit ſeruus propter delictũ non facile. & tunc aut timet puniri à domino ſuo: aut ab alio. ſi à domino pœnam timet, reſtituetur ſibi, ſecuritate præſtita. vt dicta l. ver. ſi ſeruus. Aut timet ab alio pœnam (quia timet puniri per iudicẽ: vel per viam accuſationis:) & tunc illud, quod in libero. quia non eſt hñda acceptio perſonarũ apud Deum. vt in Authen. de mon. ad fi. aut quæritur de libero homine fugiente: & tũc aut fugit propter tributum non ſolutum: aut propter delictũ cõmiſſum. ſi propter tributum: tunc extrahetur de eccleſia, vt in Authen. de man. prin. §. tributorum. Aut fugit propter delictũ: & tunc aut propter atrox delictum: & non habebit immunitatẽ. aut propter minimum: & tunc ſic. vt C. de his, qui ad ec. confu. l. 2. ſed glo. ibi ſentit idem in quolibet delicto. & de iure noſtro, quãtumcũq; graue delictum cõmiſerit, gaudebit immunitate: niſi in caſibus. ſ. exceptis. vt in iſto c. & in hoc iura ciuilia aliter diſponentia ſuccumbũt canonibus. de oper. no. nunc. c. 1. per gl. & Inno. & vide per Oldr. cõſi. 190. & prędicta locum habent, cum quæritur de aliquo extrahen
7 do propter delictum ab eo cõmiſſum. † nunquid ergo pro debito extrahi poterit, & capi. aduerte, quia de iure cõi pro debito non põt debitor capi. vt l. ob æs. C. de act. & oblig. & de pig. c. lator. & ideo non debet extrahi. & ſic loquitur l. præſenti. §. 1. præalle. ſed quia de iure municipali vt plurimum homines capiuntur pro debitis. quæritur, ſi ſunt in eccleſia: vel ad eam confugiunt: an poſſint inde extrahi. & videtur dicendum, ꝙ ſic. quia pœnam, quæ ius publicum reſpicit, ſi Papa, & Imperator remiſerint, ius partis non videntur remiſiſſe. ar. no. in l. 1. C. de in ius vo. & ff. de ſer. fugi. Itẽ eccleſia liberat eum ſolùm à pœna corporali: vt hic. & 17. q. 4. c. diffiniuit. & c. reum. & ibi per Archi. non tñ tollitur, quin alia pœna puniatur: ſed permittitur, vt hic habetur. cũ ergo ius municipale habeat, vt capiatur, non tuebitur eum eccleſia. Item in caſibus, in quibus de iure communi qui pro debito capitur, extrahitur ab eccleſia. inde eſt, ꝙ debitor tributorũ extrahitur: vt d. §. tributorum. & C. de exac. tribu. l. nemo. lib. 10. & ibi not. cum ergo ius municipale permittit capi: ergo & extrahi, præcipuè ſi hoc habet conſuetudo, quæ attẽditur
8 in illa extractione: vt hic no. Inno. & aduerte † quia in caſibus, in quibus ad eccleſiam debitor, vel delinquens confugit, debet prælatus in caſu, quo non poſſit extrahi, eum cuſtodire, ne fugiat. & in caſu, quo poteſt extrahi, debet hoc pati. & ſi in iſtis in culpa deprehenditur, tenebitur. vt d. c. diffiniuit. per Archi. vbi etiam per eum. quid iuris de Iudæo, vel infideli



infideli. dicit, ꝙ eum non defendit eccleſia: vt dixi. ſ. & vide quod no. Archi. 17. q. 4. c. ſicut antiquitus. & vide conſi. 50. & quid iuris de eo, qui confugit ad corpus Domini. & per Hoſtien. in ſumma. eo. ti.
9 ¶ Vltimò quæro. † vtrũ iudex eccleſiaſticus poterit extrahere fugientem ad eccleſiam. quidam, ꝙ ſic: quia contra poteſtatem ſecularem, non eccleſiaſticam videtur iſta immunitas adinuenta. 17. q. 4. c. frater. & c. diffiniuit. Item non præſumitur eccleſia priuilegiaſſe contra ſe. de cen. c. cum inſtantia. Item quia immunitas eſt conceſſa, vt fugiens euadat pœnam mortis, vel ſanguinis: quam pœnam non infligit Eccleſia. 36. q. 1. c. de raptoribus. contrarium tenet Ioan. An. an ſcilicet, ꝙ extractio violenta per iudicem eccleſiaſticum de ſubdito, vel ſeruo fieri non poſſit adducit l. 2. C. de his, qui ad ec. confu. ibi [licere ad ſacroſan. eccle. confugientes] &c. & canon. 17. q. 4. c. reum. ſic iacet [reum confugiẽtem ad eccleſiam nemo abſtrahere audeat] prętere canones defendunt confugientes: ergo non dñt impugnare. de natis ex li. ven. c. 1. Item patere legem &c. ſ. de conſti. c. cum omnes. Non obſt. quòd iudex non imponit pœnã truncationis, vel mortis. qa illud c. de omni pœna loquitur. & apertius canon. cõſtituimus. quẽ allegat glo. in gl. magna tangit, qua pœna puniantur fures. dic vt ĩ. de homi. c. tuæ. ſuper fi. vltimæ glo. per Ioan. And. cui adde quod not. Bart. in l. ſi dominium. de fur. & l. ſi cui. §. cũ ſacri. de accuſa.

ADDITIO.

a ¶ Immunitate gaudet. vide Flo. de Manatis, & communiter per alios Modernos in Cle. 1. de pœ. & re. & per do. An. & Pan. hic.

*SVMMAE.*

1 *Laici delinquentes circa res, vel perſonas eccleſiaſticas per eccleſiã puniuntur.*
2 *Eccleſia illud, quòd confert in neceſſitatibus communibus laicorum, dicitur conferre de gratia, non de iure.*
3 *Papa arctat poteſtatem omnium prælatorum propter quorundam prælatorum imprudentiam.*
4 *Papa debet communibus vtilitatibus prouidere ex ratione ſui officij.*
5 *Conſtitutiones, & ſententiæ promulgatæ, & editæ ab excommunicato non tenent.*
6 *Sententia lata per excommunicatum non reconualeſcit: licèt fuerit abſolutus.*
7 *Officialis, qui deliquit in officio, tenetur etiam finito officio de tali delicto. & nu. 11.*
8 *Succeſſor in officio (niſi emendauerit quæ prædeceſſor iniuſtè egit) punitur eadem pœna cum illo.*
9 *Subſtitutus in honore debet ſuccedere in onere.*
10 *Collegium ſi eſt interdictum, & monachi excommunicati, quia talem non recipiunt in prælatum, ſubrogati loco mortuorum, vel abſentium ligabuntur.*
11 *Officialis ſi propter aliquam cauſam renunciat officio: an perdet ſalarium pro reſiduo temporis.*

ADuerſus. Generale concilium repetit Late. ſ. e. c. non minus. addens quandam prouiſionem: quòd rectores, per quos regitur ciuitas, ſi delinquant, ipſi puniuntur. ſimiliter ipſa vniuerſitas, ſi conſentit delicto rectoris. de quo dixi
1 ĩ. de ſimo. c. dilectus. vbi plenè. ¶ Secundò no. † ꝙ laici delinquentes circa res, vel perſonas eccleſiaſticas per eccleſiã puniuntur. quia ratione talis delicti efficiuntur de foro eccleſiæ iure ſpeciali. de quo. ſ. de fo. compe. c. cũ ſit generale. regulariter non, ratione delicti commiſſi contra ciuem vnius ciuitatis, vel in re illius ciuitatis. dummodo ratio in eius territorio non ſortiatur eius forum: vt ſubtiliter not. Inno. in c. poſtulaſti. de foro comp. & alibi Bart. credo in l. cunctos popu
2 los. C. de ſumma Trini. ¶ Tertiò no. in ver. verum. † quòd illud, quod confert eccleſia in neceſſitatibus communibus laicorum, dicitur conferre de gratia: non de iure. quod patet. quia laici tenentur referre gratiarum act. quod non eſſet, ſi reciperet tanquàm debitum. quod intelligo, cum illa neceſſitas in communi concernit ipſos laicos tantũ, & non clericos, vel eorum bona: alias ſi communis eſſet vtilitas (puta viarum, pontium, furni, ciſternæ, redemptionis ab hoſtibus, refectio aggeris) tunc pro rata, quam de emolumento participant, æquum eſt, vt de onere ſentiant: quia de communi debet fieri, & refici, quod vſum, vtilitateq; communem habet. vt l. 1. §. viarum. ff. ne quid in lo. pu. & dixi. ſ. eo. c. non
3 minus. ¶ Quartò no. in ver. Romanus. † ꝙ propter quorũdam prælatorum imprudẽtiam Papa arctat poteſtatem omnium prælatorum. quantumcunque igitur ſit prælatus prudens, & cautus, non poterit ſine Papæ licentia laicis in hoc ſubſidio conſentire: poſtquàm conſtitutio generaliter emanauerit: licèt ab aliquorum ignorantia cauſata: vt dicit tex. in ſimili de Calphurnia in l. 1. §. ſexũ. ff. de poſtulan. ¶ Quin
4 tò no. † ꝙ Papa debet communibus vtilitatibus prouidere. & ad hoc tenetur ex debito officij. de offi. le. c. 1. lib. 6. cuncta enim regit, & eſt ordinarius ſingulorum. 9. q. 3. c. cuncta. & expedit, ne quis re ſua malè vtatur. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iuris. §. ſi hoc tempore. & cauere debet, ne ſubditi prægrauentur: cum ipſius interſit eos habere locupletes: vt in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cognitio. coll. 2. ¶ Sextò
5 no. in ver. qui verò. † ꝙ conſtitutiones, & ſententiæ promulgatæ, & editæ ab excommunicato non tenent. & aduerte, quia iſta non eſt noua pœna: ſed declarando ita ſtatuit. poſtquàm enim tales erant excommunicati per c. non minus. ſ. e. pro irritis habenda erant geſta per eos. 1. q. 1. c. ꝙ autem ſacram. & c. ſe. & c. odit Deus. de iſta tamen materia, an geſta per excommunicatos in iudicijs, in contractibus, & vltimis voluntatibus teneant, vel ſint nulla. dic vt ſ. de dolo, & contu. c. veritatis. & c. decernimus. de ſen. excõ. lib. 6. ¶ Septi
6 mò no. † quod dicit [nullo vnquàm tempore valituræ] &c. ꝙ ſententia lata per excommunicatum non reconualeſcit: licèt fuerit abſolutus. amotio ergo obſtaculi non confirmat quod eſt inutile à principio. concordat c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. 6. quid de teſtamento vſurarij, qui poſt conditum teſtamentum præſtitit cautionem: an reconualeſcat. dic, vt in c. quamquàm. de vſur. lib. 6. & vide pro, & contra. in reg.
7 non ſirmatur. ¶ Octauò no. in ver. cęterũ. † ꝙ officialis, qui deliquit in officio, tenetur etiam finito officio de tali delicto. Item tenetur nomine proprio. concor. l. 1. ff. de magi. con. & collige, quòd officiales eliguntur ad tempus. vtrùm poſſint eligi ad vitam. no. hic Hoſtiẽ. & plenius per Ioan. And. in c.
8 vlti. ſ. de iudi. vbi dixi. ¶ Nonò no. † quòd ſucceſſor in officio (niſi emendauerit quæ prædeceſſor iniuſtè egit) punitur eadem pœna cum illo: & habet ſpatium menſis numerandum à principio officij: & etiam ſi prius conſenſerit his, propter quæ prædeceſſor fuit excommunicatus: quo caſu cum participet in crimine damnato, ſtatim, non expectato fine menſis, excommunicatur. Nunquid autem epiſcopus poterit iſtum menſem minuere. dicit, ꝙ non quò ad ſententiam iſtius conſtitutionis: ſed quò ad ſententiam excommunicationis ab eo ferendam poſſet ex cauſa abbreuiare iſtam dilationem. ar. ff. de re iudi. l. 2. & de dila. c. præterea. ſimiliter dicit Ioan. And. ꝙ prædeceſſor habebit ſpatium menſis: vt in eo poſſit corrigere, quod iniuſtè egit, antequàm pœnam incurrat. & patet per ver. nam ipſum &c. quia ad vtrũq; refertur: & additur iſtud tempus ad cap. non minus. vbi non erat
9 tempus præfixum. ¶ Decimò not. † ꝙ ſuccedit in onere qui ſubſtituitur in honore. Aduerte tamen, ꝙ prædeceſſoris excommunicatio nõ eſt illa, quæ ligat ſucceſſorem: ſed alia, quæ contrahitur ex cõtemptu ſuo. & dicit Inno. quòd illud, quod hic dicitur, habet locum, quando quis ſuccedit in regimine illius, quis eſt excommunicatus ex prædictis cauſis, vel aliter, qualitercunq; propter libertatem eccleſiæ violatam: ſecus,

ſecus ſi ex alia eſſet Poteſtas excommunicatus : vel conſi-
liarij , vniuerſitas , vel ciuitas interdicta : tunc enim ſucceſ-
ſor non eſſet excommunicatus, ſecundùm Inno. ego credo,
ꝙ ſemper:cum cauſa,propter quam lata eſt ſententia excõ-
municationis, vel interdicti,concernat officium & vniuerſi-
tatem: puta excõmunicatus eſt Poteſtas , & interdicta ci-
uitas; quia non miniſtrant iuſtitiam : vel caſtra , & res alie-
nat, & retinet violenter. ſemper ſucceſſores tali ſententia li-
gabuntur : niſi ſatisfecerint , emendando , vel reſtituendo
10 quod illicitè geſtum eſt à prædeceſſore . Et eſt ar. † ꝙ ſi col
legium eſt interdictum , & monachi excommunicati ( quia
talem non recipiunt in prælatum ) ſubrogati loco mortuo-
rum, vel abſentium ligabuntur. ar.ff. de leg. 1. l. quod inte-
rim.§.fina.de leg.1.& ibi Dy. Item an ſucceſſor in dignita-
te teneatur ex delicto defuncti prædeceſſoris . vide ſ̃. de or.
cog.c.cum dilectus. per Inno. & l.1.in fi.de priua. delic. per
Bar. ¶ Oppo. dicitur hic,quòd depoſito officio,tenetur of-
ficialis de eo,quod geſsit.contra hoc op.& videtur,quòd nõ
teneatur.vt l.cum quædam.C.de admi. tu. & ff. de admi. re.
ad ciui.perti.l.procurationes.§.in eum.ſo.diſtingue,vt in gl.
per tres caſus. quandoque queritur, vtrùm depoſitus tenea-
tur ex delicto commiſſo : & tenetur,vt hic.quandoque quæ-
ritur,vtrùm teneatur ex contractu . & tunc aut illud erat of-
ficium neceſſarium: quia inuitus tenebatur ipſum ſubire : vt
tutor,curator,iudex,& alij,qui inuiti ad officium ſunt cogẽ-
di . & iſti finito officio non tenentur de contractibus initis
ab eiſdem: vt in contrarijs all.ſ̃.quandoque erat officium vo
luntarium,vt procurationis, ad quod nullus compellitur, vt
l.inuitus.C. de procura. & iſti de contractibus per eos initis
tenentur officio finito.vt l.procura.qui pro euictione.ff. de
procura.vbi de hoc. quod intellige , quando ſe obligauit ꝓ-
prio nomine,vel ſimpliciter contraxit . ſi autem procurato-
rio nomine, non tenebitur , procuratione finita: vel ſi tene-
tur, liberabitur cedendo actioni contra dominum. & ita te-
11 net ibi Bar. † Aduerte tamen ſuper primo membro, vbi di-
xi ſimpliciter officialem , ſi deliquit in officio , poſſe conue-
niri officio finito vt hic . videtur enim illud non bene dictũ.
quia finito officio infra.30.dies, de ſingulis, quæ geſsit, de-
bet reddere rationem. & intra dictum tempus debet condẽ-
nari,vel abſolui.vt C.vt omnes tam ciui.quàm crimi.l.1. iſte
autem tex.innuit, ꝙ perpetuò conueniri poſsit : ergo malè.
ſo.dic,quòd aut conuenitur in patria,in qua officium exer-
cuit : & non poteſt poſt 30.dies,vt ibi. aut in proprio domi-
cilio. & tunc ſemper ex delicto conueniri poteſt : vt in con-
trario.quod eſt not. pro officialibus ciuitatum, & terrarum,
qui debent intra certa tempora ſyndicari : & vltra non au-
diuntur qui de eis volunt conqueri. non enim debent audi-
ri , ſi volunt eos conueniri in patria , vbi geſſerunt officium:
ſecus ſi in patria ipſorum . quia tunc poterunt quandocunq;
pro exceſsibus,& delictis ſecundùm naturam actionis.& ita
no.Bar.in l.1.ff.ad leg. Iul. repe. ¶ Secundò op. dicitur hic,
ꝙ non ſtatim eſt excommunicatus ſucceſſor in officio : ſed
ita demum,ſi non purgauit infra menſem.ſed contra,imò vi
detur,ꝙ ſtatim,cum officium eſt ingreſſus.quia illa pœna ex
communicationis fuit inflicta ei prædeceſſori ſub nomine
dignitatis. ergo ſtatim debuit ſucceſſorem ligare.vt ſ̃.de of-
fi.dele.c.P. & G.ſol.contrarium loquitur de his , quæ reſpi-
ciunt ſtatum : quæ ſtatim in ſucceſſorem tranſeunt.ſed hic lo
quitur in delictis à prædeceſſore commiſsis , quæ non reſpi-
ciunt dignitatem,ſed perſonam delinquentis: nec ſtatim ſuc
ceſſorem ligant,niſi conſenſerit expreſsè,vel tacitè, non pur
gando ipſum, vt hic,& ita dicit glo. fi. ¶ Sed pone ꝙ nouus
rector operam dedit, quantãcunq; potuit , ꝙ hoc emenda-
ret: ſed vniuerſitate reſiſtente, quod intendebat, non potuit
obtinere,videtur excuſatus. 24. q. 3.c. ſi hæres. ſed dic con-
tra.ſ.ꝙ ex hoc tantùm non ſit excuſatus : niſi omnino relin-
quat regimen.& idem dicas in antiquo rectore, vt nõ ſit ex-
cuſatus,quandocũque vniuerſitati contradixerit , & reſtite-
rit, ne grauaret eccleſias in collectis , niſi omnino relinquat
officium, ſecundùm Ioan. And. & hoc verum in rectoribus.
quid ergo dices in conſiliarijs, qui cõtradixerunt prædictis:
an hoc ipſo ſint excuſati à pœna:vel teneantur dimittere of-
ficium conſiliariorum.credo, ꝙ non teneãtur dimittere: ſed
ſufficiat eis, quòd contradixerint , ad euitationem pœnæ.
ar.no.in c.1.ſ̃.de his,quæ fi.à ma.par.ca.vbi de hoc.& l.quo
niam.C.de ap.quæ eſt ad hoc not.¶ Quærit circa hoc etiam
12 Ioan.And. † ſi officialis illa de cauſa renunciauit officio : an
perdat ſalarium pro reſiduo temporis.dicit,quòd non,cum
per ipſum non ſtet, quominus regat : ſed per vniuerſitatem,
quæ delinquit. facit quod not. Bar. in l. Mæuia. ff. de an. le.
¶ Vltimò quæro . dicitur hic,quòd prædeceſſor & ſucceſſor
in officio ſunt excommunicati [niſi ſatisfecerint.] &c. quæ-
ro,quid teneantur iſti ſatisfacere , cum pecunia à clericis in
debitè extorta non peruenerit ad eos : ſed ad vniuerſitatem.
dicit Ioan.And. ꝙ tenẽtur emendare omne damnum, quod
contingit eccleſijs ex eorũ regimine. Item ſi conſilium dedit
de collecta imponẽda,ad reſtitutionem ipſius teneatur. ſi ve
rò conſilium non dediſſet, fortè non cogeretur ad emenda-
tionem collectæ : ſed aliàs ad intereſſe,quod obuenit eccle-
ſiæ ob ipſius regimen, emendabit. & forſitan pœnitentiam
& etiam pecuniariam oportebit eum ſubire:prout arbitrabi
tur bonus iudex, ſecundùm eum . vtrùm autem vnius ſolu-
tione omnes ad reſtitutionem obligati liberentur , & abſol-
ui debeant ab excommunicatione. dic , vt no. Ioan. And.ĩ.
de homi.c. ſicut dignum . quæ materia bene adaptatur huic
proximæ quæſtioni.

*S V M M Æ.*

1 *Prælati ſoluentes procurationem legatis , & alijs nuncijs apoſto-
licis , poſſunt à ſubditis repetere . Nec debent plus extorque-
re , quàm ſoluerint. nu. 2.*
3 *Exigens plus à ſubiectis,quàm debeant , punitur.*
4 *Exactum indebitè debet reſtitui : & tantundem pauperibus ero-
gari .*
5 *Dare, vel reſtituere an quis teneatur in foro conſcientiæ illud , ad
quod de iure ſcripto non poſſet cogi.*
6 *Obligatus naturaliter an teneatur.*
7 *Hæres ſi per ignorantiam facti ſoluit vltra falcidiam , an teneatur
reſtituere hæredi .*
8 *Obligatus ciuiliter tantùm , ſed non naturaliter,an teneatur.*
9 *Iura quare cogunt confitentem poſt biennium ſoluere pecuniam con-
feſſatam , quam non recepit : nec debet .*
10 *Tutus præſcriptione ſi ſciat rem ad alium pertinere : an teneatur
reſtituere in foro conſcientiæ .*
11 *Filiusfamil. qui eſt tutus exceptione Macedoniani contra credito-
rem repetentem mutuum : an teneatur ipſi ſoluere in foro con-
ſcientiæ .*
12 *Aduocatus , procurator, curſor, medicus, vel alius ex arte, vel ne
gotiatione ſi exegit vltra quàm debeat(non tamen dolosè) an te-
neatur illud reddere in foro conſcientiæ,ſiue pœnitentiali.*
13 *Lucratus in ludo centum,an teneatur illa reddere.*
14 *Hypocrita,qui ſub nomine boni chriſtiani multa quæſiuit,an tenea-
tur reſtituere .*
15 *Conſtitutio facta ab Imperatore contra ius naturale, an ſit ſeruan-
da in foro animæ.*
16 *Conſtitutio eſt edita cum cauſa legitima , quæ cauſa ceſſat in aliquo
ſpeciali caſu , ſed non ceſſant verba legis : an erit ſeruanda.*

QVia pleriq;. Prælati plus debito à
ſubdito extorquẽtes
prætextu procurationis , vel alterius ſeruitij im-
penſi legato, vel alteri, illud reſtituent, & tantundem paupe-
ribus erogabunt.& primò prohibet . ſecundò pœnam impo
1 nit facienti.tertiò ſuperiori negligenti.¶ No.primò,† ꝙ quã
doque legatis, & alijs nuncijs apoſtolicis ſoluitur eorum pro
curatio à prælatis:& prælati poſtea à ſubditis poſſunt repe-
tere quod ſoluerunt.de quo ſ̃.de cen.c.procurationes. vide
tur ergo ad procurationem quilibet,qui idoneus eſt , inſoli-
dum obligatus: licèt ab alijs poſtea poſsit recuperare quod
2 ſoluit pro rata. ¶ Secundò no.† quòd non debet plus à ſub
ditis extorquere, quàm ſoluerit . tales enim lucrum ſectan-
tes dicuntur in ſubditis quærere prædam: non præbere ſub-
ſidium . ſic quandoque iudices alienum iurgium reputant
ſuam prædam.C.ad leg.Iul.repe.l. 3. & in Authen. de man.
3 prin.§.illud tamen.coll.3. ¶ Tertiò not.† quòd punitur il-
le,qui plus exigit à ſubiectis,quàm debeat. de quo in glo.ſi-
militer gabellarij,qui publicani dicuntur,ſi plus extorquẽt,
quàm debeant,puniuntur. vt ff.de publi.l.1.& l. quantæ au-
4 daciæ . ¶ Quartò not.† quòd illud , quod indebitè eſt exa-
ctum,debet reſtitui , & tantundem pauperibus erogari.pœ-
na ergo, quæ imponitur ratione delicti,non applicatur fiſco,
vel parti : ſed inter pauperes diſpenſatur . concor.C. de epi.
au.l. ſi clericus . & de materia dic , vt l. agraria. de termino
mo.per Bar. ¶ Quæro : quia iſti, qui illicitè extorquent pe-
cunias à ſubiectis, quandoque debent reddere duplũ,vt hic.
quandoque quadruplum. & quandoque aliter.qualiter ſunt
intelligenda iſta iura.dic,vt in glo.& 18.diſt.c.quoniam qui-
dem.vbi etiam de hoc.Hoſtien.dicit,quòd varijs, & diuerſis
caſibus iſta iura loquuntur. nam quãdoque prælatus grauat
ſubditum in procurationibus:& tunc habet locum.ſ̃.de cen.
c.procurationes. quandoque in exenijs tempore procuratio
nis: & habet locum.ſ̃.de cen.c.Romana.§.pen. & c.2.lib.6.
ſi alio tempore,locum habet 18.diſt.c.de eulogijs.ſi propter
ſeruitium factum legato , vel alij, locum habet quod hic di-
citur : vel ſecundùm eum indiſtinctè redditur hodie duplũ ,
vt no.in d.c. procurationes.in fi. ¶ Vlterius incidenter quæ-
ritur.cum iura pœnas imponunt per nomina iſta dupli , tri-
pli,vel quadrupli:an in iſtis inſit ſimplum. remittit Ioan. ad
no.1.q.7.c.in eum.& ego remitto ad not. in l. edicto.de pu-
bli.vbi dicit Bar. quòd in dubio ſemper in duplo ineſt ſim-
plum. ¶ Venio ad apparatum, quem ponit Ioan. And. poſt
5 Inno.qui totus tendit ad hunc finem : videlicet † vtrùm quis
in foro pœnitentiali,ſiue conſtitutione teneatur dare,vel re-
ſtituere illud,ad quod de iure ſcripto non poſſet cogi . puta
quæſita ex præſcriptione:ſententia iniuſta : ex contractu nul
lo , vel reſtitutionis beneficio reſcindendo : vel aliquid vltra
quàm res valeat : vel in ludo : vel ex legato vltra falcidiam:
vel ex chirographo poſt biennium . & ex pluribus alijs cau-
ſis , de quibus ſingulariter per quæſtiones breuiter videa-
6 mus. † Primò quæro de obligato naturaliter:puta,ſeruo ali-
quid dare promiſit dominus : certum eſt , quòd tenetur ſibi
naturaliter , non ciuiliter . vel pone . hæres tenetur ad lega-
tum integrum naturaliter. quia defunctus voluit: ſed per fal.
& ſic mero iure ciuili,poteſt retinere falcidiam. an ergo iſti,
& ſimiles in foro conſcientiæ tenebuntur ſoluere . dicit in
ſeruo, ꝙ ſibi eſt ſoluendum,quod naturaliter debetur : licèt
non ciuiliter.ar.de iureiur.c.eam te.& quod not. ĩ. de pœn.
c.1.de hærede verò dicit, quòd ſoluere non tenetur.& ſi ſol-
uit vltra falcidiam per errorem facti,poteſt illud repetere.C.
ad leg.falc. l.error. nam illud ius ciuile promulgatum ſuper
falcidia retinenda habet æquitatem propter onera,& labo-
res , quos hæres patitur in adminiſtratione bonorum. & de
iſto debito naturaliter tantùm,& ciuiliter indebito,& econ-
7 trario vide no.ſ̃.de ſolu.c.fina.& ex prædictis habes,† quòd
ſi hæres per ignorantiam facti ſoluit vltra falcidiam , tenea-
tur reſtituere hæredi.quod eſt verum,ſecundùm eum, ſi ſol-
uit per ignorantiam facti : ſecus ſi iuris . vt dicta l. error. ſed
certè hoc tantùm procedit in foro contentioſo.In foro con-
ſcientiæ vtrùm reddere teneatur legatarius, ſi per iuris igno
rantiam hæres ſoluit vltra debitum propter voluntatem te-
ſtatoris, quæ fauet ſolutioni. lex verò habens æquitatem fa-
uet hæredi.ſtandum credo iuri in hoc caſu, & ſecundùm ius
8 ſcriptum conſcientia ſeruanda . ¶ Secundò quæro † de eo,
qui obligatus eſt ciuiliter tantùm, ſed non naturaliter : vt in
eo , qui ſcripſit ſe debere centum ſpe futuræ numerationis,
cum in veritate nihil accepit : nunquid teneat tale debitum
ſoluere , lapſo biennio. videtur, quòd ſic : quia per lapſum
biennij eſt excluſus à defenſione,& exceptio. non num. pe-
cuniæ.vt l.in contractibus.de non num.pecu. contrarium te
net Ioan.And.quia licitè hoc retinet debitor:nec vltro ſe of-
ferre debet,& ſoluere creditori ciuili tantùm.nam lapſus bien
nij obligationem,quæ erat ciuilis tantùm , non facit natura-
lem. quod dic,vt ſ̃.de ſol.c.fina. Idem dicit in eo, qui iniuſtè
condemnatus eſt . qui licèt in foro iudiciali poſsit vrgeri ad
ſolutionem:vltro tamen, & ſponte ſoluere non tenetur. quia
non debet quis facere , quod fratri ſuo ſit cauſa peccati. quod
eſſet in caſu noſtro , ſi ille reciperet id , in quo frater eſt ſibi
per iniuſtam ſententiam condemnatus. 2. q. 7. c. negligere.
non deberet ergo talis recipere , ſi ſcit ſententiam pro ſe la-
tam fore iniuſtam: & ſi recepit,debet reddere , & pœniten-
tiam agere.ar.14.q.5.c.fi.& ad prædicta vide l.Iul.ff. de con
di.inde.& quod no.Cyn.C.eo.titu.l.1.& per Hoſt.in ſumma
de ſen.& re iu. ſub rub.de ſententia.§.quot ſint eius ſpecies.
ſub §.ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verum.& vide etiam in
rub.de ceſsi.bo. ſub §.ſi quis autem dicat.¶ Sed circa prædi
9 cta dices. † quare iura fauent huic iniquitati : vt poſt bien-
nium cogant confitentem ſoluere pecuniam confeſſatam ,
quam non recepit:& per iniuſtam ſententiam ſoluere , quod
non recepit,nec debet. dicit Inno. quòd iſta iura ſunt indu-
cta propter probabilem ignorantiam , & vt ſit finis litium .
poſtquàm enim apparet ſententia contra aliquem lata ,
vel eius confeſsio ſuper receptione pecuniæ , coniuncto la-
pſu biennij,lex habet pro veritate,quòd ita ſit.& præſumen-
dum eſt pro ſententia iudicis, & pro confeſsione : ideo vt ſit
finis litium , iura cogunt tales ad ſoluendum . Et ex his in-
fert , quòd ſi per confeſsionem eius , pro quo ſententia lata
eſt, appareret ſententiam fuiſſe iniquam ; quia ita fateretur:
vel poſt biennium fateretur ſe nõ numeraſſe pecuniã , quam
petit ex chirographo , non audiretur poſtea hæc petendo,
etiam ſi debitor iuraſſet ſibi ſoluere,vt C.de non num. pecu.
l.1.2.& fi.facit ĩ.de pur.vulga.c.2. & hæc dicta not. & adde
quod not.Dy.in c.locupletari.de regu.iu.lib. 6. & quod di-
10 xi in d.c.fi.ſ̃.de ſolu.¶ Tertiò quæro.† vtrùm tutus præſcri-
ptione,ſi ſciat rem ad alium pertinere,teneatur reſtituere in
foro conſcientiæ.idem poteſt quæri,ſi poſt 50.vel 40.annos
reperio patrem meum debuiſſe Titio centum ( quod debi-
tum petere non poteſt; quia eſt præſcriptum ſpatio tanti tẽ-
poris:)an in foro conſcientiæ debeam ſibi ſoluere , vel reſti-
tuere rem præſcriptam.dicit in præſcriptione rerum , quòd
aut eſt præſcriptio odioſa,quæ procedit cum mala fide . aut
eſt præſcriptio fauorabilis,quæ cum titulo,& bona fide pro-
cedit. primo caſu tenetur reſtituere poſt rem præſcriptam,
& maximè hodie : quo caſu talis præſcriptio reprobatur. vt
c.malæ fidei poſſeſſor.de regu. iuris. lib.6. ſecundo caſu non
teneor reſtituere, poſtquàm præſcriptio eſt completa : licèt
theologi aliter ſentiant, vt not.ſ̃.de conceſ.præben.c.1.& de
præſcrip.c.quoniam.& vide quod no. in l. fina.ff. rem ra.ha.
& l.ſequitur.§.ſi viam.de vſucà.per Bar.¶ Quartò quæro de
11 † filiofam. qui eſt tutus exceptione Macedoñ.contra credi-
torem repetentem mutuum: an teneatur ſibi ſoluere in foro
conſcientiæ.tenet , quòd non. quia iſta exceptio eſt inducta
in odium creditoris,& propter bonum publicum : vt viten-
tur mortes parentum. ff. ad Mace. l. 1. ¶ Quintò quæro . ſi
quis ex contractu, qui poteſt dici nullus , vel competit con-
tra eum reſtitutio , aliquid eſt adeptus : an debeat illud red-
12 dere. vel pone, † quòd aduocatus,procurator,curſor,medi-
cus,vel alius ex arte,vel negotiatione exegit vltra quàm de-
beat(nõ tamẽ dolosè)an teneatur illud reddere in foro con-

ſcientiæ, ſiuè pœnitentiali.circa primum dicit, ꝙ illud, qđ poſſet ab aliquo auocari per viam reſtitutionis in integrum,niſi agatur contra eum,non tenetur reddere. ſecus ſi contractus fuiſſet nullus propter ſolemnitatē omiſſam:quia in primo caſu habet iuſtum titulum,& dominium,antequā auocetur : in ſecundo nullum habet titulum in re illa. In alijs exemplis,de quibus.ſ.dicit , ꝙ ſi ad illius exacti reſtitutionem vltra debitum poſſet de iure cogi,tenebitur reſtituere: alias nō teneretur in foro iudiciali: niſi fortè medicus.in foro verò pœnitentiali prudenter facit,ſi omnia in eleemoſynas largiatur.14.q.5.c.qui habetis. & c.non ſane.ſubdit tamen non eſſe damnandum, ſi hæredibus hæc relinquunt.& hæc vera,ſi hæc quæſiuit ex negotiatione licita ſine dolo,tamen immoderatè. Si autem ex negotiatione illicita, & ſine dolo(puta ex meretricio,vel ioculatione,vel aliter ex illicito actu)ex quo tamen repetitio non debetur.dicit,quòd debet erogare pauperibus, vel in alios vſus pios.17.q 4.cap.ſi quis contumax.14.q.3.c.ſi quis obligatus.de alijs verò,qui extorquent plus,quàm debeant,ratione officij, dictum eſt ſupra in prin.quòd etiam in foro ciuili tenentur reſtituere:
13 & cum pœna,vt hic in tex.& gl. ¶Sextò quæro † quid iuris, ſi quis in ludo eſt lucratus centum:an teneatur illa reddere. dicunt quidam,quòd ſi tractus fuit,non tenetur reſtituere: quia nihil dolo feciſſe videtur.ſi verò traxit alium:tunc tenetur.Item ſi aliquid amiſit,poteſt repetere : vel fortè melior eſt conditio poſſidentis.ff.de cōd.ob.tur.cauſam l. vbi aut. qui verò recreationis cauſa modicum ludit, reddere nō tenetur.ff.de alea.per totum.ſm Inno. Io.An.remittit ad ſummam Ho.de exceſ.prælat.§.vnico.ſub.§. clericus verò etiā ad ludum.& ſub.§.licet autem ludere.& per Ray.in fi.ſecundæ partis . & per Tho. ſecunda ſecundæ.q.32.articulo. 7.ad fi. de ludo alearum no.ſ.de vi.& ho.cle.clerico.2.in 3.gl.& qđ ibi per Ioan.An.de acquiſitis autem in bello , & damnis ibi
4 datis no. Inno.ſ. de iureiuran.c.ſicut. ¶† Quid de hypocrita,qui ſub nomine boni chriſtiani multa quæſiuit.dic,ꝙ tenetur reſtituere:quia per fraudem acquiſiuit. 9.q.5.c. ſi.ſed cui fiat reſtitutio.dic,ꝙ Deo,& in eleemoſynam:& non illi, qui dedit.quia conſecutus eſt mercedem ſuam.ar.in eo , qđ
15 le.& no.de deci.c.ex tranſmiſſa. ¶Septimò quæro:† ſi Imperator, vel alius princeps ſine cauſa conſtitutionem facit contra ius naturale:puta,ꝙ dominia rerum de vno in aliū transferantur:nunquid talis conſtitutio in foro animę eſt ſeruāda.dicit , ꝙ non: imò nec in foro iudiciali,vt not.Inno.ſ.de conſti.c.quæ in eccleſiarum.facit ff.de vul. & pu.l. ex facto.
16 1.rñ.†Sed pone , quòd conſtitutio eſt edita cum cauſa vltima . quæ cauſa ceſſat in aliquo ſpeciali caſu:ſed non ceſſant verba legis:an erit ſeruanda. videtur, ꝙ nō.poſtquam enim ceſſat rō,& mens conſtitutionis , ceſſat conſtitutio:vt patet in macedo.ex cauſa inducto:quia ſi in aliquo caſu ceſſat,nō habet locum eius diſpoſitio , vt l.1. ad mace.Alij dicunt, ꝙ poſtquam conſtitutio facta eſt ex iuſta cauſa etiam contra ius naturale:licèt poſtea veniat caſus,in quo cauſa legis ceſſet:niſi ſit caſus,qui à iure excipiatur:nihilominus eſt conſtitutio generaliter obſeruanda ar.de conſti.c.1.& c.ſi.nec eſt expediens,nec etiam poſſibile, omnes articulos comprehēdere ſigillatim.ff.de legi.l. non poſſunt.& de præſcrip. ver.l. 4.ſecundùm Inn.cuius ſunt iſta dicta originaliter valde bona.de quibus etiam per Hoſ.in ſumma de pœni.§.ſi.per totum.& aduertendum,quia illa(vt dixi)habent locum in foro pœnitentiæ.In iudiciali enim omnia, quæ dicta ſunt,habent deciſiones in iure ſatis claras.nunquid ergo in caſibus, in quibus de iure cōi non ſunt proditæ actiones : ſuadet tamen æquitas actionem dari, ſaltem ratione peccati. poſſet de his haberi recurſus in foro eccleſiæ.vide quæ no.Inno.ſ. de iudi.c.nouit.quæ Bar.reaſſumpſit in extrauaganti ad reprimendam.ſuper ver.denunciatis.

SVMMAE.

1 *Eccleſia nondum perfectè in eſſe producta, gaudet priuilegio, & immunitate eccleſiarum.*
2 *Fugiens ad oratorium auctoritate epiſcopi conſtructum, gaudet immunitate.*
3 *Eccleſia ſi eſt interdicta: an fugiens ad eam, ſit immunis.*
4 *Locus eſt dedicatus, in quo epiſcopus poſuit primarium lapidē: nondum tamen celebratum eſt ibi: an habeat immunitatem.*

ECcleſiæ. Eccleſia non conſecrata, in qua diuina celebrantur, gaudet immunitate.primò ponitur dictum.ſecundò ratio di-
1 cti,ibi[ quia obſequijs. ]¶No.primò,†ꝙ eccleſia nōdum pfectè in eſſe producta gaudet priuilegio , & immunitate eccleſiarum.licèt enim non ſit perfecta : tamen eſt in re notabiliter deſtinata,& de proximo conſecranda : vñ pro conſecrata dēt haberi. ſicut pro cincto dēt haberi , q de proximo eſt cingendus, vt l.pe.ff.de teſta.mi.Nā deſtinatio irreuocabilis idem,quod perfectio,operatur,vt l.& ſi non ſint.§. quid ergo.de au.& ar.le.& l.item eorum.§.intereſt. de le.3.& plenè per Bar.in l.cetera. §.ſed ſi parauit.de le. 1.¶Secūdò not,ꝙ [dedicata diuinis obſequijs non ſunt]&c.de pœna violantis immunitatem eccleſiæ dic,vt no.17.q.4.c. ſi quis cōtumax.
2 & collige per hoc, ꝙ dicit[diuinis obſequijs.]†ꝙ fugiēs ad oratorium habeat immunitatem.quod eſt verum , ſi eſt auctoritate epiſcopi conſtructum:alias ſecus.in Auth.de ec.ti.
3 §.ſi quis in domo ſua. & §. ſi verò. coll.8.¶Quæro†quid ſi eſt eccleſia interdicta: an ad eam confugiens ſit immunis.videtur,ꝙ non teneat priuilegium,ar.huius.cap.dum dicit[in qua diuina.]&c.Io.An.dicit,ꝙ retinet priuilegium:ſicut ipſum retinet clericus interdictus , ſuſpenſus , vel excōicatus circa manuum iniectionem.& circa forum.81.di.c.dictum. Deus enim,in cuius honorem datur immunitas,non deliqt. de his,qua ſi.à ma.par.ca.c.qua ſiaūt. & ſatis affligitur, quā do ſibi ſubtrahitur penſum debitum.de cele.miſ.c.1.nec eſt addenda afflicto afflictio. 7.q.1.cap. cum percuſſio.de cle. ægro.c.ex parte.remittit Hoſti.ad ſummam.eo.ti. §. inquantum.ver.ſed nūquid hoc priuilegium. ¶Secundò quæro.po
4 ne,†ꝙ locus eſt dedicatus,in quo eps impoſuit primariū lapidem,nondum tamen celebratum eſt in eo: an habeat immunitatem.videtur, ꝙ nō per hunc tex. & hoc tenet hic gl.Idē Ab.Ho.contra.ſm quem ſufficit, ꝙ auctoritate Pontificis locus ſit dicatus Deo:ita ꝙ non poſſit ad humanos vſus redire.inducit pro opi. ſua quod dicitur de palatio epi. 17. q. 4. c.id conſtituimus. & de ſtatua præfecti vrbis. Inſti.de re.di. §.nullus.ego adduco. ſ. de baptiſ.c.maiores. §.ceterū. vt illud,quod hic diuina miniſteria celebrantur, exponi debet.i. celebrari poſſint : vt ſic verba referantur ad aptitudinem, non ad actum. vt ibi.& l.Labeo.ff. de ſtatuli.

SVMMAE.

1 *Delinquens in eccleſia non conſequitur immunitatem.*
2 *Fugiens ad cæmiterium habet immunitatem,ſicut ad eccleſiam.*
3 *Pœna inſultantis ad domum, an habeat locum in inſultante ad porticum.*
4 *Delinquens in eccleſia caſu, non ex propoſito , an habeat immunitatem.*

IMmunitatem. Qui ſub ſpe immunitatis in eccleſijs,vel cemiteriis delinquunt:immunitate non gaudent.& ſunt duæ
1 partes.ſecunda ibi[ cum in eodem. ]¶No.primò, †quòd p exceſsibus commiſsis in eccleſia delinquens immunitatem non cōſequitur.& ponit text.exemplum de mutilationibus, & homicidijs. idem dicas in alijs delictis intus eccleſiam ppetratis:puta adulterio,& raptu virginum ,ſecundùm Hoſt. Idem



Idem ſecūdū eum in furto:licèt Goff.contra no.per l. ſi quis in hoc genus.C.de epi.& cle.remittit Hoſt.ad ſummam.e.ti.
2 ¶Secundò no.† ꝙ non ſolū fugiens ad eccleſiam: ſed ad cemiterium habet immunitatem.idem ſi ad domum epi.quod intelligunt quidam,ſi domus epiſcopi eſt infra.40.paſſus ppe eccleſiam.41.di.c.epiſcopus.idem ſi confugit ad porticū eccleſiæ adhærentem.17.q.4.c.ſi quis contumax.Et facit ad
3 quæſtionem † de pœna inſultantis ad domum: ꝙ locum habeat in inſultante ad porticum.de hoc in Specu.de iniur.ver ſicu.pone in ſtatuto. & hoc cū quæritur in immunitate concedenda. quid ſi de ipſa deneganda : puta dicit illa Decr. ꝙ delinquentes in eccleſijs,vel cemiterijs non gaudeant immunitate.quid ergo,ſi non in eccleſia, ſed in porticu , vel prope ipſam: videtur , ꝙ ſimiliter non conſequatur , per rationem huius.c.qui in loco priuilegiato delinquentem ibi non defendit.& de iſta dictione,in,dic vt l.ſi ſtatua.ff.de in iur.& l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib. & poſthu. quid dices, ſi cum baliſta vnus,qui eſt in eccleſia,vulnerat alium exiſtentem à longe p 40.paſſus. vel econtrario ita lōgè diſtans percutit vnum intus eccleſiam.& quid iuris,ſi ſtantē intus per partem mantelli, quæ manet exterius, ipſum trahit: vel blandis, & doloſis verbis de eccleſia exire facit,& occidit . an habeat immunitatem poſtea confugiens ad eccleſiam? iſtę ſunt pulchræ quæſtiones, & dubitabiles.Io. An.tangit illam de mantello:& tenet, ꝙ ſit excommunicatus. quia ſi ſic traheret clericum,incideret in canonem de ſen.excō.c. nuper.de illo , qui trahit nolentem,& eum ad mortem,vel truncationem condemnat. dicit,ꝙ non tenetur,cū ſola violentia puniatur. Ego de prædictis.q.te remitto ad no.in ſi.per Barto.in l.libellorum. de accu.& quid iuris, ſi exiſtens in eccleſia mandat extra committi homicidium , vel econtrario, an debeat extrahi ab eccleſia. dic, vt not. Bar. in ſi. in l. vt proponitur.ff. de fideiuſ. ¶Quæro.dicitur hic , ꝙ ideo iſti in eccleſia delinquentes nō defenduntur. quia nullatenus fuiſſent commiſſuri: niſi talem immunitatem crederent ſe habere.quid ergo,ſi ſine tali credulitate immunitatis fuiſſent aliàs commiſſuri ? dicit Io. An. quòd iſta eſt præſumptio iuris, & de iure. præterea iſta non eſt ſola cauſa,quare immunitas denegatur talibus : ſed aliæ, quæ ſequentur in verſi.cum & in quo &c.illa ergo prima fuit cauſa impulſiua:qua ceſſante , non ceſſat iuris diſpoſitio , vt l. 1.§. ſexum.ff. de poſtu. Ego dico , ꝙ poſito , ꝙ illa fuerit cauſa finalis:licèt ceſſet.ſi aliæ rationes ſimiliter finales locū habeant,habebit locum iuris diſpoſitio.vt l.liberorum.& qđ
4 ibi no.ff.de his, qui no.infa. † ſi tamen quis caſu,non ex propoſito,delinquat in eccleſia:videtur habere immunitatē:puta ſi non propter veteres inimicitias : ſed ex verbis contumelioſis ibi ortis homicidium eſt commiſſum,ſecundùm Hoſt. qui dicit, ꝙ in hoc caſu ſaluari poteſt opi.Hug. de qua in gl. ¶Vltimò Io.An.allegat auctoritatem Apoſt.de deo Socratis.in prin. & eſt talis. ſolet apud prudētes viros eſſe in operibus elaboratis vindicatio reſtrictior:in rebus ſubitaneis venia prolixior.& concor.cum iure:quo cauetur, quòd delicta omnia diu cōmiſſa mitius puniuntur: quàm commiſſa nouiter.vt no.in l.ſi diutino.ff.de pœnis.feros enim animos mitigat longa dies &c.

# Ne Clerici,vel mo.ſecular.

SVMMAE.

1 *Negotium ſeculare,quot modis dicatur clericis prohibitum,vel conceſſum.*
2 *Negotiationes,cum non ſint de genere malorum, quare ſint clericis vetitæ.*
3 *Clericis an ſit permiſſum facere colores ad decolorandos homines,ſiue feminas.*

DIctum eſt ſ.de his,quę ſunt de genere pmiſſorum. ſequitur videre de his , quæ ſunt de genere prohibitorum. habetur de materia.88.diſt.per totum.& 1.q. 3. per totum. de pœni.di.5.de negotijs,vel cauſis ſanguinis 23.q.vlt.repetitur in 6.conuenit.de electi.c.tranſmiſſam.de vi.& ho.cle.c.vlt.& eod.tit.c. 1. in Cle.
1 ¶ † Quæro , quot modis dicitur ſeculare negotium clericis prohibitum,vel conceſſum.dicit,ꝙ tribus modis.vno modo dicitur ſeculare negotium quilibet actus ſecularium rerum hic enumeratus: à quibus actibus abſtinendum eſt. ſecundò dicitur iudicium de ſecularibus rebus.quod licet clericis inter clericos tantùm.11.q. 1. §. ex his. tertiò dicitur ſeculare inter homines ſeculares, quod non licet clericis: niſi de his, quæ pertinent ad iudicium eccleſię:vt cauſa decimationum. de deci.c.quoniam iure patronatus.de iudi.c.quanto.& ſi.& de quibus.de fo.compe.c.cū ſit.& c.licèt ex ſuſcepto.¶Quæ
2 ro ſecūdò. † cum negotiationes,& iſta,de quibus in c. 1.non ſint de genere malorum:quare clericis ſunt vetita?dic, quòd ratione perſonæ.multa enim licent vni,quę non alteri,vt negotiari: quod nobilibus prohibetur & iudicibus.vt l. 1. & 2. C.de commer.& merca.& l. 1.C.de procura. ex perſona ergo quædam ſunt prohibita,quæ regulariter ſunt conceſſa. ſimiliter negotiationes ex cauſa ſunt inhoneſtæ:licèt regulariter ſint honeſtæ. 14.q.4.c.quicunque.Item ex tempore,puta feſtiuitatis.ſ.de ferijs.c.1.ex loco,puta eccleſia.vt ſ.titu. 1.c. ſi.ex re,puta in rebus.quæ nec per ſe, nec cum admixto poſ
3 ſunt eſſe vſui.de contrahen.emp.l.quod ſæpe.§.veneni. † Itē tractat Io. An.de colore ad decolorandos, ſiue ornandos homines, vel feminas: an hoc facere ſit permiſſum . dicit Hoſt. ꝙ non. cum cuilibet ſufficere debeat, & placere naturalis color datus à Deo. & vix ſine ipſius offenſa pōt alius ſuperponi.de conſe.di.4.c.oſtenditur. 1.q. 1.c.quod quidā.vnde Ecc. 4.Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam.faciem inquam picturæ aduerſus faciem naturalem.& contra faciens timere poteſt illud Ioel.2.Omnis vultus redigetur in ollā infernalē. vnde Didimus rex ad Alexādrum loquens de feminis ſuis , quæ non ornabantur.dicit.Quis poteſt opus naturæ corrigere?quod ſi fiat,aut infructuoſum eſt; quia vincitur.aut criminoſum ; quia præſumitur.& Cy.de diſciplina , & habitu virginum dicit.Opus Dei eſt,quod naſcitur. Diaboli,quod mutatur:non tamen reprobat pretioſum, honeſtum , & placitū ornatum ſine pictura , ſi ideò ſe ornant , vt magis viris placeant:ſed ſi vt aliorum oculos ad ſe trahant,eſt illicitum , & mortale.32.q.5.c.nec Sol.& c. ſe. vnde Chryſo. Mulier ſi ſe decorauerit,& vocauerit ad ſe oculos hominum(etiam ſi plagam non intulerit)vindictam dabit extremam.venenū enim obtulit,etiam ſi nullus,qui bibat, inuentus ſit . & vide quod not.in ſumma de emp.& ven.§.de quibus. & per Io. And.in reg. ea quæ fiunt.in mercuria.

SVMMAE.

1 *Negotia multa ſunt, & certè plus quàm vocabula .*
2 *Plus iuſto nemo debet appetere.*
3 *Clericus poteſt procurare in foro ſeculari pro defenſione viduarum, & orphanorum .*
4 *Clerici poſſunt iuſto negotio operam dare: & neceſſitatis cauſa negotiari .*
5 *Emere tempore fertilitatis multa victualia, vt tempore famis abundet, an cuipiam ſit licitum .*
6 *Laicus conduxit aliquam negotiationem, inſtituit hæredem clericū: an poterit in conductione remanere.*

MVlta. Enumerat concilium multa ſecularia negotia , à qbus iubet clericos, & monachos ſecundùm verbū Apoſtoli abſti-
1 nere.¶No.primò,†ꝙ multa ſunt negotia,& certè plus,q̃ vocabula.ff.de præſcrip.ver.l. naturalis . natura enim ſemper

deproperat nouas edere formas.C.de formu.l.1. ¶Secũdò
not.quod hic enumerat.14.genera negotiorum.& tamẽ ap
pellat ipſa pauca.de quo.ĩ.de cle ex.mi.c.latores. ¶Tertiò
2 no.ꝙ†nullus debet appetere plus iuſto. eſt.n.virtus, placi-
tis abſtinuiſſe bonis.& vide quod not.in clem. ad noſtram.
de hære. in glo. dicunt iſti. ¶Quartò no.cauendum à turpi
lucro, & maximè à negotiatione. de qua.ĩ.de vſur.c.fi.ſimi
liter caueat iudex,ne præmium ex ſententia recipiat,vel ex
3 pectet.11.q.3.c.qui rectè. ¶Quintò no. †quòd pro defen-
ſione viduarum, & orphanorum põt clericus procurare in
foro ſeculari:& hoc permittitur eis ex pietate.ſ̃.de poſtula.
4 c.1.& fi. ¶Sextò not.†ꝙ poſſunt clerici iuſto negotio dare
operam, & neceſsitatis cauſa negotiari.quod intellige, vt
no.13.q.3.in fi.ſummæ.& q.4.c.1.& 3.¶Septimò no.quòd
poſt enumerationem ſpecierum ſubijcitur clauſula genera-
lis,vt omnia cõplectatur.concor.de procura. c.qui ad agẽ-
dum.li.6.facit.ſ̃.de reſcrip.c.ſedes. ¶Octauò no.quòd iſta
videntur prohibita ſolummodo cõſtitutis in ſacris. facit de
conſe.di.2.c.tribus.eod.titu.c.ſeq.Sed Hoſti.dicit hoc pro-
hiberi omnibus beneficiatis.quod dic, vt ſ̃.de poſtu.c.1.&
de cleri.vena.c.2.¶Quærit Ioan.And.poſt Inn. & Hoſtien.
5 † ſi quis tempore fertilitatis emat multa victualia : vt tem-
pore famis abũdet (ſic vt fecit Ioſeph Gen.41.) hoc eſt lici
tum. ſed nunquid reuendere cariori pretio, quàm emerit.
dicit, quòd aut quis emit eo propoſito, vt carius vendat:
& peccat.de emp.& ven.c.1.& grauius clerici, quàm laici.
14.q 4.c.quicunq;. quandoq; emit non eo propoſito,vt vẽ
dat carius : ſed videns homines abuti fertilitate in conſu-
mendo,in ſinendo deferri alibi,intendit congregare,& con
ſeruare pro tempore neceſsitatis: & tunc non peccat, ven-
dendo illud eo pretio, quo alij vendunt, ſm̃ Inno.& Hoſt.
6 ¶Secundò quero.prohibentur clerici conducere res laico-
rum ad negotiandum,ſiue lucrandum:pone ergo, quòd lai
cus,qui conduxit, inſtituit heredem clericum:an poterit in
conductione remanere? videtur, quòd non.quia res per-
uenit ad caſum,à quo non poſſet incipere : ergo non durat,
vt l.Vrãnius.ff.de fide.& l.pluribus.§. & ſi placet.de verbo.
ob.contrarium tenet gl.ſuper verbo cõductores.quam not.
facit ad q.Statuto cauetur, quòd nobilis non poſsit recipe-
re ceſsionem cõtra popularem: vel dictat conſtitutio epiſ-
copi, quòd clericus non poſsit recipere ceſsionem à laico
contra laicum.pone ergo, quòd laicus habens contra laicũ
iura ceſſa, inſtituit clericum, vel nobilem ſuũm hæredẽ:an
poterit agere, non obſtantibus dictis reformationibus.dic
ꝙ ſic.ar.l.allegatæ in glo.iſta.& no.Bar.in l.2.§.tutore.ver.
ſed ſuum.ff.de fal.

*S V M M AE.*

1 *Clerici non poßunt eſſe generales procuratores laicorum.*
2 *Clericus non poteſt eſſe procurator laicorum in rebus eorum. ſed bene in ſpiritualibus.*
3 *Epiſcopus debet publicè inhibere clericis,ne acceptẽt procurationes.*
4 *Clerici procurantes pro laicis an perdãt priuilegium fori: & an poſſint pro tali adminiſtratione trahi coram iudice ſeculari.*

SAcerdotibus. Si clerici, & miniſtri,
vel procuratores laico
rum deprehenduntur in fraude, non debet eis ab ec-
cleſia ſubueniri.ponit prohibitionem, & pœnam tranſgreſ
1 ſorum,ibi[quòd ſi publicè.]¶No.primò,†quòd clerici nõ
poſſunt eſſe miniſtri.i.generales procuratores laicorum:ſi-
militer econuerſo nec laici clericorum.89. diſt c. iudicatũ.
ad quod vide no.ſ̃.de deci.c.quanuis.& de ſyn.c.vno.¶Se-
2 cundò not. †ꝙ clericus non põt eſſe procurator laicorum
in rebus eorum.in ſpũalibus ergo poſſet, & etiam in eccle-
ſiaſticis coram epõ.quia non reperitur prohibitũ;ergo con
ceſſum.ff.de procur. l.mutus.& ĩ. de ſimo.cap: cum eſſent.
3 ¶Tertiò no.†ꝙ eps habet eis hoc publicè inhibere. & hoc
ideo ne locus ſit inficiationi: & ne valeat ignorantia ſe tue-
ri.ĩ.qui ma.ac.poſ.c.cum inhibito.& ff.de inſti.l.ſed & ſi pu
pillus.§.de quo palam. ¶Quæro.dicitur hic, ꝙ non debet
eis ab eccleſia ſubueniri.quæro quæ erit iſta ſubuentio,quæ
4 negatur eis:an†perdent priuilegium fori,& poterunt ꝑ iſta
adminiſtratione trahi corã iudice ſeculari:vel poterũt capi.
quidam, ꝙ capi poterunt, ceſſante priuilegio clericali. qđ
glo.reprobat.& idem Vin.Tan.Phi.Goſt.Inno. & Hoſt.niſi
monitio fuiſſet facta in ſinodo per epm ſub pœna oĩs priui
legij clericalis.quia illa loco trinæ admonitionis habebitur.
de appel.c. præterea de loca.c.1. & hũc intellectum probat
litera[publicè denuncies.]& litera[ꝙ ſi poſtmodum.]&c.
& hoc caſu quando eſſet in hoc incorrigibilis, & contemno
ret monitiones epi:ſi ſecularis ipſum diſtringeret,non debe
ret ſibi eccleſia ſubuenire. tali autem monitione publicè nõ
præmiſſa, ex ſola adminiſtratione,ſiue procuratione nõ eſ-
ſet priuatus defenſionis beneficio contra iudicem ſecularẽ:
ſed in hoc non ſubueniretur ſibi.quia teneretur reddere ra
tionem in loco adminiſtrationis. C. vbi de cri. agi oportet.
l.1.& 2. & ibi eſſet per iudicem eccleſiaſticum compellen-
dus ad reliqua.ſed dices.illud non videtur:quia clericus nõ
põt non ſui iudicis iuriſdictionem prorogare.ſ̃.de fo.com-
pe.c.ſi diligẽti.ſol.dic,ꝙ licèt expreſſe non poſsit renuncia
re foro ſuo,vt ibi: facto tamen contrario poteſt.Item etiam
alibi contrahendo, vt ĩ.de ſenten.excom.c. contingit.& ſ̃.
de fo.competen.c.dilecti.reliqua, quæ hic deficiunt,vide.ſ̃.
de obli.ad ra.c.1.& per Archid.21.q.4.c.Cyprianus. & 96.
diſtin.c.fina.

*S V M M AE.*

1 *Deceptionis proprium eſt fictio,& ſimulatio.*
2 *Profeſsi non debent exire clauſtrum cauſa legendi phyſicam, vel leges.*
3 *Tranſgreſſor huius cõſtitutionis punitur quadruplici pœna pro vno delicto.*
4 *Malum an quis debeat facere prætextu boni.*
5 *Profeſſus an poſsit audire,& ſtudere in ſcientia theologica, & canonica:quòd ſic.*

NOn magno. Religioſi ꝓfeſsi exe-
untes audire leges,
vel phyſicam : niſi infra duos menſes ad clau-
ſtrum redeant,excommunicati ſunt.& in nulla cauſa patro
cinari poſſunt.& in choro,Capitulo, & ceteris erunt vltimi.
& ſine diſpenſatione Papæ non promouentur. & primò po
nit factum reprehenſibile. ſecundò illud fieri prohibet. ibi
[vnde ne] tertiò quadruplicem pœnam imponit,ibi[ſi ve-
1 rò ]¶No.primò†quòd deceptionis proprium eſt fictio, &
ſimulatio: vt propoſitis bonis alligetur ad peccandum. vn-
de ideo equus Troianos fefellit. quia formã Mineruę men-
titus eſt.& ſæpe vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur.41. diſtin.
c.ſæpe.¶Secundò no. quòd aliquid quandoq; prohibetur,
non quòd de ſui natura malum ſit, ſed quia poteſt malum
ex eo ſequi. cõcor. ſupra de iureiurã.c. & ſi Chriſtus.ad fi.
2 ¶Tertiò not. quòd†cauſa legendi phyſicam,vel leges non
debẽt profeſsi exire clauſtrum. & aduerte, quia ſi ſibijpſi le
geret extra clauſtrum,etiam non intrando ſcholas, incurre
ret iſtam pœnam, ſecundùm Inno.& ad intellectum huius
verbi,legendas,vide quod no.Ioan.And.in regu. cum quid
prohibetur.de reg.iur.lib.6.in quæſtione de priuilegio ſtu-
dij Bononien.hodie etiam prouiſum contra magiſtros, qui
ſcienter docent, vel in ſcholis tenent tales religioſos : ſunt
enim excommunicati,vt ĩ.e.c.2.lib.6.& quod hic no.Hoſt.
vide ibi in tertia glo. culpa ergo ſimilis tam prohibita di-
ſcere,quàm docere.vt C.de math.l.1.ſiue.2. ¶Quartò not.
in ver.ſi verò. quòd venientes contra iſtam conſtitutionem
debent



debent vt excommuicati, ab omnibus euitari : vtrùm au-
tem per hęc verba ſit inflicta excommunicatio ipſo iure:vel
per iudicem infligenda.dicit,ꝙ ipſo iure, vt ĩ.eo.ſuper ver.
3 verùm.facit ſ̃.de iudi c.1. ¶Quintò no. †ꝙ pro vno delicto
quadruplici pœna punitur tranſgreſſor huius cõſtitutionis:
ſicut excõmunicatis audientia denegatur in choro, & in Ca
pitulo vltimum locum tenent, & ſpem promotionis amit-
tunt,& concurrunt omnes iſtæ pœnæ: quia imponuntur ea-
dem conſtitutione. ſi autem diuerſis pœnis idem delictum
varijs conſtitutionibus coercetur,altera iudex debet eſſe cõ
tentus : vt l.ſenatus. ff.de accu. & l.qui ſepulcra. C.de ſepul.
4 vio.per Cy.¶Quærit glo. †vtrùm prætextu boni debeat qs
facere malum.pulchrè proſequitur, diſtinguendo quædam
membra.habemus alibi, ꝙ quidam ſubtraxit librum à quo
dam compoſitum,in quo deſcriptæ erant leges optimæ pro
ſtatu ciuitatis,& eius regimine: & conſecutus fuit præmium
ex illo furto.malum ergo,ex quo ſequitur commune bonũ,
5 potuit perpetrari.¶Secundò quærit Io. And.†vtrùm profeſ
ſus poſsit audire, & ſtudere in ſcientia theologica, & cano-
nica.tenet,quòd ſic.quia ſunt ſcientiæ pietatis.magis tamen
conſuluit Io.An. quòd in clauſtro maneant.nã ſolent, poſt-
quam modicum didicerunt, intumeſcere contra abbatem:
ipſum enim accuſant.vnde lites,odia, labores, multæ expẽ
ſæ,multaq; monaſteriis nociua proueniunt. argu. 93. diſt.
c.diaconi.Sed dices,cum ciuilis,& legalis prudentia ſit pars
diuinæ.vt no.de æta.& qual.c.penul. & leges ab omnibus ſci
ri debeãt.quia omnes aſtringunt.C.de legi.& conſtit.l.leges
ſacratiſsimæ.quare emanauit iſta prohibitio.ſolu.dicit Hoſ.
ꝙ illud habet locum,conſideratis laicis,qui etiam de eccle-
ſia ſunt,ſed clericos non aſtringunt. de conſtit.c.quæ in ec-
cleſiarum.licèt,cum pro eis faciunt, vti poſsint eis. 10.diſt.
c.1. & c.ſi adiutorium. vnde hodie ab auditu legum plures
alij prohibentur,quàm hic dicatur.vt ĩ.eo. c.ſuper ſpecula.
¶Quæro.dicitur hic, quòd ideo prohibẽtur, ne rurſus hu-
manis negotiis implicentur.pone ergo,ꝙ volunt iſtas ſcien-
tias addiſcere pro vtilitate monaſterij, vt ibi curẽt ægrotos,
& temporalia bona conſultius adminiſtrent.quidã dicunt,
quòd poterunt;quia ceſſat cauſa conſtitutionis : ſed errant,
ſecundùm Ala. & Vincen. & reprobatur ipſorum opi.ĩ.eo.
c.ſuper ſpecula. ſcientiæ enim iſtæ tendunt principaliter ad
terrena, & ſecularia negotia monachis interdicta : ergo &
ſcientia, per quam ad illorum exercitium peruenitur. vt l.
oratio.de ſpon.& licèt ſit dare caſum ſpecialem,in quo ceſ-
ſet cauſa conſtitutionis: tamen nõ ceſſabit conſtitutio.vt no
tatur.ſ̃.tit.1.c.quia pleriq;.in 6.quęſt.

*S V M M AE.*

1 *Clericus generalis procurator,vel iuſtitiarius principis ſecularis deponendus eſt.*
2 *Procuratio generalis negotiorum ſecularium prohibita eſt clerico.*
3 *Secularia magis ſunt interdicta religioſis : quàm clericis ſecularibus.*

SEd nec procurationes.
1 †Clericus generalis procurator, vel iuſtitiarius prin
cipis ſecularis deponendus eſt.& ſi religioſus eſt,grauius pu
nietur. hoc dicit. primò ponit prohibitionem. ſecundò ad-
dit tranſgreſſoribus pœnam,ibi[ſi quis autem.]¶Not.pri-
2 mò † quòd prohibetur clerico generalis procuratio nego-
tiorum ſecularium. vnum ergo negotiũ laici procurare poſ-
3 ſet.vt infra de ſimo, cap.cum eſſent. ¶Secundò not. †quòd
magis religioſis, quàm clericis ſecularibus, ſunt ſecularia
interdicta. nam religioſi non ſolùm à vetitis: ſed à quibuſ-
dam licitis abſtinere debent. 11.quęſt.1.cap.aliud.de pœn.
diſt.1.c.aliud.

*S V M M AE.*

1 *Clerici iudicium ſanguinis exercere non poſſunt : & ſi exercuerint, priuantur honore, & loco:*
2 *Clericus tanquam vicecomes non poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus.*
3 *Epiſcopus ſi habet in ciuitate merum imperium:debet committere alteri iudicium ſanguinis.*
4 *Prælatus exiſtens in conſilijs, vbi imminent cauſæ capitales:conſultus à principe,quid ius velit de tali crimine:& quæ ſit pœna imponenda:an poſsit conſulere ſine metu irregularitatis.*

CLericis. Clericus iudicium ſanguinis
exercens ab officio,& benefi-
cio deponetur:& excõicatus eſt habens officium
prępoſiti ſecularis, ſi monitus non deſiſtat. diuiſio patet.
1 ſecunda ibi[iubemus.] ¶No. primò, † quòd clerici iudiciũ
a ſanguinis exercere nõ poſſunt a & ſi exercuerint, priuantur
honore, & loco. & expone honore.i.ordine. fit.n.irregula-
ris.ĩ.e.c.ſñiam.& ꝑ conũs deponẽdus.ĩ.de exceſ.pręla. c.ex
2 lr̃is.¶Scđò no.†ꝙ non põt de talibus cauſis cognoſcere,tan
quã vicecomes &c. vice tñ alicuius epi poſſet cognoſcere de
cã criminali:quæ nõ pœnã ſanguinis: ſed detruſionis in mo
naſterium infligere conſueuit.talis.n.nec peccat, nec fit irre
gularis.arg.ſ̃.de procura.c.tuæ. Idem vr̃, ſi cognoſcat vice
alicuius ſecularis. dũmõ à pœna ſanguinis abſtineat. quod
3 dic,vt ĩ.de rap.c.in archiepatu.&c. ¶Quærit gl. †ſi eps hẽt
in ciuitate merum imperium:cum non poſsit exercere iudi-
cium ſanguinis,quid fiet. dicit, ꝙ dẽt alteri cõmittere:vt ſic
quod non põt facere ꝑ ſe, faciat per alium.& põt committe
re gñaliter,& ſpãliter:vt contra certã ꝑſonam inqrat,& iu-
ſtitiam faciat.vt ĩ.eo.c.2.lib.6. Ex hoc tñ multum offendun
tũr regulę iuris. tum qa quod qs non põt, alteri dat, contra
c.Daybertum. 1.q.7. tum qa cauſæ meri imperij, in quibus
vertitur maximum periculum,delegantur contra l.1.de offi.
eius,cui man.eſt iuriſdi.tum qa põt in gñe mandare, qđ nõ
põt in ſpecie.cum tñ ſub gñe veniat ſpecies: ac ſi eſſet ſpãli-
ter declarata:vt l.ſi chorus.de leg.3. & pp iſtas inconuenien
tias optaret Ho. ꝙ aut clericis concederetur ꝑ ſe criminalẽ
facere, vbi hñt talem iuriſdictionem,ſine metu irregularita-
tis:aut in totum tolleretur eis iuſtitia tpalis.eſt.n ſm̃ eũ val-
de abſurdum,ꝙ clerici habeant iſtam iuriſdictionẽ:& opor
teat eos per laicos (fortè corruptibiles) iuſtitiam miniſtra-
re,& ſe non poſſe intromittere.qđ deberent poſſe pp maius
periculum,qđ ibi imminet de iniuſta ſñia, q̃ ſi de capra co-
gnoſcerent.nec eſt dubium,ꝙ ſi Papa vellet,poſſet ſtatuere,
ꝙ clerici per ſe poſſent hoc facere : vt patet in eo, qđ legit,
& no.de homi.c.ſicut dignum,in fi.de verb. ſig. c. nouimus.
4 ¶Scđò q̃ro.ſæpe contingit, †ꝙ qñ ꝑlati ſunt in cõſilijs, im-
minent iſtæ cauſæ capitales: vtrùm talis conſultus à princi-
pe,quid ius velit de tali crimine.& quæ ſit pœna imponẽda,
poſsit conſulere ſine metu irregularitatis.dicit Io.An. ꝙ aut
loquimur in cã abſolutionis : & poſſunt conſulere illum ab-
ſoluendum, q eſt in cã abſolutionis. aut loquimur in cã con-
demnationis:& tunc, ſi imminet condẽnatio de pñti, nullo
mõ conſulat:niſi vbi eſſet leuis pœna imponenda. tunc.n.di
ctare,vel pronunciare poſſet.ĩ.de rapto.c. in archiepatu.de
crimi.fal.c.ad audientiam.aut nõ imminet condemnatio de
ꝓximo facienda: & tunc interrogatus põt rñdere:lex ita di-
ſponit contra fures,latrones,homicidas, & ſi.arg.23. q.5. c
1.5.q.6.c.delatori. & ſic intelligitur qđ not. hic Goff. & qđ
no.ĩ.de exceſ.præla.c.ex literis.Itẽ põt ſuadere in genere,ꝙ
fiat iuſtitia.23.q.5.c.peſsimum.de hac materia vide plenius
in ſumma eo.ti. §. 2.ſub §.clericus. ver. poſſent tñ clerici.&
ſe.& ꝓdicta ꝓcedunt, vtrùm clericus poſsit in cã ſanguinis
eſſe iudex, vel ꝑbere conſilium.vtrùm aũt poſsit eſſe aduoca
tus.dic vt ĩ.de homici.c.ad audientiam. & ĩ.eo.c.ſñiam.

ADDITIO.

a ¶ Clerici iudicium ſanguinis exercere non poſſunt &c. nec de illo accuſare ſine formidine irregularitatis, niſi cum proteſtatione. de qua in c.prælatis.de homici.lib.6.

SVMMAE.

1 *Clerici, vel monachi lucri cauſa non debent negotiari.*
2 *Prohibitio negotiationis complectitur monachos, & clericos ſeculares.*
3 *Laici non poſſunt conducere eccleſias ad firmam, remiſſiuè.*

SEcundum. Breue eſt, habens tria dicta. diuiſio per ſe patet.
1 ¶ No. primò,† ꝙ clerici,vel monachi lucri cauſa nō
debēt negotiari.quis autem dicatur negotiator. dicit Archi.
quòd ille, qui rem integram, & immutatam vendendo lucratur. Ille verò, qui emit rudem materiam, vt ex ea aliquā formam, & ſpeciem faciat, non dicitur negotiator. 80.diſt. c.eijciens. & vide quod dixi.ſ.de vi.& ho.cleri.c. fina. & hic no.Ioan. And.j.de cen.c.quamquàm. lib.6. & Bar. in l. ſer-
2 uis legatis.ff.de leg.3. ¶ Secundò no. † ꝙ prohibitio negotiationis complectitur monachos, & clericos ſeculares: ſed conducere ad firmam prohibetur monachis tantùm. quia clerici hoc poſſent,neceſsitate inſtante. nam iſti poſſunt habere proprium, contrahere,& teſtari: non illi.facit.ſ.de teſta.c.quia ingredientibus.& cap.requiſiſti.§.fina.& aduerte, quia milites ſeculi, ſunt in hoc ſimiles militibus cœleſtis militiæ:vt C.loca.& conduc.l.fina.& C.de re mili.l.milites: & l.
3 militares.lib.12. ¶ Tertiò no.† quòd laici non poſſunt conducere eccleſias ad firmā.circa quod vide, quod no. Io. An. ſ.de æta.& quali.c.ex ratione.& vide c.dilecti.de deci.

SVMMA.

1 *Mala vita clericorum eſt corruptio laicorum.*
2 *Epiſcopus poteſt cogere monachos ad obſeruantiam regulæ.*
3 *Regula prædicatorum plurimum commendatur.*
4 *Status alicuius ordinis ſi eſt in totum collapſus, debent ipſorum loco ſubrogari fratres alterius ordinis.*
5 *Labores impiorum iuſti edent.*

RElatum. Monachi incorrigibiles de monaſterio expellentur: & reformabitur monaſterium de fratribus alterius ordinis, ſi de monachis eiuſdem ordinis reformari non po-
1 teſt.¶ No. primò † ꝙ mala vita clericorum eſt corruptio lai-
2 corum. facit 8.q.1.c.qualis.¶ Secundò no.† quòd epiſcopus poteſt cogere monachos ad obſeruantiam regulæ. & argue, quòd regula eſt in pręcepto. quod intelligas indiſtinctè quò ad tria ſubſtantialia regulæ.de quibus.ſ.de regu.c. ex parte. & quò ad contenta. ſ.de ſta.mona. c. cum ad monaſterium. alia verò non putat Ioan.And.in pręcepto: aliàs vix vnus de
3 quatuor monachis ſaluaretur. † & commendatur in hoc regula prædicatorum: per quam tranſgreſſores conſtitutionum ad pœnam obligantur, ſed non ad mortale in his,quæ per ſe non ſunt mortalia. de minoribus dic,vt in clemen.exi
4 ui.§.cum igitur. & ſeq. ¶ Tertiò no. † quòd quando ſtatus alicuius ordinis eſt in totum collapſus, debent ipſorum loco ſubrogari fratres alterius ordinis,& vltimò deueniendum ad clericos ſeculares. & ſicut magis coniuncti in caducis diſpoſitionibus præferuntur: vt l. 1. §. in primo. de cadu. tol. cum ſi.ita cum deficit in fratribus monaſterium vnius ordinis, alij, & alij admittuntur ordine ſucceſsiuo, vt hic. & ſ.de
5 reli.do.c.intra quatuor. ¶ Quartò not.† quòd labores impiorum iuſti edent. concordat Eccleſiaſt. 10. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. & dignum eſt,vt malè meriti &c. ff.depo.l. bona fides. ¶ Vltimò glo. colligit, quòd totum collegium poteſt delinquere: non ſolùm collegium (quod quandoq; conſiſtit in paucis) ſed in vna vniuerſitate poteſt cadere delictum. de quo plenè dixi.j.de ſimo.c.dilectus.& per Bar.in l.aut facta. de pœn.

SVMMAE.

1 *Tabellionatus officium debet interdici clericis conſtitutis in ſacris: ſecus ſi non in ſacris.*
2 *Clerici notarij an poterunt in cauſis eccleſiaſticis conficere inſtrumēta. quòd ſic.*
3 *Clerici ſi ante clericatum erant notarij creati auctoritate Imperiali: an ſi poſtea de rebus eccleſiaſticis inſtrumenta conficiant, eis credetur.*
4 *Notarius laicus ſuper eccleſiaſticis rebus poteſt conficere inſtrumenta.*
5 *Notarius Imperialis an poſſit conficere inſtrumenta in terris Eccleſiæ.*
6 *Epiſcopus interdixit clerico tabellionatus officium: an valeant inſtrumenta confecta poſt talem interdictionem.*
7 *Pœnæ appoſitio actui à iure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum.*
8 *Notarius quid teneatur iurare.*
9 *Clericus in minoribus, an eoipſo quod ſuſcipit tabellionatus officium, videatur renunciare clericatui.*

1 SIcut. Not. primò, † quòd tabellionatus officiū debet interdici clericis conſtitutis in ſacris: ſecus ſi non in ſacris. ¶ Quærit glo. quæ eſt ratio huius iuris prohibitiui. dic vt in ea. Hoſtien. dicit, quòd multiplex eſt ratio: ſed rationes eius multæ aures non vrgent. veritas videtur, quòd ideo interdicitur. quia iſtud officium eſt publicum auctoritate. & vocatur tabellio ſeruus publicus. quia debet ſe omnibus exhibere requiſitus, vt inſtrumenta conficiat. iſta autem miniſteria laicorum clericis ſunt interdicta.vt ſ.eo.c.ſed nec.& cap. clericis. ¶ Secundò
2 quæro. nunquid † clerici notarij poterunt in cauſis eccleſiaſticis conficere inſtrumenta.glo. arguit,quòd non. ſecundò, quòd ſic.& hęc verior quò ad eccleſiaſticas cauſas, ſecundùm Ioan.& Phi. vnde clerici poſſunt eſſe notarij Papæ.5.q. 1.c.quidam. & c.epiſcoporum.& j.de ſimo.c.1. Inter laicos verò non ſcribant: cum eorum conuerſatio debeat eſſe ſegregata.2.q.7. c.laicos. imò nec debent rogari teſtes in inſtrumentis ſecularium negotiorum, ſi ſunt presbyteri. 14.q. 2.c.quamquàm, & hoc ſcilicet, quòd in cauſis eccleſiaſticis poſsint clerici exercere tabellionatus officium, procedit ſi-
3 ne dubio, ſi ſunt creati à Papa. † Quid ergo ſi ante clericatum erant notarij creati auctoritate Imperiali: an poſtea de rebus eccleſiaſticis inſtrumenta conficiant, & credetur eis, ex ratione, quam facit hic Ioan. And. videtur quòd non. quia iudicialis auctoritas, à qua pendet fides notarij, deficit in hoc caſu. Imperator enim ſuper rebus, & perſonis eccleſiaſticis poteſtatem non habet: & mandare non poſſet expreſsè, quòd inſtrumentis tabellionis à ſe creati ſuper talibus detur fides:vt ſ.de conſti.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. ſi nō poſſet expreſsè, & ſpecialiter: ergo non veniet ſub generali poteſtate conceſſa. & hac ratione tenet Ioan. And. quòd de rigore iuris tabellio conſtitutus à laico non poſsit ſuper eccleſiaſticis conficere inſtrumenta: licèt econuerſo tabellio clericus poſſet ſuper temporalibus conficere inſtrumenta: licèt poſsit ſibi officium interdici.ar. j. qui filij ſint legi. c. per venerabilem.§.rationibus. Et inferunt iſta dicta Ioan. And. quòd ſi illi,qui habent poteſtatem creandi notarios, de quibus. ſ.de re iu.c.cum te.creauerint aliquos: non poterunt cōficere inſtrumenta vltra locum ſuæ iuriſdictionis: intra locū verò confecta facient etiam extra locum plenam fidem. de quo dic per Bar.vt l.cunctos populos.C. de ſumma Tri. di-
4 cunt tamen quidam,† quòd notarius laicus ſuper eccleſiaſticis conficit inſtrumenta.& ita de facto ſeruatur: licèt Ioan. And.



And. contra de rigore iuris,& veritate, vt dicit, propter defectum iudicialis auctoritatis, à qua tabellio recipit iſtam poteſtatem,in Authen.de tabel.§.1.coll.4.& ſecundùm hoc
5 etiam ſequitur,† quod notarius Imperialis non poſſet in terris Eccleſię, etiam inter laicos, conficere inſtrumenta. contrarium ſeruatur de facto, & fortè bene: conficit enim inſtrumenta notarius de conſenſu partis,ſiue partium. quo caſu quando ſcilicet conſenſus accedit, poteſt iuriſdictio extra territorium ius dicentis prorogari, vt l.2.ff. de offi. procon.& le.& quod no.ſ.de offi.dele.c.P.& G. ¶ Tertiò quæ-
6 ro: † epiſcopus interdixit clerico tabellionatus officium: an valeant inſtrumenta confecta poſt talem interdictionem.tenet Ioan. An.quòd ſic. quia ſi facit electus contra talem prohibitionem,punitur in priuatione beneficij:vt hic. & alia pœna ſibi non reperitur inflicta.contenti ergo eſſe debemus pœna iuris,non alia inuenire.ff.de reli.& ſump. fu.l. at ſi quis.§.
7 & generaliter.& de ſepul.vio.l.2.§.non perpetuæ. † Aduerte,quia pœnæ appoſitio actui à iure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum, vt not. plenè Bar.in l.ait prætor.ff.de ope.no.nun. & l. non dubium.C. de legi.per Doct.ratio ergo melior videtur: quia annullatio inſtrumenti propter carentiam fidei non concernit ipſum clericum: ſed partes,cui prohibitio non eſt facta.& per hoc fortè non eſſet malè dictum, ꝙ ſi publicè, & per edicta ſolemniter diuulgatum ſit, quòd clerici non poſsint conficere inſtrumenta inter laicos(ita quod omnibus iſta prohibitio veriſimiliter innoteſcat: ) tunc non valebunt poſtea inſtrumenta: ſicut nec contractus initi cum prodigo poſt interdictum iudicis. vt l. is cui bonis. de verbo. oblig. ¶ Quartò quæro. in creatione notarij exigitur ab eo iuramen-
8 tum:† quid ergo iurare tenebitur.dicit Hoſt. quòd conſueuit iurare,& quinque promittere. primò, ꝙ inſtrumentum conficiet de his, quæ viderit, audiuerit, & requiſitus fuerit, non admiſta aliqua falſitate. quod ſi fecerit, quid iuris? dic, vt dixi.j.de hæreti.c.fraternitatis. ſecundò quòd ſecreta ſibi iniuncta cælabit. tertiò quòd contractus à iure reprobatos non rogabit: aliàs puniretur. vt C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus.§. his tabellionibus. quartò, quòd de omnibus inſtrumentis,de quibus rogatus fuerit, prothocollum tenebit: vt ſi ſuper ſumpto fuerit orta contentio, vel amiſſum fuerit, recurratur ad eum.ſ.de reproba.c. quoniam contra falſam. & de fide inſtru.cum P.quintò,quòd fidelis erit illi, à quo cōſtituitur.ſextò,quòd illud officium fideliter exequetur.quod dic,vt in Spec.de inſtru.edi.§.reſtat. ver. ſed quæro ſub qua forma.& conſiſtit iſta fidelitas maximè vt ſolemnitates debitas de iure, vel conſuetudine non omittat: aliàs contra eū eſſet ſuſpicio falſitatis: & tenetur ad intereſſe parti,quam læſit.vt l.fina.C.de magi.conue.& l.iubemus.in fi.C. de teſta.& l.fi.C.de fideiuſ.& iſtæ ſunt optimæ leges ad hoc vltimum dictū. quod no. Et adde,quid iuris,ſi tabellio errauerit in die, in confinibus,vel in alijs:an poſsit corrigere errorem ſuum. dic,vt no. Bar.in l.ſi librarius.de verbo.ſign.¶ Vltimò dicūt
9 † quidam,quòd clericus in minoribus eoipſo videtur renunciare clericatui,quod ſuſcipit tabellionatus officium. quod non approbat Ioan.And.qui inducit iſtum tex.contra clericos Venetos,qui ſunt notarij,& in curijs ſecularibus,& ciuilibus communiter acta ſcribunt:ego,eos excuſando, dico,ꝙ duplici de cauſa hoc factum. dum fuit illa ciuitas, arbitrandum eſt. primò, quia homines ſunt catholici, & deuoti ad presbyteros in his actibus: maximam habent fidem: & nunquàm reperta ſit falſitas in teſtamentis, & actis cauſarum.ſecundò, quia eccleſiæ ſunt pauperes communiter, nihil habentes,niſi oblationes, & illas paruas: ideò in ſubſidium ad illa officia eſt deuentum,&c.

SVMMAE.

1 *Clericus an poſſit dictare ſententiam in cauſa ſanguinis: vel cognoſcere de delicto illo, ex quo poſſet hoc ſequi.*
2 *Clericus ſcribit literas, quòd aliquis capiatur: quibus præſentatis, captus eſt, & morti traditus: an clericus, qui ignorauit talem capturam tendere ad mortem, ſit irregularis: quòd ſic.*
3 *Clericus ſi ſcribat dicta teſtium in cauſa criminali: ſi ex illis ſequatur mors, eſt irregularis.*
4 *Princeps ſcribit vni ſuo rectori, vt capiat talem, & ſuſpendat. quas literas præſentatas rectori rector tradidit clerico legēdas: quibus lectis, ille capitur, & ſuſpenditur: an clericus ille ſit irregularis.*
5 *Clericus ſi ſit aduocatus in cauſa ſanguinis: an ſola aduocatio faciat eum irregularem.*
6 *Clerici an poſſint vti ad ſuam defenſionem baliſtis, & ſagittis: & alijs armis tendentibus ad offenſam.*
7 *Defenſio iuſta permittitur clericis, quantumcunq; reſiſtentis læſio ſequi poſſit.*
8 *Clerici exercentes officium chirurgicorum ſecantium, vel incidentiū, an incurrant irregularitatem.*
9 *Laicus chirurgicus, qui in ſecatione, vel inciſione non poteſt reprehendi in aliqua culpa: ex mala tamen cuſtodia infirmi, vel alia ratione mors ſecuta eſt: an efficiatur irregularis: ita quòd promoueri non poſſit.*
10 *Clerici ex eo ſolo, quòd interſunt iudicio ſanguinis, an efficiantur irregulares.*

SEntentiam. Conciliū eſt,habens multa dicta: ideò non ſummatur:nec diuiditur.poſſet breuiter ſic ſummari. clericis prohibita intelliguntur illa,ex quibus poſſet veriſimiliter ſequi vitæ amiſsio:vt ſic prohibito eius iudicio ſanguinis, omnia videātur inhibita,per quæ ad mortem ver ſimiliter peruenerint.hoc dicit.Et enumerantur hic quidam actus,& eorum exercitium ad mortem tendentium,vt ſententiam ditare,vel proferre in cauſa ſanguinis ſententiam: literas ſcribere,vel dictare:baliſtarijs,& ruptarijs præponi: chirurgiæ artem,quæ ad inciſionem,& aduſtionem tendit, exercere. de ſingulis proſequitur Ioan. And. aliqua dubia declarando:
1 quæ per q.aſſumam. ¶ Quæro primò.† vtrùm clericus poſſit dictare ſententiam in cauſa ſanguinis: vel cognoſcere de delicto illo, ex quo poſſet hoc ſequi.videtur,ꝙ non,vt hic.in contrarium facit.23.q.4.c.illud. ibi [ dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis ] ad idem.C. vt omnes tam ciui.quàm crimi.l. vna.vbi adminiſtrator,depoſito officio,conuenitur de crimine coram epiſcopo.ſo. ad c.illud dic, ꝙ intelligitur, ꝙ excuſetur à culpa: non ab irregularitate.ad l. 1. dic, ꝙ ibi loquitur,cum de crimine nō agitur criminaliter,ſecundùm Vin.tene ergo,ꝙ dictare eſt in totum prohibitum:ſiue dictet,vt iudex,ſiue vt aſſeſſor, vel vt iuriſperitus: non tamen intelligas, ꝙ ſolo dictamine ſequatur irregularitas: ſed ſi poſtea ſubſequatur vindicta ſanguinis. ex hoc enim proferenti præſtat auxilium, & conſilium, ſecundùm Ioan.An. ¶ Sed quæro de ſcriptore, & lectore lite-
2 rarum.pone † clericus ſcribit literas, ꝙ aliquis capiatur:quibus præſentatis,captus eſt,& mortuus.an clericus, qui ignorauit talem capturam tendere ad mortem,ſit irregularis.dicit,quòd ſic: quia homines non conſueuerunt capi pro nihilo:& lex promotionis in facto,non in voluntate, conſiſtit: vt patet.15.q.1.c.fin.& credere debuit hoc euenire poſſe.de homi.c.is qui.lib.6.& non debuit ſe ſubtrahere. de ſer. non or. c.1.ego credo ex qualitate perſonæ eius, qui capi mandauit, clericum, reputari in hoc culpabile, vel non. ſi enim iudex cauſarum ciuilium,vel alius, qui non conſueuit capere homines pro crimine,ſed pro debito,hoc ſcribi clerico mandauerit:licèt ex illa captura poſtea moriatur(quia fortè erat primò de crimine condemnatus: vel poſt illam capturam factā pro debito de crimine capitali conuincitur clericus ille non erit irregularis:ſecus ſi ſcripſiſſet literas captionis ad inſtantiam iudicis cauſarum criminalium:vel illius, qui habet co-

gnitionē de ciuilibus,& criminalibus. & ſic intelligo quod
3 dicit Ioan. An.¶ † Quid ſi clericus ſcribat dicta teſtium in
cauſa criminali.dicit, ꝙ eſt irregularis, ſi ex illis dictis mors
ſequatur:aliàs ſecus. ſola enim ſcriptura in nullo caſu irregu
larem conſtituit ſcribentem:quamuis aliàs puniri poſſet. qa
4 rem prohibitam exercet. † Quæro etiam. ſi princeps ſcribit
vni ſuo rectori,vt capiat talem,& ſuſpendat:quas literas præ
ſentatas rectori rector ipſe tradit clerico legendas.quibus le
ctis,ille capitur, & ſuſpēditur:an clericus ille ſit irregularis.
dicit,ꝙ ſic. quia ex lectura ſua homicidiū eſt ſequutum; nec
prodeſt ſibi,ſi dicatur ignoraſſe tenorem,cum legit. quia de
buit primò ſibi legere:& reperto tali tenore,reddere,& dice
re,quòd ipſas legere,nō erat ſui officij.ar.j̃. de homi.c. ſicut
5 dignum,& de clericis. ¶ Vlterius ad idem quæro. † quid ſi
clericus ſit aduocatus in cauſa ſanguinis.dicit,quòd ſola ad-
uocatio non facit eum irregularem:ſed vindicta ſanguinis, ſi
ille,contra quem aduocat,occidatur. & hoc ſine dubio, qñ
aduocat cōtra reū accuſatū. quid ſi ad eius defenſionē aduo
cat,& abſolutus eſt. accuſator aūt punit̄ pœna talionis.ſen-
tit etiam,quòd ſit irregularis. remittit tamen ad not. de hoc
6 plenius.s̃.de poſtu.c.1.¶ Tertiò quæro † de baliſtarijs,& ſa
gittarijs, & alijs armis tendentibus ad offenſam: an clerici
poſsint vti ad ſuam defenſionem. ar. ꝙ ſic: quia non tendit
principaliter ad offenſam.ſed ad defenſionem ſuam, & rerū
ſuarum. & hoc intendebat,& non aliud:ergo non eſt homici
da.50.diſt.c.ſi quis viduam.de homi.c.ſignificaſti. 2.Io.An.
poſt Inno.diſtinguit inter inſtrumenta illa,quæ tendunt prin
cipaliter ad mortem:nec poteſt eorum vſu, facto, & animo
temperari: vt ſunt ſagittæ,baliſtæ,& ars ruptariorum:& iſtis
non licet clericis parari,etiam ad iuſtam defenſionem. quia
ſunt inſtrumenta multum ad mortem immediata: nec reci-
pit eorum vſus moderamen. aut ſunt alia inſtrumenta, quæ
poſſunt regi, & regulari ad voluntatem defendentis: vt lan-
ceæ,ſpatæ, lapides,fuſtes,& ſimilia: & iſta licet clericis præ-
parare ad iuſtam defenſionē: nec ſunt irregulares, ſi mors
inde ſequatur:ſed debet impugnanti eos imputari. de homi.
c.poſtulaſti.ſed dices. cum ad licitam defenſam liceat iſta in
ſtrumenta offenſibilia præparare. quare non ita eſt licitum
dictare, vel legere literas in cauſa ſanguinis: cum ibi etiam
actus ſit licitus,& iuſtus,videlicet miniſtrare iuſtitiā?Reſpō.
7 † ꝙ defenſio iuſta à iure permittitur, quantumcunque reſi-
ſtentis læſio ſequi poſsit:ſed offenſio,& impugnatio alicuius,
etiam qui licitè offendatur, non eſt clericis permiſſa. vnde
ſcribere,vel dictare ſententiam ſanguinis ( quantumcunque
ſit iuſta:) quia non tendit ad defenſionē clerici ſcribētis, vel
dictantis, interdictum eſt ſibi iſtud officium. & ad hoc vide
in Specu.tit.2.§.iuxta.ad fi.ver.quid ſi clericus.In bello au-
tem iuſto clerici eſſe poſſunt etiam: vt rectores pro ſua de-
fenſione.j̃.de ſen.excom.c.dilecto.& vide quod no.Io.And.
j̃.de iude.c.ita quorundam.& j̃.de homici.c.ad audientiam.
8 §.fina.& c.pe.in fi.& s̃.de voto.c.ex multa.§.fin.¶†Quartò
quæro de chrirurgicis ſecantibus,vel incidentibus:an clerici
hoc officium exercentes incurrant irregularitatē.diſtinguit,
quòd aut nullus ex tali ſecatione, vel inciſione deceſsit: &
non eſt irregularis.contrahitur enim irregularitas iſta ex oc
ciſione,vel truncatione:quæ ſequitur non ex ſecatione,vel in
ciſione: quamuis clerici exercētes iſta prohibita poſsint de-
poni:ſed ſi mors inde ſequatur,vel membri truncatio,etiam
ſine culpa ipſorum, poteſt dici, quòd ſint irregulares. facit
9 s̃.de æta.& quali.c.ad aures. † Sed quid dices in laico chirur
gico,qui in ſecatione,vel inciſione non poteſt deprehendi in
aliqua culpa: ex mala tamen cuſtodia infirmi, vel alia ra-
tione mors ſecuta eſt: an efficiatur irregularis; ita ꝙ pro-
moueri non poſsit?videtur,quòd ſic. quia ſi deijcit iam pro-
motum ab executione ordinum ſuſceptorum(vt dixi)multò
magis debet impedire promouēdum. qui leuius impeditur:
quàm promotus deijciatur.ar.no.in l.pub.§. & ſi placeat. de
verbo.oblig.Ioan.And.tenet,ꝙ laici ex exercitio huius artis
(etiam ſi aliqui mortui ſint) non efficiantur irregulares. de
homici.c.tua nos.niſi poſsint redargui de culpa,ſiue negligē
tia.vt d.c.tua nos.facit l.illicitas.§.ſicuti.ff.de offi.præſi.¶Vl
timò quero. dicitur hic,quòd vbi exercetur iudicium ſangui
10 nis,intereſſe non debent. † nunquid ergo ex hoc ſolummo-
do,ꝙ interſunt,efficiantur irregulares.dicit Inno.ꝙ non:niſi
intereſſent vt auctoritatem,vel opē præſtantes. Idem ſi cōſi-
lium, operam,vel fauorem darēt.j̃.de homici.c.ſicut dignū.
dicit etiam Hoſtiē. quòd ſi ad prælatum ſpectat iuriſdictio,
nullo modo debet intereſſe vindictæ.de exce.præla.c. ex lite
ris.Idem in Spe.de le.§.iuxta.ver.quid ſi epiſcopus.

*S V M M Æ.*

1 *Conſtitutio Turonen. concilij puniens religioſos audientes leges, vel phyſicam, eſt canon latæ ſententiæ.*
*Conſtitutio iſta an extendatur ad habentes perſonatus ſine cura. nume. 12.*
2 *Exeuntes clauſtrum cauſa audiendi leges, vel phyſicam puniuntur.*
3 *Verba illa [ſic excommunicatus ab omnibus habeatur] non important excommunicationem ipſo iure: ſed per iudicem ferri debet.*
4 *Religioſus habens notitiam legum, an poſſit eis ſtudere in camera ſua.*
5 *Studium theologiæ ampliatur, ſi in alia facultate ſtudium prohibetur clericis.*
6 *Monachi, & religioſi ſtudentes in phyſica, vel legibus an ſint ſtatim excommunicati: vel demum poſt lapſum duorum menſium.*
*Et à quo tempore continentur illi duo menſes. nu. 11.*
*Et quid ſi non cauſa ſtudij, ſed cauſa honoris, vadunt ad principium amici incipientis in legibus, vel phyſica. nu. 7.*
*Et quid ſi volunt aliquando honorare doctorem, qui caret ſcholaribus. num. 8.*
9 *Monachi egreſſi à clauſtro cauſa audiendi leges, vel phyſicam: ſi infra duos menſes ſe retrahunt: ſed poſt aliquale ſpatium (fortè menſis) iterum reuertuntur: & ſic ſæpius faciunt, an incidāt in pœnam.*
10 *Perſona eccleſiaſtica, an poterit aliquibus ſocijs priuatim in camera legere leges.*
13 *Perſonatus poteſt eſſe in eccleſia ſine cura.*
14 *Abſoluere qui poſſint ab iſta pœna excommunicationis.*
15 *Pœna, quòd ſtudentes in legibus, vel phyſica amittant ſpem promotionis: an habeat ita locum in clericis, ſicut in religioſis.*

1 SVper ſpecula. †Conſtitutio Turon.
concilij puniens reli
a gioſos audientes leges, a vel phyſicam,eſt canon latæ
ſententiæ.& incidentes in illam debent per locorum ordina
rios publicari.& extenditur ad habentes dignitates,vel per-
2 ſonatus,& ad presbyteros.¶No.primò,†ꝙ puniuntur exeū
tes clauſtrum cauſa audiendi leges,vel phyſicam.Quid ergo
ſi in clauſtro audiant,vel legant. dicit Hoſtien. ꝙ non ligan-
tur quò ad verba:ſed bene ligantur quò ad mentem. de quæ
j̃.e.§.quia verò.argumentum pro & contra.s̃.de offi.or.c.in
ter cætera.dicit tamen Hoſtien. ꝙ hoc indigeret declaratio-
ne.& conſulit tali audienti,in clauſtro,ꝙ ex hoc reputet ſe li
gatum.ar.j̃.de cleri.ex. c.illud.§.licet autem. nam exitus vi-
detur fuiſſe cauſa impulſiua conſtitutionis: ſed finalis cauſa
eſt. quia tales ſcientiæ religioſis non conueniunt:cum etiam
eis prohibeatur earum exercitium:vt patet.s̃. de poſtu. c. 1.
de homici.c. tua.competit enim monachis lachrimari, ora-
re,& legere.16.q.1.c.4.5.& 6.vide per Archi.1.q.4.c.Salua
3 tor.¶Secundò no. † ꝙ illa verba[ſic excōmunicatus ab om
nibus habeat] non importāt excommunicationē ipſo iure:
ſed per iudicem ferri debeat:vt patet in ver. nos volētes. vbi
dicit, ꝙ de cetero vult,quòd ipſo iure, quaſi ante præſentem
conſti-



conſtitutionem pœnæ Turon.cōcilij. quod loquitur per præ
dicta verba, non ſit canon latæ ſententiæ: ſed ferendæ. vide
quod no.s̃. de iudi.c.1.¶Tertiò no.ꝙ prohibetur iſtis audi-
tus lectio.& ſtudium harum ſcientiarum.an ergo in camera
ſtudere poſsint tales in iſtis ſcientijs. verba deficiunt. & ex
4 mente Hoſt.† dum vult, ꝙ in camera habeatur notitia legū,
non videtur ſtudium eſſe prohibitum: licèt rationes finales
huius prohibitionis etiam extendantur ad ſtudium cameræ.
quod non credo.quid enim ſi magnus iuriſta ordinetur ad ſa
cros, vel promoueatur ad dignitatem: an ſi ſtudebit, ligabi-
tur hac pœna.renūciarem Papatui,ſi crederem mihi ſub hac
pœna ſtudium legalis ſapientiæ prohiberi. eſt enim res ſa-
cratiſsima,quæ conſtringit hominium vitam ſub regula,pre
tio numerario non æſtimanda.vt l.1.de var. & extraor.cog.
nulluſq; de eius ſapore poſſet ferre ſentētiam: qui ſuauitatē
eius dulcedinis non guſtauit.& temeratium eſt dānare, quia
5 neſcias. ¶Quartò no. † ꝙ ſtudium theologiæ ampliatur, ſi
in alia facultate ſtudium prohibetur clericis. & ſic multitu-
do populi ſtabilimentum eſt,& ſalus orbis terrarū.¶Oppo.
primò. iſte tex. prohibet clericis audire legalem ſcientiam:
ſed videtur,ꝙ malè faciat contra intentionem ſuā:de qua.s̃.
in Gregoria.conſtitutione.vbi dicitur, ꝙ iſta compilatio tē-
dit ad hunc finem, vt vita hominium ſub iuris limitibus regu
letur: vt ꝙ quilibet honeſtè viuat: alterum non lædat:ius ſuū
vnicuiq; tribuat. Iſta autem æquè bene, & melius poterunt
miniſtrari per prælatos,ſi inſtructi erunt in legali ſcientia,&
non ignari. quia per leges ſcientia canonica roboratur, &
iuuatur.vt j̃.de no.ope.nun.c.1.& eſt pars diuinæ.& per ora
principum diuinitus promulgata. vt l.fi.C. de præſcrip.lon.
tempo. præterea multæ materiæ legum ſunt neceſſariæ cle-
ricis pro regimine rerum ſpiritualium. vt de emp. & vend.
de legato. de depoſito.de dote.de pignoribus. de cauſa poſ.
& proprie.de teſtamentis.de ope.no.nun.de multis alijs,ſu-
per quibus, cum coram canoniſta ventilabuntur, ignorabit
penitus quæ ſit natura illius actus.& quid in ea veniat ratio-
ne moræ,vel culpæ.& ſic ignorabit iura:& erit iudex ſine iu-
ſtitia contra.c.forus.j̃.de verbo.ſig.Refert Io.An.Roff.dice
re,ꝙ Papa cum ſuo concilio fecit hoc,vt vulpes faciunt,quæ
damnant ceraſa,cum ipſa non poſſunt comedere. & dicit,ꝙ
multum legalis ſcientia eſt neceſſaria canoniſtis: qui ipſam
neſcientes in collationibus iuriſtarum, quæ occurrūt in ma-
teria teſtamentorum,poſſeſsionū, contractuum, & ſi. opor-
tet eos ſtare tacitos,velut teſtes.& ego vidi eos qñq; velle lo
qui in caſibus dubijs,qui principia ignorabant: ſicuti igno-
rare eos quæ non intellexerunt, neceſſe eſt.dicit tamē Hoſt.
ꝙ ſine auditu, & lectione poterant canoniſtæ de prædictis
materijs legalibus per ſtudium librorum in camera infor-
mari,& inſtrui.& ſi contigerit caſus dubitabilis,ab alijs po-
terit quærere conſilium,& certiorari.37.diſt. §. fi.24.q.3.c.
ſi habes.ff.de fideicom.li.l.apud Iul. facit 1.ad Corin. 6. &
in materijs communibus. (vt eſt materia iudiciorum multū
cōis canoniſtis, & legiſtis) bene credo per ſtudium cameræ
poſſe canoniſtam aſſequi: ſed materiā teſtamentorum diffi-
cilē.& illā de verb.obl.& multas alias canoniſtis ignotas ma
lè credo per ſtudiū cameræ inſtrui poſſe. vox enim viua mul
tum confert.vt ait Hiero.ſuper procemio primo Gen. & au-
diui ſæpius à Doctore meo. q per ſeipſum ſtudet, per ſeipsū
6 ignorat. ¶ Quæro † vtrū monachi, & religioſi ſtudentes in
phyſica,vel legibus, ſint ſtatim excōicati: vel demū poſt la-
pſum duorū menſium per conciliū.de quo.s̃.eod.c.non ma-
gno.certū eſt,ꝙ poſt duos menſes.ſed per iſtud c. dicunt q-
dam,ꝙ etiam ante: vt ſic hodie ſtatim ꝙ religioſus exit clau
ſtrum,& intrat ſcholas, ſit excōicatus ipſo facto per illud c.
& hoc tenet Inno.s̃.eo.c.non magno.& Hoſtiē.& glo. pe.hic
ſentit hoc idem.Goff.tenet,ꝙ demum poſt duos menſes: vt
hic.in fi.ibi [niſi infra ſpatium præſcriptum] &c. & hæc opi.
etiam placet hic Inno.& Vin.& hæc videtur mihi verior. qa
illud c.venit ad declarationem, & augmentum pœnæ ſenten
tiæ excōicationis: quam vult infligi ipſo facto in alijs. ergo
iſtud concilium non mutatur,arg. l. præcipimus. in fine. de
app.niſi ergo infra duos menſes ad clauſtrum reuertatur,ex
communicatus eſt,& non ante, etiam ſi certum ſit ante redi
re non poſſe.arg.j̃.de elec.c.commiſſa.lib. 6. & pleniùs per
Bar.de verb.oblig.l.in illa ſtipulatione.ſi kalendis &c. Quæ-
7 rit Io.An.pone, † ꝙ religioſus canoniſta, vel theologus va-
dit ad principiū amici incipientis in legibus,vel phyſica cau
ſa honoris.videtur,ꝙ incidat.quia hic damnatur lectio,& au
ditus.ergo verbis deſeruire debemus, quamquàm duris, vt
l.proſpexit.qui,& à qui.contrariū tenet Io. An. quia non eſt
tam amara interpretatio contra mentē facienda.vt l.pe.ff.ad
exhiben.audire enim,legere,& intrare intelligitur cum effe-
ctu.vt l.1.ff.quod quiſque iuris. nec videtur eſſe in loco, qui
non ea mente venit,vt ibi perſeueret: ſed recedat.vt l. ex fa-
8 cto.la grande.de hære.inſti.& s̃.de iudi.c.1.† quid dices ſi re
ligioſus vult qñq; honorare Doct. qui caret ſcholaribus. di-
cit Io.An.nō admittā iſtum honorem. quia poſſet fieri fraus
legi.frequens.n.viſitatio eſt in pœna,& facit incidere in pœ-
nam hanc.non autem illius,quæ raro accidit:vt in qōne præ
cedenti.¶Vlterius quæro. dicitur hic,ꝙ poſt lapſum duorū
menſium clerici incurrunt iſtam pœnam: antea autem ſi de-
ſiſtunt:vel monachi ad clauſtrum infra dictum terminum re
9 deunt,ſunt immunes.pone ergo,†ꝙ intra duos menſes ſe re
trahunt:ſed poſt aliquale ſpatium fortè menſis iterum reuer
tuntur:& ſic ſæpius faciunt.an in pœnam incidant. videtur,ꝙ
non: poſtquàm ſemper abſtinent infra tempus permiſſum.
Ioan.An.poſt Hoſt.dicit tales incidere,quaſi prima vice ha-
beant illud beneficium dilationis: non ſecunda,vel vlteriori
vice: quaſi hoc conſuetudini deputauerit: ideò iuris benefi-
cio ſunt indigni.vt l.nemo.C. de epi. audi. & leges eſſent eis
ludibrio.quod cauendum eſt: vt l.cum non ſolū. ad fi.de bo.
quæ lib.& c.commiſſa.de publica.& fieret fraus legi.quod ſi
militer præcauendum eſt, vt l.fraus.ff.de legi.¶Quærit quar
10 tò etiam Io.An. † vtrū perſona eccleſiaſtica poterit aliqui-
bus ſocijs priuatim in camera leges legere.dicit,ꝙ non.quia
in culpa ſimili eſt &c.vt l.2.C. de hære. Alij dicunt illud ve-
rū de ſcientijs,quæ in ſe malæ ſunt,& ideò damnatæ: ſecus de
ſcientijs,quæ omnino in ſe non ſunt malæ:ſed ideò audiri nō
debent; quia certis perſonis ſunt prohibitæ. facit quod not.
in fi.de offi.deleg.c.ex parte.Sed dicit Hoſtiē.ꝙ quicquid iſti
dicant,Birria ſemper homo.quia & lectio prohibetur, & ſtu
dium:vt patet.s̃.talis ergo non euadet ſententiam:vt nō ver-
bis,ſed rebus lex imponatur.de elec.c.commiſſa. cum con-
cor.lib.6.& ſic à lectione,ſtudio, & auditu principaliter pro
hibeantur.& huic adde quod no. Io.An.j̃.de reg. iur.c. cum
11 quid vna.lib.6.in mercuria. ¶Quintò quærit glo.2.† à quo
tempore continuentur illi duo menſes.dicit glo. ꝙ à tēpore
publicationis huius conſtitutionis: quæ cum ſit hodie omni-
bus nota,ſtatim ꝙ iſti audire cœperint, ſunt ipſo facto cēſen
di excōicati. & ſic hodie ſpatio duorum menſium eſt extin-
ctum.Ita ſentit glo.& glo.pe.& dixi.s̃.in 2.q. Vin. contra. &
dicit illud ſpatium numerandum ab exitu monaſterij hac de
cauſa. Idem Inno.Pe.& Abb.quò ad religioſos. quò ad cle-
ricos ab incæptione auditus.& aduerte,ſecundū eos,ꝙ intā-
tū exitus hac de cauſa conſideratur:ꝙ ſi poſt exitum mona-
ſterij ductus pœnitentia infra duos menſes deſiſtat à tali ſtu
dio temere incæpto: ſed non redeat ad clauſtrum ( etiam ſi
ſe transferat ad theologiæ ſtudium) infra reſiduum illorum
duorum menſium excommunicatus erit.quia non ſolū deſi-
ſtentia, ſed reuerſio ad monaſterium requiritur infra duos
menſes. quod eſt verū: niſi abbas infra illum terminum ſibi
commoranti extra clauſtrum licentiam dederit transferen-
di ſe ad ſtudium theologiæ: per quam licentiam, & conſen-
ſum abbatis purgatum eſt vitium, & defectus illius temera-
rij tranſitus: ſicut purgatur vitium furti, cum res reuertitur
in

in poteſtatem domini.ff.de vſuca.l.ſi fur.Et ſi poſt licentiam
abbatis iterum ad ſtudium legum,& phyſicæ redeāt, in hāc
ſententiam incidunt ipſo facto,ſecundū Vin. etiam non ex-
pectato fine duorum menſium: vt dixi.s̃.in 2.q.¶Sextò quæ
ro.iſta conſtitutio extenditur ad multas perſonas, & inter ce
12 teras ad habentes perſonatus. † nunquid ergo ad habentes
13 perſonatus ſine cura.glo.tenet ꝙ ſic.& collige ex hoc,†ꝙ po
teſt eſſe in eccleſia perſonatus ſine cura. & ſic dignitas nō cu
rata,vt primicerij.de conſti.c.cum acceſsiſſent cancellarij.vt
ec. bene. c. vno. de exceſ. præla. c. inter dilectos. Idem de
alijs dignitatibus, quæ ſunt in eccleſijs ex conſuetudine ip-
ſarum,ſecundùm Goff. Et aduerte, quia gl. extendit iſtam
conſtitutionem ad omnes curatos. quod poſſet eſſe verū,ſe-
cundùm Inno. de curato nomine proprio.ſi enim ex dele-
gatione, vel vt vicarius curam haberet, non eſt dubium, ꝙ
non ligaretur hac conſtitutione, ſecundùm eum.quod putat
verū Hoſt.de vicario temporali,qui ponitur, & deponitur ꝓ
ipſius epiſcopi voluntate.s̃.de inſti.c. 3. vicarium autem ali-
cuius eccleſiæ curatū, putat Hoſt.aſtringi hac conſtitutione
potius, q̃ rectorem.de offic.vicarij.c.clericos.de fil.presby.
c.conſtitutus.& cle.1.de offi.vica.ſed hodie terminatum eſt,
rectorem curatum non teneri ratione curæ tantūmō: ſed ra
tione ordinis ſic.vt hic.& j̃.eo.c.1.lib. 6. eodē modo de iſto
vicario dici poteſt,ſecundū Io. And. ¶ Septimò quærit glo.
14 † qui poſsint abſoluere ab illa pœna excommunicationis.di
cit, ꝙ ordinarij: poſtquàm Papa ſibi non reſeruauit. Idem
Goff. Inno.& Hoſtien.qui dicit & proprium diœceſanum,&
eum,ſub quo ſtudet,abſoluere poſſe. Ab.contra.de offi.le.c.
15 pe.quæ ad proprium.¶Octauò quærit glo.vl.† vtrū illa pœ
na, ꝙ tales ſtudentes amittant ſpem promotionis, habeat lo
cum in clericis,ſicut in religioſis.quidam ꝙ non: ſed tantū-
modo pœna excōicationis.glo.contra.quia cum illa prohibi
tio extendatur ad iſtos: debet intelligi talis extenſio cū om-
nibus ſuis qualitatibus:vt no.Bar.in l.1.§. cū plures. ff. ſi fa.
fur.fe.di.præterea tex. hic dicit hoc extendi &c. Iſtud enim
pronomen,hoc, refertur ad concilium Turoñ. nec eſt ratio,
quare magis ad pœnam excommunicationis: quàm ad pœ-
nam promotionis extenſio referatur.& vt dicit Hiero.ſuper
Malachiam.regula ſcripturarum eſt,in manifeſtis non exte-
nuare quæ ſcripta ſunt. cum ergo hæc litera manifeſta ſit: &
ſic in verbis nulla ſit dubitatio: non eſt recurrendum ad con
iecturas.vt l.ille aut ille.§.cum in verbis.de leg. 3 .pro augmē
to igitur fidei catholicæ (vt clerici in alijs non intenti vacent
theologiæ ſtudio) intelligatis tex. ſimpliciter quò ad pœnas
concilij Turoñ.&c.

ADDITIO.

a ¶ Audientes leges. Vide Henri.de Pirro.Inſtit.de iur.natu.§.conſtat aſſe.

# FINIS.

## Series Chartarum.

✠✠✠ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

AAAA BBBB CCCC DDDD EEEE FFFF GGGG HHHH IIII KKKK LLLL MMMM NNNN OOOO PPPP QQQQ RRRR SSSS TTTT.

Omnes ſunt Terniones, præter ✠✠✠ qui eſt vnus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA